SERMONES DISCIPVLI

De Tempore & Sanctis

Eiusdem Quadragesimale & Speculum Exemplorum.

OMNIBVS CONCIONATORIBVS VTILISSIMI.

ADDITO INDICE SERMONVM ET rerum locupletissimo.

Nunc primum in Germania quam correctissimi in Lucem editi.



MOGVNTIAE
Apud Joannem Albinum Sumptibus Bernardi Gualteri

Anno M. DC. XII.

REVERENDO AD-MODVM, ET EXIMIO DO-MINO D. FRIDERICO FORNERO,

SS. THEOLOGIÆ DOCTORI, Rmi. ET ILLmi.

Principis, ac Domini D. IOANNIS GODEFRIDI Epiſcopi Bambergenſis &c. in Spiritualib. Vicario Generali, & Conſiliario, ibidem Collegiatæ Eccleſiæ S. Iacobi Canonico, & Ædis maximæ concionatori facundiſſimo, &c.

Domino, & patrono plurimum colendo.

AFFERO ad Te, R. admodum Domine, eximie Magiſter ac Doctor Diſcipuli ſermones, ſed eius diſcipuli, qui quantum latere, & ignotus prodeſſe hominibus ſtuduit, tantum ipſis etiam magiſtris præſtitit. Debebatur iam pridem Tuis in me meritis aliquid, quod illam eruditionis tuæ, prudentiæ, religionis præſtantiam commendare mortalibus, & illuſtrare

REVERENDO ADMODVM, ET EXIMIO DOMINO D. FRIDERICO FORNERO, SS. THEOLOGIÆ DOCTORI, R^mi^. ET ILL^mi^. Principis, ac Domini D. IOANNIS GODEFRIDI Epiſcopi Bambergenſis &c. in Spiritualib. Vicario Generali, & Conſiliario, ibidem Collegiatæ Eccleſiæ S. Iacobi Canonico, & Ædis maximæ concionatori facundiſſimo, &c.

Domino, & patrono plurimum colendo.

AFFERO ad Te, R. admodum Domine, eximie Magiſter ac Doctor Diſcipuli ſermones, ſed eius diſcipuli, qui quantum latere, & ignotus prodeſſe hominibus ſtuduit, tantum ipſis etiam magiſtris præſtitit. Debebatur iam pridem Tuis in me meritis aliquid, quod illam eruditionis tuæ, prudentiæ, religionis præſtantiam commendare mortalibus, & illuſtra-

re poſſet, ſed quoniam non id meæ opis erat, Diſcipulum afferre viſum eſt, vt ipſum te nomen admoneret, poſſe etiam lucem mereri, qui iacere in tenebris videatur. Eſt enim ea vis virtutis, vt etſi de nomine ignotum, efferat tamen atq; extollat, & ſuo ſe ſplendore in hominum animos inſinuet. Quo minus mirum videri debet ſi Te R^{de}. admodum atq; eximie Domine, non modò R$^{mus.}$ & Ill$^{mus.}$ Princeps Bambergenſis, ſed etiam Ser$^{mi.}$ Bauariæ Duces, atq; adeò Pontif. ipſe Max. ſingulari gratia complectuntur. Eò te virtus Tua quamuis delitescere cupientem euexit, &, niſi quid fallor, porrò euehet. Meum erit quibuſcumq; licebit officiis dignitati Tuæ ſeruire, & quam ornare non poſſum ipſe, ab aliis ornatam gratulari. Interea accipe quæſo Diſcipulum, & patere iam præferre Tuum nomen, qui neſciri voluit ſuum. Forte enim propterea ignotus ille hactenus fuit, qui hæc tam præclara ſcripſit, vt Tu aliquando tanto magis illuceſceres, qui & doctrina, & morum exemplis viuis quaſi coloribus exprimis, quod ille primis tantum lineamentis adumbrauit. Certè vtvt cætera accident, meum tibi, vt ſpero, gratificandi

ſtudium

ſtudium non diſplicebit. Vale vir doctiſſime & præſtantiſſime. Coloniæ prid. Annunc. B. Virg. M. DC. XII.

Tuæ dignitatis obſeruantiſſ.

Bernardus Gualteri.

SERMONES DISCIPULI

De Tempore & Sanctis

Eiusdem Quadragesimale & Speculum Exemplorum.

OMNIBUS CONCIONATORIBUS UTILISSIMI.

ADDITO INDICE SERMONUM ET rerum locupletissimo.

Nunc primum in Germania quam correctissimi in Lucem editi.



MOGUNTIAE

Apud Joannem Albinum Sumptibus Bernardi Gualteri

Anno M. DC. XII.

REVERENDO ADMODVM, ET EXIMIO DOMINO D. FRIDERICO FORNERO,

SS. THEOLOGIÆ DOCTORI, R^mi^. ET ILL^mi^. Principis, ac Domini D. IOANNIS GODEFRIDI Episcopi Bambergensis &c. in Spiritualib. Vicario Generali, & Consiliario, ibidem Collegiatæ Ecclesiæ S. Iacobi Canonico, & Ædis maximæ concionatori facundissimo, &c. Domino, & patrono plurimum colendo.

AFFERO ad Te, R. admodum Domine, eximie Magister ac Doctor Discipuli sermones, sed eius discipuli, qui quantum latere, & ignotus prodesse hominibus studuit, tantum ipsis etiam magistris præstitit. Debebatur iam pridem Tuis in me meritis aliquid, quod illam eruditionis tuæ, prudentiæ, religionis præstantiam commendare mortalibus, & illustra-

re posset, sed quoniam non id meæ opis erat, Discipulum afferre visum est, vt ipsum te nomen admoneret, posse etiam lucem mereri, qui iacere in tenebris videatur. Est enim ea vis virtutis, vt etsi de nomine ignotum, efferat tamen atq; extollat, & suo se splendore in hominum animos insinuet. Quo minus mirum videri debet si Te R^{dc}. admodum atq; eximie Domine, non modò R^{mus}. & Ill^{mus}. Princeps Bambergensis, sed etiam Ser$^{mi.}$ Bauariæ Duces, atq; adeò Pontif. ipse Max. singulari gratia complectuntur. Eò te virtus Tua quamuis delitescere cupientem euexit, &, nisi quid fallor, porrò euehet. Meum erit quibuscumq; licebit officiis dignitati Tuæ seruire, & quam ornare non possum ipse, ab aliis ornatam gratulari. Interea accipe quæso Discipulum, & patere iam præferre Tuum nomen, qui nesciri voluit suum. Forte enim propterea ignotus ille hactenus fuit, qui hæc tam præclara scripsit, vt Tu aliquando tanto magis illucesceres, qui & doctrina, & morum exemplis viuis quasi coloribus exprimis, quod ille primis tantum lineamentis adumbrauit. Certè vtvt cætera accident, meum tibi, vt spero, gratificandi

studium

ſtudium non diſplicebit. Vale vir doctiſſime & præſtantiſſime. Coloniæ prid. Annunc. B. Virg. M. DC. XII.

Tuæ dignitatis obſeruantiſſ.

Bernardus Gualteri.

De præſtantia Auctoris.

SVmma Dei optimi, ac Maximi, erga humanum genus prouidentia, ab ipſa Creatione Cæli, & terræ, vſque in hanc ætatem noſtram tanta conſtitit perfectione, tam ineffabili circa nos bonitate, charitate quoque incredibili, clementia profecto inenarrabili, vt nulli fideli fas ſit credere cæleſtis Regis Aulam vnquam à tractatu, & ſollicitudine humanæ Salutis vacuam, ottioſamq; fuiſſe. Tam propenſum ſemper fuit apud Deum conſilium de humani generis ad ſuperas ſedes prouectione, vt illorum infelicium Angelorum ruinam mirabili reſtauraret ordine. Namque poſt noſtri protoplaſti præuaricationem vſque ad aduentum in virginem conſtituit in hoc ſæculo viros optimos, Sanctos, atque perfectos, Patriarchas, Doctores ſacræ legis, quam humano generi per Moyſem dedit, ad bene beateque viuendum. Alioſque qui vitæ ſinceritate, ſine intermißione Deo placuerunt, exemploque ſuo nos hortarentur viam ingredi perfectionis. Sed nec huiuſmodi erga nos prouidentiam ſuffecturam omnipotens Creator, pro innato ſibi ardentißmo erga humanum genus amore putauit, niſi ipſe ab altißimis cælorum ſedibus vſque ad ima noſtram ſalutem nos docturus

cturus in propria descenderet. Atque inde ad summa cælorum sese recipiens, nobis Apostolos, Euangelistas, doctores ineffabiles dereliquit, quorum quosdam spiritus sancti visibli infusione, alios inuisibili inspiratione spiritus sui vias docuit vitæ perennis, posterosque per illos ipsos doceri præcepit. Ite (inquit) in mundum vniuersum, & docete omnes gentes. Quorum doctrina longe lateque vsque ad vltimum terræ spiritusancto eis cooperante diffusa effecit, vt singulæ ætates summos ac doctissimos nanciscerentur vtriusque sexus homines, qui vitæ Sanctitate, doctrinæ sacræ illustratione, morum honestate, quasi vera mundi lumina multos ad iustitiam erudirent. Quod idipsum clementissimus Saluator pollicitus nobis erat. Ego (inquit) vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Aut mea præsentia, videlicet, aut seruorum meorum fidelium, quos pro vestra eruditione missurus sum. Et nimirum (verax etenim est Deus) hoc ipsum impletum est tempestate nostra, & dictum euangelicum probatum. Nam Deus misericors nostra ætate in Germaniæ partibus oriri fecit stellam matutinam, cuius luminis radii longe, lateq; distenduntur. Hic est vir sacra doctrina plenissime instructus, egregiusque prædicator frater Sacri Ordinis Prædicatorum (quem vulgo Discipu-

lum

lum appellamus.) Cuius scientia quanta, aut qualis fuerit, cuilibet volumina Sermonum eius legenti in propatulo esse potest. Nec cuiquam dubium sit mores eius, ac vitam minime ab eius Sacra doctrina in aliquo diuersam fuisse. Quarum virtutum gratia ipsius Sanctam animam præmia cælestia adeptam esse ibiq; cum Christo eiusque Matre gloriosa, ac omnibus Sanctis, quos tam fideliter, quam sincere suis sermonibus extulit, perennibus frui gaudiis. Quoniam igitur minime æquum fuit cætera volumina emendari, atque efferri, hæc vero in obscuro iacere: propterea in lucem iure optimo esse danda sua quoque emendatione perpolita nobis visum est. Ea enim doctrina, & deuotionis affectu fæcundum est hoc opusculum, vt quisq; illud penes se habere, frequenterque legere, exoptare debeat, in quo præcipue (id quod vtilissimum vnicuique erit) in singulis sermonibus per suas partes tractata confessio absolute explicatur, docetur, & commendatur.

SERMO-

SERMONES DISCIPVLI

De tempore.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS DOMINI SERM. I.

De Aduentu Christi in carnem.

ECCE rex tuus venit tibi mansuetus &c. Iac.10. Mat.11. Lu. 19. Ioan.12. Egregius doctor noster S. Th. de Aquino dicit, quod nulla actio est perfecta, siue meritoria, nisi fuerit per gratiam Dei illuminata. Quoniam sicut sol est causa omnium generabilium & corruptibilium, sicut dixit Ari. in lib. Phisic. vbi dicit sic. *Homo generat hominem, & Sol*: quia, scilicet quod homo generatur à patre, & matre, sol cooperatur, sic verus sol iustitiæ Iesus Christus est causa omnium gratuitarum actionum. Ideo dicit Isidorus. O homo in tempore tuo auxilium Dei posce, quoniam sine ipso nulla bona opera possumus perficere, ipsa veritate attestante, quæ dicit Ioan 5. *sine me nihil potestis facere.* Pro gratia igitur impetranda, matrem gratiæ salutemus &c. *Ecce rex tuus*, vt supra. Hodie mater Ecclesia incipit tempus aduentus Christi, sicut incarnatus est, & descendit de cœlis propter nostram salutem. vnde Bernard. *Venit medicus ad ægrotos; redemptor ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita, venit qui sanabit omnes infirmitates.* Ergo dicitur. *Ecce rex tuus venit.* Quia de aduētu Domini est festiuitas hodierna, ideo est sciendum, quod est quadruplex aduentus Domini. Primus est in mundum per carnis assumptionem. Vnde Ioan. 1 *Verbum caro factum est.* Et de illo agitur in prima dominica. Secundus est ad iudicium per meritorum discussionem. De quo Esai. 3. *Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui, & principibus eius,* tunc vt habetur Luc.21. *Videbunt*

filium hominis venientem cum potestate magna & maiestate, quoniam secundum ps.97. *Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.* De quo agitur in secunda dominica. Tertius est in animam per gratiæ infusionem. Sap. 5. *In animas sanctas se transfert.* Ioan. 14. *Si quis diligit me, ego & Pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* De quo agitur in tertia dominica. Quartus est aduentus Christi ad mortem hominis. vnde Luc.12. *Estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet.* De quo agitur in quarta dominica. Ad primum domini aduentum redeo, de ipso non subtilia, sed simplicia, vt discipulus conscribendo. vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo de illo tempore aduentus, & quare institutum sit ab ecclesia. Secundo quomodo incarnatio Christi facta sit, & quare natura nostra mundior sit seruanda post incarnationem. Tertio exemplum. Quantum ad primum. sciendum, quod præsens tempus medio modo se tenet ad tempus totius anni, quia partim lætitiam continet & partim tristitiam. Deponit enim sancta mater Ecclesia cantica lætitiæ, scilicet. *Te Deum laudamus*, in matutinis. *Gloria in excelsis*, in missa, sed alia non deponit, in Quadragesima omnia ista deponit Ecclesia. Item in aduentu ieiunatur cum lacticiniis sed in Quadragesima cum oleo, & ex præcepto, vt habetur in decretis. In Quadragesima est ieiunandum à lacticiniis. dist.4. cap. *Denique.* Sed quare hoc tempus aduentus Domini institutum sit ab ecclesia? Respondeo primo ad memorandum beneficium quod dominus contulit humano generi in incarnatione sua. Nam in hoc honorauit nos super Angelos. Noluit enim Christus parentelam contrahere cum angelica natura, sed cum humana. Hebr. 2. *Nusquam apprehendit Angelos sed semen Abrahæ.* Ex quo habetur quod inter Deum, & homines est maior fraternitas, quam inter Deum, & Angelos. Et fraternitas quæ tantum causatur ex altero parentum firma est, sed quæ causatur ex vtroque firmissima est Angelus est frater Christi tantum ex parte patris æterni, qui etiam est pater Christi per æternam generationem & Angelorum per creationem. Homo est frater Christi ex parte patris æterni, qui est pater Christi per æternam generationem, & hominis per creationem. Ex parte matris, quia virgo beata est mater Christi, & nostra, vnde Christus nunquam vocat Angelos suos fratres sicut homines dicens illud ps. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Ergo de misericordia Saluatoris multum confidamus attendentes, quia caro, & frater noster est, Bernard. *puto me iam spernere non*

B *non poterit Christus, os de ossib. meis, & caro de carne mea.* Ex quo Christus Iesus est frater noster, tunc vult nobiscum misericorditer, & pie agere, ac amicabiliter, & vt frater cum fratre nobiscum conuersari. Qui enim olim erat leo seuerus, modo factus est homo mansuetus. Legitur quod vnicornis nulla violentia capi potest, sed in sinu Virginis requiescit, & mansuescit; sic & Deus fortissimus in sinu Virginis requiescens, factus est Agnus mansuetus. Item legitur. Genes. 43. quod Ioseph in suo conuiuio maiorem dedit partem Beniamin, qui frater suus erat ex vtroque parente, quam cæteris, qui tantum fratres eius erant, ex altero parente. Sic Christus duplicem refectionem dabit homini, scilicet in spiritu & corpore, Angelos autem in spiritu solum reficie. Secundo ideo hoc tempus institutum est, vt de tanto beneficio gaudentes, vana mundi gaudia respuamus. Vnde iam de illo tempore sacro non debemus vane gaudere. In signum huius, canonici cappas sicut in Quadragesima induunt. Augu. *hæc gaudia velut venenum diaboli repudiare debemus, quia non solum corpus, sed etiam animam necare festinant,* Quod gaudia ista necant hominem, & gaudiis cœli priuant, ostendit Gregor. in quadam homilia dicens. *Nemo potest hic gaudere cum hoc seculo, & illi cregnare cum Deo.* Idem *præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta*, ergo gaudere debemus in Deo, & non in hoc seculo. vnde Apostolus ad Philippenses 4. *Gaudete in domino semper iterum dico gaudete.* vnde Zachar. 9. ante illud. *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus*, dicitur. *Exulta captiua filia Sion, iubila filia Hierusalem.* Nonne gaudere debemus, cum ille venit nobis præsentialiter illo tempore, quem antiqui expectabant, & desiderabant longo tempore, vnde Esa. 64. dixit. *vtinam disrumperes cœlos, & descenderes.* Aggæi. 2. dixit *veniat desideratus cunctis gentibus.* Moyses Exod. 4. dixit *Mitte domine, quem missurus es.* Dauid psalm. 143. dixit *inclina domine cœlos tuos, & descende.* In signum huius Christus dixit discipulis suis. Luc. 10. *Dico vobis quod multi prophetæ & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, audire, quæ vos auditis, & nõ audierunt.* Ter- C tio institutum est, vt præparemus nos ipsos digne in die Natiuitatis suscipiendo, vnde secundum Guil. Lugd. Tempus hoc deputatũ præparationi solennitatis Natalis, sc. aduentus, breuius est, quia vix est medietas temporis deputati præparationi solennitatis Paschæ, ideo nec dilationi, nec negligentiæ loc⁹ debetur. Vnde in epistola hodierna legi-

legitur. *Dies appropinquauit*: in proximo erit dies Natalis, scilicet, quem fecit verus sol nascens in mundo isto. *Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis*. vnde quilibet peccator iam isto sacro tempore debet à peccato cessare, & præterita peccata deplangere, & pure confiteri. vnde Ambrosi. in libr. de Paradiso. *Non enim quisque à peccato iustificari poterit, nisi peccatum ante confessus fuerit*. Vnde si superbus fuisti per integrum annum tunc, abiicere debes modo *opera tenebrarum*, id est superbiam, & induere *arma lucis*, id est, humilitatem. Si luxuriosus fuisti tunc, castus esse debes. Si auarus fuisti, & res iniuste acquisiuisti tunc, iam res iniustas debes restituere; & de iustis eleemosynas dare. Si gulosus fuisti, & ebriosus tunc, iam abstinere, & ieiunare debes in isto sacro tempore. Si iracundus, & maledicus, iam pius, & benignus. Si piger, & accidiosus, iam ad quæque opera bona promptus, & paratus sis. vnde secundum Guil. Lug. *Illi qui in hoc sacro tempore à peccato non cauent, Saluatorem aduenientem quasi manibus à se repellunt, dum immundicia operum suorũ aduentum illius ad se impediunt*. Murum etiam faciunt inter se, & Saluatorem, dum peccatis addunt. Esai. 59. *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum*. Tales multum dolere possent, & deberent. Nam ille, qui aliorum est Saluator, eorum erit damnator. Alii etiam possunt dicere, *Saluatorem expectamus*, vt habetur? Phili. 3. Ipsi vero dicere habent, damnatorem expectemus. Si duo sunt in vno carcere, quorum alter probabiliter sperat se liberandum cum dominus carceris venerit. Reliquus vero credet quod condemnabitur, & dicatur vtrique. Cras dominus carceris veniet. Sicut vnus habet materiam gaudii, sic alter doloris. In vitis Patrum dixit Abbas Amon cuidam fratri interroganti sermonem aliquem. Vade, & fac talem cogitationem tuam, qualem faciunt isti, qui sunt in carcere. Isti enim interrogant homines, vbi est iudex, & quando veniet? & in expectatione pœnarum suorum plorant. Sic præcipue facere debent, qui in peccato mortali sunt, cum aduentum Dei audiunt, item alia materia doloris est, quod cum boni facturi sunt festũ Natiuitatis in lætitia magna, tunc ipsi peruersi facturi sunt festum Natiuitatis horribile in amaritudine conscientiæ, sicut isti, cum quibus diabolus erit. Iob. 10. *Vadent, & venient super eos horribiles*. Item alia materia doloris est, cum considerant, quid facturi sunt in secundo aduentu, quando Christus iudicare venturus est viuos, & mortuos, vbi vindicet contumelias suas, sibi ab iniquis illatas. Esai. 10. *Quid facietis in die visitationis vestræ*;

vestræ, & calamitatis desuper venientis. Et hoc quantum ad primam partem huius sermonis. D Quantum ad secundam partem istius sermonis quæritur, quomodo incarnatio Christi facta sit. Respondetur, quod postquam Gabriel Archangelus fuit missus ad Mariam Virginem, vt habetur. Luc.1. & Maria credidit, & consensit, tunc spiritus sanctus superuenit in eam, & eam sanctificauit, fęcundauit, formauit in instanti de purissimo sanguine Virginis Mariæ, vel vt alii dicunt, de purissimis eius humoribus, corpus Christi, & in eodem instanti in quo formatum est corpus, creata est anima de nihilo, & hæc anima eodem instanti coniuncta est corpori organizato, & illa duo, corpus & anima, simul mox erant deitati vnita in Dei filii persona. vnde duo notantur hic secundum Holcoth super libr. Sapien. Primum, quod nunquam fuit aliquis ita paruus puer, sicut Christus fuit, quia embrio in matrice prius viuit vita animali, quam vita hominis, secundum Arist. 9. de anima. Aug. autem dicit quod formatio corporis Christi fuit pfecta in principio suæ conceptionis quantum ad omnia lineamenta membrorum, sed quãtum ad debitam corporis quantitatẽ perficiebatur successiue sicut corpora puerorum augmentantur à tempore figurationis vsque ad perfectam natiuitatem. Secundo, quod nunquam fuit aliquis puer ita diu in vtero matris sicut Christus fuit, nisi esset monstruose natus, vel violẽter impeditus. Igitur corpus Christi in quadraginta sex diebus attigit quantitatem talem, in qua aliis embrionibus fit figuratio. Item sciendum, secundum Henricum de Vrinaria, quod tota Trinitas illam incarnationem operata est, quia *opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa.* E Nam ibi fuit potentia patris, quæ statim corpus formauit, & animam creauit, & illa duo diuinitati vniuit in illo momento, cum Beata Virgo dixit. *Ecce ancilla Domini*, hęc nõ potest facere potentia alicuius creaturæ, quia oĩs creatura sua operatione requirit tempus, sicut firmamentũ requirit diem, vt moueatur ab Oriente in Occidentã; Luna ad cõplementum sui cursus requirit mensem. Sol integrum annum; homo indeterminato tempore formatur in vtero matris. In conceptione autem Christi operata est potentia patris, quia in instanti conceptionis completus fuit. Item operata est ibi sapientia filii, quia corp' optime disposuit, & omnia membra decenter ordinauit. Psalm. *Speciosus forma præ filiis hominum.* Item operata est ibi gratia Spiritus sancti, qui conceptionem illam mundam ab omni peccato reddidit, quod nunquam est factum in aliquo puro homine, licet enim aliqui nati sint sine peccato, & san-

ctificati in vte o matris, sicut Beata Virgo Maria; Ioannes Baptista, & Hieremias, tamen in peccato originali sunt concepti, & secundũ rationem seminalem descenderunt ab Adam, Christus autem nõ solum natus, sed etiam fuit sine
F peccato conceptus. Aug. *Solius redemptoris est esse sine peccato,* hæc Henri. de vrinaria super symbolum. Quæritur quare conceptio Christi potius attribuitur Spiritui sancto? Respondeo secundũ Henri. de vrinaria, quod intentio denominat operationem, Christus autem hac intentione, & operatione carnem assumpsit, vt miseris & afflictis subueniret. Et quia bonitas, & misericordia attribuitur Spiritui sancto, ideo de Spiritu sancto conceptus est vt per hanc excludantur carnales commixtiones. vnde canitur *Non ex virili semine, sed mystico spiramine verbum* &c. Item sciendum, quod quamuis tota Trinitas operata est in incarnatione, solus tamen filius est incarnatus, vt dicit Aug. l. de fide ad Petrum, & ipse August. ponit tale exemplum. Si tres puellæ tenerent vnam tunicam, & vna ex illis indueretur illa, & tunc illa indutio fieret à tribus puellis, & vna illarum sola indueretur. Item alius doctor ponit tale exemplum. Si tres scilicet Petrus, Andreas, & Ioan. simul agerent rubricando Andream, rubricatio Andreæ fieret ab his tribus, attamen solus Andreas rubricaretur. Item sciendum secundum Guil. Lugd. quod magis debemus esse soliciti naturam G
humanã mundã à peccato seruare post incarnationẽ, filii Dei quã ante; quia ante incarnatioẽ erat causa vna, quare humana natura erat munda seruanda, scilicet dignitas ipsius quia imago Dei est, inquantum Deus ipsam creauit, Vnde Gen. 11. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* vnde si imago beatę virginis munda seruatur, quam pictor, siue artifex fecit, valde munda seruãda est imago Dei, quam ipsemet impressit, & fecit. Ista causa innuitur. Eccle. 10. *Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da ei honorem secundum meritum suum*; id est, secundum dignitatem suam. Modo vero sunt duæ aliæ, causæ. Vna est, quia coniuncta est humanitas in vna persona diuinitati, & quasi inseparabiliter. Si igitur cruci Christi, in qua pependit, defertur honor, scilicet quod munde, & honorifice seruetur, quia ei paruo tempore coniuncta fuit diuinitas, multum deferendum est humanæ naturæ. Alia causa est, quia munditia humanæ naturæ sanguine Christi comparata est Apoc. 1. *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Multum seruanda est mundicia illa quam Christus ita care emit. Et hoc quantum ad secundam partem istius sermonis. Quantum vero ad ter-

tertiam istius, sciendum est, quod illi secundum Apostolum rursum Christum crucifigunt, qui ad peccata redeunt. Vnde legitur quod tempore beati Franc. cum diuina pietas prima ordinis Minorum iaceret fundamenta, quidam de fratribus redire ad seculum tentabatur, tandem accedens ad beatum Franc. rogare cœpit, vt à religionis vinculo absolueretur, eo quod nulla ratione poterat in ordine permanere. cui cum beatus Franc. nec posse nec velle se facere respōderet, ad dominum Hostiensem accessit, & ab eo finale responsum accepit, videns quod super hoc dispensationem obtinere nequiret, spiritu tentationis impulsus, dedit in commotionē pedes suos. Cumque paululum discessisset, quidam sibi obuiauit, & ab eo, quo tenderet, requisiuit. Cui cum furiosa voce diceret, quid ad te de facto meo, at ille statim latus exhibuit, manus extendit, & pedes, in quibus quinque vulnera recentia cruoris non modicum effundebant. Et adiecit, tu vulnera mea renouas, tu me iterum crucifigis. Quo viso perterritus, ad pedes eius se cum lacrymis proiecit, sibique vt ignosceret rogauit statimque Christus, qui visus fuerat, ab oculis eius est elapsus. Tunc ille ad B. Franciscum rediens, visa per ordinem retulit, & vsque ad finem vitæ deuotus in religione permansit.

DE EADEM DOMINICA Serm. II.

Quod mane est surgendum & diuinis vacandum.

HOra est iam nos de somno surgere. Roma 13. Boetius in li. de cōsolatione philosophiæ dicit. *Vnicuique viro bono inserta est naturalis cupiditas boni.* Verum autem bonum in quo solum quietatur animi appetitus, est Deus. iuxta dictum Au. in li. confess. *fecisti nos domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec quiescat in te.* Et illud bonū acquiritur cum bonis exercitiis & operib. virtuosis, & non cum somnolentia, & pigritia. Vnde Leo papa in quodam sermone. Non dormientibus prouenit regnum cœlorum, nec ocio, nec desidia torpentibus beatitudo æternitatis repromittitur. Vnde in verbis præmissis hortatur nos Apostolus surgere à pigritia, & inchoare bona opera dicens. *Hora est iam nos de somno surgere* id est à pigritia, & inchoare bona opera &c. Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo quomodo antiqui olim in peccatis dormierunt. Secundo quomodo surgere debemus à somno corporali, & spirituali. Tertio exemplum. Quantum ad primū sciendum, quod olim ferè omnes homines in peccatis dormierunt, & à bono opere torpebant; nec mirum, quia in nocte erant. In nocte quidē tria sunt, quæ dormire fa-

faciunt, & somnum inducunt. s. obscuritas, frigiditas, & humiditas. Nox quidem naturaliter est obscura, frigida, & humida. Obscuritas quidem somnum inducit. Vnde homines quidem dormire volentes, loca obscura quærunt. Frigiditas etiam inducit somnum. Vnde in hyeme, & in frigida complexione somnus profundus laudabilior est: in contraria vero suspectus. Humiditas etiam inducit somnum. Nam secundum philosophum vapor humidus à cibo resolutus, dum in cerebrum ascendit, somnum inducit. Hinc est, quod pueri magis dormiũt, quam senes; quia plus abundant in humiditate. Non fuit igitur mirum si antiqui sic dormierunt; quia erant in obscuritate ignorantiæ, in frigiditate dilectionis diuinæ, & humiditate carnalis concupiscentiæ. Sed illa *nox* iam *recessit, dies autem appropinquauit*: & ideo iam non est dormiendum sed vigilandum. Aduenit enim vera lux, quæ obscuritatem ignorantiæ expulit, & splendorem sapientiæ adduxit Esa. 9. *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Aduenit ignis diuinus is, qui frigidatem fugauit, & totum mundum Dei amore accendit. Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?* Aduenit verus sol, qui omnem nebulam carnalis concupiscentiæ exiccauit. Ecc. 14. *Aperti sunt thesauri*, id est solares radii, *& auolauerunt nebulæ sicut aues*, &c. Quantum ad secundam partem huius sermonis, dicendum secundum magistrum Humber. super regulam Augu. De mane debemus libenter surgere à corporali somno, & Deum laudare. In signũ huius, aues incipiunt valde mane cantare, quod est cõtra inuerecundiam hominis pigritantis in lecto. Am. de off. Quis Christianus non erubescat sine psalmorum modulatione diem transire; cum minutissimæ aues solenni deuotione ortum diei præueniunt? Aug. Indecens est quod sol inueniat Christianum iacentem in lecto. Ber. dicit quòd homo somno deditus, est quasi imago mortis. Vnde nimia somnolentia nocet corpori, & animæ. Sed mane surgere, non est solum pro salute animæ, sed etiam pro sanitate mentis, & corporis. Vnde philosop. Surgere de nocte ad sanitatem, & bonam dispositionem, est vtile. Item quia vigiliæ matutinales faciunt orationes citius, & leuius exaudiri. Vnde psal. *Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies vocem meam.* insuper dulcedinem consolationis diuinæ frequentius de mane surgentes recipiunt. Vnde manna, quod Christum signat de mane colligebatur, vt habetur Exo. 16. O quot dulcedines negligunt quamplures accidiosi, quas illi de mane surgentes accipiunt. Vnde Basilius. O melliflua

flua dulcedo miranda; quam dulcis es in meditatione, sed dulcior in oratione, dulcissima in contemplatione, superdulcissima in beatitudine. Item quia de mane citius Deus inuenitur. Nam sicut quis de mane citius inuenitur in domo sua, sic & Deus in corde hominis. Nam tunc anima habet maiorem limpiditatem, & consequenter aptior est ad contemplandū: etiā illa hora aptior est ad erigendum cor ad Deum, antequam anima distrahatur ad diuersa per occupationes, vel impediatur à phantasmatibus collectis; propter quod habetur de iusto. Ecc. 39. *Tradidit cor suum ad vigilandum diluculo ad Deum, qui fecit illum.* Notandum, quod secundum eundem Bas. libenter est

L orandum de mane, & de sero. Primo prædicta tempora apta sunt orationibus; quia matutinum præcedit occupationes, vespertinum vero sequitur. Et secundum Ber. super Canti. Aptius est ad orandum, & ideo non sunt prætermittenda illa tempora, quin semper in illis oremus; sic etiam faciebat Christus nos suo exemplo prouocans, orabat mane. Marc. 1. *Diluculo valde consurgens egressus abiit in desertum locum, ibiq; orabat.* Item Matt. 14. *Ascendit in montem solus orare; vespere autem facto, solus erat ibi.* Sic exemplo Christi orandum est nobis, de mane propter futura, & de sero ꝓpter præterita. Hier. cōtra Ioui. libr. 1. Præcepta sunt hæc duo, scilicet, tempore maxime habendam curam, scilicet mane, & vesperi, scilicet eorum, quæ acturi sumus, & quæ gessimus: & ideo orandum est de mane, vt futura bene fiant: Et orandum est de sero; vt præterita mala facta remittantur. Item orandum est specialiter mane, & sero, vt primordia, & vltimū actionum nostrarum offerentes, illi, qui est alpha, & omega, principium, & finis, debitas primitias inchoationis, & decimas consummationis persoluamus eidem, vnde Huber. Quotidie mane surgentes cuncta Deo, quæ facturi estis, offeratis; & finito die conuocatis cogitationibus, locutionibus, & operationibus illa die commissis ipsi capitulum teneatis. Vnde etiam Chryso. in sermo. Quando occupaueris stratum tuum, & neminem infestum patieris, antequam veniat tibi somnus, profer in medium codicem conscientiam tuam, reminiscere peccata tua, si quid in verbo, in facto, aut cogitatione peccasti. Vnde etiam Greg. in lib. moral. Iusti viri cum districtionem vēturi iudicis contemplantur, peccata sua ad memoriam inducunt deflentque quod commiserunt, districte se iudicant ne iudicentur. Item sciendum quod non solū surgendum à somno corporali, sed etiam spirituali id est à peccato. Nam M per somnum intelligitur peccatum secundum Guil. Lugd. Primo, quia sicut se ad dormiendum quis voluntarie

luntarie disponit, sic homo ad peccatum. Vnde August. de relig. c. 1. Omne peccatum est voluntarium, & adeo voluntarium, quia si non voluntarium, non esset peccatum. Vnde etiam habetur in decretis. Nemo efficietur seruus diaboli nisi propria voluntate. 15. quæst. 1. Nō est. Secundo, quia homo dormiens est semimortuus: sic peccator mortuus est vita spirituali, sed viuit adhuc vita corporali: imo nisi esset spes resuscitationis spiritualis, melius esset sibi si mortuus esset: imo bonum esset ei quod nunquam natus fuisset Bernard. Vita sine fructu grauior est morte. Denique duo parantur arbori infructuosæ, scilicet securis, & ignis. Vnde Ambros. super Lucam. Melius est peccatoribus male agentibus mori, quam quod in peccatis diu versentur. Tertio, quia si quis tenet gladium euaginatum super dormientem, non timet: sed si somniet aliqua terribilia timebit coram illis. Sic etiam peccatores non timent iustitiam Dei, nec prædicatores futura mala annunciantes, sed præsentem tribulationem timent, nam mortem temporalem timent, quæ est transitoria; sed mortem æternam non timent, quæ est perpetua. August. Vera mors, quam homines non timent, est separatio animæ à Deo, qui est vita animarum. Vnde Gregor. in lib. moralium. Mortem carnis omnis homo timet, mortem animæ, pauci. Item paupertatem temporalem timent, & paupertatē inferni nō timent, vbi vna gutta aquæ haberi non potest. Ibi. n. pro defectu bonorum mors fugiet ab eis. vnde Aug. in quodam sermone. Quare mors quæritur, & non inuenitur? Quoniā quibus in hoc seculo vita offertur, & nolunt recipere, in inferno tunc quærēt mortem, & non poterunt inuenire. Quarto sicut somnia somniantibus debent per oppositum exponi, sic qui habent hic honores mundanos, diuitias tēporales, & delitias corporis, & gaudia mundi: ista omnia sunt quasi quædam somnia, & vertuntur per oppositum in tribulationē, & paupertatem, & amaritudinem maximam. Vnde Gregor. Vnde caro ad tēpus suauiter viuit, inde spiritus in æternum torquebitur, & ingemiscet. Vnde Hieronim. quadam epistola. Difficile, immo impossibile est vt præsentibus quis, & futuris fruatur bonis; vt hic ventrem, & ibi mentem impleat, & de delitiis transeat ad delitias, & in vtroq; seculo primus sit, vt in terra, & in cœlo appareat, gloriosus. Quinto sicut somniās habet sensus ligatos, sic & ipsi non meritorie operantur existētes in peccato mortali. Vnde dicitur in decret. Opera bona extra charitatem in facta non valent ad salutem. 24. quæst. 1. Odi. Vnde quilibet homo hoc sacro tēpore à somno peccati surgere debet ob reuerentiam Dei, propter gaudium Angelorum, & omnium electorum in

cœlo,

cœlo existentiũ. Vnde Luc.15. *Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.* Quantum ad secundam partem istius sermonis: tũc quilibet homo debet in Deo confidere, & se in hoc sacro tempore ad Deum conuertere: quia ipse est paratus vnicuique petenti omnia peccata etiam quantumcunq; grauia indulgere. Vnde exemplum in vitis patrum li.3. Frater quidam impugnabatur à fornicatione. & videns sacerdotis paganorum in Ægypto filiam, adamauit eam, & dixit patri eius. Da mihi filiam tuam in vxorem. Ille vero dixit ei; non possum tibi dare eam nisi prius interrogauero Deum meum, & consurgens abiit ad dæmonem & dixit ei. Monachus quidam vult accipere filiam meam in vxorem, dabo eam illi, vel non? Respõdit ei dæmon dicẽs. Si negat Deum suum, baptisma, & propositũ monachi, da eam illi. Veniens autem sacerdos, locutus est eadem verba ad monachum, qui statim cõsensit, & mox quasi columba exiit de ore spiritus eius, & euolauit ad cœlum, pergens autem sacerdos ad dæmonem dixit. Ecce promisit se monachus illa tria, quę præceperas facturum. Et respondens diabolus dixit, non des illi filiam tuam, quia Deus eius non discessit ab eo, sed adhuc adiuuat eum, quod cum audisset monachus ille, ingemiscẽs dixit in semetipso, Si tantam bonitatẽ ostẽdit in me Deus meus, cum ego infelix negauerim eum, & baptismum, & propositum Monachi, & adhuc adiuuat me, cur recedam ab eo? & receptis monitis, cũ celeritate venit ad eremum ad quendam magnum senem & narrauit ei omnia. Cui senex dixit, ieiuna tres hebdomadas continuas, & ego deprecabor Deum pro te, & cum completa fuisset hebdomada prima, interrogauit fratrẽ illum senex, dicens. Vidisti aliquid? Respondit vidi columbã in altitudine cœli super caput meum stantẽ. Et dixit ei senex. Attende tibimet ipsi, & deprecare Deum. Secunda vero hebdomada impleta, iterũ venit senex, & dixit ei: Vidisti aliquid? respondens frater dixit illi, vidi columbam venientẽ iuxta caput meum. Item completa tertia hebdomada, venit ad eũ pater, & interrogauit eũ si aliquid plus vidisset, & respondit ille: vidi colũbam, quæ venit & stetit supra caput meum, & dum vellem tenere eam, intrauit in os meum. Tũc senex gratias egit Deo, & dixit fratri: Ecce Deus iam suscepit pœnitentiam tuam. de cætero attende tibi, & esto sollicitus, & respondens frater dixit. Ex hoc te iam non derelinquam, sed tecum ero donec moriar.

ADHVC DE EODEM.

Abiiciamus ergo opera tenebrarum, id est peccata mortalia. Vnde est dicendum de septem peccatis mortalibus. Istum sermonem quære infra Ser. cxlj.

DOMINICA II. ADVENTVS Serm. III.

De reddenda ratione in iudicio.

ERunt *signa in Sole & Luna & Stellis* &cæt. Lucæ 21. Marc. 13. Mat. 24. Arist. 3. Top. Inest Deo iustitiam facere. sic ergo corpora, quæ hic castigantur diuersis plagis, vt exerceantur in bonis operibus, nisi bona, quæ hic perfecerunt in corpore manentes, remunerarêtur in futuro, & multi, qui inique agunt, nisi punirentur in futuro, non esset Deus iustus. Contra qnod dicit Ps. *Iustus Dominus in omnibus viis suis*, ergo resurrectio mortuorum erit tam bonorum, quam malorum. Tunc enim manifestabuntur omnia abscõdita: quia secundum dictum Christi, *nihil opertum quod non reueletur.* Tunc reddituri sumus rationem vnusquisq; prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum, & tempore illo *erunt signa in Sole, & Luna.* In præcedenti dominica actum est de aduentu Christi in carnem, qui est aduentus amoris. In hac autem dominica agitur de aduentu Christi ad iudicium, qui est aduentus timoris, vt amor ad bonum nos inuitet, & timor à malo nos reuocet. vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo de loco, & tempore generalis iudicii. Secundo de quib. nos oportet reddere rationem, Tertio exemplũ. Quantum ad primum sciendum, quod iudicium est duplex, scilicet particulare, & generale, Particulare cõtingit in morte hominis. Eccle. 12. *ex hoc iudicium omni carni.* Vnde Innoc. de vilitate humanæ conditionis lib. 3. dicit quod tam bonus, quam malus antequam anima egrediatur de corpore, videt Christum quasi in cruce positum. Malus ad confusionem, vt erubescat, se non esse redemptum, & sua culpa sanguinem Christi fructum redemptionis non habere. Vnde de malis dicitur. *Videbunt in quem pupugerunt.* quod intelligitur de Christi aduentu ad iudicium, & aduentu ad diem mortis. Hęc ille. Vnde Luc. 12. *Estote parati quia qua hora non putatis filius hominis veniet.* Generale iudicium est, in quo omnes homines simul iudicabuntur. 2. Corin. 5. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria, prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum.* Locus autem extremi iudicii erit vallis Iosaphat in aëre super locum, in quo Christus ascẽdit in cœlum. Vnde Iohel 2. *Congregabo omnes gentes, & adducam eas in vallem Iosaphat, & ibi sedebo vt iudicem omnes gentes.* Tempus extremi iudicii erit in fine seculi. *De die autem*, & hora incertum est. Mat. 24. *de die autem illa nemo scit.* Vnde sciendum quod certam & determinatam horam nemo scire potest, nisi cui solus Deus vult reuelare.

uelare. Quidam enim dicunt extremum iudicium in media nocte fieri, secundum illud Matth. 25. *Media nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit, exite obuiam ei.* Quidam dicunt extremum iudicium fieri de mane, scilicet in aurora, allegantes illud dictum Psalm. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Sed B. August. dicit, quia veniet quando non sperabitur. Vnde Christus dicit Matth. 24. *Vigilate ergo, quia nescitis diem,* P *neque horam.* Sed quantum ad secundam partem istius sermonis, sciendum, quod extremum iudicium valde est timendum propter rationem districtam, quam in eo reddituri sumus. Nā primò reddituri sumus rationem de cogitationibus, vnde Sapien. 1. *In cogitationib. impii interrogatio eius.* Vnde Gregor. Sic Deus vias nostras considerat & cunctos gressus dinumerat, vt nec minutissimæ cogitationes, quæ apud nos vsu viluerunt, eius iudicio indiscussæ remaneant. O qui tot vindicationes luxuriosas, & alias prauas cogitationes in corde cum deliberatione, & proposito tenuerunt, quomodo respōdebunt? Ergo quilibet debet custodire cor suum à prauis cogitationibus, semper cogitans Deo se esse de eis redditurum rationem. Hieron. in epistola. Quicquid pudet dicere, pudeat & cogitare. Nam sicut quis verecundatur in factis coram hominibus, sic in cogitationibus verecundari debet coram Deo. Vnde 1. Reg. 16. *Homo videt ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor.* Vnde dicit etiam Salo. Prou. 4. *Cor tuum omni custodia serua*; quia ex ipso vita procedit. Secundo reddituri sumus rationē de verbis Matt. 12. *De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines super terram, reddent rationem in die iudicii.* sed si diceres. Quid est verbum otiosum? Respondeo secundum Hieronym. verbum otiosum est, quod sine vtilitate loquentis vel audientis profertur. Vnde etiam Gregorius in moralibus. Otiosum quippe verbum est quod, aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret. Quid Q tunc dicturi sunt homines iracundi, qui ex ira, & vindicta maledixerunt proximis. De quibus Apostolus. *Neque maledici, neque raptores regnum Dei possidebunt.* Similiter detractores, qui famam proximi denigrauerunt. De quibus dicitur Prouerb. 24. *Cum detractoribus ne commiscearis, quia repente cōsurget perditio eorum.* Itē quid dicturi sunt homines mendaces, qui proximos suos deceperunt? Psalm. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Item blasphemi, qui per vulnera, & sanguinē Christi iurauerunt. Similiter, & illi qui per nomen Dei vane, & quandoque mēdaciter iurauerunt. Contra quos dicitur Ecclesiastic. 23. *Iurationi non assuescat os tuum, multi enim*

casus in illa. Ergo dicit Christus Matth. 5. *Sit sermo vester, est, est, non, non.* Vnde memoria extremi iudicii debet esse custos linguæ. Nā quilibet debet cogitare, quod oportet eum de verbis suis Deo rationem reddere. Tertio reddituri sumus rationem de operibus ipsius corporis. Vnde Ecclesiastic. 8 *Cuncta, quæ fiunt, adducet dominus ad iudicium pro omni errato, siue bonū, siue malum sit.* Vnde de cūctis gressibus pedum, & saltibus reddituri erimus rationem Iob. 21. *Nonne vias meas ipse considerat, & cunctos gressus meos ipse dinumerat?* hoc nō attendunt chorizantes, & superbe incedentes. Similiter de tactibus illicitis, manuum, & illicito visu oculorum, & auditu aurium, hoc illi non attendunt, qui illicite, se, & alios tangunt osculando, & amplexando. Similiter reddituri sumus rationem de dono corporis scilicet de fortitudine, iuuentute, sanitate, & pulchritudine. Similiter de actibus ipsius corporis, scilicet, quotiēs inebriatus fuisti, quotiens actum luxuriæ extra matrimonium perpetrasti, quot choreas chorizasti, quotiens vxorem propriā, vel alios homines ex ira, vel vindicta percu-
R fisti vel læsisti &cæt. Quarto reddituri sumus rationem de rebus tēporalibus tripliciter. Primo quomodo quilibet lucratus sit omnia temporalia, quæ in hac vita possedit vsque ad vnum denarium, vtrum iuste, vel iniuste. O sicut iam cursus mundi est ad temporalia lucrandum, sic iam vix sine peccato mortali lucrantur. Vnde Apostol. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli.* Secundo redditurus est vnusquisque rationem de temporalibus, quomodo ista expendit vsque ad minimum denarium, hoc illi gulosi, & ebriosi attendere deberent, qui tot denarios immo grossos, & florenos superflue expendunt, qui quandoque à mane, vsque ad vesperam, immo, quandoque per integram noctem in tabernis sedent, se vino superflue replent, & inebriant, de quibus omnibus denariis districte reddituri sunt rationem. Ergo quilibet Christianus timens Deum, nunquam sine causa, & necessitate, & vtilitate deberet bibere vnum haustum, sed semper in comedendo, & bibendo deberet quærere sustentationem, & confortationem naturæ. Vnde August. de verbis Domini, Siquid manducas, & bibis ad refectionem, & recuperationem membrorum, & Deo gratias agis, tunc tuus cibus, & potus laudat Deum. Similiter superbi, qui in superbia, & superfluitate vestium expendunt bona sua, scissuras, & caudas faciendo, & multa paria vestium procurando. Similiter lusores, qui perdunt bona sua cum peccato, & contra Deum, de quibus omnibus reddituri sunt rationem. Nam quilibet Christianus

nus sic male expendens bona sua, propterea potest damnari, etiamsi nulla temporalia iniuste acquisierit. Exemplum de Epulone, vt habetur Lucæ 16. vbi dicitur, quod *erat quidam diues: qui epulabatur quotidie splendide, & induebatur purpura, & bysso &c.* ibi non fit mentio quod fuit vsurarius, vel raptor; sed quod bona sua male expendit, quod pauperi Lazaro non subuenit, ideo sepultus est in inferno. Chryso. super Math. Diuitias accepisti, non vt lasciue consumas; sed vt in eleemosynis expendas; quæ enim habes, pauperum sunt, sed tibi credita sunt etiamsi ex laboribus iustis, & hæreditate paterna possessor eorum factus es. Vnde habetur in decre. Non est minus peccatum auferre habenti, quam denegare indigenti. *distin.* 46. sicut hi vnde Ambros. in quodam sermone. Non minoris est criminis habenti tollere, quam cum posses, indigentibus denegare. Vnde etiam Basilius. Nonne, inquit, spoliator es, quæ dispensanda suscepisti, propria reputando? Est enim cibus famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui conseruas, discalceati calcei, qui penes te marcescunt, indigentis argentum, quod posides humatum. Tertio

S redditurus es rationem quomodo hæredibus dimisisti bona tua, quia ex eis prouenire possunt lites, quæ possunt oriri post mortem tuam inter hæredes propter bona tua, quia melius esset nullum denarium post mortem relinquere, quam causam litis hæredibus ministrare, & quia ille, qui non facit posse suum ordinando bona sua, quæcunque mala, & peccata siue lites, siue periuria, siue inimicitiæ ex talibus bonis inter hæredes fiunt, quæ mala præueniri posint, sibi in anima sua nocebunt, quia priuabitur suffragiis consanguineorum suorum, & etiam ideo punietur, quod ex parcitate, & auaritia sua noluit ea ante disponere. Eergo quilibet homo temporalia sua bona posidens debet aduertere dictum Esaiæ Prophet. qui dixit ad regem Ezechiam. *Dispone domui tuæ, quia tu morieris, & non viues.* Quin- T

to reddituri sumus rationem de tempore, quo viximus in præsenti mundo. Bernard. Omne tempus nobis impensum à nobis exigitur, qualiter sit expensum, vnde quilibet redditurus est rationem de omnibus mensibus, annis septimanis, diebus, horis, & minutis, quibus vixit, sed fortasis triginta annis vixisti, & nunquam Deo p tres annos fideliter seruiuisti, quid faciendum sit? Respondeo, quod debes de præterito tempore dolere, & confiteri, quod tempus tuum sic vane expendisti, & sic est dicendum ad singula puncta, vbi quis se reum inuenerit. Item sciẽdum quod quilibet debet tem-

pus vtiliter expendere. Ber. Nihil preciosius tempore, & heu nihil hodie vilius inuenitur; transeunt dies salutis, & nemo recogitat. Vnde legitur exemplum, quod quidam deuotus homo, quando audiuit horologium sonare, semper cogitauit, & dixit ad Deum: O Deus iam iterum vnam horam temporis vitæ meæ consumpsi, de qua tibi redditurus sum rationem, quomodo eandem expendi. Sic quilibet homo deberet seipsum attendere, & semper de sero cogitare, quomodo diem transactum expenderit. Nã damnati in inferno de hoc signanter cõqueruntur, quod tempus gratiæ tam inutiliter expẽderunt. Vnde Humber. in tractatu de septuplici timore dicit, quod quidam deuotus homo existens in deuotionibus, & orationibus suis, audiuit quandam vocem lugubrẽ, & quæsiuit quid esset. Respondit ego sum vna anima damnata. Et ille cur tam amare fles? Respondit illa. Ego, & omnes animæ damnatæ de nulla re in tantum dolemus; sicut de tempore gratiæ, quod inutiliter expendimus, & peccando consumpsimus, vbi in vna hora debuissemus de peccatis nostris pœnituisse & æternam pœnam, quam nunc patimur euasisse.

CONTINVATIO PRÆCEDENTIS SERMONIS SERM. IV.

TVnc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. Luc. 21. Iohannes de sancto Geminiano dicit, quod sicut equus duobus calcaribus tangitur in latere, vt melius, & fortius viam currat, ita anima hominis duabus affectionibus sollicitatur, videlicet amore, & timore. Siquidem amore præmii ad bonum prouocatur, & timore supplicii à malo reuocatur. Vnde Bernar. Nulla res ita nos conseruat ab omni peccato immunes, sicut terror supplicii siue iudicii, & amor Dei. Vnde euangelium hodiernũ legitur de aduentu Christi ad iudicium, vt nobis incutiatur timor propter districtam rationem, quam reddituri sumus in districto iudicio extremo. Vnde in præsenti sermone prosequar illa quinq; de quibus est reddenda ratio, quam in præcedenti sermone dimisi propter prolixitatem. Pro quo sciendũ est, quod sexto modo reddituri sumus rationem de animabus, quas traximus ad peccandum verbo, & exemplo, vel pulchritudine, vel ornatu corporis. Ergo si quis sciret, vel intelligeret aliquem hominem esse captum in mala concupiscentia propter ornatum, vel pulchritudinem, vel gestus suos, de hoc ex corde deberet dolere, & pœnitere. Nam sicut maximum sacrificium est zelus animarum, quo quis promouet proximi salutem. Sic econuerso maxime offenditur Deus, cũ quis proximum verbo, vel exemplo ad peccandum trahit: nam talis

est homicida proximi, & persecutor Christi. vnde Bernard. in sermone. Nonne videtur tibi grauiorem ab eo Christus sustinere persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo pernitioso scandali peruertit animas, quas redemit. quam à iudæo, qui sanguinem iniustum fudit? nec mirum, quia in tantum diligit Christus vnã animam, vt (si necesse esset,) paratus esset iterum mori, ne traderetur faucibus diaboli, immo cœlestis curia tristatur cum quis ad peccandum trahitur. Vnde Ambros. An non angelos ingemiscere credimus, cũ homo pœnitens ad peccandum trahitur, & reuertitur, & tales sunt rei in animabus istis, quas sic ad peccatum trahunt, quasi eas propriis manibus occidissent. vnde habetur in decret. Dantes occasioné scandali, rei sunt pereuntium. 1. q. 1. hi quos. Vnde de hoc maxime esset dolendum, quia si animam vnam cum proposito à Deo traxisti, anima tua erit pro anima illius. O quid dicturi sunt in iudicio, qui quandoque in vna chorea cum ornatu, & pulchritudine corporis decem, vel viginti animas trahunt à Deo. Bernar. totus mundus ille pretium vnius animę æstimare non potest, si enim quis decem florenos perdidisset, de hoc doleret, multo plus est dolendum de animabus. Vnde dicitur in decre. Flere debemus, quia proximum malo exemplo corrumpimus de pæn. dist. 11. Septimo reddituri sumus rationem de officijs, & artificijs quasi Christus in iudicio diceret. Intellectum tibi concessi, et illud artificiũ didicisti, redde rationé, quomodo illud laborasti: verbi gratia. Sicut ¶ X sutor de sutoria. Quid tunc dicturi sunt, qui corium cremant, & sic suum artificium scienter falsificant cerdones, scilicet, & sartores, qui vestes superbas præparant, & nouas adinuentiones vestium adinueniunt, Pistores, & fabri, qui similiter sua artificia falsificant, Institores, qui male ponderant, & malum pro bono scienter vendunt, Pincernæ, qui mensuras non replent, Pannicidæ, qui loca obscura quærunt, vt proximos decipiant, Pannifices qui pannos vltra mensuram trahunt, & dilaniant, Carnifices, qui malas carnes vendunt, Rustici, qui lac, & butyrum falsificant, & Agricolæ, qui infideliter agros colunt, Carpentarij & alij qui pro pretio diurno seruiunt, & ad tres dies laborant, quod in duobus perficere possent, Similiter serui, & ancillæ, qui infideliter dominis suis, & dominabus seruiunt, nam quilibet deberet sic proximo laborare, sicut sibi vellet fieri vnde Matth. 7. *Omnia, quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.* vnde Thobiæ. 4. *quod ab aliis nolueris tibi fieri, nec tu aliis facias.* Octauo reddituri sumus rationem de subditis nobis commissis. Vnde de prælatis quæritur. Primo,

mo quomodo intrauerunt prælaturam, an per se, vel vocati à Deo ad Hebr. 5. *Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquã Aron.* Secundo, quomodo rexerunt suos subditos. Hierem. 13. *Vbi est grex tuus, qui datus est tibi.* Vnde prælatura non est desideranda propter districtam rationem. Sap. 6. *Iudicium durissimum fiet his, qui præsunt.* Graue est enim respondere pro omnibus subditis, & periculosum Ezech. 33. *Sanguinem impii de manu speculatoris requiram.* Nam quilibet prælatus pro qualibet anima sibi commissa ponit animam propriã pro pignore, vnde dicit Dñs cuilibet prę̃lato illud dictũ Ezech. *Custodi virum istum qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius.* Item illud Genes. 43. *Non videbitis faciem meam, nisi adduxeritis fratrem vestrum minimum.* Nam omnia peccata, quæ subditi committunt, redundant in prælatos. Rom. 1. *Digni sunt morte non solũ. qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus.* Vnde etiam dicitur in decre. Facientem, & consentientem par pœna comprehendit. 16. quæstion. 4. omnes. & hæc notantur non solum de magnis prælatis, sed etiam de paruis, sicut ciuis, & ciuissa reddituri sunt rationem de familia, parentes de pueris, maritus de vxore. Similiter hospites, qui permittunt in domibus suis ludere, chorizare, blasphemare, homines inebriari, & in hospitio recipiunt histriones cum meretricibus, & hoc propter lucrum temporale, tales faciunt se participes omnium peccatorum, quæ in potestate ipsorum committuntur. Sed quęritur; vtrum peccatum sit appetere vel laborare pro prę̃latura? Respondeo quod sic. Vnde Chry. super. Mar. & ponitur in decre. Quicunque desiderauerit primatum in terra, inuenit confusionem in cœlo. dist. 60. c. finali, Nono, quilibet homo redditurus est rationem de statu suo, in quo stat, verbi gratia. Sicut illi qui in matrimonio sunt, Primo reddent rationem quomodo matrimonium inchoauerũt, an causa prolis, an causa libidinis. Secundo, an mutuo dilexerunt, & pacifice vixerũt. Tertio, an tempus debitum in actu matrimonii conseruauerunt. Quarto, an pueros educauerunt informando eos Pater noster, & Symbolum fidei, & præcepta Dei. Similiter vidua reddet rationem de viduitate, & virgo de statu virginitatis. Similiter religiosus quomodo seruauit ordinem, & regulam suam, scilicet paupertatem, castitatem. & obedientiã. Decimo, reddituri sumus ℞ rationem de omissione bonorum quæ facere debuimus & non fecimus, verbi gratia. Vnusquisque cognoscit quot dies ieiuniorum non soluit, cum bene ieiunare potuit. Similiter quotiens dies festiuos celebrauit, & quot missas sine causa ex pigritia neglexit. Item quot opera misericordiæ non exhibuit pauperibus.

ribus. Nã Christus in iudicio requiret sex opera misericordiæ à quolibet homine, dicens illud Matt.25. *Esurini, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & nõ dedistis mihi bibere, hospes eram, & non collegistis me. Ite maledicti in ignem æternum.* Quæritur si quis à malo se abstineret, nec bonum faceret, an saluaretur? Respondeo, quod non. vnde dicitur in decre. A malo abstinere nõ sufficit, nisi faciat quis, quod bonum est. de pæ. cupientes. in cle. vnde etiam psal. *Declina à malo, & fac bonum.* Vnde etiam Io.9. *Oportet operari dum dies est, veniet enim nox in qua nemo operari potest*, nec etiã volũtas sufficit, nisi sequatur opus. Plures enim in inferno sunt, qui etiam bonam voluntatem habuerũt, sed nõ opere perfecerunt, vnde dicitur. In decre. Non est satis bene velle; sed etiam bene facere di. 86. non satis. Ergo debemus nõ solum mala vitare, sed etiam solicite bona opera operari, & corpus nostrum ieiuniis, & abstinentiis castigare. vnde Berna. super Canti. Christus, qui nõ fallit, elegit quod carni molestius est. Illud ergo vtilius, illud ét magis eligendum est. Et quisquis aliud docet, vel suadet, ab eo tanquam à persecutore cauendum est. ¶ vnde legitur exemplum, quod quidam homo misericors, propter suam misericordiam raptus est, & ostensa sunt ei Dei iudicia. Nã plures vidit præsentari ipsi iudici, & vnus protulit eleemosynas, quas propter Deum dedit: Alius orationes, quas Deo obtulit: Alius vestes quib. pauperes vestiuit; Alius opera misericordiæ, quib. pauperes hospitio recepit. Et hæc ille videns cogitabat intra se. Tu plura, & maiora opera misericordiæ exercuisti, ergo bene habebis cum iudice illo, & cum eum ordo tangeret, tũc iudex non dixit ad eum, quot opera misericordiæ tu fecisti, sed dixit, quas delitias, & quas voluptates propter me vnquam subtraxisti tibi, & ille obmutuit, quia semper in delitiis vixit. Et dixit iudex ei. Nunquid audisti me in euangelio dixisse, quod *arcta est via, quæ ducit, ad vitam*, id est regnum cœlorum? Et ille immediate cõuertit se ad Beatã virginem Mariam, & ad illos sanctos quos in speciali veneratione, & reuerentia habuit, vt pro eo intercederent, quia amodo vitam eius emendare, & in abstinentia, & maceratione carnis amodo Deo seruire proposuit. Quod & factum est. Nam intercessione Beatæ virginis Mariæ, & sanctorũ ad se ipsum reuersus est, & postmodum omnibus diebus vitæ suæ corpus suum macerauit, & in magna abstinentia vixit, & supra modum plus quã prius pauperibus misericors fuit, & vitam suam in bono finiuit. vnde verificatum est ei dictum beati Hieron. qui dixit in quadam epistola ad Nepotianum. Non memini me legisse, mala morte mortuum, qui libenter opera pietatis exercuit, ha-

bet enim multos intercessores, & impossibile est preces multorum non exaudiri.

De Septem Tonitruis Serm. V.

TVnc videbunt filium hominis &c. Sciendum Fratres charissimi ex symbolo sacræ fidei quod Dominus noster Iesus Christus venturus est ad iudicium iudicare viuos & mortuos bonos, & malos, & seculum per ignem. In quo iudicio vnicuique daturus est iuxta meritum & demeritum, siue bonum, siue malum. & hoc erit, *cum venerit filius hominis cum potestate magna*, vt loquitur presens euangelium. Sciendum, quod *Ioannes vidit*, vt in Apoca. 10. habetur, *angelum Dei fortem descendentem de cælo, qui pedem suum dextrum posuit supra mare, & sinistrum super terram collocauit, & iurauit per viuentem in secula seculorum, quod non erit vltra tempus*. Glo. Tempus misericordiæ, sed tempus iudicij, & iustitię, & locuti sunt ei septem tonitrua. Quid ergo ista septem tonitrua sunt, nisi septem calamitates quæ supra peccatores in fine seculi D ¶ consumabuntur, *Per primum tonitruum* possumus recipere mortuorum resuscitationem, vnde ad Thess. *Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti*, horribiliter enim hæc tuba sonabit. Hieron. dicit. Siue dormio, siue vigilo, siue aliquid aliud facio, semper illa vox nouissimæ tubæ sonat in auribus meis: *Surgite mortui, & venite ad iudicium*. Vnde Helcot super librum Sap. vox tubæ erit sonus quidam sensibilis. & imperium vocale Christi, quo præcipiet mortuis resurgere. Iuxta illud Io. 5. *Mortui audient vocē filii Dei, & qui audierint, viuēt*. De qua voce dicit Chry. vere vox magna, vox tubæ horribilis. cui omnia obediunt elementa, quæ petras scindit, infernos aperit, portas æreas frangit, vincula mortuorum disrumpit, & de profundo abyssi animas liberatas, corporibus suis assignat. Item hæc vox, vt dicit Chry. audietur in cœlo. & tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli. Tunc illuc veniet Adam cum omnibus suis in Deum credentibus, & eum colentibus. Abraham cum omnibus bonis Patriarchis. Esaias cum omnib. veris Prophetis; Dauid cum omnibus regibus bonis; Ianitor cœli Petrus, cum omnibus Apostolis & Euangelistis: Stephanus & Laurentius, cum omnibus, qui suum innocentem effuderūt sanguinem. Nicolaus, & Martinus cum omnibus confessoribus. Katerina cum omnibus virginibus; Elizabeth cum omnibus viduis; Anna cum omnibus coniugatis; Regina cœli cum omnibus Sacerdotibus & religiosis, qui vsque ad mortem in eius obsequio permanserunt. Item vox huius tubæ audietur in inferno, vt ait Chry. Et tunc Lucifer, Satanas, Asmodęus, Beelzebub venient cum omni exercitu infe-

inferorum. Item audietur vox huius tubæ per totum mundum, ab oriente, vsque ad occidentem, & resurgent omnes homines pariter, quorum corpora in terra quieuerunt. Veniet illuc Cain, qui fratrem suum occidit cum omnibus homicidis: Iudas cum omnibus traditoribus; Pilatus cum omnibus iniustis iudicibus; Herodes puerorum necator cum omnibus iniquis regibus, & principibus; Barrabas latro cum omnibus latronibus; Lamech cum omnibus adulteris: Nemroth cum omnibus vsurariis; & Giezi um omnibus iniustis, & falsis mercatoribus; Simon cum omnib. simoniacis; Athalia cum omnibus puerorum necatoribus; Asezabel cum omnibus meretricibus. & sic de aliis Io.5. *Procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii.* Per secundum tonitru accipere possumus separationem omnium incongregatorum, & separabuntur omnes in quatuor ordines, quia vnus ordo sedebit super sedes iudicum cum domino ad iudicandum, non vt sententiam det, sed vt sententiam datam a Domino confirmet. Aug. Tunc cum domino iudices venient, qui nunc pro Deo iniuste iudicantur. Similiter illi qui omnia habere poterant, in hoc seculo pro domino reliquerũt, & pauperũ Christum pauperes secuti sunt: sicut Petrus, & Paulus & alii discipuli Christi, & viri boni, & religiosi. De quibus dicitur. Matth.19. *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel.* Secũdus ordo iudicabitur, quod saluabitur, vt sunt fideles Christi, qui præcepta Dei seruauerunt, & septem opera misericordiæ exercuerunt, quibus dicetur illud Mat.25. *Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, hospes eram, & collegistis me, nudus eram, & cooperuistis me, infirmus eram, & visitastis me &c.* Tertius ordo iudicatur, & cum sententia condemnatur, vt sunt fideles qui fidem habuerunt, nec tamẽ præcepta Dei seruauerunt, nec opera misericordiæ ad pauperes exercuerunt. Quib. illud dicetur Matth.25. *Esuriui, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi bibere, hospes eram, & non collegistis me. Tũc dicent O domine quãdo vidimus te sitientem & esurientem, & peregrinũ & nudũ, & non ministrauimus tibi? Respõdet. Quod vni ex minimis meis nõ fecistis nec mihi fecistis. Ite maledicti in ignẽ æternũ.* Quartus ordo statim sine misericordia diabolo tradetur, sicut Iudęi, pagani, hęretici, qui fidẽ non ceperũt. Vnde *Ioan 4. Qui non credit, iudicatus est.* Qualiter autem separentur ab inuicem ostenditur Matt.13. vbi dicitur. *Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis ardentis, ibi erit fletus, & stridor dentium,* tunc separabitur frater à fra-

tre, filius à patre, filia à matre, vxor à viro, vir ab vxore, frater à sorore, vnusquisque secundum opera sua, & qui hic triginta annis, & amplius simul fuerunt separabuntur, & se amplius nunquam lætè videbunt, scilicet quantum ad malos. *Matth. 14. Tunc erit tribulatio talis, qualis nunquam fuit ab initio. Nam duo erunt in lecto vno, vnus erit de damnandis, alter de salvandis.* Et est sciendum, quod nullus tunc temporis intercedet pro alio. Ergo illi errant, qui depingunt beatam virginem, & Iohan. Bapt. ad dextram, & ad sinistram. Vnde *Ioan. 9. Deus, cuius iræ nemo resistere poterit*; & ipse iudex dixit per prophetam Dauid. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Vnde Chrysostomus nec proderunt ibi diuitiæ diuitibus, nec parẽtes filiis, nec Angeli ibi proderũt, & ego dico, nec omnes sancti, nam si omnes sancti pro anima damnata intercederent, nec Christus ei suam misericordiã exhiberet. Vnde Gre. li. 12. mor. Nequaquã vltra misericordia parcentis liberat quos semel in locis pœnalib. iustitia iudicantis damnat. Vnde etiam. Aug. ille iudex nec gratia præuenitur, nec misericordia iã flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec satisfactione, vel pœna mitigabitur. Ergo hic dum tempus habet; agat quilibet pro se quamdiu est loc⁹ misericordiæ, quia ibi erit locus iustitiæ. *Per tertium tonitruum* demonstratio signorum passionis Christi designatur, quæ fit in publico tremendo iudicio. Cum cœlestis rex, & iudex omniũ hominum in valle Iosaphat potenter descendẽs, passionis suę insignia radiis solis lucidiora ostendet. Vnde Chry. super Matt. Crux Christi & cicatrices Christi radiis solis erunt lucidiores. Et hæc ideo ostendet, vt videãt reprobi, quam iuste damnẽtur, qui tantum pretium sui sanguinis pretiosissimi contempserunt. Tunc enim, vt ait Chry. exprobrabit eis dicẽs. Ego propter vos factus sum homo, propter vos alligatus sum, propter vos illusus sum, propter vos in crucis patibulo mortuus sum. Ecce pretiũ sanguinis mei, quod dedi pro vobis. Vbi est ergo seruitus vestra, quam mihi pro pretio sanguinis mei reddidistis, Et tũc plangẽt, scilicet super se omnes tribus terrę. Chryso. plangent seipsos, & super omnes, Iudæi, & pagani, quod eum vnquam suis manibus tam turpiter tractauerunt, & ipsum fide peruersa tã hostiliter impugnauerunt. Plangẽt se Christiani peccatores, super eo, quod propter bona eius facta illi mala reddiderunt. Au. Et fortasse dominus in corpore suo cicatrices seruauit, vt vulnera cordium discipulorum suorũ sanaret, & vt in iudicio hostibus exprobraret, vt cõuincens eos dicat. Ecce hominem, quẽ crucifixistis. Ecce Deũ, & hominem, cui credere noluistis; Videte vulnera, quæ fecistis, agnoscite latus, quod pupugistis. Quoniã pro-

propter vos apertum est nec tamen intrare voluistis. Discedite ergo maledicti &c. Festinet ergo vnusquisq; vt pœniteat dum hic viuit, vt pretio sanguinis redimatur, Ne dū inuentus non fuerit, in numero redemptorum, fiat de numero perditorum. Quęritur qualiter & quibus Christus signa, passionis suę in iudicio ostensurus sit? Respondeo quod bonis ad gaudium, & honorem, malis autem ad tristitiam, & terrorem. Nā primo vulnerum suorum cicatrices ostendet ingratis. Vnde quilibet debet omni die regratiari, & memorari passionem Christi. Vnde Amb. plus enim domine Iesu debeo tuis iniuriis, quib. redemptus sum, Quā tuis virtutibus quib. creat⁹ sum. Nō enī hoc prodesset, nisi redimi profuisset, nā meditatio passionis Christi est Deo valde accepta, & homini fructuosa. Ber. Quid est magis efficax ad curandum cōsciētiæ vulnera, quam vulnerū Christi sedula meditatio? Secūdo ostēdet corōam spineam superbis, qui cū coronis, peplis, caputiis, crinibus Christum offēderunt. Hoc tales superbi cogitare deberent, cum caput suum superbe ornant; & sic dicendum est de aliis punctis infra positis. Tertio, lāceam ostendet iracundis, & inuidiosis, qui & alios turbauerunt, & proximos odio habuerunt gaudētes de aduersitate, & dolētes de prosperitate proximorum, vnde Sen. Vtinā inuidi oculos haberent in omnibus locis, vt de omnibus fœlicitantibus torquerentur. Nam quanta fœliciū sunt gaudia, tanti inuidorum sunt gemitus. Quarto clauos manuum ostendet auaris, qui nunquam satiantur, nec contentantur. Contra quos Apostolus. *Habentes alimēta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* Quinto clauos pedum ostēdet chorizātibus. Quid enim tunc Deo respondere possunt, quem chorizādo, & saltando sæpius offenderunt Aug. Omnis motus petulātiæ saltus est in profundū cloacæ. Sexto crucem ostendet pigris, qui nihil arduū aggredi, nec quicquam aduersitatis pati volunt. Cōtra quos dicit. Greg. si illic dulcia appetim⁹, necesse est vt hic amara toleremus. Contra quod plures faciunt, qui volunt regnare cum Christo, sed non pati cum eo. vnde versus. Omnes nos cupimus adire regna cœlorum; Dura pati fugimus, nec opus sufferre laborū. Septimo flagellum ostendet luxuriosis, qui voluptatibus corporis satisfecerunt & corpus & animam coinquinauerunt *1. Corin. 11. Omne peccatum quodcunque facit homo extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Vnde dicitur in decr. Pollutio carnalis lasciuiæ plus inquinat hominē inter septē peccata mortalia. 32. quęst. 7. Non solū. vnde etiā Aristot. de regi. princi. Coitus est destructio corporis, & abbreuiatio vitæ. Octauo. vestem purpureā, qua cum Pilatus induit, & vestem albam, in qua derisus fuit ab Herode ostēdet superbis,

qui cum sciſſuris, & longis caudis & manicis, & ſuperfluitate veſtium Chriſtum offenderunt, ornantes ſe ad alliciendum aſpicientes ad malas concupiſcẽtias. vnde Chryſo. Si mulier decorauerit ſe, & ad ſe viſus hominis prouocauerit, extremam vindictam ſuſtinebit. Nono, pannum groſſum, cum quo oculi Chriſti erant ligati, oſtendet falſis & mendacibus hominibus mercatoribus. Nam tales oculos domini omnia aſpicientis conãtur velare, quando malum pro bono nituntur vendere, dare, vel mutuare. Decimo funes cum quibus Chriſtus ligatus fuit manibus & brachiis, oſtendet illis qui amplexando, oſculando ſe & alios ad malas libidines prouocauerunt. Vndecimo, fel & acetum, cum quo Chriſtus potatus fuit oſtendet gulosis, & ebrioſis, qui hic in ſatietate, & ebrietate vixerunt. De quibus dicit Chriſtus Luc. 6. *Væ vobis, qui nunc ſaturati eſtis.* vnde Hyeronimus in epiſtola. Impoſsibile eſt ſe hic implere ventrem, & ibi mentem; vnde Ber. Qui carnalibus quidem voluptatibus paſcitur, æternarum opularum delitiis indignus habetur. vnde Ambroſ. in libr. de pœnit. Ebrioſus confundit naturã, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit damnationẽ æternam. Duodecimo ſputum, cum quo facies Chriſti fœdata eſt, oſtendet illis, qui facies ſuas decorant aliter, quam creati ſunt. vnde Ambro. Deles picturam Dei, ſi vultum tuum naturali candore obnubilas, & exquiſito rubore perfundis. Et de illo dicit Prophet. *Omnes vultus redigentur in ollam.* Nam tales vultus ſic, hic in præſenti decorati, denigrabuntur, & punientur infernali igne. Ber. In quo autem membro creator magis offenditur, in eodẽ peccator magis torquebitur. Decimotertio, crines, qui Chriſto extracti ſunt tempore paſsionis, oſtendet illis viris, & mulieribus qui cum crinibus eum offenderunt, facientes ibi glaucos & criſpos, & coloratos crines. Similiter & mulieres, quæ diſcoopertis capitibus inceſſerunt, & cum ornatu crinium alios homines ad peccandum prouocauerũt. Decimoquarto taxillos oſtẽdet luſoribus, qui ex auaritia; & cauſa lucri luſerunt; Nam talis ludus eſt quædam exſpoliatio, ideo non poteſt quis licite per ipſum aliquid acquirere, nec etiam retinere. Sed quæritur vtrum ludus ſit peccatum mortale. Reſpondetur ſecundum Gui. quod ſic. Etiamſi homo non ducit in conſuetudinem, mortaliter peccat. Et intellige quãdo ex auaritia ludit, quia auaritia eſt de ſe peccatum mortale. Ex iam dicto patet, quod in periculoſo ſtatu ſunt luſores, qui bona per ludũ acquiſita poſsident, & non reſtituunt ſecundum conſilium ſui confeſſoris. Decimoquinto denarios, pro quibus Chriſtus venditus fuit oſtendet vſurariis, & omnibus qui ſci-

G5

ſcienter res iniuſtas poſſederunt, & non reſtituerunt. Quid enim tales dicturi ſunt in extremo iudicio, cum Iudas iſtos triginta denarios reſtituet Iudæis, pro quibus Chriſtum vendidit & ipſi res iniuſtas, vel futuras vſuras reſtituere noluerunt: vnde dicitur in decre. vſurari⁹ non vere pænitet, niſi prius vſuras reſtituat, 14.q.4. *quod dicam*. & ratio huius eſt, quia ſecundum *Augu*. Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum. Per quartũ tonitruum intelliguntur teſtes, quos peccator contra ſe habebit in iudicio. Pro quo ſciẽdum, quod primus accuſator, ſiue teſtis ſunt peccata noſtra propria. *Arguet te malitia tua*, opera enim malorum eos perſequentur. *In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Ber*. Tunc loquentia vniuerſa peccatoris opera ſic dicent. Tu nos feciſti, opera tua ſumus, velis nolis hoc die nos abſcondere, non poteris, quia te non deſeremus, ſed tecũ ad iudicium pergemus, accuſabimus te reum multiplicib. criminibus, imo propria conſcientia hominis erit teſtis ſuæ damnationis *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum*. Secundus accuſator erit diabolus recitans omnia mala, quæ fecimus, & de quibus pœnitentiam non egimus. *Aug*. Præſto erit diabolus recitans quicquid fecerimus, quo die, qua hora, & quo loco, tunc obiiciet peccatori cogitationes malignas, luxurioſas, rancoroſas; ſimiliter quicquid peccauit loquẽdo, blaſphemando, detrahendo, maledicendo, mentiendo, peierando, derridendo proximum, & ipſum ad iram prouocando. Similiter omnia opera corporis, greſſus ſaltus, viſus, tactus, & omnes actus luxurioſos. Similiter accuſabit de omiſſione, ſcilicet quot miſſas, ſermones ſine cauſa neglixiſti, quot dies ieiunii ſoluiſti, & quot dies feſtiuos non celebraſti, & quot opera miſericordiæ exercere potuiſti, & non feciſti, etiam ſic de aliis. Tunc dicturus eſt ille magnus aduerſarius. O æquiſsime iudex iudica iſtum eſſe meum per culpam, qui tuus eſſe noluit per gratiam, tibi fuit inobediens mihi obediens, tuam veſtem amiſit, cum mea veſte adhuc veniet. Tertius accuſator erit totus mundus, & omnes creaturæ, *Gre*. Si quæris, qui te accuſabunt, dico, totus mũdus, quia dicet terra: O peccator maledicte, pedibus tuis ſup me ambulaſti, fructus meos manducaſti, & Deum, qui te creauit dereliquiſti. Redde ergo rationem de omnibus. tunc dicet aqua. Ego te potaui, fordes laui, piſces tibi miniſtraui, redde rationem; Sol, ego te lætificaui, luce illuſtraui, redde rationem. Chry. In die illa nihil eſt, quod reſpõdeamus, vbi cælum, Sol, Luna, Terra, dies, noctes, & tot⁹ mundus ſtabunt aduerſus peccatorem in teſtimonium, imo numerus piſcium, numerus auium, & numerus omniũ creaturarum beneficiorum Dei, quæ tibi exhibita

Hier. 2. *Pſal. 9.* *Rom. 2.*

hibita sunt, quorum visum habuisti apparebunt quasi præsentia sint, & de his redditurus es rationem. Hoc quilibet homo cogitare deberet, cum in præsenti vsum creaturarum & beneficiorum Dei habet. Per quintum tonitruũ accipere possumus vociferationem iniquorum. Nam ipsi iniqui maledicēt sibi ipsis clamando illud Apoc. *Væ væ væ*. quasi dicat. Væ vobis pedes mei maledicti, qui mihi misero, imputastis quod per malum gressum & saltus illicitos, cæli ianuam mihi obserastis, ingredimini mō portas inferni, quę nunquã vobis amplius aperientur; Væ vobis manus, cur p malum tactum corona gloriæ me priuastis, iam propter vos inducor ad ignem, de quo amplius nunquam egrediar; Væ tibi cor maledictum, quid imputasti, quod tuis cogitationib. malis, & delectatiōibus, me gaudiis cœli priuasti, iam incidit tua tristitia, quam nunquã sequetur aliqua lętitia. O maledicta lingua, quanta mala mihi fecisti, quod tot turpia verba protulisti, ideo os meũ mille annis, & ãplius clamabit, nec vnum inueniet, qui adiuuabit. O maledicti oculi, qui nunquam pro peccatis meis vnam lachrimã fudistis corã sacerdotibus, iam incipit fletus vester intolerabilis coram dæmonibus, & cum mille millia annorum mærorem habueritis, nunquam inde consolatorem habebitis. Quid plura? *Tunc dicent montibus, cadite super nos, & collibus operite nos à facie sedentis in throno*. Per sextum tonitruum intelligere possumus sententiam damnatorum, & vocationem electorum *tunc enim dicet rex his, qui à sinistris eius erunt. Discedite à me* ab omni lætitia mea, & à meis angelis quorum consilia spreuistis, quibus præsentibus, nullam reuerentiam exhibuistis. Discedite vt vos amplius nõ custodiant, sed in manibus inimicorum vestrorum vos desolatos relinquant; Discedite à sanctis meis, quorum conuersationem imitari noluistis, & quorum festa non coluistis; Discedite à mea dilecta matre, de cuius familia esse noluistis, cui nũquam honorem impendistis, de cuius præsentia gaudet omnis cœli curia; discedite à me vt aures vestræ nunquam dulcem vocem meam audiant. Nec manus vestræ vnquam coronam gloriæ recipiant à me, nec oculi vestri amplius faciē meam videāt; discedite ergo maledicti à cœlo, quia nunquam amplius aliquod bonum animabus vestris de cœlo descendet, discedite maledicti à terra; quia de ipsa corporibus vestris nunquam aliquod bonum proueniet, Discedite maledicti ad infernum, quia vtrunq; tam corpus, quam anima ibi sine fine cruciabitur. Per septimum tonitruũ accipere possumus multiplicitatem supplicii malorum post hanc vitam & magnitudinem gaudii bonorum Hæc patent infra sermo. liij. O. P.

DE

De Eadem Dominica Sermo. VI.

De quindecim signis ante iudicium.

E*Runt signa in Sole, & Luna, & Stellis &c.* scire debetis filii charissimi quia sicut mira, & stupenda plura Christi aduentum in carnem, quo venit nos saluaturus, ab initio mundi præcesserunt signa, sic vltimum aduentum ipsius, quo veniet nos iudicaturus, præcedent, & mira, & mirabilia signa. ergo dicit. *Erunt signa in Sole, & Luna.* Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda, Primo, quæ sunt signa, quę erunt in Sole, & Luna; Secundo, ponendæ sunt aliquæ quæstiones; Tertio exemplum. Primo ergo quæritur, quæ sunt signa illa, quæ erunt in Sole, & Luna, & Stellis? Respondetur, vt habetur *Iobel. 2. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinē, antequam veniat dies domini magnus & horribilis.* Vnde etiam Apoc. 6. dicitur. *Sol factus est niger quasi saccus cilicinus, & luna facta est sicut sāguis, & stellæ cadent super terram* id est fulgura dabūtur in terrorem hominum ad iudicium citatorum. *Augu.* Tam sæua erunt iudicia Dei, quod etiam sol ipsum inspicere non audebit. Vnde Matth. *Erit tunc tribulatio, qualis nunquam fuit ab initio mundi vsque modo, nec postea fiet.* Vnde etiam Dan. *Veniet tale tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes ceperunt esse, vsque ad tempus illud.* Item sciendum quod be. *Hie.* in annalibus Iudęorum inuenit signa quindecim præcedentia extremum iudicium. sed vtrum continue futura sunt, aut interpolatim, non expressit. Primum 1 signū est quod mare se eriget, quadraginta cubitis super altitudines montium, aquis stantibus, & in nullam partem declinantibus, tanquam murus, vt verificetur illud *Mirabiles elationes maris,* & hoc continget in pœnam, & errorem superborum. Cor superbi est quasi mare feruens, quod non quiescit, discordia namque ex superbia oritur. *Inter superbos semper iurgia sunt,* quia superbus vult altior esse, quia modicum quid factum sibi reputat magnum, & reputat se iniuste pati, & reputat se dignum multo honore. Igitur semper feruet, & nunquam satiatur honore. Vnde dicitur in dec. Elatus in superbiam, in iudicium cadet diaboli. 83. dis. *quoniam,* sed inter humiles est semper pax, quia humilis reputat se vilem, & subiicit se aliis. Vnde dicitur in dec. Seruus dei non quærit quomodo aliis appareat maior, sed quomodo inferior omnibus videatur dist. 40. quicunq;. Secundū signum est quod secundo intantum in abyssum demergetur ipsum mare, vt vix videri possit, Vnde Naum. 1. *increpans mare, & exiccans illud,* signū, quod superbi & voluptuosi, qui se exaltauerunt, & pro dignitatibus, & honore mūdano, & potestati-

Marginalia: Mat. 24. — Dan. 12. — Psal. 92. — Prou. 13.

ſtatibus, laborauerunt, & ſubditos ſuos, & pauperes ſupplantauerunt. tunc humiliantur. & depri-
Luc 14. muntur, *Omnis qui ſe exaltat,*
Prou. 19. *humiliabitur.* vnde Prou. *Superbum ſequitur humilitas.* Tertium ſignum eſt, quod omnes beſtiæ, & beluæ maximæ congregabuntur ſuper pelagus, & dabunt mugitus vſque ad cœlum, & eorum mugitus ſolus Deus intelliget. Vnde Iob. *Loquere terra, & annunciabit tibi, & enarrabunt piſces maris,* & hoc in terrorē illorum, qui choreis, in cytharis; in fiſtulis, & aliis muſicalib. inſtrumentis nimis delectati ſunt, & pluſquam in Deo, quia tūc clamor, & riſus illorum in fletum conuertentur. *Væ vobis qui*
Luc. 6. *nunc ridetis, quia lugebitis.* O quam ſecuri tunc erunt, qui nunquam illicite hic gauiſi ſunt, ſed in præſenti ſeculo cum Chriſto triſtes fuerunt, & ſicut Chriſtus fleuit, ſic & ipſi ſalubriter fleuerunt. *Luca.11. Beati qui nunc fletis.* Vnde etiam Gre. Præſentium gaudia ſequuntur perpetua lamenta. Quartum ſignum eſt, quod mare, & omnes aquæ ardebunt, & hoc in opprobriū luxurioſorum, & adulterorum, qui hic in delectationibus carnalibus natauerunt, & libidini ſuæ contra Deum ſatisfecerunt, quoniam tales in futuro ar-
Apoc. 21. debunt in igne, & ſulphure. *Erit pars eorum in igne, & ſulphure,* Nā pro qualibet vice, ſicut hic in luxuria delectati ſunt, in futuro ſpecialem æternam pœnam habebunt.
Apoc. 18. *Quantum in delitiis fuit, tantum date illi luctum, & tormentum.* Quintum ſignum eſt quod ligna ſiluarum, & olera herbarum, & omnes arbores dabunt ſudorē ſanguineū; ſicut Sibilla prędixit, vt habetur Iohel, 4. *in diebus illis dabo prodigia in cœlo, & in terra ſanguinem, & vaporem fumi.* Et hoc continget in terrorem homicidarum, qui ex vindicta occiderunt, & vulnerauerunt proximum. Nam hoc eſt vnum, de quatuor peccatis clamantibus in cœlum, ſcilicet, fundere ſanguinem innocentem. Vn-
Gen. 4. de: *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Sextum ſignum eſt quod omnia volatilia cœli congregabuntur in locum vnum adinuicē flentes, & vlulantes, non guſtantes cibum neq; bibentes, & hoc continget in terrorem guloſorum, & ebrioſorum, qui hic ſemp in ſatietate & ebrietate vixerunt, quia tales in futuro cibabūtur fame, & morte pſ. *Mors depaſcet eos,* depotu dicit pſal. *Ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum pars calicis eorum,* Ibi enim damnati guttam aquæ habere non poſſunt, vt patet in epulone, qui guttam aquæ petiuit, nec tamen obtinuit. Septimum ſignum eſt, quod tunc ruent omnia ædificia *non relinque-*
Mat. 24. *tur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Et hoc continget in terrorem illorum, qui hic plus ſoliciti fuerunt in ędificiis terrenis, plus dile-

dilexerunt, pulchra ædificia quam in cœlo præparent sibi mansiones delectabiles. *in domo patris mei mansiones multæ sunt.* O quam stulti sunt tales, qui potius ornant domos, in quibus corpus mutari debet, quam animam, in qua Deus habitare debet. vnde Esa. Prophetæ. *væ qui coniungitis domum domui, & agro agrum copulatis vsq; &c.* Diues homo cum videret pulchram domum suam, cogitare deberet: O si ita pulchram habitationem præparassem animæ meæ in cœlo, & cum tanta solicitudine, & labore & expensis, sicut corpori meo in hoc seculo præparaui, quam fortasis corpus meum breue tempus inhabitet. Octauum signum est quod ignes, fulmina, surgēt ab occasu solis cōtra faciem firmamenti vsq; ad ortum solis occurrentia. In signum, quod iracundum Deus se ostendet iracundis hominibus, qui hic proximos tribulauerunt maledicendo, & verberando. Nam fulgura, & tonitrua sunt terribilia, ergo per ea significatur ira Dei contra malos, & iracundos. *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Quomodo & tunc non reus erit, qui alios turbauit, & scienter ad iracundiam prouocauit? Sed mansuetis ostendet se Christus mitem, & benignum. *Beati mites,* &cæt. Et psalm. *Mansueti hæreditabunt terram.* Nonum signum est quod petræ adinuicem se collident, & in quatuor partes scindentur, & vnaquæque pars (vt dicitur) collidet alteram, nescietque homo sonum illum, sed tantum Deus, sicut factum est in pasione Christi, vt habetur *petræ scissæ sunt.* Et hoc continget in terrorem obstinatorum, qui sunt duriores lapidibus, quos nec infernus, nec iudicium extremum, nec gaudia cœli, nec pasio Christi potest emolire, cum tamen petræ in pasione Christi scissæ sint, sed ipsi non possunt scindi ad pœnitentiam. Decimum signum est generalis motus terræ, qui adeo erit magnus, vt dicitur, quod nullus homo, nullumque animal stare poterit, sed ad terram prosternetur. *Et factus est terræ motus magnus qualis non fuit ex quo homines esse ceperunt.* Et hoc insignum, quod terra modo non vult portare peccatores, nec abscondere, sed oportet vt appareant coram summo iudice vt *Greg.* O quam angustæ erunt tunc viæ reproborum, cum superius viderint iudicem tremebūdum, inferius chaos horrendum, à dextris peccata accusantia à sinistris infinita dæmonia eos ad inferna trahentia, intus conscientia accusans, foris mundus ardens; miser peccator sic deprehēsus, quo fugiet? latere. n. est imposibile, apparere intolerabile, tunc dicent illud *Apoc. Montes cadite super nos & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira igni &c.* Vndecimū signum est quod omnes mon-

Ioan. 14. Matt. 27. Apoc. 16. Matt. 5. Matt. 5. Apoc. 6.

tes, & colles in puluerē redigentur, & omnis terra æquabitur. Vnde Esa. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur.* Esa 40. & hoc continget in terrorem nobilium qui seipsos in præsenti extulerunt, & alios homines spreuerunt, quia tunc cognoscent, quod omnes erimus similes, & Deus vnumquemque indifferenter secundum merita sua iudicabit. Matt. 16. *Filius hominis reddet vnicuique secundum opera sua.* & hoc sine acceptione personarum. Nam dominum iudicabit sicut seruum, dominam sicut ancillam, regem sicut rusticum, vnde psalm. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Item in eodem psalm. *Deus iudex iustus hunc humiliat, & hūc exaltat* Duodecimum signum est, quod etiam homines pro tunc viuentes exibunt de cauernis, in quibus latitabunt, & ibunt velut amētes, nec mutuo sibi loqui poterunt. Et hoc cotinget in signū, quod nullus excusare se poterit in extremo iudicio, nec aliquis sanctorū pro quocunque peccatore intercedet. Decimumtertium signum est, quod omnia sepulchra ab ortu solis vsque ad occasum aperiētur, & ossa mortuorum stabunt super sepulchra sua Vnde Ezech. Ezech. 37. *Ecce ego aperiam tumulos vestros.* & hoc continget in signum quia omnia occulta, & peccatores occulte peccantes manifestabūtur, & confundentur, vnde Christus dixit in euāgelio. *Nihil opertum, quod non reueletur, nec absconditū, quod non sciatur.* Decimumquartum signum est, quod stellæ cadent de cœlo. *Stellæ cadent de cœlo, & virtutes cælorum mouebuntur.* Matt. 24. Nam omnia sidera errantia, & stationaria spargent ex se igneas comas. In eodem die, vt dicitur omnia animalia venient ad campum mugientia, & non gustantia cibum, nec bibentia. Sciendum quod stellæ cadent, hoc continget in terrorem illorum, qui à fide ceciderunt, vel quos prosperitas, vel aduersitas à Deo retraxit. Decimumquintum signum est, quod homines viuentes pro tunc omnes morientur, & cum mortuis resurgent, qui longe ante fuerunt mortui. Nota quod cœlum, & terra non renouabuntur, nec purificabuntur per ignem, nisi post ablationem malorum hominum post iudicium. Quæritur hic, vtrum omnia corpora redigentur in cineres: & videtur quod non? Quia aliqui moriuntur, qui immediate ante iudicium & ante resurrectionem mortuorum vixerunt, sed corpus hominis non incineratur, nisi per magnum tempus post mortem hominis, ergo saltem talia corpora non incinerantur post mortem ipsorū. Hol. super lib. Sap. Respondet *Holcoth.* & dicit quod tales resoluentur per ignem, qui concremabit mundum ante iudicium, & sic soluentur cito & cito reparabuntur. Ad hoc idem respondet *Haymo*, quod omnes homines,

qui

qui sunt nati in peccato originali, tenet hæc sententia. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Item sciendũ vtrum illi dies continui sint, interpolati. *Hieron.* non exprimit, & etiam quod talia signa fiant apochriphum est. Quædam tamen ex eis, vel etiam quasi omnia, vt patuit, ex scripturis sacris probantur, & hoc quantum ad primam partem huius sermonis. Sed quantum ad secundam partem, nunc ponendæ sunt aliquæ quæstiones. Et primo quæritur, vtrum Christus in iudicio in forma humanitatis gloriosa apparebit? Respondet beatus Thomas de Aquino quod sic. Nã Christus in forma humanitatis videri potest, & videbitur ab omnibus tam bonis, quam malis: tamen sciendum quod non æqualiter videbitur à bonis, & à malis. Vnde *Grego.* Redemptor humani generis cum iudex apparuerit, & speciosus iustis, & terribilis erit iniustis. Quem enim mansuetum aspicient electi, hunc eundem pauendum, atque terribilem respicient N§ reprobi. Item, secundo quæritur, vtrum culpæ omnium hominum manifestabuntur in iudicio omnibus hominibus? Dicendum est quod de ista materia pulchre scripsit beatus Thomas & *Richardus de Sancto Victore* dicentes. Oportet, quod in vltimo & communi iudicio diuina iustitia omnibus euidenter appareat: sententia autem condemnans, vel præmians iusta esse non potest, nisi secundum merita, vel demerita proferatur, & ideo sicut oportet quod iudex, & assessores iudicis merita, vel demerita cognoscant ad hoc, quod sententiam proferant; ita oportet ad hoc quod iusta extremi iudicii sentẽtia appareat, vt omnibus sententiam cognoscentibus merita, vel demerita innotescant, vt sicut cuilibet nota erit sua præmiatio, & sua damnatio, ita omnibus aliis innotescat: & ideo oportet quod sicut Deus cuilibet sua merita, vel demerita reducet ad memoriam, ita etiã alicui cognitioni subiacent, & hæc est probabilior, & opinio cõmunior, quamuis magister sententiarum cõtrarium dicat, scilicet quod peccata per pœnitentiam deleta in iudicio aliis non patebunt: quia secundum beatum Tho. intelligendum est, quod peccata iustorum non venient ad notitiam aliorum, vt peccata, sed vt dimissa sunt. Sic enim considerationi cuilibet occurret, & ex his non sequitur iustis pœna, sed gloria. Dicuntur enim peccata commissa tegi in quantum Deus ea non videt ad puniendum, sicut dicit glo. super illud, quod dicitur in psal. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata.* Ex prædictis concludi potest quod coram iusto iudice, & omnibus Angelis, & hominibus manifesta erunt cuiuslibet hominis.

Gen. 3.

in 4. sent. dist. 47.

super Ezech.

in 4. sent.

minis merita & demerita, ex quibus iusta sententia ab ipso iudice proferri potest, quia vt ait psalm. *Vnicuique reddet secũdum opera sua.* & hoc fiet quando Dominus Deus iustus iudex dicet his, qui à dextris eius erunt: *Venite benedicti, possidete regnum vobis paratum ab origine mundi. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Et his, qui à sinistris eius erunt cum suis peccatis, omnibus hominibus manifestis, in valle Iosaphat dicens proferens contra eos iustam sententiam, quæ *quasi gladius bis acutus exibit de ore eius*, vt habetur *Apocal.* 1. Et vere bis acutus, quia interimit corpus & animam, diuidens totum hominem à vita æterna, sententians eum ad gehennam ignis dicens. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius*, id est hominibus eum ad malum, & in malo imitantibus. *Esuriui, & non dedistis mihi mãducare &c.* Vnde *Aug.* de verbis domini. Si in ignẽ æternũ mittitur, qui non dedit rem propriam, vbi putas mittendus erit, qui inuasit alienam? Si cum diabolo ardere debet qui nudum nõ vestiuit; vbi putas arsurus erit, qui vestitum spoliauit? Tertio quæritur, vtrum ignis præcedet aduentum iudicis. Respondet beatus Thomas. Et sic ascendet iste ignis, sicut ascenderunt aquæ diluuii 15. cubitos super omnem terram psal. *Ignis ante ipsum præcedet.* Et idem ignis secundum sanctum Tho. cremabit corpora eorum ante iudicium, qui tunc viui reperientur, siue sint boni, siue sint mali. Sed malis infliget pœnam sensus, bonis autem, in quibus nil inueniet purgandum, non infliget aliquem dolorem, sicut nec ignis camini afflixit aliquem de tribus pueris. Bonis autem. in quibus purgandum aliquid inueniet, infliget dolorem secundum magis & minus, sicut plus vel minus purgandum habebunt, agente sic diuina iustitia: cito autem poterit purgari quicquid purgandum erit, quia recuperabit intensione, quod amittit in duratione. Et idem beatus Tho. dicit quod ille post iudicium inuoluet reprobos, & quantum ad calidum æstiuum, & quantum ad illud, quod erat grossum in eo, ad infernum descendet ad pœnam dãnatorum, Quod vero in eo subtile, & lucidum, remanebit superius ad gloriam electorum. Et idem dicit. Non enim complebitur mundi renouatio, nisi expulso peccatore extra mundum, id est in infernum. Sic igitur patet, quod ignis ille aduentum iudicis præcedet, cõcomitabitur, & sequetur. Item quarto quæritur, vtrum elementa renouabuntur per receptionem alicuius claritatis. Respondet Thomas. Terra enim, vt dicitur, erit in superficie exteriori peruia, id est perspicua, sicut vitrum, aqua sicut

Apoc. 1.

Matt. 25.

Thom. in 4. dist. 46.

Dan. 3.

4. dist. 47.

ſicut chriſtallum, aer ſicut cœlum, ignis vt luminaria cœli. Item quæritur vtrum animalia bruta, plantæ, & corpora mixta remanebunt in illa innouatione? Reſpondetur ſecundum. Tho. quod non. Nam bruta animalia, & plantæ, & corpora mixta corrumpuntur ſecundum totum, id eſt, ex parte materiæ, quæ formam amittit, & ex parte formæ, quæ actu non manet. Nam homines vlterius non indigent animalibus, & plantis, ſicut iam veſcuntur, & iuuantur per illa. Et hoc quantum ad ſecundam partem iſtius ſermonis. Quantum ad tertiam partem iſtius ſermonis eſt notandum, quod quilibet debet formidare vindictam iudicii diuini. Legitur *in lib. de apibus*. Erat monaſterium Sancti Iacobi apud Leodium; vnde ibidem quidam adoleſcens conſobrinus præpoſiti maioris eccleſiæ religionem intrauit, quod vt audiuit præpoſitus indigne tulit; mandauit per clericos conſobrinum exire, renuit ille. Tunc præpoſitus forti manu collecta multitudine ſatellitum intrauit violenter cænobiū, rapuit iuuenem, & nudatum ſancto habitu induit eū habitu ſeculari. Abbas ergo monaſterii collectis maiorib. ciuitatis epiſcopo conqueritur, & totū clerū pro tātis iniuriis interpellauit. hunc cum indignanter vix audire vellet epiſcopus, & abbatem potius impeteret duris verbis, flexis genibus abbas cum moderamine verborum dixit. Iudicem contra te oppoſitum in terra habere nō poſſum, ſed contra te Deum ſummum iudicem interpello, vt infra 40. dies vterque noſtrum compareat coram illo ſententiam iudicis promeritis accepturus. Ad hoc præpoſitus cachinans cum ſuis miſit hominem, atq; ſpreuit, & repulit exprobatum. Quid plura? Quadrageſima autem die circa nonam mortuus eſt prædictus abbas, & cum pro illo ſolenniter pulſarent, ſedens in balneo præpoſitus quæſiuit à circumſtantibus quid hoc eſſet: mox quidam ingrediens, & requiſitus de ſonitu campanarum, reſpondit: abbatem ſancti Iacobi iam defunctum, & pro eo pulſationem fieri tā ſolennem. Illico recordatus præpoſitus quadrageſimā diem eſſe qua ſe citatū coram iudice ſummo audierat ab abbate, contriſtatus animo dixit ſuis: Cito videte quid ego faciam, moriturus ſum, comparere me oportet hodie aſpectibus iudicis ſine mora, cum poſt hoc balneum egredi feſtinaret, in aſtantium manus cum diro eiulatu, & vocibus expirauit. Ibi procul dubio compulſus reſpondere, vbi cauſarum ſtrepitus ceſſant, iuriſperitorum aduocatio conticeſcit, vbi nec preces, nec pretium liberabunt, vbi nec interlocutoria iudicis ſententiam protelabunt.

Do-

E

DOMINICA III. SER. VII.

De Aduentu spirituali.

Matt. 11. TV es, qui venturus es, an alium expectamus? Philosophus dicit *in li. Phisi.* quod si forma non introducitur, nisi materia prius disposita sit, sicut patet de puero, cui in vtero matris anima nō infunditur, nisi ante materia ad modū corporis, sit disposita; sic gratia non datur homini, nisi disponat se ad gratiam recipiendam. Modo quia per verbum Dei disponitur homo ad spiritualem aduentum gratiæ percipiendum, nunc rogemus matrem gratiæ, &c. *Tu es qui* P¶ *venturus &c.* Notādum quod Deus venit in præterito, venit in pręsenti, veniet in futuro. Secundū præteritum tempus venit per carnis assumptionem, secundum præsens tempus venit in nos per gratiæ infusionem, sed secundum futurum tempus veniet in die iudicii iudicare viuos & mortuos. De primo aduentu actum est in prima dominica aduentus: de secundo aduentu, scilicet ad iudicium, actum est in secunda dominica, sed in hodierna dominica agitur de aduentu Christi in nos per gratiæ infusionem, vnde in hodierna collecta in missa petimus vt mentis nostræ tenebras gratia suæ visitationis illustret. Et Euangeliū hoc dicit de sancto Ioan. Baptist. qui interpretatur, gratia, siue in quo est gratia. Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quomodo ille aduentus spiritualis præcellit alios duos aduentus. Secundo, quare aduentus est desiderandus. Tertio, de duritia vestium, concludendo cum vno exemplo. Quantū ad primum sciendum, quod ille aduentus Christi in mentem præcellit alios duos aduentus, scilicet in carne & ad iudicium. Primo, quia cum aduentus in carnem sit solius filii in carne mortali apparentis, & aduentus ad iudicium sit etiam tantum filii in carne gloriosa apparentis. Aduentus autem spiritualis in mentem hominis est totius Trinitatis; *ad eū veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Ioan. 14. Secundo, quia causa aduentus in carnem, & aduentus ad iudicium communes sunt bonis, & malis. Nam boni viderunt eum in mundo existentem, similiter & mali, sicut pharisæi, Pilatus, & Herodes viderunt Christum in carne, similiter in iudicio extremo tam boni quam mali videbunt Christum venientem in nube, sed aduentus spiritualis in mentem est tantum bonorum; qui præparant se, *non enim habitabit in corpore subdito peccatis.* Vnde *Hay.* Dominum Deum tuum suscepturus in *super Ioan.* habitaculum cordis tui, emunda conscientiam tuam ab operibus mortuis & superfluis, & immundis cogitationibus, quia mundus inhabitator mundam quærit domum. Vnde etiam *Ber.* Gratia *super. Cant.* balsamum purissimum est, & ideo purum

purum, & solidum vas requiret. Tertio, quod illi duo aduentus, s. in carnem, & ad iudiciũ sunt ad nos, sed ille spiritualis aduentus est in nos. In primo aduentu. Saluator ad nos venit, ad cœlum rediturus, in mentem vero venit in nobis mansurus, nisi immundicia operum nostrorum, quasi propriis manib. eum expellamus. vnde vocatur *Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus*: Vnde *Ioa. 14. Vos cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Sen.* prope est Deus, tecum est, intus est: vnde magna securitas est homini, Deum habere in se, magnum thesaurum habet, qui Deum habet, & qui Deum habet in se, verisimile est; quod nõ sit sine consolatione. *Si quis audierit vocẽ meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Bernard.* cibus animæ est gratia Dei, dulcissimus sane, & omnem habens in se suauitatem, & delectamentum saporis. vnde etiam *Basilius*: O dulcedo melliflua, dulcedo miranda, quam dulcis es meditatione, sed dulcior in oratione, dulcissima in contemplatione, sed perdulcissima in beatitudine, & hoc quantum ad primam partem istius sermonis. Sed quantum ad secundam sciendum est, quod sunt sex, secundum *Guil. Lugd.* quæ si cogitantur, valent ad hoc, vt ille qui per peccatum mortale deseruit Deum, eius spiritualem aduentum desideraret. Apo. 3.

R/

Primum quod cogitet, id est, quem relinquit, scilicet patrem suum cœlestem *Deum, qui te genuit, dereliquisti.* Naturalis est amor filii ad patrem, naturalis dolor de eius offensa, sed maior debet esse de offensa patris cœlestis. *Aug.* Amãdus est generator, sed præponendus est creator. Insuper dominum suum negauit, quod est magnum opprobrium coram Deo, & etiam coram hominibus, negare proprium dominum. Insuper, vel postremo dereliquit liberatorem suum, de quo multum dolorem debet, quia recessisse se videt ab eo, qui morte propria, eum à morte æterna liberauit. *Ingratus sensu dereliquit liberantem se.* Refertur n. leonem, quem quidam miles à serpente liberauit, adhæsisse inseparabiliter vsque ad mortem liberatori suo. E contrario multi relicto domino suo adhęrent serpenti infernali qui, nihil habet dare, nisi quod ipse possidet, scilicet ęternam damnationẽ. *Erui vos de manu eorum, & tamen vos dereliquistis me. Domine omnes, qui te derelinquunt, confundentur.* Secundo cogitare debet causam, quare dereliquit Deum. *Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem &cæt.* vnde *Holcot* dixit. Si beneficia Christi cogitemus, & nostram malignitatem ponderemus, non est dubium, si vsum rationis habemus, quin occasio-

Deut. 32. Eccles. 29. Iudic. 3. Hier. 17. Hier. 2. super lib. Sap.

nem pœnitentiæ ſentiamus. Vnde poe æ ſcribunt quod harpya auis eſt, habens faciem hominis, ſed auis valde crudelis; intantum quod interdum fame ſtimulante hominẽ inuadit, & occidit, ſitiens autem ex tunc, cum ad aquam volat vt bibat, vt faciem ſuam intuens, & ſe ſibi ſimilem nuper occidiſſe recolens, tãtum dolorem patitur, quod inde quandoq; moritur. Quid ergo nos ratione vtentes faciemus, quando Deum noſtrum, & fratrem noſtrũ quantum in nobis fuit occidiſſe cognoſcemus? hoc autem videmus expreſſe cum verbum Dei audim⁹, vel ſcripta ſanctorum legimus deuote. Et quicunq; non pœnitet de peccatis, & deſiderat aduentum gratiæ iſta recogitans, non eſt perfectus Chriſtianus. nec euangelio Dei credit, & ideo ſignãter dicitur. *Pœnitemini, & credite euangelio.* Marc.1. Tertium eſt quod cogitet quid cũ eo reliquerit, quia omne bonum. *Aug.* ſummum bonum Deus eſt vt nemini eum deſerenti bene ſit. quid enim erit bonum peccanti, ex quo ipſe ſibi malus eſt, ſeipſum occidendo. Sap.16. *Homo per malitiã animam ſuã occidit.* *Sen.* nihil eſt homini bonũ ſine bono. Vnde *Holcot.* Merito hadolere deberemus pro gratia, quã amiſimus: efficimur .n. per culpam de filiis Dei filii diaboli, de familiarib. Dei, hoſtes, & proditores, & æmuli Chriſti, & de regni cęleſtis hęredibus, erimus exules, & proſcripti. vnde legitur in li. de natura rerum quod quædam auis eſt, quæ vocatur auis paradiſi, quæ propter inſignem pulchritudinem ſic vocatur. Eſt enim tantæ pulchritudinis, quod nullus color ſibi deeſſe creditur, vox.n eius eſt ita dulcis, & pia, quod poteſt deuotionem, & gaudium excitare, hæc auis ſi capta fuerit, & illaqueata, irremediabiliter gemit, & plangit, nec vnquã plangere deſinit, donec reddita fuerit libertati. Moraliter iſta auis eſt anima fidelis, quando eſt in gratia, eſt auis pulcherrima, quia in ea relucet imago ſanctę Trinitatis, naturaliter ei impreſſa, habens oẽs colores, id eſt virtutes. Vnde Hier. Omnes virtutes ibi cohærẽt, vt qui vna caruerit omnib. careat, & qui vnam, habet, oẽs habeat. in epi. Iſta capitur laqueo dæmonis, quãdo peccat, quid ergo reſtat ei facere niſi plangere, & inceſſanter pęnitere, donec per gratiam reconciliationis in ſtatum priſtinum reducatur, & de coruo diaboli, fiat denuo auis paradiſi; ſic planxit, & gemuit ſanctus latro iuxta crucem ſuſpenſus, donec à fonte gratiæ obtinuit, & audiuit illud *Luc.23. Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo*, & ideo omnib. peccatoribus dicitur à Chriſto. vt habetur *Mat.3. Pœnitentiã agite, appropinquabit n. regnum cœlorum.* Quartum vt cogitet, cui adhæſerit. *Ioan.6.* Dixit Petrus Domino, *Domine ad quem ibimus? Greg.* Stultũ eſt ſeruire diabolo offenſo, qui nullo placatur obſequio. *Ber.* in perſona

na Domini: quid causæ est, quod inimico meo, vestroque potius seruire vultis, quam mihi? stultitia enim maxima est ab illo recedere, qui dat regnum cœlorum, & æterna gaudia, & immẽsas diuitias pro seruitio transitorio, & seruire illi qui nihil habet dare, nisi æternam mortem, æternum ignem, æternam pœnam. sed heu plures seruitores habet diabolus in mundo isto, quã Christus. Nam omnes superbi, luxuriosi, iracundi, auari mendaces, & periuri sunt in seruitio diaboli, sed humiles, casti, abstinentes, & pacifici, & veraces, mites, & obedientes sunt in seruitio Dei: sed heu plures sunt mali, quam boni. V. de
1. Ioan. 5. Ioan. *Totus mundus in maligno positus est*. Vnde etiam Ari. homines
5. Top. vtplurimum sunt mali, in paucioribus vero sunt boni. Quintum est vt cogitet, quod nisi adueniet Deus, non recedet diabolus Psal. *Ad nihilum redactus est in conspectu eius malignus*, non simul habitant Deus, & diabolus, sicut nec lux, & tenebræ. Nam quam cito lux solis intrat, tam cito tenebræ fugantur,
2. Cor. 6 sic est de Deo, & diabolo. *Quæ cõuentia Christi ad Belial?* Sextum est, vt cogitet homo quod non potest venire ad gloriã Dei, nec ad ipsum Deum in futuro, nisi Deus ad hominem veniat in præsenti per gratiam *Aug*. 1. Nullus posśidet Deum in futuro, nisi qui hic posśidetur à Deo. *Augustin*. Desiderate auxilium gratiæ, qua soli homines liberantur à malo, sine qua nullũ prorsus, siue cogitando, siue agendo faciunt bonum, quia nullus sine gratia saluatur. hoc incitare nos debet, vt desideremus aduentum Christi in nos, quia per nos, & per naturalia non possumus ascendere. ergo merito gratiam Dei toto corde debemus desiderare. Vnde *Augu∫t*. lib de nat & grat.
Gratia sine qua, nec infantes, nec ætate grandes salui fieri possunt. Sed quãtum ad tertium, sciendum circa hoc quod Christus in hodierno euangelio commendat Ioannẽ Baptist. de asperitate vestium dicẽs. Quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum? quasi dicat; Vestis Ioannis est pellis camelorum, vbi notandum, quod vestis aspera confert homini quinque bona: Prima vitia carnis domat. Psalm. *Ego autem cum mihi molesti essent*, scilicet, dæmones per infestationem carnis, *induebar cilicio*. Exemplum de Iudith vidua, quæ portauit die noctuque cilicium ad domandum corpus suũ, sed mollis vestis administrat fomitem carnis, *Ber*. Mollia indumenta mollitiem animæ inducunt. Vnde etiam *Cyp*. Serico, & purpura induti Christum induere non possunt. Vnde etiam *Greg*. in quadam Homil. Quid est homo pretiose ornatus, nisi sepulchrum foris dealbatum, intus autem plenum spurcitia? Secũdo vestis aspera hominem ab imminente tribulatione liberat. Hoc patet in Niniuitis, quib. Dominus per Io-

nam prophetam minatus est dicẽs. Post. 40. dies Niniue subuertetur. Auditis his verbis rex, & omnis populus induerũt se saccis, & asperserũt cineres super capita sua & ieiunauerunt, & Deũ inuocauerunt, & auersus est furor Dei ab eis, & misertus est eorum, sic econuerso vestis mollis, & pretiosa iram Dei & plagam prouocat. Vnde legitur in gestis Romanorum, quod ille, qui primitus inter eos vestem purpuream induit à fulgure percussus est, & sic interiit. Tertio, vestis aspera facit orationem exaudiri. Vnde olim antiqui induebant se saccis, cum à Deo aliquid impetrare voluerunt. *Ps. Respexit in orationem humilium.* &cæt. *Oratio humiliantis se nubes penetrat, donec appropinquet ad Dominum non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat:* & econuerso vestis mollis, & pretiosa impedit orationem. Nam superbus habitus non impetrat à Deo quod petit. Vnde *Iaco. Superbis resistit Deus.* Vnde *Hieron. in epistola.* Qua fiducia erigas ad cœlum vultum, quem cognitor non agnoscit? Quarto, vestis aspera liberat hominem à veste calamitatis, quia dãnati vestiuntur. Psalm. *Induantur sicut diploide confusione sua.* Nam damnati confunduntur in corpore, & anima. Vnde dicit Dominus per prophetam. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo*, sic econuerso compositio, & varietas

Eccles. 35.

Iaco. 4.

vestium varietatem pœnarum induit, quia quot tunicas, quot pallia, quot colores, quot scissuras, superbus ex superbia induit, tot pœnas pro his in futuro habebit. ¶ Quinto, aspera vestis impetrat homini stolam gloriæ claritatis æternæ. *Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ.* Nam vestis gloriæ præcellit claritatem solis, *Fulgebunt iusti tanquam sol.* De hac claritate loquitur *Ansel.* in illa vita pulchritudo iustorum solis pulchritudini, qui septempliciter quam est modo, fit splendidior adæquabitur. Nam si cœlum aperiretur, totus mundus ille vnius corporis claritatem gloriosi sustinere non posset. Corpus enim illud, quod cilicio induitur, & sacco tegitur, septempliciter clarius erit, quam Sol iam est, sicut iam patuit per autoritatem in Ansel. Et super hoc anima hominis implebitur ineffabili claritate. Vnde *Bern.* Putas qualis tunc erit splendor animarum, quando solis habebit splendorem lux corporum. Ex hoc elicitur quod quilibet debet corpus suum castigare cum abstinentia escæ & potus, inquantũ valetudo permittit, & domare carnem suam cilicio, vel alio aspero indumento, vt ad talem claritatem peruenire valeat. Vnde *Hier. in epi.* Nullus labor durus, nullum tempus longũ videri debet, quo gloria æternæ claritatis acquiritur. Vnde *Chrysostom.* Si quotidie oporteret nos tormenta perferre, & ipsam gehennam paruo

Apo. 6.

Matt. 13.

de recuperat. Lapsi.

paruo tēpore tolerare pro eo, quod Christum videre possemus in gloria venientē, & sanctorum eius numero sociari, non erit dignum pati omne, quod triste est, modo vt tanti boni tantæque gloriæ participes haberemur? In super libenter quilibet deberet carere delectabilibus carnis, & gaudiis mundi, vt sic possit peruenire ad gaudia cœli. Vnde *Aug.* Tanta est pulchritudo iustitię, tanta est iucunditas æternæ lucis, vt etiam si non liceret in ea amplius manere quam vnius diei hora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni diuitiis, & etiam cum omni affluentia temporalium bonorum, recte meritoque contemnerentur. Item *Au.* Deus erit finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur: Hoc munus, hic affectus, hæc actio profecto erit omnibus communis, sicut ipsa vita æterna communis est. Vltimo notandum est vnum exemplum de asperitate vestium & abstinentia. Et legitur in li. de apibus, quod erat quædam mulier in partib. Brabantiæ reclusa in paruo tugurio, quæ loricam ferream portabat ad carnem, & super loricam ferream ex setis pilorum cilicium, quo per mediū loricæ caro pungebatur, super nudam terram, & super durissimos lapides recumbebat, ter tantum in hebdomada pane in dimidia parte mixto ex cinerib. in mensura, & pondere vescebatur. Item aliud exemplum legitur, quod quædam Virgo anicula fuit in eremo, quæ triginta octo annis in vna spelunca mansit, & Deo ibidem deuote seruiuit, nisi de radicibus, & herbis & fructibus arborum cibum sumpsit, & nunquam illo longo tempore hominem vidit, & post modum duo eremitæ ex improuiso ad eius speluncam venerunt, & ipsam defunctam inuenerunt. Et sic eam sepulturæ tradiderunt.

de lib. arbitr. — *lib. 2. de ciuit. Dei* — V¶

DE EADEM DOMINICA Serm. VIII.

De præparatione cordis.

FILI *præbe mihi cor tuum.* &c. Ex quo in præsenti Dominica agitur de spirituali aduentu Christi in cor hominis. In signum hui⁹ tunc ipsa veritas petit sibi præparari & præberi cor, nam ipse paratus est illud implere suo spirituali aduentu. Vnde *Au.* Præsto est gratia, quæ nunquam deficit nisi prius expulsa, continue necessario quod suum est inspirat, si est qui recipiat, ergo ipse petit cor cuiuslibet fidelis hominis dicens: Fili præbe mihi cor tuum. Sciendum quod in præsenti sermone tria sunt dicenda: Primo, quare Christus petit cor hominis, & qualiter sibi dandum est, secundo, quæ causant munditiam cordis. Tertio, quomodo cor mundum cognoscitur, & quomodo custoditur. Quantū ad primum sciendum quod Deus petit cor, & non aliud

Prou. 23. — *lib. 3. de penit.*

nem-

membrum triplici ratione. Primo ideo quia est spirituale hospitiũ Dei, in quo quiescere cupit, ideo cor interpretatur quasi camera omnipotẽtis regis. Nam rex cœlestis delectatur inhabitare cor. Vnde Prou. *Delitiæ meæ, esse cum filiis hominũ.* Secundo petit, ideo quia cor est principium omnium membrorum. Vnde Ari. Cor est principium vitę, & omnis motus corporis, & sensus: & consequenter totum hominem petit Deus in hoc, quod petit cor. Et merito totum hominẽ exigit, quia totum corpus suum, & omnia membra sua in passione sua pro ipso homine exposuit. Tertio quia cor est plenum sanguine: ideo pater patit cor, vt filium suum sanguineum in illud ponat. Nam secundum *Arist.* Simile diligit simile. vnde quilibet debet in corde suo Iesum cum suis vulnerib. sanguineis locare, meditando passionem eius. vnde *Ber.* in persona dñi in quodam sermone: O hõ, vide quæ pro te patior: non est dolor similis, quo pro te crucior, ad te clamo, qui pro te morior, vide pœnas, quib. affligor: vide clauos, quibus confodior, cum sit dolor tantus exterior, interior est planctus grauior, cum te tã ingratum experior. Vnde etiã *Hiero. in epistola.* Conspui voluit, vt velamen culpæ, & ignorantiæ à cordib. nostris auferret. In capite percuti, vt caput nostrum. i. Adam sanitati restitueret: colaphis cędi, & verbis derideri, vt nos, & labiis, & manibus. i. verbis, & operibus applauderemus. Item sciendum quod Deus vult cor sibi dari, nõ mutuari, nec vendi. Vnde *Holcoth.* Illi Deo mutuant sua corda, qui pro temporali prosperitate Deo seruiunt. Nã cum ipsa prosperitas eis subtrahitur, tũc & ipsi subtrahunt Deo corda sua, quæ antea sibi in prosperitate mutuauerant. vnde *Ps. Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* Sed non est Deo seruiendum principaliter pro temporali remuneratione. vnde dicitur in decre. Remunerationem temporalem non debet quis quęrere pro bono, quod agit, vt patet de pœni. dist. 3. c. quanquam. Sed illi vendũt qui ei seruiunt pro mercede æterna. Nam spem retributionis habet, qui est mercenarius. Sed illi dant corda sua Deo, qui ex mera bonitate Deo seruiũt, & hoc desiderat ipse Deus; vnde dicit in verbis præmissis. *Fili præbe mihi cor tuum*; quasi dicat secũdum Holcoth. Fili mi per creationem, fili mi per redemptionem, præbe mihi cor tuum per dilectionem, & deuotionẽ. Vnde *Chry.* Merces maior tibi augetur, quando non spe mercedis operaris, sed studio placẽdi. Item sciendum quod ipse Deus non petit partem cordis, sed totum cor vult integraliter habere. Vnde Mat. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. &c.* Nam falco est auis generosa, cum diu volauerit pro præda, cor pro mercede requirit. Falco Christus est, qui pro te volauit de cœlo

Marginalia: *Prou. 8.* — *3. de ani.* — *8. Eth.* — *super li. Sap.* — *Matt. 22.*

cœlo in vterum virginis, de vtero virginis in mundum, de mundo ad crucem, de cruce ad limbum, & e conuerso de mundo ad cœlum; ergo sibi cor tuum recte vendicat. ¶ Quantum ad secundum sciendum, quod tria causant mundiciam cordis. Primum est, vt quotidie videamus opera nostra, & totam conuersationem nostram bene consideremus, si aliquid sit in eis reprehensibile, vel Deo contrarium. Nam homo, qui vult mundum cor acquirere, debet diligenter verba, facta & conuersationes suas considerare, id est, cognoscere, quia initium salutis cognitio est sui. Secundum quod causat mundiciam cordis est quicquid homo inuenit, in quo Deum offendit, vt de hoc veram pœnitentiam agat, & illa vera pœnitentia consistit in tribus. Primo, in contritione vera; vnde dicitur in decre. Sine contritione nullum peccatum dimittitur. de pœn. distinct. 1. *Per contritionem.* & illa contritio debet ex vero, & amaro corde procedere. Vnde: *Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.* Vnde etiam Grego. Illum, quem conspicis delicta fletu delere, in conspectu deitatis non dubites misericordiam consequi. Vnde secundum pęn. de tha. rag. Contritio posset esse tanta, quod totum reatum deleret, id est, culpam & pœnam. Secunda vero pœnitentia consistit in confessione, Vnde *Ambro.* Non enim quisque à peccato iustificari poterit, nisi ipsum peccatum ante confessus fuerit. Nam pudor, quem quis habet in confessione, est magna pars satisfactionis. Vnde *Bern.* Ideo confiteri iubemur peccata, vt erubescentiam habeamus pro pœna, nam confessio est peccatori multum vtilis, vt habetur in decret. Confessio à morte animam liberat, aperit paradisum. spem saluandi tribuit. de pœn. d. 1. distin. 1. *ex his.* Tertia pœnitentia consistit in satisfactione, quæ communiter attendẽda est in peccatis, vt confessor penset qualia peccata confitens confitetur, vtrum venialia, vel mortalia, an peccauit ex infirmitate, scienter, & ex certa malitia. Item pensare debet numerum peccatorum mortalium, vtrum decem, viginti, vel centum confiteatur, vtrum vnum tantum, vel duo, vel tria peccata commiserit. Item pensare debet, quamdiu talis in peccatis iacuit, an à iuuentute, an à triginta annis, vel per tres annos in his peccatis vixit; & secundum has considerationes commensurandæ sunt satisfactiones. Vnde dicitur in decret. pœnitentia debet imponi secundum quantitatem delicti. 23. quæst. 5. *excommunicatorum.* Vnde dicitur *Secundum mensuram peccati erit modus plagarum.* si non hic, tunc in purgatorio Dominus exiget satisfactionem; quia nullum peccatum dimittitur sine pœna. Vnde dicitur in decret. Pluribus modis peccata remittũtur, sed non

Hier. 6. — Deut. 25

absque pœna de pœn distin. 1. *medicina*, Tertium, quod causat mũdiciam cordis est, quod homo cum summo studio, & deuotis orationibus à Deo postulet, vt eum custodiat ab illis, quæ sibi displicent. psal. *nisi Dominus custodierit ciuitatem* & cæt. nam difficultas persistẽdi in bono patet ex hoc, quod Lucifer cecidit de cœlo, Adam de Paradiso, Iudas de nũero Apostolorum, quid tunc nos, qui sumus de hoc mundo, & sumus infirmi, & debiles ad resistendum, sic quod quandoque per vnum solum verbum prouocamur ad iracundiã, vel impatientiam, ergo necesse est semper timore Dei stare & protectorem nostrum Deum deuote inuocare. Vnde: *Si non in timore Domini tenueris te instanter, subuertetur Domus tua cito* Eccles. 27. Vnde etiam *Bernard.* in tractatu de septem donis: Connexa sunt quidem timor, & religio, nec manere potest alterum sine altero. Quantum ad tertium sciendum est, quod cor mundum trib. signis cognoscitur; quę similitudinaliter inueniuntur in vino claro existente in vitro mundo. Primum, quod vinum clarum in mundo vitro est perspicuũ, ita quod bene modicum quid immundiciæ cernitur in eo, sic est & de mundo corde, quod in se citò cognoscit modicam culpam. Sic & in albo panno parua macula cito cognoscitur, quæ in immundo, & nigro nõ cognoscitur, ergo clara cognitio propriorum defectuum, est puri cordis signum. Vnde *Greg.* 33 moral. Quanto quis maioris gratiæ lumẽ percipit, tanto amplius reprehensibilem se cognoscit. Nam boni clarius in se cognoscunt parua peccata, quam mali homines habẽtes etiam in se magna peccata, & plus flent boni, & puniunt sese pro paruis culpis, quam etiam quandoque mali homines pro magnis delictis vnde *Gregor.* Quanto plus proficimus in re cognitionis, tanto nobis indignamur amplius de peruerso opere. super Ezech. Secundo, clarum vinum in puro vitro non turbatur, neque maculatur, quando tangitur, siue mouetur, sic est de puro corde, & pura conscientia. *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit*, Prouer. 12. ergo si patiens inueniaris in aduersitatibus corporis; & in infortuniis rerum, puri cordis est signũ, vnde *Gregor.* Nemo nisi inter aduersa cognoscit quantum proficit, in moral. boni ideo patientes inter aduersa sunt, quia omnia à Deò in bono recipiunt, scientes quod Deus nihil permittit super eos sine causa. *Iob, 5. Nihil fit in terra sine causa* ergo quando Deus deponit aliquem, hoc facit propter aliquam causam. Vnde August. in lib. de ciui Dei. Deus cum aduersis rebus exagitat, aut merita examinat, aut peccata castigat, aut mercedem æternam pro toleratis malis temporalibus seruat. vnde etiam dicitur in decre. Nunquam punitur quis sine causa. dist. 51. qui in aliquo, Sed sciendum

quod

quod homines impatientes, & contra Deum murmurantes, & ipsũ in factis suis reprehẽdentes, non sunt boni. vnde *Hug. de S. Victore.* Omnis enim, qui murmurat, venenum in lĩgua sua portat. Nam propriũ malorum est in aduersitatibus murmurare, & Deum blasphemare, sed proprium bonorum est, Deum in aduersitatibus laudare vnde *Augu. in lib. de ciu. Dei.* In afflictiõe mali Deum detestãtur, atque blasphemant, ergo qui vnum verbum sibi contrarium sust nere nõ pos ũt, veri boni non sunt *Gregor.* bonus non fuit, qui malos tolerare recusauit. Tertium, vinum purum, cum infunditur ad vitrum clarum tunc saltat supra. Sicut boni, & mundi cũ tanguntur tribulationib⁹ & persecutionib⁹, siue in reb⁹, siue in persona, siue in verbis, siue in factis, tũc erigunt cor suum ad Deum, & ei omnia ista, quæ patiuntur offerunt & hoc erit eis valde meritorium, Insuper omnes cogitationes, verba & opera, & etiam corporales labores ad Dei proficiunt laudẽ, & propriã salutem in his quærunt, vnde *Gregor.* omne bonũ, quod agimus semper per intentionem ad cælestia eleuemus. Vltimo sciendum, quod non sufficit se cognoscere, habere mundum cor, nisi illud custodiatur. Pro quo sciendum, quod tria valent ad custodiam cordis. ℰ Primo est timor Dei, vt homo Deum sibi semper præsentẽ habeat & ipsum cognoscere secreta cordis

super Ezechiel.

perpendat. Nam multa praua c[illegible]tra cauentur propter timorem hominum. Quis enim turpitudinem cõmittere valet in præsentia hominũ? multo magis timere debet homo præsentiam Dei, qui præsens est, cognoscit omnes cogitationes cordis, & locutiones oris, & opera corporis, vnde eleganter *Gregorius.* Si Deum præsentem, & omnia videntem, & iudicantẽ crederemus, credo quod nunquam vel raro peccaremus. Vnde similiter & *Boetius*: Magna vobis, si dissimulare non vultis, indicta est necessitas probitatis, cum omnia ante oculos agitatis iudicis cuncta cernentis. Secundum est, custodia sensuum, vt homo sollicite custodiat suos oculos & alios quatuor sensus: Vnde *Gregor.* Non enim Eua lignum contigisset, nisi prius incaute respexisset, ergo diligenter custodiendi sunt oculi, & similiter alii sensus. Tertium, est fuga otij, vt semper aliquid boni faciatis, siue laborando, siue orando, siue meditando. Vnde *Hiero. in epistola.* Semper aliquid boni operis facito, vt te diabolus semper inueniat occupatum. Vnde *Hieron.* Non enim facile capitur a diabolo, qui bono vacat exercitio. Vnde *Cassiod.* Mens in otio nihil aliud cogitare potest, quam de ventre & libidine, cuius ratio est, Cor enim cum sit in continuo motu, semper vult circa aliquid occupari, & quia cor pronius est ad malũ quã ad bonũ, ideo nisi

in lib. moral.

de consol. philoso.

Gen. 6.

occupetur circa bonum, sẽper versatur circa malum. Vnde legitur *in vitis patrum*, quod homo otiosus mille habet dæmones eum impugnãtes, sed homo occupat⁹ aliquo bono exercitio, vix habet vnũ dæmonem eum impugnantem, & hoc quantum ad tertium membrum istius sermonis. Item alium sermonem, quomodo septem sunt, quæ præparant hominem ad spiritualem aduentum gratiæ, require infra Ser. lxviij F

DOMINICA IIII. SER. IX.

De conscientia.

Tu quis es? *Iohann.1.* In hac Dominica agitur de quarto aduentu, qui erit ad mortem cuiuslibet hominis, ad quẽ aduentum singulis diebus parati esse debemus. Vnde *Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet*, Vnde etiam *Ber.* Certũ est, quod morieris, incertum vero quando, aut quomodo, aut vbi, à quonam, vbique te mors expectat, tu quoque si sapiens fueris, vbique eam expectabis. *Isidor.* In sermo. Quid in rebus humanis certius morte? quid hora mortis incertius inuenitur? vnde quilibet debet sic viuere singulis diebus, quo ad peccata vitãda, & ad bona opera faciẽda, quasi cras deberet mori. vnde *Sen. in epistola.* Omnes dies velut vltimus ordinandi sunt: quia de felicitate hominis vltima dies diiudicat. Vnde quilibet singulis diebus debet seipsum interrogare in conscientia sua dicendo, *Tu quis es?* Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, de quintuplici conscientia, & de effectib. ipsius conscientiæ. Secundo, vnde causatur error conscientię. Tertio, exemplum.

Luc.12.

In meditationibus.

Quantum ad primum sciendum, quod quintuplex est conscientia, quarum quatuor malæ sunt & quinta bona. Prima est conscientia dilatata, quam habent isti homines, qui non ponderãt nisi grossiora peccata mortalia, & de cõmunib⁹ peccatis non curant. Vnde grandia iuramenta communia non curant, nisi sit periurium solennizatum, manus ponendo super reliquias sanctorum, vel super sanctum euãgelium. Quæritur hic vtrũ iurare per Deum sit peccatum mortale: Respon. secundum Tho. quicunque iurat scienter mendaciter, nõ excusatur à peccato mortali, De hoc etiam quære infra *ser 12.* Etiam tales luxuriam non habent pro mortali peccato, nisi quis committat adulterium, cum tamẽ secũdum scripturam sacram omnis actus luxuriæ extra matrimonium est mortale peccatum. Etiam isti ebrietatem non reputant mortale peccatum, nisi vomitus sequatur, cum tamen secundũ sacram scripturam omnis ebrietas, quæ est ex proposito, est peccatum mortale. Item offensam fraternã non ponderant nisi si quis vulnerasset, aut occidisset ipsum; cum tamen Matt. 5. dicatur. *Omnis, qui irascitur fratri*

F

22.q.3.

tri suo, reus erit iudicio, & qui dixerit fratri suo, fatue, scilicet, eum confundendo, *reus erit gehennæ ignis*. Cuius tunc reus erit, qui ex vindicta, & ira lædit proximum verbis, dicendo in furore, tu nequã, tu latro, tu adulter; vel etiam factis proximum trudendo, percutiendo vel per crines trahendo, Item soluere festa, scilicet, laborando, tabernas visitando, chorizando, &c. simul & ieiunia ab ecclesiaste instituta, sicut sunt vigiliæ Apostolorũ, & beatæ Virginis, & quatuor tempora, angarias scilicet, & quadragesimam non curant. Item tales etiam non habent conscientiam super bene se ornando in vestibus preciosis, ad alliciendum alios homines ad malas concupiscentias. Item aliqui non habent conscientiam vsuras committere, & cum fraude vel dolo emere, vel vendere, & sic de aliis. Omnes illi habent conscientiam dilatatam, & stant in periculoso statu: Nam pro quolibet peccato mortali, & etiam pro minimo dãnatur quis tam bene, sicut pro maximo. Vnde habetur in dec. Vno peccato mortali de meretur vita æterna. de pœn. dist. 5. *Fratres* quamuis pœna maior debetur maiori peccato. Vnde habetur in dec. C§ pœna sequitur quantitatem peccati. 24. q. 1. *non auferamus*. Secunda conscientia quæ etiam mala, est conscientia infirma, & nimis stricta, quam habent illi: qui faciunt sibi peccata, vbi nulla sunt: peccata, & hoc accidit ex instigatione diaboli; nam cum diabolus non potest tales inducere ad manifesta peccata mortalia, sicut ad blasphemiam, ad luxuriam, gulam, & ebrietatem, tunc nititur eos inducere per conscientiam erroneam in perplexitatem. Quæritur hic, vtrum conscientia erronea liget? Respondetur quod sic, vnde *Augu*. Quicquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam: sed secundum eundem, omne peccatum est dictum, vel factum contra legem Dei; tamen quamuis aliqua in se non sunt contra legem Dei; vt leuare festucam de terra, vel calcare supra calamum per modũ crucis in terra positum, vel verbum otiosum, vel risus; tamen si tale quid apprehenditur à conscientia, vt contra legem Dei existens, & sic volũtarie in ipsum fertur, manifestum est quod voluntate fertur per se loquendo, & formaliter in illud, quod est contra legem Dei, & sic conscientia erronea facit peccatum, cum diffinitiue iudicat aliquid esse peccatum; & cõtra hoc facit quod in se nullũ est peccatũ, vel vix veniale. Vnde sciẽdum, quod sicut valde periculosũ est habere nimis latã conscientiã, sic inquietum est habere nimis strictam. Nam tales diabolus inquietat, & impedit in bonis operibus, sic quod nec orare, nec contemplari, nec studere, nec quicquam boni libeat eos facere, quia parua peccata faciunt si-

bi magna, & timent vbi non est timendum. Vnde psal. *Trepidauerũt timore, vbi non erat timor*, vnde medium tenere est optimum. Vnde: *Ponam in medium vestrum spiritũ meum*, Vnde Aristoteles Medium in omnibus est laudabile. Vnde Salomon. *Qui ambulat simpliciter, ãbulat cõfidenter* licet timere debeamus, vt non contingat nos faciliter cadere in peccatũ. Vnde quæritur, utrum homo faciliter possit cadere in peccatum mortale? Respõdeo, quod homo, qui habet bonũ propositum cauendi omnia peccata mortalia, & Deo seruiendi, talis non faciliter peccat mortaliter. Nam Deus ex sua bonitate non permittit talem faciliter cadere in peccato mortali, vnde *Richar.* mortale, quantum mihi videtur, non potest committi sine grandi corruptione sui, & sine graui læsione proximi, & sine magno contemptu Dei: Sed illi, qui sine timore Dei viuunt, faciliter peccãt mortaliter. Nam si bibunt, non curarent bibere vsque ad ebrietatẽ, si vinum haberent: Si tentantur per iram, omnino se vindicarẽt si possent. Si haberent vendere velemere, non curarent, nec haberent cõscientiã sed deciperent si possent. Tales qui sine timore Dei, & sine conscientia viuunt, plura peccata mortalia verbis & factis, loquendo & laborando, comedendo, bibendo, emendo & vendendo committunt. Ergo nõ habere debemus dilatatam conscientiam, nec etiam nimis strictam, formando verbis peccatum mortale, quod vix est veniale. Sed talis, qui habet nimis strictam conscientiam tenetur sibi eligere discretum confessorem, & districtum, & eum sequi in omnibus, in quibus eum informat. Nã Deus hoc requirit. Tertia conscientia, est conscientia perturbata, & illam habẽt illi, qui volũt de peccatis suis desperare, & de misericordia Dei, & talis desperatio est pessimum peccatum. Vnde Isidor. de summo bon. Desperatio est peior omni peccato. Vnde *Hie.* Iudas plus offendit Deum desperando, quam Christum tradendo. Vnde nullus desperare debet de peccatis suis, etiam quantumcunq; magna sint. vnde *Ber.* Maior est Dei pietas, quam quæuis iniquitas. Nam misericordia Dei est infinita. Vnde dicitur in dec. Misericordiæ Dei nec mẽsuras possumus ponere, nec tempore diffini c. 16. q. 6. *his q.* Qualem conscientiam etiam habẽt illi, qui crebro in peccata eadẽ relabuntur, & quanquam pœniteant, tamen propter relapsus frequentiã, proprie quẽdam desperationis impulsum incurrũt, & turbãtur, quos Christus animæ medicus cõsolatur cum Petro quærenti, quotiẽs in me peccabit frater, supple de die, & dimittã ei? Respondit. Non dico tibi, septies, septuagies septies, & secundũ omnes chatholicos doctores, totiens quotiens pœnitebit, etiã si quis mille millia peccata haberet,

Ezec. 46. *1. Ethi.*

15

si

si conteritur, Deus ignoscit ei, vnde, *Quacunq; hora peccator ingemuerit, omnium peccatorum eius amplius non recordabor.* Sed qui non habet confidentiam in Deo, quamuis quandoque conteritur, & confitetur, si non confidit misericordiæ Dei, peccata sibi non dimittuntur, vnde *Amb.* Non potest agere pœnitentiam, qui non sperat indulgentiam *Aug.* pœnitentia, quæ ex fiducia non procedit, inutilis & sterilis manet, & sine fructu. Quarta conscientia, quæ etiam mala est, est conscientia peruersa, quam habent illi, qui peccata parua ponderát, magna nō ponderát, neq; curāt Talē conscientiam habuerūt Pharisæi, quib⁹ Christ⁹ maledixit, vt habetur *Mat. 23. Væ vobis Pharisæi, q decimatis mentā, anetum, & ...ā, Omne olus horti, & grauiora legis prætermittitis.* Similem conscientiam habent istæ personæ, quæ non verentur proximis detrahere l...tes, & discordias seminare, & se super alios in superbia mentis extollere, & sic de aliis. Sed de paruis sicut de verbis o...iosis, risibus & Iocis, & delotione manuum, cum nimium de K...aqua superfundunt, de his cōfitentur, & de magnis obliuiscuntur. Quinta est conscientia laudabilis, & illam habent boni homines, qui habent bonam, rectam, & tranquillam, securam, puram, quietam, & mundam conscientiam, & tales habent continuum gaudium. *Mens secura quasi iuge conuiuium,*

Ezech 18.

Prouer. 15.

hoc sic patet. Nam si vident supra se, vident Deum oculis mentis, quem nunquam offenderunt, & si offenderunt tantum pœnituerunt, & spem de remissione peccatorū suorū habent, & hoc cōfert eis gaudiū. Si vident infra se, tunc cognoscunt infernum, ad quem nullus virtuosus siue verus pœnitens perueniet, & ipsi sperant se nunquam illuc venturos. Si retro se vident, cognoscunt tempus præteritum, quod in seruitio Dei expenderunt. Si ante se vident, cognoscunt futurū tempus, q, in seruitio Dei expendere intendunt quamdiu viuunt. Si ad sinistrā, tunc cognoscunt dœmones, qui nunquam potestatem super eos habebunt, nisi velint se ipsis cum libera potestate, & voluntate peccando subiicere. Si ad dextram, tunc cognoscunt angelos, qui eis seruiunt in omni loco, & tépore usque ad mortē, & ab insidiis diaboli protegunt, & post hanc vitam eorum animas ad cœlum perducūt, vbi cum Christo, & beata Maria, & cum omnibus sanctis æternaliter regnabunt. Ista omnia sic enumerata conferunt gaudium bonis in præsenti vita. Vnde Isid de summo bo. Vis nunquā esse tristis? viue bene, bona cōscientia sem per gaudiū habet. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*, & non solum erunt beati in futuro, sed etiam sunt beati in præsenti, quia nulli homini in hac vita est melius quam homini virtuoso, qui cum pura cō-

Matt. 5.

scien-

sciẽtia Deo seruit. vnde *Gre.* Absit, quod tanta sit dilectio in vitiis, quanta in virtutibus. Ber. magnæ diuitiæ sunt bona conscientia, & reuera quid in reb. melius, quid in terra quietius atque securius, bona conscientia? Sed mali, qui habent læsas conscientias nunquam sunt læti; nam synderesis semper remordet eos, quando conuertuntur ad cor, & inueniunt se in tali statu, in quo non possunt saluari. Vnde *Isi.* Nulla pœna grauior quam mala conscientia. Vnde etiam *Augu.* Iussisti Domine, & ita factum est, quod pœna sit sibi omnis animus in ordinatus. Vnde etiam *Boe. in lib de conso. philosophiæ.* Sicut probis probitas, ipsa est præmium, ita improbis nequitia ipsi est supplicium, & hoc quantum ad primum membrum.

De sum. bon.

L¶ Quantum ad secundum, sciendum quod error conscientiæ cõtingit septem modis. Primo, propter ignorantiam, quando nescitur quid eligendum sit, vel ad quam partem declinandum. In tali causa homo debet habere recursum ad Deum, & ad passionem Christi, & dicere cum psal. *Doce me facere voluntatem tuam.* Vnde *Cum ignoramus quid agere debeãus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Secundo, cõtingit error conscientiæ ex negligentia, scilicet cum, quis negligit cõnscientiam discutere, vel cum nescit se expedire, negligit tamen ab aliis quærere, & interrogare. Vnde qui se nescit in sua conscientia expedire, tenetur alios scientificos, & consciẽtiosos interrogare, & ipsis suam conscientiam denudare, sicut Nicodemus fecit veniẽs, in nocte ad Iesum volẽs in sua conscientia informari, vt habetur Io. 3. Tertio, causatur error conscientiæ ex superbia, vt quã do quis non humiliat intellectum, scilicet vt melioribus, & literatis velit credere. contra quos dicit Apostolus. *Captiuantes autem intellectum vestrum in obsequium fidei,* hoc est quod quilibet in credendis articulis plus debet consentire fidei, quam sibi. Nam vt dicitur in decret. Fides comprehendit, quæ sunt supra rationem. 23. q. 1. *non turbatur.* & in agendis, & dimittendis homo debet plus credere aliis discretis & literatis, quam sibi, sicut Aug. fecit, prout de se dicit in *lib. confes.* quamuis omnes septem artes liberales per se vltra omnes suos coætaneos didicisset, & propter suas rationes, quas allegauit in suis erroribus se ipsum defendendo, diu credere, & baptizari distulisset, tamen in prædicatione beati Ambrosii se humiliauit, & captiuari etiam suum intellectum permisit saluberrime. Nam beatus Ambrosius conuertit beatum August. ab erroribus suis, & eum baptizauit, quamuis ipse b. Augu. erat tantæ scientiæ in artibus, quod nec similis ei visus est, tamen plus credidit Ambrosio, quã sibi, & sic conuersus est, quia nisi hoc fecisset, in erroribus suis permanM¶

2 Para 20.

man-

mansisset, nec vnquam ad fidem, & ad salutem peruenisset. vnde qui non vult errare, nihil debet ex se, & ex proprio motu facere, sed cum informationibus & consiliis aliorum illa facere, in quibus posset errare. Nam tales præponere debent suis discretis confessoribus ea, quæ facere intendunt. vnde Eccle. *Fili mi sine consilio nihil facies. & post factum non pœnitebis.* Eccle. 32. Quarto, contingit error conscientiæ ex singularitate, quando homo sequens proprium sensum, non conformat se aliis, nec sequitur vias communes aliorum bonorum hominum psa. *Singularis ferus depastus est eam.* Qualis fuit ille elatus Pharisæ⁹, qui dixit: *Non sum sicut cæteri homines, ieiuno enim bis in sabbatho.* Sed quilibet bonus homo debet fugere singularitatem, & elationem sui ipsius in verbis, in factis, in moribus, in vigiliis, in ieiuniis, in orationibus, & debet se conformare aliis bonis hominibus, & communem viam tenere exemplo bonorũ hominum. Humb. dicit quod vnus gradus humilitatis est cum quis non declinat ad omne, quod est contra communem sensum, vel cursum ordinis, quod eum potest reddere notabilem. Sic econuerso est gradus superbiæ, quando quis singularem vitam vult ducere, psal. N§ *Neq; ambulauit in magnis neq; in mirabilibus super me. Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter.* Prou. 10. Exemplum legitur, quod quidam noluit singularem vitam ducere, & immunem se esse etiam ab omnibus peccatis venialibus, & quando vidit quod non potuit viuere sine peccatis venialibus, incidit in indiscretam tristitiam, & cõsequenter in desperationem, postmodum adiutus orationibus, & informationibus discretorum, surrexit de illa desperatione, & humiliter recognouit se sine venialib. nõ posse viuere. Vnde Salo. *Non est homo iustus in terra, qui facit bonũ & non peccet.* Prou. 18. Idem *Septies in die cadet iustus, & resurget.* Idem. *Noli esse iustus nimis apud te ipsum.* Quinto, contingit error conscientiæ ex affectu inordinato, quia affectus inclinat conscientiam ad illud quod homo appetit inordinate, & facit errare eum, & deuiare à rectitudine. *Sen.* Perit omne iudicium, cum res transit in affectum. Exemplum de Eua, quæ errauit in conscientia sua, quia concupiuit scientiam Dei dicente serpente. *Eritis sicut dii, scientes bonum & malum.* Gen. 3. Vnde Chr. Nimius amor, & nimium odium omne peruertunt iudicium. Vnde etiam *Aristo.* Appetibile semper mouet intellectum sub ratione boni, siue cor bonum sit apparẽs, siue existens. 3. de ani. Vnde diligẽter cauendum est cuilibet, ne inordinatum affectum habeat ad res corporales, quia sic errat, & incidit in peccatum. Vnde prouerbiorum *Errant, qui operantur malum.* cap. 23. Sexto, contingit error conscientiæ ex

pusillanimitate scilicet, quando quis timet non timenda, vel plus timet, quam debet; psal. *Trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Nã timor indiscretus facit hominẽ pusillanimem contra quod dicitur. Eccle. 7. *pusillanimus esse noli in animo tuo,* quia dicit Esa. *Dicite pusillanimis, nolite timere.* Talis pusillanimitas quando superat hominem, tunc ducit eum in desperationem. Ergo qui non vult errare, nec desperare, debet Deo confidere, & seipsum confortare ps. *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum.* Idem ps. *Misericordia domini plena est terra.* Et in illam misericordiam Dei debet homo sperare. Vnde psal. *Sperantem autem in domino misericordia circumdabit.* Septimo contingit error conscientiæ ex perplexitate, qua homo credit se inter duo peccata positum, quorum alterum impossibile sit eum posse vitare. Vnde quæritur, an perplexitas sit aliquid de necessitate? Respondeo, q perplexitas potest esse quid secundum erroneam conscientiam, qua deposita, liberatus erit. Et sciendum quod perplexitas est multum nociua. Nam hominem sæpius ad infernum demergit. ps. *Nisi Dominus adiuuisset me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* Item, *Abyssus abyssum inuocat.* Vnde *Isido.* de sum. bon. abyssus malæ conscientiæ, & erroneæ abyssum inuocat æternæ damnationis. Ergo quilibet deponere debet perplexam & erroneam conscientiam secundum consilium discreti confessoris, & talis erroneus in conscientia sua tenetur sequi informationem discretorum confessorum. Nã Deus hoc requirit. Vnde legitur, quod Innoc. Papa cuidam religioso cõsuluit, vt deponeret suam indiscretam & erroneam conscientiam, quod & fecit. Sic & cum tibi consulitur, tunc deponere debes, & Deum inuocare, vt te adiuuet ad eam deponendam. Nã talis conscientia impedit hominem à profectu virtutum, & facit eum distractum, & inhabilem ad quæcunq; bona opera. Et hoc quantum ad secundum. Quantum ad tertiũ, nota exemplum de aduentu Christi ad mortem hominis, quod legitur in vita fratrum ordinis prędicatorum. Fuit in prouincia Angliæ in conuentu Lebæ frater quidam iuuenis valde deuot⁹, qui in villa quadam, ad quam exierat, in domo fratrum minorum infirmatus ad mortem, præsentibus tribus fratribus nostris, & duobus minoribus manu sua oculos clausit, & pleno ore subrisit. Cui subprior astans dixit cur risisset; at ille, quia venit Haimundus rex noster, & martyr, & ecce tota domus repletur Angelis. Et iterum intẽtius risit dicens, Domina nostra aduenit, salutemus eam; cumque dixissent omnes: *Salue regina &c.* ait infirmus: O quam gratanter accepit beata virgo hanc salutationem, & ipsa gaudens subrisit.

sit. Post hæc frater infirmus oculos ad ostium dirigens, vultu mutato in pallorem ait: Modo Dominus noster Iesus Christus venit ad iudicandum me. Et factus in agonia tanquam ductus ad iudicium, in omnibus membris prius emortuis tantum contremuit, intantum sudauit, vt sicut testatus fuit prædictus subprior, vix ad tergendum sudorem vultus illius sufficeret, & quasi coram iudice constitutus, cum omni timore disceptabat dicens aliquando, verum est, aliquãdo, non est ita. Aliquando beatam virginem interpellans ne discederet ab eo, aliquando accusantes cõstanter redarguens. O inquit inter cætera bone Iesu condona mihi hoc modicũ, cui supprior ait. Quid est frater charissime, computantur ne peccata modica inter magna? heu inquit ita, & grauissime corrigentur. Cum autẽ moneretur à subpriore, quod nullo modo diffideret, etiamsi Angelus de cœlo aliud suaderet, quia Saluator noster misericors est. Respondit infirmus vultu hilari, reuera misericors est & gratias agens beatæ Mariæ virgini, & sanctis qui sibi astiterunt, & pro eo apud Christum intercesserunt, fideliter post modicum expirauit & in pace quieuit.

DE ANTICHRISTO Serm. X.

R*Euelabitur iniquus*, scilicet Antichristus *cuius aduentus erit secundum operationem sathanæ.* In præcedentibus sermonibus dictum est de quadruplici aduentu Christi. Nunc autem restat dicere de aduentu Antichristi. Et primo dicendum est, quãdo veniet, & de ortu eius. Secundo, quomodo in mũdo conuersabitur. Tertio, de eius persecutione. Quarto, de eius duratione. Quinto, de eius occasione. Sexto, de eius pœna. Quantum ad primũ, sciendum, quod secundum *Holcoth* super librum sapientiæ, hoc generaliter credimus, & tenemus, quod non erit aduentus Christi in iudicium antequam Antichristus aduenerit, cuius aduẽtus nobis omnino incertus est. *Actu. 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.* Vnde etiam Apostolus ait. *Rogamus vos per aduentum domini nostri Iesu Christi, vt non cito moueamini neque terreamini quasi instet dies domini* scilicet iudicii, *ne quis vos seducat vllo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit filius perditionis Glo.* su, ple. Dominus non veniet ad iudicium. Vbi *Gorra.* super Paulum super illo verbo, *discessio*, ponit tria, quæ fient ante aduentum Antichristi. Primo discessio gentium à Romano imperio, quia ante illud temporis diuidetur Romanũ Imperium in decem regna, sicut habetur *Dan. 7.* in figura bestiæ habẽtis decem cornua. Secũdo, discessio ecclesiarum particularium ab obedietia Romanæ ecclesiæ, quæ etiam

2 Thess 2.

diem Domini præcedit. Tertio, discessio quorundã Christianorum à fide catholica, quæ similiter illo tempore erit. *In nouissimis temporibus discedent quidam à fide.* Et quartum signum superaddit quidam alius doctor dicens, quod ipse Antichristus veniet in tempore abundantiæ peccatorum, de quo Da. *Cum creuerint iniquitates, consurget rex impudens.* *Glo.* omniũ iniquitatum plenus. Et dignum est vt iniquus princeps veniens primo in mundum, ibidem inueniat iniquitatem, & non vnam, sed plures. Vnde *Osee.4.* dicitur, quod tempore Antichristi *plus quam prius homicidium, mendacium, adulterium, furtum, inundabunt in terra, sanguis sanguinẽ tanget.* i. vnum peccatum aliud impellet, & vnum aliud explebit, & tunc veniet Antichristus iniquus rex super malos subditos, quia secundum *Greg.* Secundum merita subditorum tribuuntur à Deo personæ regentes. Vnde etiam de hoc dicitur in decre. Prælatus malus quandoque datur propter peccata populi. 6. q. 1. *ex merito.* Ideo de tempore illo habetur. *Abundabit iniquitas, & refrigescet multorum charitas.* Quis dubitat iam proximum fore tempus, cum iam ex mala consuetudine quasi infinita mala fiunt, quæ si parentum nostrorum temporibus non modici fuissent dedecoris, quę nunc inter facta computantur honoris, sicut habere amasias, & hostiatrices, cum mendacio mercari, & sine timore Dei friuole superbire, & sic de aliis. Sed quæritur, vbi antichristus nascetur? Respondeo secundum Remigium super Apo. ꝙ Antichristus nascetur in Babylone ex Iudæis de tribu Dan, iuxta illam prophetiam 49. *Fiat Dan, coluber in via.* Sicut Christus de tribu Iuda natus est, sic Antichristus de tribu Dan. nascetur, & sicut Christus in Betheleem parua ciuitate est natus, sicut propheta prædixit. *Et tu Betheleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, Ex te enim exiet dux, qui regnat populum meum Israel.* Sic Antichristus nascetur in Babylone. Vnde Apo. *Ascendet de mari.* id est de Babylone, quæ iacet secus mare, sed quęritur à qua matre nascetur? Respõdeo secundum Damascenum, quod nascetur ex damnato coitu, qui est bastardorum. Hic Antichristus in vtero matris meretricis adhuc positus replebitur spiritu diaboli. iuxta illud Apostoli. *Cuius* scilicet Antichristi, *aduentus est secundum operationes sathanæ.* Vnde etiam de hoc loquitur magister in compendio theolo. vere post conceptum descendet spiritus malignus in vterum matris eius, cuius virtute, & & operatione deinceps puer nascetur, & aletur, & propter hoc filius perditionis, dicetur, secundum Gorram actiue, quia de aliorum perditione erit solicitus. Ex quibus dictis sequitur quod illi errant, qui dicunt

Marginal notes: 2. Thim. 4. — Dan. 8. — Mat. 24. — Gen. 49. — Apo. 13. — 2. Thess. 2.

dicunt Antichristum nasciturum de virgine, quod est falsissimum. Nunquam enim alicui virgini collatum, siue datum est de præterito siue in præsenti, nec conferetur, siue dabitur in futuro, quod aliqua virgo sit mater, & virgo simul, sine conceptione seminis virilis, sola Maria Virgine excepta, quæ de Spiritu sancto concepit, & virgo permansit. Vnde canitur de ea: Quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Ideo nominatur ipsa in sacra scriptura Virgo singularis. Quantum ad secundum, sciendum scilicet, quomodo in mundo conuersabitur, & ibi nutrietur. Sciendum, quod Antichristus nutrietur in ciuitatib. Corozaim, & Bethesaida, quæ quasi præcitæ ad hoc malum in prædicatione Christi conuerti noluerũt, de quibus Dominus dicit. *Væ tibi Corozaim, & væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone,* quæ ciuitates gentilium erant *factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.* Post hoc Antichristus secundum *Gorram* veniet in Hierusalem in templum, tunc temporis à Iudæis reædificatum, & circuncidet se dicens Iudæis: Ego sum Christ⁹ vobis in lege promissus, Et sic Iudæi suscipient eum tanquam Messiam suum, & credent in eum. Et tunc sedebit in templo dicens, mendaciter se esse Deum, quia deceptus à diabolo credet se esse Deum. Et hoc est, quod Christus Iudæis prædixit, vt habetur Ioan. 5. *Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me. Alius autem veniet in nomine suo, & illi credetis.* Vnde *Hay.* dicit, quod plebs iudaica specialiter adhærebit ipsi Antichristo. Et est sciendum, quod ipse Antichristus in vita sua replebitur vitiis, vnde dicitur Antichristus, quasi contrarius Christo, quia sicut Christus est vas omnium virtutum, sic Antichristus erit vas omnium vitiorum. Nam Christus veniet humilis, ipse autem superbus. Christus venit humiles exaltare, & peccatores iustificare, & Antichristus humiles deiiciet, & peccatores magnificabit, & iustos, & bonos persequetur, & gloriam propriam quæret. Nam Antichristus erit superbissimus, vt de Apostolus: *Extollitur super omne quod dicitur Deus aut quod colitur;* ita quod in templo Dei sedebit in Hierusalem ostendens se tanquam ipse sit Deus. Nam Antichristus erit pessimus homo, caput omnium malorum. *Eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum,* vbi deiit *Gorra.* Ecce maior superbia Antichristi, quam Luciferi, quia Lucifer nisi voluit Deo assimilari, sed iste super Deum se extollet. Ad maiorem igitur contumeliam faciet homines imaginem suam adorare, & omnes suos signari suo charactere, propterea destruet ligna crucifixi, & imaginem suam sta-

Margin notes: *Matt. 11.* *super Apo.* *Dan. 11.*

statuet adorare, sicut dicitur *Dan.* *3.* De Nabuchodonosor, qui præcepit exterminare omnes Deos terræ, vt ipse solus Deus diceretur, sic faciet Antichristus, *Apocal.3.* Item Antichristus erit supra modum luxuriosus. Vnde dicitur *quod erit in concupiscentiis fœminarum,* tunc enim erit periculosissimum tempus, vnde Apostolus: in nouissimis diebus instabunt tempora periculosissima. *Glo.* In aduentu Antichristi ita manifeste peccabunt homines, quod non erubescent adulterari, sicut iam loqui, vel comedere. Nam aliqui iam nunc gloriantur in suis malitiis, & isti sunt præcursores Antichristi. Nam sicut Christus fuit castus, & speculum castitatis, & sic ipse Antichristus erit luxuriosissimus, & sicut Christus habuit Ioan. Bapt. qui fuit præcursor sui in omni humilitate, castitate, & sanctitate, sic luxuriosi & adulteri erunt præcursores Antichristi. Item sicut Christus fuit pauper in natiuitate sua sic & in vita. Vnde Mat. *Vulpes foueas habent, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet,* sic per oppositum Antichristus erit multum diues, dominabitur enim in thesauris auri, & argenti, & in omnibus preciosis Aegypti, item Deum & sanctos blasphemabit, vnde Dan. *Aduersus Deum deorum loquetur blasphemia,* & omnes blasphemi sunt præcursores antichristi. Quantum ad tertium, sciendum, s. de persecutione, notandum

Dan. 11.

Mat. 8.

Dan. 12.

quod ipse antichristus excitabit persecutionē sub omni cœlo sup Christianos. Ne aūt habitu, & improuise antichristus veniens totū humanū genus perderet, & errore deciperet, duo magni prophetæ in mundū mittentur, quos misericors deus ad succurrendum mundo cōseruauit. s. Enoch, & Helias, qui iā sunt in paradiso, qui tunc venient de paradiso, & prædicabunt, & conuertent Iudæos, qui tunc erūt, ad fidē Christi. vnde Iudæi, & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari tunc religione in Christo consentient. Et hoc est, quod dicitur per Prophetā *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter,* sup. simul in Christum credentes, *& tunc vnum ouile, & vnus pastor,* vt habetur *Ioan.* isti duo, Enoch & Helias prædicabunt omni populo. *Dabo duob. testibus meis,* s. Enoch & Heliæ *spiritum veritatis, & prophetabūt mille diebus ducentis, & sexaginta sex. Gl.* tribus annis cum dimidio, sicut Christus prædicauit, amicti saccis *Glo.* prædicantes pœnitentiam, & eādem ostendentes. Tunc Antichristus faciet contra eos bellum, s. in disputationibus, in quibus eos non vincet, quoniam ipsi veri testes erunt. Imo postmodum, per tyrannidem suam eos occidet corporaliter, & corpora eorum insepulta iacebunt in plateis ciuitatis Hierusalem per tres dies & dimidium, nec sinentur poni in monumētis propter timorem Antichristi,

Apo. 11.

propter

propter odium populi Christiani, vt quicunq; eos viderit, timeat eis conformari. Tandem post tres dies, & dimidium, vt habetur *Apo. 11. Spiritus vitæ*.i. eorum animæ *intrabunt. & stabunt supra pedes suos* viuentes iam, & impassibiles, & timor magnus cadet super eos, qui videbunt illos ita glorificatos, & audientes vocem de cœlo dicentē illis: Ascendite huc.i.ad consortium Angelorum, & sanctorum; & ascēdent in cœlum in nube sicut Christus ascendit vt habetur *Act. 1.* Et iustū est, vt Christum imitati sunt in tribulatione, passione, prædicatione, conformentur illi in ascensione, iuxta illud. *Qui se humiliat, exaltabitur*, & tunc sequetur grauissima persecutio Christianorum. Sciendū quod Antichristus quatuor modis persequitur electos, & bonos. Primo, per callidam eius persuasionē & prædicationem, quia prædicabit legem nouam, & prauam, & ad peccandū multos licentiabit, quia sicut lex veritatis & salutis peccatū prohibet, sic sua lex iniquitatis & falsitatis persuadebit peccare. In cunctis ciuitatib. hanc legem malā prędicabit, contempta lege Christi. vnde ps. *Constitue domine legislatorem super eos*, i. Antichristū prauum legislatorem. Dicit. n. magister in sum.the.veri quod Antichrist⁹ prędicabit, & confirmabit falsis probationib. ante se nullū fuisse Christum, sed omnes Antichristos fuisse, propter q̄ prædicatores sui discurrent per vniuersas mundi partes eandem suam falsam doctrinā prædicātes. Impediet nihilominus Antichristus, ne sacra scriptura secundum veritatem exponatur à catholicis doctoribus. Tūc vt habetur in psal. *Diminutæ sunt*, i. diminuentur *veritates à filiis hominū.* tūc vt habetur *Esa. 59. Corruet veritas in plateis*, vnde Dan. *Prosternetur veritas in terra.* Item prędicatores, & Apostoli Antichristi, ea quæ homines libenter audiunt, prædicabunt, voluptuosa, læta, consolatoria, ad quæ homines proni sunt. Vnde sicut Christ⁹ dicit. *Arcta est via, q̄ ducit ad vitam.* Et alibi dicit. *Contendite intrare per angustam portam.* Sic ipse Antichristus oppositū prædicabit, s. mollia & leuia, ideo multos audientes habebit. vnde Apost. *Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pruriētes auribus*, & à veritate quidē auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Secundo, Antichrist⁹ decipiet multos per ostensionē miraculorum. Vnde Apostolus: *Cuius aduentus est secundum operationem sathanæ in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus.* vnde signa, quæ faciet Antichristus fallacia erunt, quia faciet ea arte magica & etiā dicetur mendacia, quia per illa mendaciter decipiet homines. vnde Apocal. *Seducet habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi.* Nam Antichristus faciet signa

Luc. 4. — Dan. 8. — Math. 7. — 2. Tim. 4. — 2. Thess. 2. — Apoc. 13.

ma-

magna ad confirmationem peruersitatis & falsi dogmatis, & faciet arbores florere subito, & arescere. Item, faciet imagines loqui, & futura prædicere. Item, faciet mare turbari, & subito tranquillari. Itē, aquarum ordinem, & cursus aquarum conuerti faciet retrorsum. Item, aera vētorum commotionibus agitari faciet, & tonitrua, & fulgura coruscare. Item, mortuos fallaciter faciet resurgere, quia maligni spiritus corpora mortuorum intrabunt, vel assument sibi corpora in specie hominū, aut aliquando vixerunt, in quib. quasi qui mortui resurrexissent, apparebunt, per quæ corpora, & in quibus corporibus dicunt se ab Antichristo resuscitatos. Item ignem faciet descendere de cœlo. *Glos.* i. malignum spiritum faciet super eos descendere, & loquentur variis linguis quicquid est Antichristus, & sui nuncii prædicabunt, male interpretando scripturam, per miracula confirmabunt, sicut de Apostolis dicitur. *Mat. vltim. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Nam tanta miracula Antichristus, & sui discipuli facturi sunt, ita vt & si fieri posset, ducerentur in errorem electi. Quæritur quare dæmones, & seruitores dæmonum Deus permittit talia miracula facere? Respondetur secundum Aug. quod propter tria. Primo, vt fallantur fallaces. Secundo, vt exerceantur boni. Tertio, vt boni ad talia non aspirent. Et est sciendum, quod tempore Antichristi boni non facient miracula, & in hoc apparebit eorum constantia. vnde *Greg.* Pensemus tunc quanta humanæ mentis illa tentatio erit, quando pii martyris corpus tormentis subiicit, & tamen tortor ante oculos eius miracula facit. Tertio, Antichristus decipiet homines per munera. Nam diabolus ostendet Antichristo thesauros multos iam in terra absconditos, per quos ad sequēdum se plurimos inclinabit. Nam primo attrahet sibi magnates, & potentes per munera, & postmodum conuertet alios homines. Hoc ostenditur vbi dicitur. *Diuidet terram gratuito.* Vnde etiam psal. *Sedet cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentē. Glo.* cum diuitibus huius seculi, quos ditabit & cum muneribus sibi adunabit. Timeo si aliquis hodie vellet prædicare hæresim, bene admitteretur à Dominis terrarum, si daretur eis aurum, & argentum. Sic Antichristus, & sui nuncii dabunt Dominis terrarum munera, ideo de facili admittetur, nam qui habet dare, habet regnare. Pecuniæ enim obediunt omnia, & munera etiam excæcant oculos sapientum. Quia tacerent vsurarii, qui super vsuram concedunt, vel propter dilationem carius vendunt, Similiter raptores, lusores, mercatores, qui cum fraude malum pro bono

Margin notes: *Lib. 3. de ci. Dei. c. 4.* — *in l. mora.* — *Dan. 11.*

bono vendunt. Mechanici, qui infideliter sua artificialia laborant. Fures, qui bona proximorũ furantur, & sic de aliis, quia timendum est, quod quasi totus mundus sequeretur eum, quia quasi omnes homines honores appetunt, & ditari quærunt. *A minori vsque ad maiorem omnes student auaritiæ.* Hier. 6. Nam malitia ipsius Antichristi præualebit propter ipsa munera tam in maioribus, quam in minoribus, tam literatis, quam illiteratis, tam nobilibus, quam ignobilibus, tam in diuitibus, quam in pauperibus. Vnde psalm. *Regnum ipsius omnibus dominabitur.* Quarto, compellet homines per tormentorum fatigationes, quia quos prędictis tribus modis peruertere non poterit, illos diuersis supliciis puniet. Nam Antichristus multa genera tormentorum excogitabit cõtra bonos, vt eos à fide recta auertat. *Erit tempus, quale non fuit ab eo tempore, ex quo gentes cœperunt esse, vsque ad tempus illud.* Dan. 12. Maxime enim tunc impugnabit religiosos, & sacerdotes. Et sicut dicit *Glossa* super illud psal. *Oculi eius in pauperem respiciunt* glossa. Sanctos, & pauperes spiritu impugnabit, & persequetur, ergo persecutores iam clericorum, & religiosorum sunt præcessores Antichristi. Itẽ sciendũ quod tempore Anticihristi erit persecutio grauior, quam vnquam fuit tempore martyrum, quamuis enim martyres multas persecutiones passi sunt, tamẽ tempore Antichristi boni maiores persecutiones patientur. Vnde magister compen. the. veri. dicit quod tunc temporis, nec emetur à bonis, nec vendetur eis, nisi habeant caracterem Antichristi. id est, signum, quod adhæreant Antichristo. Nam sicut Antichristus crudelior erit omnibus persecutoribus, ita sancti, tunc temporis fortiores erunt omnibus retro martyribus. Tunc etiam Deus magnam gratiam cõferet suis fidelib. per quam poterunt illas tribulationes sufferre. *Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* Abac. 3. *Erunt tunc tribulationes, quales non fuerunt ab initio vsque nunc, neq; fient.* Matt. 25. O quam stulti sunt qui optant quod possent viuere vsque ad illud tempus, & dicunt, si tunc viuerent, quod vellent magna sustinere pro Christo, qui forte ob minimam persecutionem Christum desererent. Sane fateor quotiens de illo tempore cogito, corde contremisco. Considera quid euenerit Petro in persecutione, & semper timebis. Petrus enim Christo se moriturum, promisit, sed veniente persecutione Christum ter negauit. Quis ergo poterit securus esse, quando erit tãta tribulatio, quãta vnquam fuit in mundo? Quantum ad quartũ, V scilicet de eius duratione, sciendum, quod Antichristus regnabit tres annos cum dimidio, vt habetur *Dan. 12.* vbi dicitur quod durabit *per tempus duo tempora, & dimidium*

um temporis. Et illud tempus breue ordinatum est à Deo, quia. *nisi abbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro*. i. omnis homo. Et est sensus secundum Ni. de lyra. Omnis caro non fieret salua. i. nullus homo, qui tũc viueret, fieret saluus, si esset longum prædictę tribulationis tempus. Illos ergo dies misericorditer Deus abbreuiabit, & ideo quanto hæc persecutio cæteris est grauior, tanto breuitate temporis est moderatior. Quantũ ad quintum, sc. de morte Antichristi sciendum, quod Antichristus finget se mortuũ vt habetur Apoc. 13. vbi dicitur. *Vidi vnum de capitibus suis*, sc. Antichristum, *quasi occisum, & fingentem se tanquam mortuum, & latens per triduum*, postea apparebit dicens se resuscitatum, & tunc Discipuli siue Apostoli eius, resurrectionem eius prædicabunt iniquis, super quos missurus est spiritus malignos in specie ignis, & applicabũtur eis plurimi, quia voce diaboli loquentur variis linguis, sicut Apostoli ex Spiritu Sancto loquebantur. Tunc vt habetur. *Da.* 11. *Veniet Antichristus in multitudine magna, & figet tabernaculum suum*. i. thronum soli sui *super montem Oliueti*, quia Antichristus de tali monte, vt dicit *gl.* arte magica & virtute diabolica ascẽdet in aera, vt Simon magus, ferentibus eum dæmonibus. Tunc secundum Apostolum, *Reuelabitur, ille iniquus*, *Glo.* i. Iniquitas, & eius falsitas detegetur, *quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui*. i. virtute Spiritus sancti, & hoc in loco illo, circa quẽ Dominus ascendit, Notandũ est quod Antichristus morietur mala morte. Primo, quia morietur plaga subitaneæ mortis. Secundo, morietur in peccatis mortalibus. ps. *in operibus manuum suarum comprehensus peccator*. Quo interfecto, nõ statim veniet Christus ad iudicium sed secũdum *Glo. Dan.* 11. *Concedentur quadraginta dies ad refrigerium sanctorum, & ad pœnitentiam peruersorum*, qui tunc cognoscent se deceptos per Antichristum. Sed tamen post hos dies vsq; ad finem mundi spacium nemo scit sed in eius dispositione est, qui ea hora, & tẽpore seculum iudicabit, qua ante secula iudicandum esse præuidit. Quantũ ad sextum, qualiter post mortem punietur. Nota quod pœna sua erit intolerabilis, & sensibilis propter tria. Prima causa, quia visione Dei priuabitur *Esa*, 26. *inique gessit, non videbit gloriam Dei*. Et hæc maxima pœna damnatis; sicut Chry. dicit. Secunda causa, quia æternaliter cruciabitur. *Luet omnia, quæ fecit, nec tamen consummabitur*. Et quãuis in æternitate pænæ suæ sit similis pænæ aliorum damnatorum, acerbitate tamen pæna eius excellet multum pęnam aliorum. *Quantum se glorificauit, & in delitiis fuit, tãtum date ei tormentum, & luctum*, Tertia, quia cum dæmonibus morabitur, quorum vultus horribiles sunt. *Ite maledicti in ignem æternum*, &cæt.

Matt. 24. — super Apo. — Iob. 20. — Apoc. 18. — Matt. 25.

IN.

IN DIE NATIVITATIS Christi. Serm. XI.

Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis Saluator mundi. Inter omnia festa lætabunda totius anni, hoc festum natiuitatis est tanto lætius, quanto hoc festum pueritiæ Iesu Christi est suauius. Vnde dies hodierna ex Saluatoris nostri natiuitate redditur gaudiosa. Vnde *Leo* Papa. Nec fas est ibi locum esse tristitiæ, vbi Natalis est vitæ. Ideo Angelus dixit pastoribus. *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum &c.* Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, de historia literali istius euangelii. Secundo, de gaudio istius festi. Tertio, de paupertate Christi, & Mariæ matris eius. Quantum ad primum, sciendum quod loquendo de euangelio, quãtum ad illud vbi dicitur. *Exiit edictum à Cæsare Augusto,* Primo volo ponere fundamentum literale. Nã de isto edicto scribitur in historia scholastica, quod Octauianus regnauit quadraginta duobus annis, & in duodecimo anno ante mortẽ suam fecit tantam pacem in omnibus regionibus Romano Imperio subiectis, quod ad literam vero impletum illud: *Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.* Et ibidem. *Non leuabit gens contra gentem gladium.* Et istud fuit tempus, quo Saluator omnium nasci debuit in mundum, vt Dauid præuidit dicens. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Quare autem hoc tempore pacis nasci voluit, *Beda* ostẽdit, dicens: Nasciturus in carne Dei filius, sicut de Virgine natus virginitatis decus sibi ostendit esse gratissimum, sic pacatissimo tempore seculi procreatur, qui pacem quærere docuit, & pacis sectatores per gratiam suam inuisere dignatur, Vnde cum talis, & tanta esset pax per vniuersum mundum, tunc Octauianus Imperator Romanus voluit scire numerum regionum, & numerum oppidorum, ciuitatum, castrorum, & villarum. Item voluit scire numerum hominum sibi subiectorum. Ideo dicit *Euangelista,* Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur, id est, in scripto redigeretur vniuersus orbis, id est, omnes homines, tam nobiles quam ignobiles, tam diuites quam pauperes, tam ciues quam rustici, qui suæ suberant dominationi, & iuit vnusquisque ad ciuitatem suam. Dicitur notanter vnusquisque, nullo penitus excepto, pro capite suo, hoc est, ne capite priuaretur, solueret vnũ nummum argenteum valentem decem nummos vsuales, vt sic profiteretur non tãtum ore, sed oblatione se esse subditũ Romano Imperio, & accepta pecunia nomẽ cuiuslibet describebatur, vt scripta nomina Romã delata Cæsari legerẽtur, vt posset scire dignitatem, &

Luc. 2. Esa. 2. Psal. 71.

merita personarum, & consequenter suam potentiam. Vnde *Simon de Cassia* scribit, quod Octauianus in superbiam elatus, ex elato corde præcepit vniuersum orbem describi, & magis peccauit in illa descriptione quam Dauid, qui fecit populum Israel describi. Et ideo ipse Dauid, & populus Israel fuit à Deo grauiter plagatus. vnde quærit Simon de Cassia: Quare etiam nõ ille Imperator punitus à Deo fuit, sicut Dauid punitus fuit, cum tamen grauius peccauit? Respondet, quod gentilis, & indignus præsenti correctione erat. Sed Dauid, dominus Deus sicut filium punire voluit, vt non æternaliter ab eo puniretur. Sunt enim, teste beato Aug. aliqui indigni præsenti punitione, quorum damnatio erit æterna. Et ideo certum signum est æternæ damnationis successus continuus, & fortunatus temporalis signanter peccatoribus, sicut Augu. probat de Assuero, cui semper bene succedebat in rebus temporalibus. Et in Hester, cui male succedebat in temporalibus rebus, & quasi semper in luctu & gemitu pro se, & pro populo suo fuit. Quantum ad secundum, sciendum, quod illud gaudium, quod Angelus Gabriel de Christi natiuitate nunciauit, fuit maximum gaudium totius mundi. Nec mirum, quia natus est nobis Saluator, qui est Christus Iesus. Nã non solum terrigenæ, sed etiam cælestes spiritus sunt de hoc gaudio

super. Luc.

2. Reg. 24.

B

in lib. de ciui

lætificati, sicut cecinimus in hac nocte. Hodie lux vera de cœlo descendit, hodie per totum mundum melliflui facti sunt cœli *Chry*. Gaudere debet quilibet iustus, quia natus est suæ iustitiæ remunerator. Gaudeat quilibet peccator, qui de suis contritus est peccatis, quia hac nocte Christus natus est, qui venit ad saluandum contritos corde. Si enim Mariæ Virginis natiuitas gaudium annunciauit vniuerso mundo, multo verius Iesu Christi Dei & hominis natiuitas, ergo Angelus dixit, *Euangelizo vobis gaudium magnum*. Nam illud gaudium fuit tam magnum, quod vsque ad cœlos ascendit, & Deũ & Angelos lætificauit. vnde hodie Angeli tanto gaudio sunt repleti, quod de cœlo descenderunt, & suum gaudium mundo detulerunt, sicut homo plenus gaudio non potest se continere, quin aliis nunciet, & reuelet. Item fuit tam magnum gaudium, quod illud hodie infernum penetrauit, & sanctos, qui in lymbo erant inenarrabili gaudio repleuit. Item tam magnum erat gaudium, quod extendebatur vsque ad Orientem. Vnde Magi, qui erant in Oriente, tanto gaudio sunt repleti, quod sua regna reliquerunt, & ad puerum natum accurrerunt. Extendebatur etiam ad Occidentem. vnde Romæ, visa est imago Virginis circa Solem, & tanto gaudio Augustus est perfusus, quod ei thura obtulit, & vltra Deus vocari recusa-

Sap. 8. cusauit. *Attingit à fine vsque ad finem fortiter, &c.* Item gaudium hodiernum factum est tam magnum, quod replet totum mundũ; hoc ostenditur in eo, quod dies nõ sufficit, sed tota nox in gaudio occupatur. Nunquam enim in anno tres missæ celebrantur, nec sic in in nocte aliquã missa celebratur, nisi hodie. Vnde *Guid.* dicit quod lib. 9. ratio. diui. Thelesphorus Papa instituit illa die tres missas cantari, ad ostendendum quod Christi natiuitas saluauit patres ante legem, & patres sub lege, & patres post legem. Sicut autem, vt æstimo, non fuit hodie aliquis fidelium de numero prædestinatorum in toto mundo, qui non huius diei aliqualiter ab intra saltem cordialiter sensit sibi oriri nouam lætitiam, sic econuerso merito quidam sunt, qui debent esse contristati, qui istam noctem in ludo consumpserunt, nec aliquod deuotionis seruitium nato puero impenderunt. Similiter illi, qui in crapula, & ebrietate vixerunt, aut qui mutant se in dæmones, aut in bruta animalia, laruas induendo, & quaqua versum discurrendo, offendentes homines, Deo seruire cupientes. Item qui infidelib. suis sortilegiis, & in cæteris incredulitatibus suis tempus illud sacratissimum consumunt. Et qui in his duodecim noctibus sequentibus multas vanitates exercent, & qui Deam, quam quidam Dianam nominauit, dicunt cum suo exercitu ambulare; item qui cumulos tali ponunt, & per hoc futura prænosticant. Item qui calceos per caput iactant, similiter qui arbores scindunt, & sic de aliis. Et signanter qui micis & fragmentis, quæ tolluntur de mensa in vigilia Natiuitatis Christi sua sortilegia exercent, omnes tales merito, sicut noctuæ excæcati, & maledicti incedunt hodie in tam clara huius diei luce. Quare consulo, quod omnes prædicta exercentes, studeant ad confessores suos accedere, & se de his accusare, & confiteri, & pœnitere. Item legitur, Deum hac nocte omnes sodomitas occidisse, & eos subitanea morte interiisse, secundum illud Psalm. *in matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Beatus Augustinus: Deo veniente in carne, omnes hostes naturæ, sodomitas intellige, morte reproba, & subito perierunt. Item Hieronymus dicit: Propter hoc malum vitium filius Dei multo tempore distulit incarnari. De hoc vitio quære infra *sermo 85.* Item sciendum, quod quilibet homo spiritualiter gaudere debet. Primo, quia Deus factus est homo, vt homo fieret Deus. Secundo, quia factus est seruus, vt seruus fieret dominus & rex cęli. Tertio, quia Deus de cœlo descendit, vt homo de terra ad cœlos ascenderet. Quarto, quia Deus factus est filius hominis, vt homo fieret filius Dei. Quinto quia immortalis, Deus fact⁹ est mortalis vt ho-

mo mortalis fieret immortalis. Sexto, Deus diues factus est pauper, vt homo pauper fieret diues. Vnde Apostolus: *Cum esset diues, factus est egenus, vt illius inopia diuites essemus.* Quantum ad tertium, scilicet de natiuitate, & paupertate Christi, sciendum quod Christus in sua natiuitate paupertatem suam ostendit in quatuor. Primo enim pauper fuit in hospitio. Vnde canitur. Stabulo imponitur, qui continet mundum. Vnde *Ber.* Vide qualiter pro te factus est rex, vbi regia aula, vbi throni sublimitas præsepe est. Vnde sciendum, quod ille locus, vt dicit historia, vbi Christus natus est, coopertus fuit inter duas domos in publica via ad receptionem transeuntium tempore calido, vel pluuiali, & fuit in eo quoddam paratũ præsepe pro animalibus, & hæc domus habuit ab vtraque parte introitum & exitum clausura carentem. Vel dici potest quod veritati consonum est, quod Ioseph, hoc præsepe pręparauit pro boue, & asino, quos secum duxerat. Asinnm in adiutorium peregrinationis Beatæ Virginis, quæ prægnans erat, bouem vero pro tributo, & expensis pro virgine in puerperio. In quod præsepe virgo, & mater benedicta filium suum reclinauit coram boue & asino, quod fieri voluit superna prouidentia, vt impleretur prophetia secundum aliam translationem. *In medio duorum animalium cognosceris*, dicunt aliquid, & bos, & asinus Christo genu flexerunt, seruitium ei sicut suo creatori exhibentes, vt impleretur illud. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit*, id est, cognoscere noluit. Sed dices, quare eum reclinauit, præsepio? Ad hoc respondetur, quod non erat ei locus in diuersorio, & in hoc nasci voluit secundum gloss. vt in hoc mundo se non diu permansurum ostenderet, & nos ei⁹ exemplo æstimemus, nos esse peregrinos in hoc mundo, vnde Apostolus. *Non habemus hic manentem ciuitatem.* vnde etiam Ps. *Aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes parentes mei.* Item in hoc reprehenditur fatuitas illorum, qui sibi præparant magnas & latas domos, in quibus breue tempus permansuri sunt, de domo autem cœlesti modicum, vel nihil curant, si enim tantam solicitudinem haberent de cœlestibus mansionibus, magni ciues cœlestis patriæ fierent. Insuper aliqui magnas, & latas domos posside͂t, nec tamen vnum pauperem propter Christum hospitarent. Isti etiã multum timere deberent illam sententiam extremi iudicii, vbi Christus dicit. *Hospes eram & non collegistis me; ite maledicti in ignem æternum.* Secundo, Christus pauper erat in strato, quia locatus fuit super fęnum, nec habuit puluinar, vbi caput suum reclinaret. Vnde quidam doctor dicit. O inæstimabilis pauper-

Abac. 3.
Isa. 1.

pertas, filius pastoris nascitur, & cussinus de puluinis ei substernitur, filius Dei nascitur, & ad durum præsepe reclinatur. Vnde Psalmus. *Pauper ego sum, & in laboribus à iuuentute mea.* In hoc docet nos Christus superfluitatem vitare lectisterniorum. Nam preciositatem reprehendunt panniculi viles Christi, mollitiem reprehendit fœnum asperum, in quo Christus iacuit, magnitudinem, & latitudinem reprehendit arctum præsepe Christi, hoc illi non attendunt, qui tres lectos sub se sternunt, & tres cussinos sub capite ponunt, & in hoc satisfaciunt voluptatibus suis & delitiis corporis. isti non vadunt per arctam viam quæ ducit ad vitam. Tertio, Christus pauper fuit in cibo. vnde canitur de eo. Paruoque lacte pastus est. vbi beata virgo docet mulieres, suos paruulos per se lactare, vnde dicitur in Decr. mulieres proprios filios lactare debent, nec aliis tradere ad lactandum, dist. 5. *ad eius*. Quarto, Christus pauper fuit in vestimento. Nam vilib. pannis fuit inuolutus, pro quo sciendũ quod beata Virgo concepit Christũ octauo Kal. April. & natus est, octauo Kal. Ianua. & sic in vtero matris fuit. 276. diebus, quia igitur tãto tempore Christus in Mariæ vtero habitauit, nimirum ꝙ factus est eius vterus fons pietatis, speculum puritatis, vas castitatis. Item notãdum, quod cæteræ mulieres ante partum habẽt timorem, quia multæ periclitantur in partu, & habent etiam in partu magnum dolorem, & post partum lãguorem, sed beata virgo expers fuit illarum pœnalitatum. Non. n. timere debuit, quia filium Dei in vtero portauit. Similiter in partu dolorem non habuit, tum quia Christus illum dolorẽ sibi reseruauit vsq; in suam passionem, tũ quia sine peccato concepit, quia propter peccatum mulier illi dolori subiecta fuit. vnde. *in dolore paries & cæt.* Gen. 3. Post partum languorem non habuit, quia medicinam generauit, id est filium Dei, qui sanat omnem languorem, & omnem infirmitatem. Item sciendum quod bea. virgo peperit media nocte die Dominica filium suum vnigenitũ, & videns puerum natum ante se, statim cognouit eum esse Deum & suum filium, quem de spiritu sancto conceperat, vnde statim ipsum, quẽ genuit, adorauit. Post hæc virgo. & mater, accipiens puerum, pannis eum inuoluit, sc. vilibus & inueteratis. Et dixit pluraliter pannis, vt ostenderet virginis paupertatem. Non enim habuit vnum pannum ad puerum suum inuoluendum. sufficientem, nam ipsum pannis inuoluit scilicet per seipsam, quia nulla mulier digna fuit ipsum tangere, concipere, portare, & nobis ipsum parere ad salutem, & propter hoc improbatur & reprobatur falsitas dicentium, obstetrices Mariam virginem habuisse, quæ partui virginis necesse non fue-

runt, quia virgo vt prædixit in pariendo omnino non sensit dolorem. Vnde *Hie.* Nulla omnino obstetrix, nulla mulierum sedulitas intercessit. Ipsa sola mater, & obstetrix fuit. *Beda.* Qui totum mundum vario vestit ornatu, ob matris paupertatem pannis inuoluitur, vt per eam primam, quam peccando perdidimus, innocentiæ stolam recipere possemus. Item sciendum, quod mulieres in suo partu requirunt seruientium peritiam, pannorum copiam, ignis præsentiam, ciborum abundantiam, cameræ pulchritudinem, & lecti mollitiem. Requirunt enim seruientium peritiam, vt habeant pedissequas domicellas quæ sibi assistant, & puerum suscipiant; huiusmodi autem seruitia ipsa non habuit, sed ipsa, & pannis eum inuoluit, & in præsepe reclinauit; nulla enim forsitan, etiam si indiguisset, assistere voluisset: pauperculæ peregrinę diuersorio positæ in media nocte. Loco autem domicellarum habuit bouem, & asinum. Secũdo, requirunt pannorum copiam, quibus se contegant, & puerum inuoluant, hæc autem pannos habuit paucos, & viles, & vetustos. *Ber.* Cum tanta esset necessitas, nullam audio de pellibus fieri mentionem. Tertio, requirunt ignis præsentiam, & maxime in hyeme, & in nocte, & hoc propter illuminationem, & calefactionem membrorumque consolidationem. In partu autem virginis, licet nox esset & frigus, nulla tamen fit mentio de igne. Quarto, requirunt cibariorum abundantiam, nam lacte volunt prouideri de cibis & puero subueniri de cura nutricis, hæc autem cum esset paupercula, & parce viuebat, & puerum suum propriis vberibus nutriebat. Vnde canitur. *Ipsum regẽ angelorum sola virgo lactabat vbere de cælo pleno.* Quinto, requirunt cameræ pulchritudinem, hæc autem habuit stabulum, quod nõ est habitaculũ hominum, sed iumentorum. Sexto, requirunt lecti mollitiem, hæc autem puerum in præsepio & super fœnum posuit. Hos autem defectus pati voluit, vt superbiam hominum confunderet, & vt exemplum humilitatis nobis daret, ne vnquam superbiremus in vestibus nostris, & Deum offenderemus. Quomodo autem quis peccet in vestibus, quære infra *ser. 82. I. E.* Vltimo nota exemplum de infantia Christi. Legitur, quod quędam monialis exiens ordinem facta est publica meretrix, post multos annos rediens ad monasterium dedit se ad pœnitentiam. Cum autem de Dei iudicio & iustitia cogitaret, & de pęnis inferni desperabat se veniam posse consequi propter magnitudinem, & multitudinem suorum peccatorum. Cum etiam cogitaret de gaudiis cœli, diffidebat, sciens quod nullus immundus, & inquinatus cœlum intraret. Cum autem cogitaret de passione Chri-

Christi, cogitabat quanta Christus pro ea passus fuisset, & flẽs clamabat, & dicebat. *Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi?* In quadam autem solennitate natalis Domini recogitare cœpit quod puer natus esset nobis, & quia pro modico puer placatur, cũ offenditur, tunc corã imagine Beatæ virginis Mariȩ, habente puerum Iesum in sinu, cœpit cogitare de infantia Saluatoris, & tota perfusa est lachrimis ex vera contritione cordis, quam Christus puerulus ei concessit, tunc ipsa obnixe, & ex intimis cordis sui visceribus supplicabat, vt propter suam benignam infantiam, qua venit in hunc mundum peccatores saluos facere, sui misereretur. Tunc audiuit vocẽ dicentem, quod propter benignitatem infantiæ illius, quam ipsa allegabat, sciret omnia peccata sibi esse dimissa, quæ postea vitam suam realiter emendauit, & eam in bono finiuit. Item postremo sciendum, quod qui vouerunt in feria sexta se abstinere à lacticiniis, vel quartis feriis se abstinere à carnibus, vel vouerunt ieiunare in eisdem feriis, obligantur etiam die Natiuitatis eadem vota persoluere, nisi excepissent diem Natiuitatis Christi illa hora, qua illud votum vouerunt, vt patet in iure canonico, vbi habetur, quod his, qui voto vel regulari obseruantia sunt astricti, non licet comedere carnes in die Natiuitatis Christi extra de obseruatione ieiunior. capite vltimo.

F¶

DE EODEM. SERMO. XII.

De lusoribus.

ANnuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Luc. 2. Scire debetis, in Christo dilectissimi, quod dies hodierna ex Saluatoris nostri Natiuitate redditur gaudiosa, qui ideo natus est, vt hominem perditum ad regna cœlestia reuocaret, vnde peccando ceciderat, vt per hominem ruinam Angelorum repararet, vnde exercitus Angelorũ in cœlo gaudebat, & vnus eorum hoc de cœlo asserebat dicens; Annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. sed hoc gaudium isti lusores, qui istam sacratissimam noctem in ludo consumpserunt, & puerum natum plurimis iuramentis, & blasphemiis offenderunt, non percipiunt, sed heu ex quo iam ex mala cõsuetudine inoleuit, quod plures hac sacratissima nocte assueti sunt ludere, ideo in præsenti sermone de ludo quinque sunt dicenda. Primo, taxilli quid significent. Secundo, quomodo in his sexdecim peccata mortalia committuntur. Tertio, quid lusores oporteat facere, vt saluentur. Quarto, quȩ requirũtur ad hoc, vt ludus possit fieri licite, & sine peccato. Quinto, exemplum. Quantũ ad primum, tunc quæritur vtrum ludus sit peccatum mortale? Respondetur secundum *Guil.* quod sic etiamsi

G¶

homo non duxerit in consuetudinem, adhuc mortaliter peccat. Et intellige quando ex auaritia ludit, quia auaritia de se est peccatũ mortale Sed quam magnum peccatum sit, & quam detestabilis sit ludus, & quam periculose viuant & quid cogitare debeant, cum taxillum ad manum recipiunt, vt sic retrahantur à ludo, patet ex descriptione taxilli. Nam taxillum recipiens ad manum ad ludendum ex auaritia & cupiditate, si iactat vnum oculũ, per hoc intelligere debet, quod priuatur regno cœlesti, quod Deus omnipotens daturus est omnib. electis suis cum in iudicio dicet. *Venite benedicti possidete regnum paratũ vobis ab origine mundi*. vbi loquitur dicendo regnum in singulari, & non plurali, quia omnes sancti, & electi vnũ regnum possidebunt, quod condiuident, sibi inuicẽ ex charitate. Nam in cœlo noscimus, & diligimus nos inuicem. Item *Gui.* vnusquisq; tantum gaudet de alterius gaudio, quantũ de suo proprio, & hoc ideo fit, quia ibi vnusquisq; perfecte diligit suum proximũ sicut se ipsum. Si autẽ duos oculos iactat, per hoc intelligere debet, quod corpore & anima æternaliter damnabitur, quia homo est compositus à corpore & anima, sed in morte cum anima separatur à corpore, tunc anima peccatoris sola punietur vsq; ad nouissimum diem, & in resurrectione tunc anima, & corpus ecõuerso simul coniungentur, tunc peccator cum eodem corpore, & anima, & cum eisdem membris, cum quib. peccauit ęternaliter damnatur. Vnde *Ber.* In quo autem membro magis creator offenditur, in eo peccator grauius torquetur. Si autem tres oculos iactat, per hoc intelligere debet, quod æternaliter separabitur à visione sãctę Trinitatis, scilicet Patris, & Filii & Spiritus Sancti, quæ visio est merces & præmium electorum; vnde Iob: *hec est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum filium tuum* Et quam iucunda sit ista visio ostẽdit Proph. Dauid in Ps. *Mille anni ante tuos oculos, tanquam dies hesterna, quæ præteriit.* Si autẽ quatuor oculos iactauerit, per hoc intelligere debet quod separabitur à quatuor ordinibus sanctorum noui testamenti, in quo testõ iam sumus, s. ab Apostolis martyrib. confessoribus, & virginibus. Isti sunt quatuor ordines noui testĩ generaliter loquendo. Si aũt quinque oculos iactauerit, p hoc intelligi debet quod omnis salus quæ fluxit ex quinq; vulneribus Iesu Christi in eo frustrabitur. Ergo de talib. conqueritur in persona propria Christus dicens: Nonne satis pro te vulneratus sum, nunquid pro iniquitate tua afflictus sum, addis afflictionem afflicto, magis me aggrauãt vulnera tui peccati, quam vulnera corporis mei. Si autem sex oculos iactauerit, per hoc intelligi debet, quod Deus in iudicio requiret ab

Matt. 25.

Ioh.

eo, quomodo ſex opera miſericordiæ exercuit, dicens: *Eſuriui, & nõ dediſtis mihi manducare, ſitiui,* & tunc ſubiunget talib. ſententiam illam horribilem dicens. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius.* Iſta horribilis anima intelligi debet per ſex H§ oculos. Quantum ad ſecundũ ſciendum, quod quindecim peccata mortalia cõtingunt in ludo. Primum peccatũ eſt idololatria, quod eſt contra primum præceptum vbi dicitur. *Non adorabis Deos alienos.* Sed luſor taxillorum taxillum pręponit Deo, & facit eum Deum ſuũ, vnde *Aug.* hoc ab homine colitur, quod præ cęteris diligitur, hoc patet, quia ipſe ad præceptum taxilli largitur, non lagitaretur ad præceptum Dei, quia ſi pauper ꝓpter Deum peteret denarium, forte vix ſibi daret vnum obolũ; ſed ꝓpter præceptum taxilli largior eſt, quam fuerat beatus Martinus ad præceptũ domini, ipſe .n. non ſolum dat medietatem pallii, imò totum pallium, & interdum tunicam, & camiſiam, & nudus ſequitur dominum ſuum, ſ. diabolũ. Et in hoc apparet magna ſtultitia ipſius luſoris, quod ſe viliſſimæ ſeruituti ſubiicit, dum tamen taxillum dominum ſuum conſtituit, & ad hoc ſe reſtringit, vt faciat ꝙ ipſe iuſſerit, vnde merito deridendꝰ eſt talis luſor. Vnde *Sen.* Si videas murẽ dominari alii muri, nũquid riſum tenes? quanto magis ridiculũ eſt, quod os pauxillum, quod eſt minoris valoris, quam homo dominetur. Sciendum autem, quia ſicut Deus dedit viginti vnã litteras codicibus ſuis, quibus tota ſcriptura ſcribitur, per quam voluntas Dei fidelib. inſinuatur, ſic taxillus habet viginti vnum puncta, quibus luſor cognoſcit voluntatem Dei ſui. Secũdum punctum eſt execrabilis iuratio & blaſphemia, quæ in talibus ludis frequẽter in Deum, & ſanctos refunduntur horũ.n. iuramentorũ, & blaſphemationũ participes ſunt, qui talibus hoſpitium concedunt, vel qui veſtimenta, vel pecuniam deluſam diuidunt, vel cum ipſis familiariter bibunt. Nam ſi luſor propinaret de lucro vinum, talis non deberet bibere nec propinatum recipere ab eo. Item qui ab ipſis fortẽ luminis recipiunt, quod dupliciter intelligitur. Primo, qui vidẽt de lumine illo aliqualiter, æqualiter peccant. Secundo, qui denarios illos recipiunt, qui dantur ad lumen, ſicut cum quotiens quis lucratur totiens dat vnum denarium ad lumen, ergo qui tales denarios recipiũt, & eis ad ludum luminant, tenentur ad reſtitutionem. Et ſic blaſphemare, eſt contra pręceptum ſecundum, vbi dicitur, *Non aſſumes nomen Dei tui, &c.* Vnde etiã quandoq; dominus in præſenti de luſorib. vindictã accipit. Vt legitur de quodam milite, qui dum occaſione ludi ꝑ oculos Dei iuraret, proprii oculi eius à capite exilierunt, & in aleam ceciderunt. Item quidam ſagittarius

Matt. 25.

cum iratus esset valde ex hoc, quod in ludo perdidisset, sagittam direxit versus cœlum, & quasi vellet se vendicare de Deo; & mox reversa sagitta ante facię iacientis, sanguine recenti totaliter infecta reperta est. Qui ex hoc contritus, & confessus, vitam suam cum mira pœnitentia, & correctione emendauit. Item cauere debet quilibet homo, ne taxillos, vel alia necessaria ad ludum locet, nec quis debet quærere taxillos, cum eos lusores ex motione iræ abiiciunt, nec quis debet tenere adludendum lumen. Nam omnes tales, & homini consentiens ad paria iudicantur. Tertium peccatum est fractio solennitatum, vt in sacris diebus & noctibus ludendo, quod est contra tertium præceptum, vbi dicitur, *Sabbata sanctifices*, quia secundum *Guil. Lud.* In præcipuis solennitatibus consueuerunt lusores ludere, non attendentes illud, quod legitur de eo, qui collegerat ligna in sabbato, quando ait dominus ad Moysen. *Morte moriatur homo ille, & lapidibus obruat eum omnis populus.* Constat autem peius esse cum blasphemiis, & periuriis in festiuis dieb. ludere, quam in his diebus ligna colligere. Quartum peccatum est inobedientia parentum, quia quilibet tenetur obedire parentibus in licitis & bonis, & in salutaribus præceptis, & hoc etiam est contra quartum præceptum. *Honora patrem, & matrem.* Quintum est homicidium, quia interdũ contingit, quod vnus lusor pro vno denario interficit alium, & hoc est contra quintum præceptum. *Non occides.* Sextum peccatum est furtum, quia tales lusores quandoque postmodum efficiuntur fures, & sic aliquando suspenduntur, hoc est contra sextum præceptum. *Nõ furtum facies.* Septimum, est falsum testimonium, quia sæpius contingit in ludo, quod vnus falsum testimonium perhibet, dicens alium locum lucratum esse, cum tamen perdiderit, & hoc est contra septimum præceptum. *Non falsum testimonium dices.* Vbi notãdum est, S. Tho. quod falsus testis peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem damni, quod alius incurrit. Octauum peccatum est cupiditas lucrandi, quæ est radix omnium malorum, vt dicitur *1. Thi. 6.* quod est contra nonum præceptum. *Non concupisces rem proximi tui.* Vnde lusor nunquam luderet, si rem proximi non concupisceret. Nonum peccatum est immisericordia, quia vnus lusor alium spoliare vellet vsque ad camisiam, si commode fieri posset, & si in tanto improsperatur perludendo, scilicet quod non habet soluere, tunc suffocat eum, & ponit eum in carcerem, quousque satagendo reddat; Et ergo sicut secundum dictum Christi misericordes sunt beati; sic econuerso immisericordes sunt infelices. Vnde Iaco. *Iudicium enim fiet ei sine mise-*

Num. 15. 2. 2. q. 70. Iaco. 2.

misericordia, qui non hic facit misericordiam. Decimum peccatum est vsura maxima, secundum *Henr. de Vrinaria*, quæ non attenditur solum in anno, vel mense, sed etiam in eadē hora, extra de excess. prælat. Inter dilectos. Vndecimum secundum *Henr. de Vrinaria* est contemptus prohibitionis sanctæ matris ecclesiæ. Nam *gloss.* dicit, quod huiusmodi ludi sunt prohibiti, & non tantum dissuasi. Et hoc idem allegat in summa *Iob.* Duodecimum, est scandalum proximorum. Corrumpuntur enim multi, qui ad ludum conspiciendum de mala consuetudine conueniunt. Vnde Mat. *Væ homini illi, per quem scandalum venit.* Decimumtertium peccatū est mendacium & periurium. Sæpe enim mentitur lusor se lucratum esse dicens, cum in veritate tamen perdiderit. Decimumquartum peccatum est odium. Nam ille qui perdidit accenditur odio contra illum, qui lucratus est, & etiam ad illos qui aliis plus fauent, quam sibi. Decimumquintum, est infidelitas & deceptio, quæ committitur male numerādo, male computando, false iactando. Decimumsextum est ira, & comminatio, quia lusor quādoque prouocatur ad iram, & sic multotiens maledicit Deo, & Beatæ Mariæ, & sanctis, & quandoque sibiipsi, & multotiens etiam lusor minatur, & maledicit proximis, & quod grauius est, quandoque verberant, & vulnerant se, & trahunt se per crines, & postquam lusor ad propriam venerit domū, tunc conturbat vxorem, pueros, & familiam, non attendens illud dictū Christi. *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* K¶ Exemplum legitur *in lib. de apibus*, quod in quadam villa in Campaniæ partibus, quidam Iudæus cum Christiano lusit. Cumque Iudæus multas pecunias perderet, & ex impatientia turbaretur, tandem in Christum retorquens iniuriam blsaphemauit, & mox cum ad iactādum tesseras collegisset, manus eius cum tesseris fuit contracta, qui reprobo furore succensus, cum ipsa contracta manu mensam lusoriam percutere niteretur, iterato in Christum & matrem eius blasphemiam turpissimam euomens, statim euersis mirabiliter oculis cecidit, & expirauit; Christianus vero collusor eius in amentiam pauore nimio versus elanguit, & vitam miseram dira morte finiuit. Quantum ad tertium, sciendum, quod oportet lusores res lucratas restituere, si volunt saluari. Nam quicunque ludit ex auaritia, scilicet causa lucrandi, quicquid lucratur in tali intentione, siue parum siue magnum, tenetur restituere. verbi gratia. L¶ Si quis luderet ex cupiditate, etiam cum intentione lucrandi multum, & si talis solū quatuor denarios lucraretur, teneretur restituere. Ratio est, quia secundum *Henri. de Vrinaria*, ludus cum sit quędam

Lib. 2. ti 8. q. 21.

Matt. 28.

Matt. 5.

expoliatio, non poteſt quis licite per ipſum aliquid acquirere, & ſic nec poteſt ſibi licite aliquid retinere. Sed quæritur, quibus luſor reſtituere debet, vtrum ipſis à quib. lucratus eſt, vel aliis? Adhoc reſpondetur ſecundum doctores. Primo, ſecundum *Ray*. Si cum filio alicuius patris luſiſti, qui non habet peculium caſtrenſe, & qui adhuc eſt ſub obedientia patris, tunc teneris reſtituere patri eius. Secundo, ſi cũ vxore alicuius mariti luſiſti, & lucratus es, quæ non habet res paraphernales, tunc teneris reſtituere marito eius. Tertio, ſi luſiſti cũ religioſo, tunc teneris reſtituere prælato eius, vel monaſterio. Quarto, ſi cum ſacerdote, tunc ſecundum conſilium ſacerdotis confeſſoris tui dandum eſt pauperibus, quia bona Sacerdotum ſunt bona pauperum. Quinto, ſi luſiſti cum illis, qui ſunt mẽte capti, ſurdi, muti, cæci, & qui morbo perpetuo laborant, quia tales rebus ſuis præeſſe non poſſunt, ergo qui à talibus euicit, tenetur reſtituere, non dico illi qui amiſit, ſed tutori, & procuratori ſuo. Sed ſi tales ante dicti lucrarentur, tunc non tenetur reſtituere tibi, quia nõ dignus es rehabere, quia quantum in te fuit, eos ſpoliare voluiſti, nec etiam poſſunt ſibi licite retinere, ſed ſecundum conſilium confeſſoris tenetur pauperibus talia erogare. Sexto, quicunq; traxerit aliquẽ ad ludum, tenetur reſtituere quicquid euicerit ſecũdum Th, Et nota quod iſta attractio large intelligitur, ſcilicet, quomodocunq; homo verbis, vel factis induxit eum, cum ille alias non erat luſurus. Item ſiue induxerit in principio, ſiue in medio ludi, cum ille vellet deſiſtere. Si autem lucratur ab eo qui ipſum inuitum attraxit ad ludũ, hic non tenetur ſibi reſtituere, ſed debent ſecundum conſilium confeſſoris pauperibus erogare hæc *Rai. Innoc. 2. Thom.* Septimo qui fraudulenter ludit ſecundum b. Tho. vbi ſupra, tenetur fraudato reſtituere. Et intellige ſiue commiſit fraudem ante ludum, puta quia fingebat ſe quaſi neſcium ludi, & quaſi hominem, qui poſſet decipi, cum tamẽ decipere intẽderet, ſiue commiſit fraudem in ipſo ludo, vt ſubmittendo taxillos falſos, ſeu etiam illos male & frauduloſe iactando, ſeu mendaciter dicendo ſe obtinuiſſe, ſeu malam pecuniam immittẽdo, ſeu male numerando, vel alio quouis modo proximum decipiendo. Octauo, quando voluntarius cum voluntario ludit, & qui habet propria bona, quæ poteſt alienare, tunc non tenetur illa reſtituere, nec etiam illa ſibi retinere debet. Ratio quia cum ludus ſit quædam expoliatio, non poteſt quis licite per ipſum aliquid acquirere, & ſic non poteſt retinere, sed nec illi debet reddere, quia ille non eſt dignus rehabere, quia inquantum in eo fuit proximũ expoliare conabatur. Iſta ſupra dicta collegi ex ſumma Piſani,

2. 2. q. 32.

ni, & ex summa. Io. Quod autē nullus cum Deo potest possidere res in ludo acquisitas, sed debet eas restituere, sicut iā dictum est, si vult saluari vt patet per tale exemplum. Nam tempore be. Ciryrilli epis. fuit quidam adolescens consanguineus beati Cyrilli episcopi ruffus, qui fuit in eius seruitio, & cum episcop⁹ diuina celebraret, adolescens ille iuit ad tabernas, & ad suos consodales, & ibi cum eis ludum exercuit. Post aliquod vero temp⁹ infirmatus est vsq; ad mortē, & sic in tali infirmitate defunctus est, tunc epis. petiuit suffragia pro eo fieri communiter à populo sibi subiecto, q populus gratanter acceptauit, quia adolescēs ille satis laudabiliter vixit quoad populū, & ideo diligebatur communiter ab omni populo. Quodā autem die cum episcopus salutare sacrifitum obtulisset pro anima defuncti, & esset post missam in oratione & deuotione, apparuit ei defunctus ille totus ignitus. Cum quæreret quis esset, respondit. Ego sum anima consanguinei tui, pro qua inaniter oras, quia æternaliter damnatus sum. Tunc episcopus perterritus dixit. Quomodo hæc meruisti, cum tamen satis laudabiliter vixisti, & ego sperabam te adhuc habere virginalem innocentiam. Cui respondit: Sic est, quia adhuc virgo sum, sed propter hoc solum damnatus sum, quia habui in consuetudine de mane infra diuina vestra ire & visitare tabernas ad consodales meos, & sic ibi cum eis lusi, & quicquid lucratus fui, mihi seruaui, & fui eis quandoque occasio iræ, & blasphemiæ Dei, & de hoc non feci mihi conscientiam, nec egi de hoc pœnitentiam, quamuis quandoque monitus fui in sermonibus, & ab aliis bonis hominibus, sed heu hoc non curaui, & in hoc me non emendaui, ergo æternaliter damnatus sum. Et hanc visionem scripsit beatus Cyrillus beato Augustino. Quantum ad N§ quartum sciendum, s. ad hoc quod ludus possit fieri licite sine peccato quatuor requiruntur. Primo, requiritur congruitas personæ. Clericis enim alea ludere non licet. vnde habetur in decre. quod ludere alea non debet Episcopus, præsbyter, diaconus, dis. 35. Secundo, requitur congruitas materiæ. vnde pro esculento, ac poculento aliquo quis ludere potest. Tertio, requiritur tēpus congruum, s. quod non ludatur tpe luctus, & pœnitentiæ, vel communionis. Quarto, requiritur quod non faciat contra legem ludi, vt q male non cōputet, nec ludentem prouocet, nec ex cupiditate ludat, sed solū pro recreatione virium. Itē sciēdum, quod qñ propter deductionem temporis vel recreationem luditur, id quod sic lucratur, secundum Ber. & sanctum Tho. dandum est pauperibus. & Raymundus dicit, saltē in iudicio aīæ. Vltimo sciēdum, quod quocunq; loco ludsor verterit oculos, videre potest quæ

dissua-

dissuadent sibi ludum qui ex auaritia fit. Si enim lucratus sit, tunc cogitare debet, quod cum illa pecunia sibi æternam damnationem acquisiuit. Si autem perdidit tunc cogitare debet, quod cum illa pecunia perdidit Deum, & cœleste regnum, & insuper societatem Mariæ, & omnium Patriarcharum. Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum & omnium electorum. Et insuper lusor est in medio dæmonum, quia vbi non est Deus, ibi diabolus, sed Deus non est cum talibus lusoribus, igitur &cæt. Et per ludum aleæ intelligitur omnis ludus, qui fit ex cupiditate & causa lucri, vt habetur in iure canonico. Nam omnis ludus aleæ, & omnis ludus, qui innititur fortunæ, prohibitus est etiam secundum leges, ne fiat, vt patet in *summa Pisani, & summa Ioan*. Exemplum, quomodo lusores sunt in potestate diaboli, & qualiter ipse potestatem suam in eis exercebit, cum Deus permiserit. Legitur *dial. Cesar*. quod in ciuitate Zuzati diocce. Colo. Miles quidam habitabat, qui sic totus deditus erat ludo tesserarum, vt nec die nec nocte, quiesceret, & sacculum cum nummis semper secum ferebat, vt secum volentibus ludere obuiaret. In ludis autem ita expeditus, & fortunatus erat, vt vix aliquis ab illo sine damno recederet. vt autem posteris, & præsentibus ostenderetur quantum Deo displiceant tales ludi, in quibus iræ, inuidiæ, rixæ, & damna suscitantur, peccatique verba opprobriosa, quæ rotantur, cōtraria forent, permissum est diabolo cum eo ludere, qui multos illuserat, ac euiscerauerat, & qui multorum marsupia euacuauerat. Nocte igitur quadam diabolus domũ eius in specie cuiusdam ludere volentis intrans, sacculumq; nummis refertum sub ascella portás, ad tabulam consedit, denarios liberaliter apposuit, tesseras iactauit, multum in breui de pecuniis militis illius acquisiuit. Cui cum tam prospere succederet. & multa iá pecunia, quam miles apposuerat defuisset, iratus ait. Nunquid non diabolus es tu? Et ille respondit: Nunc satis est, appropinquat enim matutinale tempus, oportet nos ire; tollensque illum per tectum traxit, cuius viscera tegulis retrahentibus miserabiliter excussa sunt, & quid de corpore factum sit, vel in quem locum illud proiecit, vsque hodie à cunctis, qui ipsum nouerát, ignoratur. Mane vero viscerum eius reliquiæ tegulis inhærentes repertæ sunt, & in coemiterio sepultæ. Ecce hoc vno exemplo ostenditur, quod diabolus suos ministros sinit ad tempus bene prosperari, & qualiter eos in fine remunerat, scilicet occidendo, animas vero in pœnas perpetuo, secum cruciandas detrudendo.

lib. 2. ti. 8 q 21.

De

DE SANCTO STEPHANO. Serm. XIII.

Quod nouem generibus hominum cœlum est apertum.

STephanus vidit cœlos apertos. Act. 7. Aristotel. 1. Ethic. finis, per quem omnia desiderantur, & sperantur, optimus est, & hic finis est beatitudo cœlestis, quæ ostensa est beato Stephano in tempore suæ mortis; ergo dixit. *Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantē à dextris virtutis Dei.* Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quibus hominibus cœlum aperitur. Secundo, dignitates beati Stephani. Tertio, exemplum. Quātum ad primum sciendum, quod nouem generibus hominum, cœlum aperitur, vt quam cito moriuntur statim euolare possint ad cœlum sine purgatorio. Primo, aperitur paruulis per baptismum, in quo ipsi paruuli directe passioni Christi configurantur. Circa quod quæritur, vtrum baptismus digne suscipientibus deleat omnem culpam, & pœnam? Respondeo secundum. *Bona. super 4. distinct. 4.* quod sic, quia quātum est ex se, tunc baptismus delet omnem culpam originalem, mortalem, & venialem & restituit primariam innocentiam quoad animum. Et hoc probatur, quia si baptizat⁹ sic moreretur, statim euolaret ad cœlum, sed hoc non fieret nisi omni culpa, & pœna deleta, ergo cœlum semper est apertum tali homini, qui adhuc seruat innocentiam baptismalem, In signum huius, Christo baptizato aperti sunt cœli. Quando autem Matt. 3. puer moritur in innocentia, de hoc parentes nō debent dolere, & hoc quære infra sermone. 58. Secundo, cœlum aperitur per martyrium, & in signum huius sanctus Stephanus vidit cælos apertos, & Iesum stantem. Nam hoc est priuilegium martyrum, quod qui sustinet mortem propter Christum in terris, inueniunt vitam in cœlis. Vnde Augustinus. Qui orat pro martyre iniuriam facit martyri. Sed quæritur ex quo iam nostris temporibus nō martyrizantur homines, quæ nobis facienda sunt, vt martyres Christi efficiamur? Respondeo secundum *Greg.* Triplex est spirituale martyrium. Primum est. seruare patientiam veram in aduersis. vnde *Gregor.* Sine effusione sanguinis martyres esse possumus, si patientiam veraciter in animo custodimus. Et quanto maior est aduersitas, in qua patientiam seruamus, tanto maius præmium ab ipso Deo recipimus. Nam plus est continuam in tribulationibus & aduersitatibus patientiam seruare, quam semel caput amputari. Possunt enim dicere illi, qui sunt in cōtinuis tribulationibus, & persecutionibus illud psal. *Quoniam propter te mortificamur tota die.* Item sciendum, quod patientiam habere

in tribulationibus, & aduersitatibus est maius signum gratiæ quam mortuos suscitare, vel cœcos illuminare, vel leprosos mũdare. *Greg.* patientiam maiorem reputo signis & miraculis. Nam natura non dat patientiam in aduersitatibus, sed gratia. vnde *Arist. 8.* Ethic. Triste fugit natura. Sed impatientes ostendũt vacuos se esse à gratia per murmurationem suam. *Gregorius* Qualis vnusquisque apud se lateat illata contumelia probat. Secundum est compassio afflictorum, *Gregorius* Qui dolorem exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente, sic Maria iuxta crucem martyr effecta est, quæ omnia vulnera, quæ filius eius sustinuit in corpore, ipsa in anima & mente suscepit; sic similiter, si compassiones habent cum pauperibus, qui sustinent corporis infirmitatem, vel hominũ persecutionem, vel sitim, vel famẽ, vel nuditatem, & cum tribulatis, qui spoliantur in rebus, & affliguntur in corpore, vel quando vides aliquem manifeste peccare, scilicet chorizare, blasphemare, adulterari, inebriari, superbire, vel quando audis mala de proximis, & ei compateris, signum est bonitatis, & quod sis membrum Christi *Greg.* Non aliter redemtoris nostri membra efficimur, nisi adhærendo, & compatiendo proximis, & quanto quis pl⁹ dolores proximorum sentit, tanto melior coram Deo erit. *Greg.* quanto quis perfectior erit, tanto perfectius alienos dolores sentit. Vnde Apost. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Tertium est, dilectio inimicorum. *Greg.* Ferre contumeliã, & odiẽtem diligere, martyrium est in occulta cogitatione. Nam magnum bonitatis signum est fauere, & optare illi bonum, qui tibi optat malũ, & similiter facit, si potest. Similiter diligere illum, qui te odit, & orare pro illo, qui te persequitur. Vnde Matt. *Diligite inimicos vestros, & benefacite illis, qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calũniantib. vos; vt sitis filii patris vestri, qui in cœlis est.* Nam inimicos diligere, & iniuriantib. ex corde indulgere, est valde acceptum Deo, & homini fructuosum Gr. qui in se peccantib. clementer indulsit. nullum peccati vestigium in eius anima remanebit. Vnde *Aug serm.* secundo de b. Stephano. Per amorẽ hominis inimici efficieris amic⁹ Dei. Item sciendum ꝙ secundum *Ber.* ẽt triplex est martyriũ sine effusione sanguinis. Primum est parcitas in vbertate vñ *Ber.* Quod martyrium grauius quam inter epulas esurire, inter vestes algere, inter diuitias paupertatẽ sustinere? Nã videre delectabilia, & non gustare cum possis, est satis graue. Nam ibi vincitur natura, quę semper appetit delectabilia. verbi gratia. Sicut durum est in straminib. iacere, cum posses bene tres lectos habere; aquam bibere, cum bene posses bonum vinum habere; pulmentum pro carnibus Matt. 5.

com-

commedere, hoc sine spirituali gratia vix potest haberi. Similiter, cum quis sibi subtrahit, quæ cũ peccato posset habere, si Deum vellet offendere, sicut superbe chorizando, & actum luxurię exercendo, vestes superbas portando, cum in his, & cæteris delectationibus habet opportunitatem, & tamen propter Deum ab huiusmodi delectationibus abstinet. vnde Eccle. 31. *Qui potest transgredi, & non est transgressus, & facere mala, & non fecit, hic quis est, & laudabimus eum?* Similiter etiam qui sibi subtrahunt parua delectabilia, vt poma, pira, & cęteros fructus, in hoc merentur. Et quanto maior est appetitus, tanto maius est præmium. vnde *Hugo de sancto Victo.* Gaudeat qui potest parce viuere. Parca .n. vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutem nutrit animum roborat, mẽtem ad cęlestia eleuat. Secundum est, largitas in paupertate, hanc habuit illa vidua, quæ obtulit duo æra, de qua Christus dixit in euangelio. *Hæc vidua cæteris plus obtulit*, q̃a omnia, quæ habuit dedit. Vnde exemplo illius viduæ pauperes debent addiscere pauperibus erogare cum magno affectu plus faciendi, si facultas adesset, & sic pauper potest dare vnum denarium, ita ꝙ maius prẽmium habebit inde, quam si diues daret integrũ florenum. Vnde in dec. dicitur. Affectus offerentis plus placet Deo, quam munus offerrẽtis. 3. q. 7. *in grauioribus.* Et signanter illa eleemosyna placet Deo, quam quis tribuit de suo iusto labore. vnde *Aug. in li. de vita Christiana.* illam eleemosynã Deus approbat, quę de iustis laborib. ministratur, vnde etiam in decre. dicitur. Deus plus respicit ad personam, quæ dat eleemosynam quam datum. 14. q. 5. *scriptum est.* Tertium est, castitas in iuuentute. Nam castitas hæc est Deo tam accepta, quod ꝑ martyrio spirituali reputatur; & hoc propter graue impugnationem carnis, quã iuuenes personæ sustinent. Vnde Commen. dicit quod complexio iuuenum est calida, & humida, senum autẽ frigida, & sicca. Vnde iuuenes, qui caste viuere volunt, oportet eos carnem suam cum abstinentiis domare, vt *Ari.* 3. Top. Tẽperantia magis est eligenda in iuuenibus, quam in senibus, quia iuuenes plus concupiscentiis molestãtur. Quod autẽ castitas virginum præcellat castitatem Angelorum ostendit *Amb. in l. de off.* dicẽs. Maior est victoria virginum quam Angelorum. Angeli .n. sine carne viuunt, virgines vero in carne triumphant. vnde etiã *Aug.* in quodam ser. inter oĩa certamina Christianorum duriora sunt prælia castitatis. Nã continua pugna, rarior victoria. vnde ẽt *Ber. in epist.* Sola est castitas, quæ hoc mortalis loco, & tẽpore statum quendam immortalis gloriæ reprę-sentat. Tertio, cœlum aperitur B¶ his qui plenariã indulgentiam consequuntur. Circa ꝙ quæritur, quibus

bus indulgentiæ prosunt. Respondeo quod illis, qui dispositi sunt, & faciunt ea propter quæ indulgentiæ datæ sunt; vnde sciendum, quod quatuor sunt impedimenta indulgentiarum. Primum est defectus credendi, vnde qui non habet fidem, quod talia sibi proficiant, non consequitur indulgentias. *vnde Aug. de doctrina Christiana.* Christus dedit claues ecclesiæ, vt qui non crederet in eis, peccata ei non dimitterentur & qui crederet, indulgentiam perciperet. Secundum impedimentum est, quando quis non est in gratia, sed in mortali peccato, vel etiam quando est excõmunicatus, talis non consequitur indulgentias. Ratio huius est, quia est sicut membrũ abscissum à corpore, & sicut palmes abscissus à vite. Tertium impedimentum est, quando quis nõ est confessus. Nam communiter omnes indulgentiæ dantur contritis, & confessis, & vere pœnitentibus. Pro quo sciendum quod quãdo quis est vere contritus, & habet propositum confitendi & satisfaciendi, tunc Deus in illa vera contritione, dimittet sibi omnia peccata sua. vnde Ezech. *Quacunque hora peccator ingemuerit, omnium peccatorum eius amplius non recordabor.* Et quæcunque bona opera talis sic contritus facit in illo bono proposito, etiam antequam ad confessionem veniat, talia opera omnia sunt Deo accepta, & sibi meritoria ad vitam æternam. Sed indulgentias non potest consequi quis, nisi sit confessus, ergo quicunque vult peregrinari, antea debet confiteri, & tunc cum licentia sui præsbyteri iter arripere. Quartum impedimẽtum est, quando quis non facit ea propter quę indulgentiæ datæ sunt, quamuis enim quis esset confessus, & per omnia ad indulgentias dispositus, & si non faceret ea, propter quæ indulgentiæ datæ sunt, tunc nullo modo, secundum *beatum Th.* indulgentias consequeretur. Vnde quæritur, si quis indulgentiam plenariam consequeretur, & si moreretur, quid de eo sentiendum esset? Respondeo secundũ *Host.* quod talis statim euolaret ad cœlum, quia nullum impedimentum ascendendi in cœlum habet quis, ex quo moritur in gratia, nisi solutionem pœnæ. Et est sciendum secundum *sanctum Th. super 4. dist. 20.* vbi dicit, quod qui indulgentias suscipit, non absoluitur, simpliciter loquendo, à debito pœnæ, sed datur sibi de thesauro ecclesiæ, vnde debitum soluat, ergo cum remissa est pœna illa tota per indulgentiam est ac si esset soluta, & sic iustitiæ Dei satisfactum est, cum ex thesauro ecclesiæ illa pœna soluta est. Quarto, cœlum aperitur per ingressum religionis approbatæ, vbi regulariter viuunt. Circa quod quæritur, vtrum quis per ingressum religionis consequatur plenariam remissionem omnium peccatorum? Re-

Ezech. 18

Respondeo secundum *beatum Th.* 2. 2. q. *vlt*. Rationabiliter potest dici quod sic, sicut per assumptionem crucis. Nam hoc est holocaustum maximum, quo quis se totaliter diuinis officiis mancipat, per religionis, scilicet, ingressum, quod excedit omne genus satisfactionis, vt habetur in decre. 16. quæst. 1. *admonere*. Nam religiosus offert Deo omnes res temporales. immo totum mundum propter deum relinquit, & hoc per votū paupertatis, à modo nunquam proprium denarium possidendo; vnde dicitur in decre. In religione existens non debet habere denarios, si nō vult perire cum Anania. 12. quæst. 1. *dilectissimis*. Vnde *Gre.* Obolum habens monachus non valet obolum. Item offert Deo corpus voto castitatis & abstinentiæ, ad quas se obligat ingressibus religionis, sicut abstinere à carnibus, ieiunare, in straminibus iacere, media nocte surgere & corpus cum vestibus laneis macerare. Item religiosus offert Deo propriam voluntatem, & hoc per votum obedientiæ, & hoc est maximum sacrificium, cum propter Deum resignat suam propriam voluntatem, & subiicit voluntatem suam voluntati prælati sui. vnde. *Ber.* loquens de religione dicit: Religio paupertate fundatur, erigitur obedientia educatur castitate, custoditur humilitate, perficitur charitate. ¶ Item sciendū quod in vitis patrum legitur, quod eandem gratiam consequuntur ingredientes religionem, & profitentes, quam cōsequuntur baptizati. Item sciendum secundum *beatum Th.* q. si per ingressū religionis non absoluetur ab omni reatu pænæ, nihilominus ingressus religionis vtilior est, quam peregrinatio terræ sanctæ ad promotionem ad bonum, quod præponderat absolutioni à pæna. Et *Henri. de Gan.* dicit, quod quando quis profitetur, tunc primo indulgentiam consequitur. Et intelligitur, si intendit obseruare, quæ in professione promittit, scilicet regulam, & ordinem suum. Nam si non intenderet seruare ea, quæ promittit in professione sua ipso facto sic promittendo peccaret mortaliter, & non esset filius regni cœlestis, sed filius ignis gehennæ. & tales quandoque postmodum pessimi erunt. Vnde *Aug.* & ponitur in decre. Difficile sum expertus meliores, quam qui in monasteriis profecerunt, nec sum peiores expertus, quam qui in monasteriis defecerunt d. 47. *Quantumlibet.* Vnde etiam Bern. Qui in loco ordinis sine ordine viuunt, ad illum deuenient ordinem, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

CONTINVATIO ET PROsecutio præcedentis sermonis. Sermo XIIII.

ECce video cælos apertos &c. prosequendo sermonem iam inceptum, est sciendum, quod

Quinto cœlum aperitur per intenſam contritionem, qua quis ex intimis cordis ſui viſceribus dolet de peccatis commiſsis. Circa quod quæritur, vtrum contritio poſsit tollere totum reatum pænæ; Reſpondeo ſecundum *Pe. ſuper 4. diſt 16.* Contritionis intentio poteſt attendi dupliciter, vel ex parte charitatis, quæ cauſat diſplicentiam peccati, vel ex parte doloris, quæ ex intenſiua excitatur charitate. Et vtroque modo poteſt tantum intendi contritio, quod tota pæna remittatur, ſicut patet de latrone, qui cum Chriſto pependit in cruce, cui dictum eſt. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* vnde etiam exemplum legitur in libro de apibus quod quidam in Galliæ partibus venit ad venerabilem virum magiſtrum Petrum de corbel. Senõ: Archiepiſcopum, & confeſſus eſt quod propriam filiam violenter oppreſsit, & cum magna & mirabili contritione, & lachrymis quæſiuit, ſi vnquam poſsit vllo dolore, vel pæna à Domino veniam impetrare. Cui Præſul. inquit indubitanter, ſi pœnitentiam ſubire volueris tanti mali. Et ille vehementer exclamans, volo inquit, etiam ſi mille mortes me ſuſtinere volueris. Collacrymans ergo infelici, immo tam feliciſsimo peccatori, epiſcopus dixit ei. Septénem tantum pænitentiã pænæ impono tibi. Tunc ille. Quid eſt, ait, quod tantum ſeptennem pœnitentiam mihi flagitioſiſsimo iniũgitis, qui ſi viuerem ad finem mundi, tãtum facinus pænis innumerabilib. diluere nõ valerem. Cui pręſul. Vade, inquit, tres dies in pane, & aqua tantum ieiuna. Tunc amplius ille plorans & contendens ſe rogabat, vt pœnitentiam ſibi iniungeret & ſalutarem, ſupra modum ergo admiratus, & exhortatꝰ, & exhilaratus epiſ. tandem diffinitiue præcepit homini, vt abiret, & vnum tantum Pater noſter diceret, ſciretq; ꝓ certo peccatum iã ſibi eſſe dimiſſũ. Nec mora, in illa hora ille dirum eiulatum emiſit, & in terram procidés expirauit. Nec dubia fides eſt, ſicut Deo dignus idem epiſ. prædicauit, quia idem pœnitens ſic ſine vlla alia purgatorii pæna vitam validiſſima contritione finiuit, purgatus ad gloriã euolauit. Sexto, aperitur cœlum per frequentem cõfeſsioné, qua quis cum magna verecundia peccata confitetur. Nã verecundia eſt magna pars ſatisfactionis vnde *Ber.* Ideo iubemur confiteri peccata, vt erubeſcentiam pro pæna habeamꝰ. Circa quod quæritur, vtrum vnum peccatũ debeat quis ſæpius confiteri? Reſpondeo quod de neceſsitate nõ oportet, vt quis vnum peccatum ſępius confiteatur, à quo eſt abſolutus, ſed tamen *B. Th.* dicit *ſuper 4. d. 17.* ꝙ quanto quis plurib. Sacerdotib. vnum peccatum confitetur, tanto plus ei de pæna dimittitur, tum propter erubeſcentiam, tum ex vi clauium. vnde totiens poſſet quis confiteri, quod ab omnĩ

Luc. 24.

pecca-

peccato liberaretur. Item sciendū, quod confitentes non debent habere nimiā familiaritatem ad suos cōfessores, quia ex tali familiaritate verecundia, quæ est in confessione habenda, diminuitur, quod est nociuum confitenti, vnde *Ber.* Sunt quidam qui confitendo, sicut fabulam, peccatorum suorum narrant historiam, & ægritudines animæ suæ sine confessione dinumerant. Item, quod peius est, aliquid quod verecundantur confiteri vni, transferentes se ad alium currunt, & sic cōfessionem diuidunt. vnde Augu. Cautus sit pœnitens, ne verecundia ductus diuidat apud se confessionem, vt diuersa diuersis velit manifestare Sacerdotibus. Quidam enim vni celant, quę alii manifestanda conseruant, quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere. Septimo, cœlum aperitur per attentam orationem coram sacramento Eucharistiæ. Nam quandoq; quis citius impetrat ibi, quā in alio loco, sicut cōstat circa missam, vel alias in præsentia sacramēti. Vnde etiam *Henr. de Hassia.* Sicut enim confessio, & attritio dispositiue sufficit ad salutem latroni associato Christo, quādo præsentialiter cōmo iebatur in cruce, quæ ei non sufficeisset, aut nō intantum valuisset in carcere, ita videtur quod non minus nunc peccator humiliter spe veniæ assistens sacramenti oblationi veniam consequatur, aut abundantius gratiæ collationem recipiat, quam si similiter in alio loco se habere. Item cum Christus in terra degens nulli sanitatem denegauerit ex fide petenti, nunquid æquale, vel maius est nunc inuisibilem fide credere præsentem in Eucharistia? Et hoc idem vult illud dictum euangelii. *Beati, qui non viderunt & crediderunt.* Quid ergo refert ad veniam consequendam iā corde contrito, & humili, Eucharistiæ interesse immolationi, aut visibiliter ad eius præsentiam associari, & ipsum honorificare, aut olim oblationi eius in cruce interfuisse sicut latro, vel honorem Christo corporaliter viso exhibuisse, vt Magdalena, quæ lacrymis lauit pedes Iesu, & tersit capillis, & vnguento vngebat, & osculabatur: videtur quod nihil refert quo ad effectum gratiæ, & veniæ consequendæ. Hæc ille. Itē sciendum ꝙ multum salubre est deuote genua infra missam flectere, & signanter ab hora consecrationis, vsque ad communionem. Item sciendum, quod illi. qui nō possunt Missæ interesse, quando tales audiunt nolam, vel campanam, quæ pulsatur infra eleuationē corporis Christi, debent genua sua deuote flectere, & Iesum Christum q ibi in missa eleuatur, humiliter & cum contrito corde inuocare, siue sit in cāpo siue in domo, siue in quocunq; loco, vel labore. Exem plū habemus de hoc quod fuit quædam mulier tristis valde & à diabolo multū tentata, quę sibi laqueum ad suspendē-

dam

dam seipsam præparauit, quæ dum cæpta conaretur perficere, ecce pro eleuatione corporis Christi iuxta morem campanulam audiuit, tunc flexis genibus, sicut à iuuentute in consuetudine habuit, orauit, & dixit; Domine Iesu Christe fili Dei viui miserere mei, & ecce mox trabs & funis suspendii confractæ sunt, dæmonibus fugientibus, & dicentibus: quia virtus præsentiæ corporis Iesu Christi liberauit à temporali, & æterna morte. Octauo, cœlum aperitur aliquibus per certæ eleemosynæ dationem.
Dan. 4. Vnde Dan. *Peccata tua eleemosynis redime*. Ber. Tantum posset homo dare de temporalibus pro eleemosyna, quod omnia peccata sua redimeret à pœna. vnde etiam magister. *Io. de Kesim in tractatu de audientia confessionum*. Dum infirmus esset potens in amicis & rebus, & confessor iuxta quantitatẽ peccatorum taxaret pœnam, per quam si solueretur ipse æstimaret totam pœnam expletam esse, seu præuentam, seu solutam, puta tot dies ieiunando, tot missas & orationes & suffragia ordinando, tot eleemosynas erogando, & quod tunc ipso infirmo in sua adhuc vita existente, pœnę ille per multos exsoluerentur, nam illis sic exsolutis, si pœnæ fuissent sufficienter taxatæ, taliter sic decedens nunquam intraret purgatorium supposita cõtritione, vel si decederet ante pœnarum illarum exsolutionem, ipsis solutis, mox à purgatorio liberaretur. Hæc ille. Vnde dicit *beatus Th. de Aquino*, quod vnus potest pro alio satisfacere, dummodo ille per se non possit pœnitentiam perficere. Item sciendum, quod peccata signanter dimittuntur quo ad pœnam per dimissionem iniuriarum, quæ est maxima eleemosyna. Vnde *August. in sermo.* permulta sunt genera eleemosynarum, quas cum facimus, adiuuant vt dimittantur peccata nostra, sed ea nihil est maius, quam cum ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit. Nam tanta posset esse offensio, & tam liberaliter, & ex corde posset indulgeri, quod ex hoc daretur omnium peccatorum remissio. vnde *Aug.* vnusquisque indulgentiam accepturus est à Deo, qualem & ipse dederit proximo. vnde *Gre.* Qui in se peccanti clemẽter K§ indulsit, peccati vestigium in anima eius non remanebit. Nono, cœlum aperitur illis, qui per opera pænalia satisfactionem peccatorum suorum implent. vnde *Ber.* Quantumcunque magnum sit peccatum, in pœnitentia tamen potest tantã pęnam in mundo sustinere, quod dimittatur ei tota pœna, ad quam est obligatus. Sciendum quod pœnitentia satisfactoria semper debet fieri per contrarium. vnde Ari. Medicinæ fiunt per contrarium, sed pœnitentia est medicina spiritualis, ergo debet fieri per contrarium. Vnde *Greg. in Homil.* Quot habuit *Arist. 2. Ethic.*

in

in se Maria Magdalena oblectamenta, tot de se inuenit holocausta, conuertit ad numerum virtutum numerum criminum, ita quod totum seruiret Deo in pœnitentia, quicquid Deum in se contempserat per culpam. Sciendum quod in quantum opus bonum est pœnale, in tantum est satisfactorium. Ergo cuilibet peccatori iniungenda est pœnitentia id est, satisfactio per contrarium v. g. vt si peccator in delitiis vixit, & Deum in gula offendit, oportet quod satisfaciat ieiunando, & corpus castigando. Si inebriatus fuerit, quod pro satisfactione bibat aquam. Si luxuriosus, quod corpus virgis flagellet. Si cũ vestibus mollibus & preciosis Deum offendit, pro satisfactione cilicium vel aliam vestem asperam induat. Si in mollibus lectisterniis pigritiam exercuit, pro satisfactione est iniungendum, vt in straminibus iaceat, & mane surgat; Si in superbia contra Deum, & proximum se exaltauit, pro satisfactione debet se humiliare coram Deo, & proximo se subiicere; Si fuit auarus, & Deum iniustis rebus acquirẽdis offendit, pro satisfactione debet iniustas res restituere, de iustis rebus pauperibus subuenire; Si accidiosus, pro satisfactione debet mane surgere, & ecclesias frequentare, genua flectere, & deuote orare. *Pro mensura peccatorum, & plagarum modus* quod intelligitur, hic aut in futuro, pro quo sciendũ, *Deut. 25.*

quod pœnitentia, & satisfactio, quæ iniungitur, aut est maior, aut est minor, aut æqualis; Si maior est pœnitentia, quam peccata requirunt, tunc superfluum, illuc cedit homini in præmium; Si minor, tunc residuũ implebit in purgatorio; Si æqualis, tunc statim euolat. Quã-L¶tum ad secundum, sciendum quod sanctus Stephanus habet plures dignitates. Prima est, quod dicitur protomartyr id est primus martyr, quia post ascensionem Christi primus pro fide lapidatus est, & occisus. Secunda, quia dicitur plenus gratia, & hoc sibi accidit propter suam profundam humilitatem. Nã *superbis resistit Deus, humilibus autem dat gratiam.* *Iac. 4.* Ergo si volumus gratiam Dei impetrare, debemus nos cum sancto Stephano humiliare. Tertia, quod vidit cœlos apertos tempore suę mortis; ergo dixit: *Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei.* Quarta, quod pro inimicis suis rogauit Christum. vnde *Beda:* Beatus Stephanus stando pro se orauit, sed pro inimicis suis flexis genibus interpellauit, dicens. *Domine ne statuas illis hoc peccatum. &c.* Quinta, quod eius passio conformis est passioni Christi. Nam sicut falsi testes contra Christum insurrexerunt, sic contra Beatum Stephanum Item, sicut Christus extra ciuitatem est crucifixus, sic & Beatus Stephanus extra ciuitatem est lapidatus. Item, sicut

Christus dixit. *In manus tuas domine commendo spiritum meum*, sic & Beatus Stephanus dixit. *Domine Iesu suscipe spiritum meum*. Sexta, q; habet tres coronas. Primo, habet coronã martyrum. Secundo, virginum. Tertio, prædicatorum. Septima est, miraculorum operatio vnde de *Bea. Aug.* dicit Bea. Stephanum innumeris claruisse miraculis, Mortuos, septem suis meritis suscitasse multosq; variis languoribus curasse, propter hæc & alia refert dignè memoriæ commendanda. Ait etiam quod flores super altare sancti Stephani ponebãtur, & inde ablati super infirmos ponebantur. qui statim mirabiliter curabantur. Panni etiam de eius altari sumpti, & super ægros positi, multis extiterunt infirmitatibus ad medelam. Nam sicut idem ait in lib 22. de ciuit. Dei: flores de altari sancti Stephani sumpti cuiusdam mulieris cæcæ oculis impositi sunt, & illa continuo lumen recepit. Refert etiam in eodem lib. quod cum quidam vir primarius ciuitatis, nomine Martialis, infidelis esset, & nequaquam conuerti vellet, cum tamen plurimum ægrotaret, gener suus valde fidelis ad ecclesiã sancti Stephani venit, & de ipsis floribus, qui super altare erãt, accipiens, subter caput soceri sui ipsos flores latenter posuit, super quos dum ille dormiuisset, protinus ante diluculum clamauit, vt ad episcopũ mitteretur. Cum autem episcopus abesset, Sacerdos ad eum venit, qui cum se credere diceret, baptizauit eum. Hic quamdiu vixit, hoc verbũ semper in ore suo habuit: *Christe accipe spiritum meum*, cum tamen hæc Beati Stephani verba vltima fuisse nesciret. Quantum ad tertium, nota exemplum aliud apud Cæsaream Cappadociæ: Quædam nobilis matrona erat viri quidem destituta solatio, sed nobili vallata multitudine puerorum. Nam pueros decem habuisse dicitur, quorum septem masculi & tres fæminæ fuisse perhibentur. Quadam autem vice, quia mater ab iis offendebatur, maledictionem suis filiis imprecatur, subito maledictionem matris vindicta diuina subsequitur, & omnes pœna simili, & horribili feriũtur. Nam omnes tremore membrorum omnium sunt horribiliter percussi, quapropter nimium dolentes, & suorum ciuium oculos non ferentes, per totum orbem vagari cæperunt, & quocunq; ibant, omnium in se vertebant adspectum. Ex his autem duo, frater & soror, Paulus & Paladia, Hipponem uenerunt, & ipsi Augustino, ibidẽ episcopo, quę sibi contigerãt, narrauerunt. Cum ergo quindecim dieb. ante Pascha ecclesiam sancti Stephani frequentantes, sanitatem ab ipso martyre multis precibus postulassent, in ipso die Paschæ, cũ frequens populus præsens esset, vnus ex eis, scilicet Paulus, repente cancellos introiuit, & ante altare

eum multa fide, & reuerentia se in oratione prostrauit. Et cum stantes rei exitum spectarent, subito surrexit sanus à tremore corporis deinceps alienus. Cum autem ad Augustinum ductus fuisset, ipse eum ad populum protulit, & Deo & sancto Stephano gratias egit. Cum autem sic ad populum loqueretur, & soror illius ibidem omnibus membris tremens assisteret, surgens de medio, cancellos S. Stephani intrauit, & statim velut obdormiens subito sana surrexit. Ipsa similiter in medium producitur, & de vtriusque sanitate Deo, & Beato Stephano immensæ gratiæ referuntur.

De Sancto Ioanne Euangelista. Sermo. XV.

Ioan. 21. SEquere me. Verba proposita, sunt à Christo Beato Petro dicta, iam dicuntur cuilibet homini volenti saluari, quod Christum debet imitari. Nam nullus est verus Christianus, nisi qui Christum imitatur; Vnde *Isido.* Ille est Christianus, qui factis se Christianum ostendit, ambulans sicut & Christus ambulauit, à quo nomen contraxit. Ex quo patet, quod qui Christum non sequitur non est verus Christianus, quamuis nomen habeat. vnde *August. in li. de vita Christiana.* Christiani nomen ille frustra sortitur, qui Christum minime imitatur. vnde etiam *Cyprianus de duodecim abusionibus.* Christianus nemo recte dicitur, nisi qui Christo in moribus coæquatur, & in signum huius Christus dicit cuilibet Christiano verbum propositum. *Sequere me.* vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quare quilibet Christianus merito debeat sequi Christum. Secundo, in quibus eum sequi debeamus. Tertio, aliquæ quæstiones de sancto Ioanne. Quãtum ad primum, sciendum, quod merito sequi debemus Dominum nostrum Iesum Christum, & hoc triplici ratione. Primo, ratione honoris, quia est valde honorificum sequi Dominum. *Gloria magna est sequi Dominum, lõgitudo. n. dierum assumetur ab eo.* Eccl. 23. Contra hoc faciunt aliqui, qui in bonis operib. imitari Christum erubescunt, de quibus Christus dicit in euangelio. *Qui me erubuerit corã hominibus, hunc filius hominis erubescet coram patre cœlesti, & angelis eius.* Item *Gre. super Ezec.* Qui erubescit bona facere, à statu rectitudinis cadit, atq; ad damnationem tendit. Hoc illi non attendunt, qui humiliter incedere in vestibus suis erubescunt, quamuis enim à prædicatoribus se male agere intelligũt, tamen ꝓpter verecundiam humanam vestes superbas, sc. caudas longas & scissuras inutiles deponere nolunt, quia seruire mũdo, & diabolo in superbia videtur eis honor, sed Deus illa in ignominiã cõmutabit; ergo quilibet non debet verecundari Christum

stum sequi, quia est salubre, & honorificum. *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui in cœlis est.* Secundo, libenter debemus sequi Christum ratione vtilitatis. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Tertio, debemus sequi Christum, nam ad hoc obligamur ratione exemplaritatis, quia Christus propter hoc in mundum venit, vt exemplum viuendi nobis demonstraret; vnde *Aug. de vera religio.* Tota vita Christi in terris, q̃ per hominẽ gesſit, disciplina morũ fuit. vnde etiam *Gr.* Omnis Christi actio nostra est instructio. Quantum ad secundum, scilicet in quibus debemus imitari Christum, sciendum quod signanter in septem nobis exemplum reliquit, in quibus eum sequi debemus. Primo, in abstinentia carnis, nam ab ingressu mũdi vsque ad finem vitæ suæ semper in duritia vixit. Nam in natiuitate duritiem sustinuit, quia in hyeme, & in media nocte natus est, in præsepio positus, & inuolutus panniculis super fænum iacere pertulit. vnde *Ber.* Qui non fallitur, elegit quod carni molestius est, id ergo vtilius, id etiam magis eligendum, & quisquis aliud docet, vel suadet, ab eo tanquam à se ductore cauendum est, hoc illi Christiani attendant, qui vix vna nocte propter Deum dure iacere volunt, cum tamen dicit Christus cuilibet homini *Sequere me.* Secundo debemus eum sequi in humilitate. vnde dicitur. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* vnde. *Aug. de verbis Domini ser. 12.* Discite inquit à me, ait Dominus, non mundum creare, non inuisibilia, & visibilia cuncta creare, non in isto mundo miracula facere, vel mortuos suscitare, sed quia mitis sum, & humilis corde; ergo exemplo Christi debemus humilitatem in vestibus seruare. Nam Christus portauit vestem simplicem, scilicet tunicam inconsutilem, & incessit Christus Iesus Dominus, & redemptor noster discooperto capite, & nudis pedibus. Item in die palmarũ equitauit asinum, & in parasceue baiulans sibi crucem exiuit in Caluariæ locum. Insuper ex sua profundissima humilitate assimilauit se vermi, dicens illud psal. *Ego sum vermis, & non homo, opprobrium &c.* Modo Christus dixit cuilibet homini *Sequere me.* Ergo boni Christiani imitantur Christi humanitatem in terris, vt ab eo exaltentur in cœlis. vnde *Aug. de verbis Domini. ser. 29.* vis capere celsitudinem Dei, cape prius humilitatem Dei, dignare humilis esse propter Deum qa Deus dignat⁹ est humilis esse propter te. Vnde etiam *bea. Amb.* super psal. *Beati immaculati &c.* Quanto quis est abiectior in hoc sæculo, tanto magis exaltabitur in futuro; Sed oppositum exemplo Christi plures tenent Christiani, qui se in hac vita superbe extol-

Ioan. 12. Ioan. 8. Matt. 11. Ps. 21.

extollunt. v. g. Christus inclinato capite pependit in cruce, sed tu superbe te erigis contra Christum erecto collo; Christus coronam spineam sustinuit in capite, & tu superbe offendis eum cum crinalibus, & peplis, & caputiis, & mitris, exaltando te contra Christum. Item, Christus portauit vestem purpuream quam sibi induit Pilatus & vestem albam, quam sibi Herodes induit in signũ derisionis, & fatuitatis, & tu superbe Christiane ornas te cum preciosis & mollibus vestibus tuis, quæ habẽt scissuras multas, & caudas longas, & varios colores, & hoc facis in contemptum Christi, & in dispendium salutis tuæ. Item Christus in humilitate captus, & ligatus est funibus, & hoc in humilitate, & charitate, & tu vis habere cingulum argenteum, vel deauratum in superbia, & elatione; Item, Christus in dorso suo crucem portauit, & omnem fortitudinem suam consumpsit in passione, vt te redimeret, & tu consumis fortitudinem tuam chorizando, torneamenta exercendo, & hoc in ipsius contemptum, qui pro nobis mortuus est in humilitate, & charitate. Ex his patet quod multi sunt, qui Christiani solo nomine sunt. vnde *Cyprianus*: nemo Christianus recte dicitur, nisi qui Christo in moribus coæquatur; Tertio, debemus eum sequi in paupertate. Nam ipse pauper fuit in natiuitate, in vita & in morte. vnde Ber. Paup. r nat⁹, pauper vixit, & pauper obiit; hoc patet, quia in stabulo, & non in palatio natus fuit. Similiter, & in vita nunquam propriam domum habuit, sed tanquam peregrinus in hoc mundo vixit. Hoc illi semper cogitare debent, qui proprias domos non habent, sed cum aliis hospitantur, quod Christus nunquam propriam domum habuit, sed cum aliis hospitatus fuit. Similiter in morte pauperrimus fuit, quia nudus in cruce pependit, & vbi caput suum reclinaret non habuit. Et quare sic pauper fuit? Respondeo, vt paupertatis suæ exẽplum nobis commendaret. Sed oppositũ exemplo Christi faciunt, q nunquã contẽtantur, nec Deo regratiantur, sed totum cor suum apponunt ad diuitias, & quomodo se ipsos in hac vita extollant. Nam tales non ponderant, nec aduertunt exemplum Christi. v. g. Christus natus est in stabulo, & homo auarus non contentatur in vna domo; Christus positus est in arcto præsepi, & super fœnum inuolutus panniculis, & homo delitiosus vult habere lectos molles, & preciosos; Christus in paupertate vixit, homo Christian⁹ nititur magnas habere diuitias, nõ attendens illud dictum euangelii, quod *difficile est diuitem intrare regnum Dei*. Quarto, debemus eum sequi in abstinentia cibi, & potus. Nam ipse in terra ieiunauit quadraginta diebus & noctibus, sine omni cibo. Similiter, & in cruce

Psal. fel,& acetum bibit. vnde Psal. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* In his .n. docet nos abstinentiam, dicens vnicuiq; nostrum: *Sequere me.* Hugo de sancto Victore dicit. *Gaudeat qui potest parce viuere. Parca enim vita libidinem extinguit, virtutem nutrit, animum roborat, mentem ad cælestia eleuat.* Imo abstinentia valet pro sanitate corporis, & pro longitudine vitæ. Eccl. 37. *Qui abstinens est adiicit vitam.* vnde etiam *Aug. de regi. princi.* Abstinere à comestionibus nimiis, & superfluitate nimia, est summa medicina. Vnde carnem nostram exemplo Christi debemus domare cum abstinentiis Apost. *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Sed oppositum exemplo Christi plures faciunt. Nam Christus ieiunauit quadraginta diebus, & aliqui volunt vix vna die ieiunare pro Deo; Christus esuriit, vt patet in euágelio, & gulosi semper volunt esse pleni; Christus sitiuit in cruce, sed bibuli viuunt in ebrietate; Christus bibit fel & acetum in cruce, sed delitiosi volunt habere quinque fercula, & triplicia pocula ad satisfaciendum suis concupiscentiis; & de istis scribit Apostolus dicens. Philip. 3. *Quorum Deus venter est.* Et tales non imitantur Christum pauperem, sed diuitem epulonem, qui epulabatur quotidie splendide, & sepultus est in inferno, sic continget illis. vnde Apostolus. *Si secundum carnem vixeritis moriemini;* vnde etiam. *Hier. in ep.* Difficile, imo impossibile est, vt præsentib. quis & futuris fruatur bonis, vt hic ventrem, & ibi mentem impleat, & de delitiis transeat ad delitias, Nam tales sunt maledicti à Christo, *væ vobis qui nunc saturati estis.* Luc. 6. Nam tales in futuro sustinebunt famem, & sitim, vbi nec vnam guttam aquæ habere poterunt. De quibus *Ioan. Manducabunt linguas suas dolore.* Apoc. 16. Sed de bonis, qui Christum sequuntur in abstinentiis, dicitur. *Esurientes impleuit bonis.* Luc. 1. Psalm. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Nam tales sunt beati hic, & in futuro, vnde Luc. *Beati qui nunc esuritis, &c.* Luc. 6. Quinto, Christum debemus imitari in patientia. Nam Christus patienter sustinuit verba & verbera; nã Iudæi dicebant. *Ecce vorator, & potator vini, & amicus publicanorum.* Itẽ dicebant. *Tu testimonium perhibes de te ipso, testimonium tuum non est verum.* Ioan. 7. Item dicebant. *Demoniũ habet, & insanit.* Item dicebant eum seductorem populi. Et in his verbis contumeliosis semper habuit patientiam. *Cũ malediceretur, non maledicebat cum pateretur, non comminabatur.* 1. Pet. 2. Similiter in verberibus, & plagis patientiam habuit. Nam capt⁹ ligatus est, alapis & colaphis cæsus est, consputus & vellicatus est, flagellatus & coronatus est, ad Pilatum, & Herodem, & ad locum Caluariæ ductus est, & demũ clauis cruci affixus est. Et in omnibus istis iniu-

iniuriis tanquam ouis, mansuetus fuit. Ergo dicit ad quemlibet nostrum: *sequere me*. Sed oppositum exemplo Christi ostenderunt, qui nec vnum verbum, nec vnam iniuriam sustinere volunt, cũ tamen sit valde meritorium iniurias patienter sustinere propter Deum. vnde Luc. *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. vnde Christus dicit in euangelio. *Si quis te percusserit in vnam maxillam prebe illi & alteram*. Et qui vnum verbum patienter non sustinet, quomodo verbera sustinebit? vnde *Gre.l.16.mor.* Quia statu patientiæ per linguarum vulnera corruit, ipse sibi testis est quod cõtra manifestæ persecutionis gladios non subsisteret. vnde vt patiẽtiam acquiramus, necesse est vt passionem Christi ad memoriam reducamus. vnde *Greg.* Si passio Christi ad memoriam reduceretur, nil tam durum est, ꝙ non æquo animo toleraretur. Vnde etiam Bernard. Quid est, quod tibi non suaue videtur, si collegeris & memoraueris omnes amaritudines Saluatoris? verbi gratia. Si pauper es, & contemneris, vel irrideris à diuitibus, cogita quomodo Christus derisus fuit, quando velabant sibi faciem, & percutiendo eum, dixerunt: *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Similiter quando coronatus fuit, tunc ipsi flectendo genua, cum arundine percutiebant caput eius, & exspuentes in eum dicebant. *Aue rex Iudæorum*. Similiter quando in cruce pependit, tunc ab astantibus derisus fuit. Nam aliqui de numero Iudæorum mouentes capita sua dicebant. *Vah, ꝗ destruis tẽplum Dei, alios saluum fecit, seipsum saluare non potest. Si rex Israel es, descende nunc de cruce.* Itẽ si Christianus spoliatur in reb. temporalibus, tũc cogitare debet, quomodo Christ⁹ spoliatus est vestimentis suis, & nudus pependit in cruce coram omni populo. Itẽ si Christianus verberatur, & læditur in corpore, tunc reducere debet ad memoriam Christum flagellatum, consputum, coronatum. vnde *Hier. in ep.* Conspui voluit, vt nos lauaret, velari uoluit vt velamẽ culpæ & ignorantiæ à cordib. nostris auferret, in capite percuti, vt caput nostrum, id est, Adam sanitati restitueret, colaphis cædi, & verbis derideri, vt nos ei labiis & manibus, verbis & operib. applauderemus. Sexto, Christum sequi debemus in prolatione verborũ. Nam sicut eius opera sunt, nobis in exẽplum, sic & eius verba. vnde *Aug.* Tota vita Christi, & quæ in terris pro homine gessit, disciplina morũ fuit. Pro quo sciendum quod Christus tria in verbis suis habuit. Primo veritatem *Ego sum veritas*. Sic quilibet Christianus debet esse verax in verbis, tũc.n. diligetur à Deo, & hominibus ps.50. *Ecce.n. veritatẽ dilexisti &c.* Sed oppositum facit hõ mẽdax, ꝗ & oditur à Deo, & hominibus. vñ Prou.12. Mẽdacia labia abominatio Dñi. Nã talis mendax

Luc. 21. (margin) Ioan. 14. (margin)

non imitatur Christum, sed diabolum, de quo dicitur. *Ipse mendax est, & pater eius.* Secundo, Christus habuit in verbis suis vtilitatem. Nunquam enim aliquod verbum otiosum, aut superfluum locutus est. Vnde quilibet Christianus exemplo Christi debet verba vtilia & necessaria proferre, semper cogitans illud. *De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddet rationem in die iudicii.* Hoc illi non attendunt, qui proximos cum malis verbis offendunt. s. detrahendo, maledicendo, irridendo, conuiciando, subsanando proximos suos: Similiter iurando, & blasphemando contra Deum. Tertio, Christus habuit moderantiam in verbis. Tacuit enim coram Pilato, & coram Herode, & cum accusaretur in multis, nihil respondit, sed tanquam ouis, & agnus innocens obmutuit. Sic exemplo Christi quilibet Christianus debet pauca verba habere, & tacere vsque dum interrogatus fuerit. vnde Eccle. *Adolescens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit, si bis interrogatus fueris habeat caput responsum tuum.* vnde *Anbrosius in lib. de off.* quam plures vidi incidisse peccatum loquendo, vix autem quenquam tacendo. Hoc autem exemplum Christi illi multiloqui non attendunt, qui plura verba, & quasi innumerabilia in ventum proferunt, & sępius respondent antequam interrogentur. *Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignũ,* & tales, qui non refrænant linguã, nunquam ad statum perfectionis perueniunt. vnde Iaco. *Si quis putat se religiosum esse & non refrænat linguã suam, huius vana est religio.* vnde *Gre. in mora.* Multiloquio quisque seruiens, rectitudinem iustitiæ tenere non potest. Septimo, Christus tristis fuit, V§ & honores fugit; in quo imitandus est à quolibet Christiano. Primo enim, tristitiam habuit, *Tristis est anima vsque ad mortem &c.* vnde *Ber.* Legitur Christum fleuisse, nunquam risisse, sic & boni flere debent hic cum Christo in pręsenti, vt tunc cum beatis reputentur. vnde Matt. *Beati qui nunc lugetis.* & Eccl. *tempus flendi,* supple in futuro. similiter quilibet Christianus debet honores præsentes fugere, & futuros honores in cœlo appetere. vnde *Augusl. in lib. de Ciuit. Dei.* Disce Christiane à Christo fugere gloriam mundi, qui vocatus ad regnum fugit, vocatus vero ad patibulum humiliter & benigne se obtulit. Oppositũ exemplo Christi ostendunt illi qui volunt in præsenti lætari. vnde *Gregorius in homilia* Præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta. Vnde Christus in euangelio dicit. *væ vobis qui nunc ridetis.* O Christiane attende quomodo imitaris exemplum Christi. Ipse enim fleuit, & tu rides, & in tristitia triginta tribus an-

Ioan. 8.
Matt. 12.
Eccle. 32.
Prou. 18.
Iac. 1.
Matt. 26.
Eccles. 3.

annis vixit, & tu lætaris in illicitis, & vanitatibus huius mundi. Vnde *Gre. in hom.* Nemo potest hic gaudere in hoc seculo & illic regnare XI cum Deo. Item Christus fugit, quando populus volebat eum facere regem. In hoc eum sequi debet quilibet Christianus, quod non debet appetere, vel laborare, vel desiderare prælaturã in præsẽti vita; de hoc quære ante. ser. 3. A. Quantum ad tertium, nũc quæritur, quare Christus specialiter dilexit Iohannẽ? Respondetur propter tria. Primo, propter puritatem ei⁹, quia tales Christus multum diligit. *Qui diligit cordis munditiam habebit regem amicum.* Secundo, propter eius festinam conuersionem, quia in sua iuuentute ad Christum conuersus fuit, & tales Christus multũ diligit, quod innuitur Mat. 19. vbi dicitur, quod Christus paruulos amplexatus fuit; manus eis imposuit & benedixit ipsis. nunquam enim alicui seni talem charitatem ostendit. Tertio, propter ipsius feruẽtem dilectionem; Deus .n. diligit diligentes se. Prou. 8. *ego diligẽtes me diligo.* Quarto, propter ipsius dignitatem, quia ipse omniũ sanctorum perfectiones habuit. De quib. singulariter secundũ status sui præeminentiam omnes magnam gratiam deputauerunt sibi factam, vt Isaias, Dauid, Hieremias, quod Deus fecit eos prophetas suos. Iacobus quando fecit eũ Apostolum, Lucas, Marcus, quando fecit eos Euangelistas. Laurentius & Stephanus, quando fecit eos martyres, Nicolaus & Dominicus, quando fecit eos confessores. Catharina & Barbara, quando fecit eas virgines, & sponsas suas. In Ioanne autem hæc omnia reperiũtur; quia Propheta in Apocalypsi, Apostolus in epistolis, Euangelista in euangelio, Martyr autẽ in quantum fuit oleo adustus, & minime læsus. Nam in actibus Apostolorũ legitur, quod omnes Apostoli erant flagellati. Confessor, quia doctor; Virgo, quia sponsus Christ⁹. Vltimo quæritur, quæ sit differentia dilectionis Christi ad Petrum, & Ioannẽ, & videtur quod plus dilexit Ioannem quam Petrum, & tamen Petrus videtur plus dilexisse Christum, quam Ioannes. Circa quod sciendum, quod triplex est dilectio, vna, quæ consistit in familiaritatis ostensione, & in ista magis dilexit Ioannem quam Petrum, quia maiora signa familiaritatis sibi ostendit ex eo, quod supra pectus suum recubuit, & matrem suam sibi cõmendauit, Secunda dilectio est, quæ consistit in donorum exhibitione, & in ista magis dilexit Petrũ, qui maiora dona sibi cõcessit, quia principem Apostolorum ipsum fecit, suum vicarium eum reliquit, claues regni cœlorum sibi dedit. Tertia dilectio est, quæ consistit in præcordiali amore, & in ista vtrumque æqualiter dilexit. Ambos .n. æqualiter dilexit affectione, qa am-

Ioan. 6

Prou. 22.

bo apud Deum sunt æqualis meriti.

DE INNOCENTIBVS. Serm. XVI.

Mittens Herodes occidit omnes pueros, qui erãt in Bethleem, & in omnib. finibus eius. Matt. 2. Ex quo hodie peragitur festum illorum puerorum innocentium, qui ab iniquo Herode interfecti sunt; Tunc in præsenti sermone tria sunt, dicenda. Primo, quando aliqui parentes p eros suos spiritualiter occidunt, sicut Herodes corporaliter, occidit. Secundo, de solennitate præsentis festi. Tert o, A§ exemplum. Quantum ad primum, sciendum, q od sex su t genera parentum, qui occidunt suos pueros, & sic damnantur prop er eos. Primi, qui scienter rei sunt q pueri in vtero n atris sine baptismo decedunt. Et hoc est valde graue homicidium, quia ibi corpus, & anima occiditur *Aug.* Maius est dãnum in amissione vnius animæ, quam mille corporum *Bern.* Tot⁹ mundus precium vnius animę æstimare non potest. Ergo mater, quæ est prægnans, solicitud nem debet habere de thesauro, quem portat in vtero, ne fiat occasio damnationis illi puero; similiter viri debent parcere mulieribus, nec eas turbare, nec terrere, nec verberare, imo sibiipsis subtrahere in comedendo atque bibendo, & impertiri suis mulierib. prægnãtibus, & hoc propter fetum, imo quil bet homo debet seruire mulieri prægnanti, exemplo Mariæ quæ tribus mensib. seruiuit Elizabeth. Contra hoc faciunt illi, qui vxores suas prægnantes percutiunt, tradun , calcant, trudunt, & ipsis maledicunt, sic rei erunt ne is in pueris: Similiter peccant illæ mulieres, quæ se super hoc emittunt, quod prægnãtes sunt, & scienter offendunt mar tos s os: Similiter peccant grauiter illæ antiquæ vetulæ, quæ abortum, vel sterilitatem procurant in aliqua muliere, vel v rgine. Similiter illæ ancillæ, quæ cum peccato, & scandalo concipiunt, & postmodum propter verecun iam humanã eosdem pueros icie ter occidunt, q animal irrationale non faceret. Secundi parentes sunt illi q pueros suos nimis dirigunt. Sed diceres non debeo diligere puerum meum? Respondeo, imo debes diligere puerum, quia est naturale, sed ordinate & infra Deum debes diligere. Nã aliqui pueros suos vltra Deum diligũt, & habent maiorem complacentiam in pueris, quam in Deo omnipotenti, & potius, & libenti⁹ vident pueros, quã Deũ, & q sic pue os supra B§ Deum diligunt, eosdem pueros suũ Deum faciũt. *Aug.* hoc ab homine colitur q præ ceteris diligitur. Et Deus quandoque ex sua bonitate subtrahit eis illos pueros, vt ipsi parentes cor suum econuerso ad Deũ erigant, & eũ diligant. Fa est ergo vna ratio, quare illi pueri, q sunt multum affabiles, & prudentes & pulchri, cito moriuntur, quia parentes

eosdem

eosdem cum nimio affectu diligũt, & cum nimia sollicitudine eos secundũ cursum mũdi nutriunt, & educant. v. g. Quando ex ipsis volũt facere magnos dominos, rectores ciuitatis, & magnas diuitias super eos hæreditare, & diuitibus eos desponsare, non curantes an ista bona spõsalia sint iuste vel iniuste acquisita. Et propter illam etiam curiositatem & solicitudinem, quam habent ad pueros, ornando eos vestibus, obliuiscuntur quandoq; Deum, & seipsos negligunt in his, quæ spectant ad salutem animarum. Et sic propter nimiam dilectionem puerorum, quandoque offendunt Deum, & seipsos damnant. *Qui amat filium & filiam super me, non est me dignus.* Tertii parentes sunt, qui informant pueros suos in malis, sicut chorizare, superbe in vestibus incidere, faciem depingere, crines crispos facere. Et ipsi parentes rei erunt omnium peccatorum quæ ex mala informatione, vel malo exemplo filii sic addiscũt, & postmodum faciunt. verbi gratia: Qui te primitus superbiam docuit, particeps erit omnium peccatorum, quæ cum superbia perpetrabis vsq; in finem vitę, & sic de aliis peccatis. Quarti parentes sunt, qui pueros non corrigunt, cum delinquũt. Nam parẽtes tenẽtur pueros corrigere. Vnde dicitur in dec. *Pater debet filios castigare, non semper osculari*: 5. quæst. 5. *non osculatur*. & 23. quæst. 5. *non putes*. & extra de rescri. *si quando* & cap. *contra morem*. Quæritur quomodo parentes debent corrigere pueros? Respondeo, si sunt boni, & quandoq; fragilitate excedunt, tunc cum benignitate sunt corrigendi exemplo Mariæ, quæ dixit ad filium suum, postquam inuenit eũ in templo post triduum: *Fili quid fecisti nobis sic? Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Si autem filii sunt proterui & rebelles, tũc corrigẽdi sunt cũ virgis & disciplinis. *Noli puero subtrahere disciplinam. Si eum percusseris virga non morietur, & animam eius de inferno liberabis.* Et talis correctio erit meritoria ipsis parentibus. Nã quot plagas ipsis pueris sic dabunt, tot merebuntur coronas. Itẽ sciendum quod parentes non debent pueris maledicere, de hoc quære serm. 13. M. Quinti parentes sunt, qui malum exemplum præbent filiis, & propter hoc spiritualiter eos occidunt. *Augustin.* Qui in conspectu populi male viuit, quantum in illo est, eum à quo attẽditur occidit. Pueri enim illa quæ vident à parentibus communiter imitantur, siue bonum, siue malum. Si vident eos ieiunare, libenter orare, ecclesiam frequẽtare, misericordes esse, veritatẽ loqui, benedicere, pacẽ cum familia habere, eos imitantur; si autem eos vident ieiunia ab ecclesia instituta soluere, festa nõ celebrare, raro ecclesiã visitare, ad tabernas ire, superbe incedere, chorizare, blasphemare, maledicere, etiam

Mat. 10:

Prou. 23.

etiam imitantur eos, & pro his malis exemplis parentes punientur grauiter, vnde *Gregorius in mora.* Tot mortibus quis dignus est, quot exempla prauitatis in posteros reliquit. Stulti sunt, qui scienter res iniustas lucrantur ad ditandum pueros suos. Nam quot denarios pueris relinquunt, tot gladiis eos transfigunt. Aliqui bene cognoscunt se habere res iniustas, & ne filii exhæredentur, potius volunt cum ipsis damnari. Quantum ad secundum, nota quod festum D¶ Innocentium & eorum martyrium solenniter est peragendum, & hoc propter tria. Primo, propter tempus. Nam ipsi primi martyres sunt, qui pro Christo post eius natiuitatem martyrizati sunt. Pro quo sciendum est, quod triplex est martyrium. Primum, voluntatis & operis, sicut Beati Stephani & Laurentii. Secundum voluntatis, & nõ operis, sicut beati Ioannis, Euange. & beati Martini, & Dominici, qui habuerunt voluntatem & affectum sustinendi martyrium, quamuis passi nõ sunt. Tertium martyrium operis, & non voluntatis, sicut Innocentes, vsum rationis non habentes, qui Deum non loquendo, sed moriendo, & cum sanguine suo confessi sunt, & sic in sanguine suo baptizati sunt. Et propter illud triplex martyrium illa tria festa sunt immediate post festum natiuitatis instituta. Primo, festum B. Stephani qui est martyr voluntate & opere. Secundo, festum beati Ioannis, qui est martyr voluntate, & nõ opere. Tertio, festum hodiernum Innocentium, qui sunt martyres opere, & non voluntate. Secundo martyrium & festum Innocentium est commendabile propter numerum, quia tot sunt, quod numerus eorum incertus est, sed ecclesia peragit numerum secundum visionem, quam Ioan. vidit. *Vidi agnum stantem supra montem Syon, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis*; Apo. modo si laus vnius sancti, vel Angeli, vel hominis vnius est laudabilis, & accepta coram Deo, quæ nunc erit laus tot sanctorum innocentium? Item si Deus exaudit preces vnius sancti, vel maxime duorum vel trium congregatorum in nomine ipsius, quid nunc, vbi tot sancti simul sunt congregati? Item si vnus sanctus est venerandus, nonne tunc tot millia sanctorum sunt venerandi? Nunquam enim in anno tot sanctorum festum peragitur, præter festum omnium sanctorum sicut hodierna peragitur. Tertio, propter locum, E¶ quia in Bethleem occisi sunt, vbi Christus natus est, ergo in verbis prædictis dictum est. *Mittens Herodes occidit omnes pueros &c.* Vbi sciendum secundum gloss. quod occisio puerorum facta est post annum, & tres dies post natiuitatem Christi. Distulit eni-

pter moram Romæ contractam, fuit enim Romæ à Cæsare citatus, & sic fere per annum impedit⁹ fuit. Tunc Prophetia impleta est. *Rachel plorans filios suos.* Quare Rachel, & non Iacob plorat. Respondeo, quod matres sunt magis passibiles, & maioris pietatis secundum Ari. ergo plus compatiuntur pueris. Item quia plus diligunt pueros, ergo plus dolent de aduersitatibus puerorum, quod autem mater plus diligit filium, quam pater, ostenditur triplici ratione. Prima est, quoniam mater plus dat de substantia filio, quam pater, & ideo maiorem partem videtur habere in puero. Secundo, quia mater plus laborat circa filium, quam pater, & circa quod plus laboramus, plus diligimus. Tertia, quia mater plus est certa de puero quam pater, & ideo magis diligit filium tanquam rem certam; pater vero minus diligit tanquam rem dubiam. Vnde *Arist. 4. Ethic.* Matres enim plus diligunt filios quam patres, quia certiores sunt de eis, & labores maiores habent circa eos. Quæritur, quare hodie etiam subticet ecclesia cantica laudis, & lætitiæ, s. Te Deum laudamus, Gloria in excelsis Deo &c. Alleluia & cæt. Respondetur, quod hoc fit propter tria. Primò, in signum fletus, quem matres habuerunt de occisione puerorum. Secundò, in signum status, quia ipsi pueri post occisionem in limbum descenderunt.

Hier. 31.

Tertio, quia virgo Maria, & puer Iesus, & Ioseph, fugiendo Ægyptum in exilium iuerunt. Magna igitur compassio est eis exhibenda, tum propter pueri teneram ætatem, tum propter puerperii nouitatem, tum propter Ioseph senectutem. Quantum ad tertium, nota exemplum de his, qui filios suos non corrigunt cum delinquunt. Legitur de quodam patre visitante tabernas & ludos, qui cum duceret paruulum filium suum secum, ille filius factus grandis postmodum, ita assuetus fuit ludis & tabernis, quod non poterat inde retrahi, & postquam pecunia defecit, cœpit furari. Primo patri, deinde vicinis, nec pater suus corrigebat eum acriter, sed quandoque leuiter eum admonuit, sed ista admonitio in eo nihil profecit. Et cum factus esset magnus vir, semel & bis deprehensus est in furto, sed pater data pecunia bina vice liberauit eum à suspendio, & tertia vice deprehensus in furto, & iudicatus, & deductus ad suspendium, rogauit propter Deum, vt adduceretur sibi pater suus, qui cum flens aduenisset, rogauit eum filius suus, vt oscularetur eum, & remitteret ei iniurias; quod cum faceret pater eius, filius eum ita momordit, vt amputaret ei nasum, & cum de hoc filius argueretur, eo quod pater bina vice liberasset eum à suspendio data pecunia pro eo, & iam tertia vice iterum liben-

ter liberasse, si potuisset. Respondit filius: Ego bene egi, & iuste feci, quia ipse est causa suspendii mei, eo quod à iuuentute permisit me secũdum propriam voluntatem viuere, nec me aliquando correxit propter excessus meos, quos commisi. Et in signum huius dicitur. *Puer, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam* immo patrem, & omnes cognatos suos. Ergo Salomon dicit. *Qui parcit virgis, odit filium suum.*

Prou. 29.

Dominica Infra Octauam natiuitatis Christi. Ser. XVII.

Quare Christus fuit factus paruulus.

Luc. 2.

PVer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia. Ex quo in præsenti euangelio fit mentio de puero nobis recenter nato, nunc pro præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quare Christus paruulus factus est. Secũdo, quomodo debemus nos habere ad istum paruulum puerum Iesum Christum? Tertio, exemplum. Quãtum autem ad primum sciendum, quod Christus paruulus factus est puer triplici ratione. Primo, in signum, quod faciliter potest placari ab his, qui offendunt eum. Nam sicut olim cum pomo inobedientiæ offensus fuit sic iam puer factus faciliter quasi cum pomo placari potest. Secundo, ideo puer factus est, vt faciliter à nobis decipi possit. Olim care vendidit regnum suum, sic, quod nullus sibi illud conquirere potuit, etiam quantumcunq; sanctus, & perfectus fuerat. quod patet in Io. Bap. cuius cibus erant locustę, & mel syluestre, qui & habuit vestẽ de pilis camelorum, nec vinum, nec siceram bibit, sed sola aqua contentus fuit, & vltimo pro veritate decapitatus est; nec tamen sic cœlũ intrare potuit. Item in Prophetis, sicut in Esaia, quem secuerunt serra lignea ex præcepto Manasse regis Iuda. Item patet in Zacharia quem rex Ioas lapidari iussit inter templum, & altare. Itẽ patet in Hieremia, qui à populo Iudæorum lapidatus est. Item patet in Amos, quẽ Ozias rex per tẽpora transfixit. Hi omnes cum omnib. martyriis quæ sustinuerunt, cœlum intrare non potuerunt, vsq; dum Christus per mortem suam ianuam cęli aperuit. Sed Christus, puer nobis natus modo, tam misericors factus est, ꝙ aliquibus dat regnum cęlorum pro omnib. suis reb; sicut Apostolis, qui omnia pro Christo reliquerunt; aliquibus pro medietate rerum suarum sicut Zacheo, qui dixit. *Ecce dimidium bonorum meorũ do pauperibus*; aliquib. pro his rebus, quę supersunt. *Quod superest date eleemosynam, & oĩa munda erunt vobis*; aliquibus etiam pro duobus obolis, sicut viduæ quæ obtulit Deo duo æra; aliquibus pro haustu aquæ. *Quicunque potum dederit vni*

Luc. 19.

Luc. 11.

Matt. 10.

ni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam; aliquibus dat pro bona sua voluntate, quod est quasi pro nihilo dare. Psalm. *Pro nihilo saluos facies illos.* Item, *pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* vnde etiam *August.* Coronat Deus intus voluntatem, vbi non inuenit facultatem. Tertio, Christus puer factus est in signum, quod debemus eum spiritualiter concipere per bonum propositũ, parere per bona opera, per perseuerantiam nutrire, per patientiam portare. Quantum ad secundũ sciendum, quod Maria mater Christi noĩ beneficia exhibuit puero suo Iesu Christo, quæ etiam nos isto sacro tempore ei spiritualiter exhibere debemus. Primo, concepit puerum Iesum, quãdo Angelus dixit ei. *Aue gratia plena*, sic & nos per bonam voluntatem ipsum concipere debemus. vnde Chry. super Matt. Voluntates bonæ sic suaues sunt apud Deum, quemadmodum odoriferi flores. Sed aliqui sunt sicut steriles mulieres, qui obstinati sunt in peccatis, nec habent voluntatem se emendandi; Similiter, & illi qui stant in malis propositis malefaciẽdi. Tales sunt, qui Christũ non concupiscunt sed diabolum, & tales sunt in periculoso statu. Vnde dicitur in dec. *In malitiis voluntas pro opere reputatur.* de pœn. di. 1. *Omnis.* Si quis haberet voluntatem vltra decẽ annos, vel viginti annos aliquod mortale peccatum committere, & si infra illud tempus sic moreretur, propter malam voluntatem æternaliter damnaretur Ergo tales conuerti debent ad Christum per bonam voluntatem; vnde *Ber.* Cum per bonam voluntatem incipimus esse Dei, desinimus esse diaboli. Secundo, Maria peperit Iesum. *Impleti sunt dies eius, vt pareret, & peperit filium suum primogenitum*, sic & nos cum bonam voluntatem opere compleuerimus, tunc Christum spiritualiter generamus. Vbi sciendum, quod quidã suffocant fœtum spiritualẽ, vt sunt illi, qui suffocant bonam voluntatem in semetipsis, & nunquam, vel raro opere perficiunt, sed continue bonis voluntatibus, & inspirationibus resistunt. Item quidam portant fœtum spiritualem decem, vel viginti annis, cum tamen mulier portet puerum suum vix nouem menses, quem à marito suo concepit, sed isti portant bonam voluntatem per decem, vel viginti annos, antequam eam opere impleat. Item quidam pariunt monstra. Nã legitur, quod tempore Aug. homo quidam natus est, qui habuit duo capita, duo pectora, quatuor manus, vnum ventrem, & duos pedes. Sic peccator, quando perpetrat peccatum mortale, tunc spiritualiter generat monstrum. Vnde *Albertus magnus.* Anima parit monstrum, quæ peccata gignit. Nũquid monstrum foret, qui faciẽ retro, tergũ ante haberet: talis est peccator

Luc. 2.

cator, qui faciem retro habet, mundum per amorem respiciendo, & tergum ante, scilicet Deum obli-
Hier. 2. uiscendo. *Verterunt ad me terga, & non faciem.* Item monstrum foret, qui oculos & os in pedibus haberet; talis est auarus, quem non nisi delectat in terram videre psal. *Oculos suos statuerunt declinare in terram*, & non nisi delectatur
Ioan 4. loqui de terrenis. Ioan. *Qui de terra est, de terra loquitur.* Item monstrum foret. qui caput deorsum haberet, terram amando, & pedes sursum, in superbia contra Deum recalcitrando. Sed sunt quidam, qui pariunt, scilicet, qui bonam voluntatem opere perficiunt & illi sunt fratres, sorores, & ma-
Matt. 12. ter Christi. *Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater soror, & mater est.* Tertio, Maria cibauit filium suum. Vnde canitur. *Paruoque lacte pastus est.* Sic debemus pascere Iesum, & hoc facimus, cum opera misericordiæ pauperib exhibemus. Vnde dicitur in euan. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Itē in iudi-
Matt. 25 cio dicturus est. *Esuriui, & nō dedistis mihi manducare, sitiui & cæt.* Quotiens ergo opus misericordiæ exerces, scilicet eleemosynam dando, sitientem potando, totiens puerum Iesum pascis. Quarto, Maria balneata est Iesum puerum eius, sic & nos debemus verbi balneum præparare. Sed diceres, vbi aquam recipiam? Respondeo quod in figura huius balnei legitur Gen. 2. quod in medio Paradisi est fons, qui diuiditur in quatuor partes, & irrigat omnem terram; sic aqua, in qua Christus balneandus est, hauriri debet ex quatuor. Primo, ex memoria propriorum peccatorum cum contrito corde; sic Maria Magdalena hausit aquam lacrymarum cum qua Christo pedes lauit; sic beatus Petrus post trinam negationem exiuit, & fleuit amare; sic Dauid, qui dixit. *Laua-* Psal. 5.
bo per singulas noctes lectum meum. Secundo, haurienda est ex compassione de malis proximorum, sic Christus fleuit super ciuitatem Hierusalem dicens: *Si cognouisses, & tu*, Tertio, ex ferventi desiderio videndi Deum in cœlo, psal. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus* vnde etiam Pau. *Cupio dissolui & esse cum Christo.* Quarto, haurienda est ex deuota memoria passionis Christi vnde *Albertus magnus* Simplex recordatio seu meditatio passionis Christi plus valet, quam si integrū annum ieiunaret quis in pane & aqua, vel si quotidie virgis & flagellis cederetur vsq; ad effusionem sanguinis, vel si quotidie legeret vnum psalterium. Quinto, Maria inuoluit Iesum, vnde Luc. 2. *Pannis inuoluit eum, & reclinauit eum in præsepio.* Maria inuoluit eū pannis, & hoc significat humilitatem. Et Ioseph ab Arimathia quando mortuus

tuus est Iesus, tunc inuoluit eum in syndone munda, & hoc significat castitatem, siue munditiem; In signum, quod qui volunt accedere ad sacramentum Eucharistiæ, debent Iesum cum humili, & mundo corde suscipere. Item sciendum, quod quando illi qui sunt in matrimonio constituti, & veraciter se humiliant, tunc Iesum inuoluunt cum Maria panniculis, & virgines, & viduæ, quæ in pura castitate viuunt. & Deo seruiunt, Iesum cum Ioseph in syndone munda inuoluunt. Sexto, debemus Iesum cum Maria calefacere, nam oportet recentem puerum calefieri, & iste ignis, est charitas Dei & proximi, & quomodo ille ignis debeat incendi in corde hominis quære infra ser. 120. Septimo, Maria locauit puerum ad dormiendum, sic & nos facere debemus, & hoc fit quando pacem diligimus. Psal. *In pace factus est locus eius.* Quidam enim sunt, qui nullam quietem Christo puero tribuunt, vt auari, qui die noctuque se occupant, & pro diuitiis continue laborant. Similiter etiam superbi, qui totis conatibus insistunt quomodo exaltentur. Similiter etiam luxuriosi, qui quotidie laborant, quomodo suam libidinem expleant. *Cor impii quasi mare feruens, quod quiescere non potest.* Esa. 57. Item alii perturbant Iesum in lecto sibi præparato ab aliis, vt iracundi, litigiosi, luxuriosi, & sic de aliis, qui ad iram alios prouocant, & sic Iesum in illis inquietant & quandoque eum à se expellunt, scilicet quando aliquis homo bonus nimis impatiens efficitur; & nititur se vindicare verbis, & factis. Item alii præparant sibi lectũ, & eum recipiunt, sed non diu eum apud se quiescere permittunt, sicut recidiuantes, qui iam isto sacratissimo tempore se præparauerunt, & Eucharistiam sumpserunt, sed finito festo, & ante carnispriuiũ econuerso dant se ad vanitates huius mundi. s. superbiendo, chorizando, gulose viuendo, & comedendo, luxuriando, & seipsos inebriando, & sic Iesum expellunt, & tunc tales peius faciunt quam ante fecerunt Iesum sic expellendo; sicut qui pauperes hospitio reciperet, & eos postmodũ cõfusibiliter expelleret. Item alii præparant sibi lectum & eum recipiunt simul, & quiescere permittunt, sicut illi q pœnitentiã egerunt, & Eucharistiam sumpserũt, & in pœnitentia vsq; ad finem perseuerarunt. De illis dicit Psal. *Hæc requies mea in seculũ seculi, hic habitabo, quoniã elegi eam.* Ps. 131. Octauo, Maria portauit Iesum in brachiis suis, sic & nos. Nõ enim Iesus semper dormit, sed oportet eum aliquando tolli de lecto, & portari, hoc fit, quando homo aduersitates, & infirmitates, quas Deus mittit super eum patienter sustinet. Item quando homo per seipsum corpus suum castigat. Similiter quando quis exercet corpus & membra

in bonis operibus. Nam cum quo membro Deo seruis, vel patienter dolores sustines, vel teipsum affligis, cum eodem Christum portas. Apost. *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* Sed sciendum, quod aliquis portauit solum Christum in dextera manu sicut illi, qui regratiantur Deo, & laudāt Deum, quando ipsis prospere succedit ps. *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* Aliqui in sinistra manu, qui patientes sunt in aduersitatibus. Sed boni debent puerum vtraque manu, & ad pectus suum eum applicare, hoc fit, quando quis æquo animo suffert bonum, & malum, siue sit insanus, siue sanus, diues, siue pauper, tristis, siue lætus. vnde *Boe. de conso. ph.* Beatus est homo ille, qui æquo animo patitur bonum, & malum. Nono, debemus puero Iesu cantare sicut matres huius seculi faciunt. Et hoc fit, quando deuote oras, vel aliquid boni legis. vnde *Aug. super ps. 85.* Oratio tua locutio est ad Deum, quando legis, Deus tibi loquitur, quādo oras, cū Deo loqueris, similiter quando Deum laudas, & ei regratiaris, & hoc est opus Angelorum, & sanctorum in cœlo existentiū. ps. *Qui habitat in domo t. d. &c. Ber.* discamus in terris, quas facturi sumus laudes in cœlis. nil ita proprio in terris cęlestis habitationis statū repræsentat, sicut alacritas laudantium Deum. *Aug. in li. de conso.* Vere felix esset, qui posset diuinæ laudi semper insistere. Quantum ad tertium, sciendum est vnum exemplum, quod gratiæ agendæ sunt Deo de omnibus, quæ videntur. Cum quidam frater dixit nihil se conspicere, quo non ædificaretur, alius ait: Quid tibi nunc confert ædificationis, visio bufonis? ait ille; Certe multum, quia nihil merui, quare me Deus fecit hominem & non bufonem, & quotiens bufonem video, totiens hoc beneficium ad mentem reuoco, & gratias ago ei, qui me meo merito ad tam execrabilem formā non effigiauit, sed speciem pulcherrimam & imaginem regiam mihi tribuit.

DE EADEM DOMINICA. Ser. XVIII.

Quod impedimenta profectus sunt septem.

PVER *autem crescebat*, &c. Sicut puer Iesus creuit corporaliter, ita & nos crescere debemus spiritualiter vnde *Aug. de verbis Apost.* Semper ambula, semper profice, noli in via deficere, noli retro ire, noli deuiare, remanet, qui non proficit, retrocedit, qui ad ea reuoluit, vnde iam recesserat, deuiat, qui apostatat. vnde etiam *Ber.* Nūquam iustus arbitratur se comprehendisse, nunquam dicit satis est, quia semper esurit, & sitit iustitiā, ita vt si semper viueret, semper in quantum est in se, iustior esse contenderet, & semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur.

tur; ergo sicut puer Iesus crescebat corporaliter; sic & nos spiritualiter. Vnde in præsenti sermone dicenda sunt septem impedimenta, quæ impediunt hominem à profectu spirituali, sic quod nunquam proficit spiritualiter veraciter, nec vnquam perfectus erit. Primum impedimentum est, defectus desiderii proficiendi. Nam qui habet verum desiderium proficiendi, vtiq; in aliquo de die in diem se emendaret, sed quia non habet verum desiderium proficiendi, ideo non proficit, quamuis etiã confiteatur, tamen ex quo non habet feruens desiderium proficiendi ideo in nullo se emendat. Hodie,.n. facit sicut heri, cras sicut hodie. Sed diceret aliquis, vnde prouenit hoc quod homo no habet feruens desiderium proficiendi? Respõdeo. quod hoc causatur ex præsumptione perfectionis & probitatis, vt cum homo reputat se aliquid esse, cum nihil sit. vnde *Sen.* Ideo meliores fieri nolumus, quia optimos nos esse putamus. *Aug.* Oportet tibi displicere quod es, si vis peruenire ad aliud, quod non es. Ergo qui vult proficere, debet feruens desideriũ proficiendi habere & existimare quasi vix adhuc inceperit Deo seruire, ps. *Dixi nunc &c. Ber.* Minime pro certo bonus est, qui melior esse non vult, & vbi incipis nolle fieri melior, desinis esse bonus. Ergo *Beati, qui esuri. & siti. iusti.* vnde *Aug.* Tota vita Christiana desiderium est animæ. Secun-

Matt. 5.

dum impedimentum est nimia diuisio animi circa exteriora, & mundana, Ge. 49. *Effusus es vt aqua, ne crescas.* Modo sicut aqua fluit hinc inde, & dispergitur, sic anim⁹ nimis dispersus non proficit. Oportet .n. habere quietum cor secum, & cum aliis, vt caueat sibi, à vanis perturbationibus, à superfluis & non necessariis occupationibus. Primo, à vanis perturbationibus, quia sunt nonnulli, quibus cura est de omnibus qui omnia volunt arguere, quę vident, si secundum suum affectum non sunt, etiam si bona sunt, ad singula mouentur, garriunt, contendunt, nil pati æquanimiter volunt. Secundo, à superfluis occupationibus, quia sunt nonnulli, quibus nõ sufficit de præsentibus esse sollicitos, sed etiam sibi, & suis volunt ꝓ longis temporib. futuris prouidere, quasi Deus de cætero ab hominum cura se eximere vellet, & terra cessaret fructus necessarios gignere, isti .n. homines Deum à se elongant propter cordis inquietudinem. quia Deus quietum cor desiderat, vbi quiescat, sicut Deus pater quærit dicens. *Super quem quiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum?* Ber. *Columba cum nõ inueniret vbi quiesceret pes eius, reuersa est in arcam ad Noe.* Sic Spiritus sanctus, vbi non inuenit cor quietum reuertitur ad congregationem sanctorum in cœlum, vbi est pax continua. vnde *Aug.* Non potest anima, nisi in eo, quẽ diligit

N 2 quies-

quiescere. Aeterna autem requies non dat ei, nisi in dilectione & delectatione Dei, qui solus æternus est, vnde etiam *Dam. li. 4.* Quid enim pretiosius quam in manu Dei esse? Vita enim est Deus, & lux. Qui in manu Dei sunt, in vita & luce existunt. Tertium impedimentum est, defectus sapientiæ, & discretionis. Discretio enim est mater virtutum. Indiscretum feruorem habentibus, diabolus quandoque suggerit arctiorem vitam, vt cito deficiant. Tales quandoque in insaniã incidunt, & inutiles fiunt, sibi, Deo, & proximo. Et postmodum quando debilitantur, tunc quærunt recreationes, & exinde dissolutiores erunt. Vnde *Cassi. in colla. patrum* scribit; quod antiqui patres ad Antonium adeuntes, quærebant quænam virtus hominem ad perfectionem recto tramite veheret, diaboli insidiis euitatis? quibus respondit: primus, inquit, hoc in vigiliarum, & ieiuniorum attenuatione consistere, quia his corpus attenuatum facilius spiritui obedire. Alius in paupertate, eo ꝙ familiarius tales Deo inhærere possent. Alii in operibus misericordiæ, quia talia Christus in iudicio dixit remunerari. Demum beatus Antonius dixit: hæc omnia bona, & necessaria sunt, sed his specialem perfectionem attribuere casus multorum non sinunt. Sola ergo discretio virtus principalis est, quæ omnium virtutum generatrix, custoditrix, & cõsummatio existit. Et narrauit eis exemplum de quodam antiquo patre, Hero nomine, qui quinquaginta annis in eremo commoratus magnæ abstinentiæ fuit, qui tandem Angelum Sathanæ pro Angelo lucis suscipiens & suis suasionibus acquiescens, se in puteum profundum proiecit ex iussu Sathanæ, quem Angelum Dei credebat, & ipse antiquus pater credebat se illæsum exire de puteo, prout diabolus ei promiserat. Extractus itaque à fratribus, licet semiuiuus, credere tamen noluit, se esse deceptum, sicque mortuus est, & à Pafnucio, sepulturam difficile rogatu fratrum obtinuit. vnde *Ber.* Discretio omnibus virtutibus ordinem ponit, tolle hanc, & virtus vitium erit. Quæritur, quomodo discretio acquiritur? Respondet Cassi. quod sola humilitate, cuius primum indicium est omnes cogitationes spirituali patri reuelare, à quo possit informari. Item sciendum quod quilibet deuotus omnia cum consilio discretorum virorum debet facere, in quibus est dubius, & aliis discretis viris plus credere debet quiuis, quam sibiipsi, & debet ea sequi, quæ iubent, & vitare, quæ prohibent fieri. vnde Eccle. 30. *Fili mi sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis;* nullus enim sibiipsi sufficit, vult enim Deus ignorantes doceri ab aliis. vnde Dominus misit Paulum ad Ananiam, vt eum instituerei.

Item

Item sciendum, quod sanctitas vitæ non consistit in ieiuniis, vigiliis, & exercitiis, sed consistit in virtutibus, s. in humilitate, patientia, castitate, misericordia, & obedientia, & quod homo frangat propriam voluntatem, & hoc patet in diabolo, q semper ieiunat, & durá vitam habet, & tamen non est sanctus, quia caret virtutibus, s. humilitate, charitate, & sic de aliis. Vnde ista exteriora exercitia in tãtum sunt laudabilia, in quantum hominem disponunt ad virtutes. S¶ Quartum impedimentum est, verbositas, quę impedit profectum spiritualem ipsius hominis Iob. 11. *Nunquam verbosus iustificabitur.* vnde *Greg.* Multiloquio quisque seruiens, rectitudinem iustitiæ tenere non potest. Ps. *Vir linguosus non dirigetur in terra.* Vnde sciendum, quod quilibet religiosus & homo deuotus, qui vult in bono proficere, debet studere ad refrenandum linguam suam à superfluis, & inutilibus verbis; ratio huius est, quia per vitium loquacitatis nimiæ perdit homo deuotionem & religiositatem, vnde Ia. 1. *Si quis putat se religiosum esse, & non refrenat linguam suam, huius vana est religio.* ergo verbosus homo nunquam veraciter proficit in sanctitate, & virtutibus, vnde Arsenio dictum est: *fuge, tace, quiesce,* vnde Iac. *sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum.* Iac. 1. Modicum loqui est signum sanctitatis, & probitatis. Vnde Esa. *In silentio, & spe erit fortitudo vestra.* Esa 30. Ia. 3. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* vnde religiosi, qui tenentur tendere ad perfectionem, habent ex constitutionibus suis, in quibus locis & temporibus debeant seruare silentium, vt sic linguam suam refrenent, vt eo melius, & fortius in deuotione interiori proficiant. Vnde legitur in vitis patrum, quod quidam eremita tribus annis lapidem gestabat in ore, vt sic addisceret silentium seruare. Quintum impedimentum est, mutabilitas, qua homo iam vult vnũ, & postmodum aliud, iam incipit illud bonum agere, & post duos dies incipit aliud bonum agere, & sic nõ continuat bonum inceptum, sed de die in diem mutatur de vno in aliud, & propter istam mutabilitatem non proficit. *Ber.* qui alicubi tendit, si vnam & rectam teneuerit viã, cito peruenit quo tendit, & itineris & laboris aliquãdo facit finẽ, vero multas aggreditur vias, errat, nec laborum aliquãdo facit finem, quia error non habet finem. Sextum impedimentum est, cum quis non curat venialia, peccata dimittere. vnde Prouer. *Qui minima negligit, paulatim defluit.* vnde etiam *Greg in pasto.* Qui minima peccata deserere ac deuitare neglexerit, à statu iustitiæ non quidem repente, sed partim cadit. Sed diceres, quomodo venialia impediant profectum hominis? Respon-

deo, quod profectus hominis consistit in feruore charitatis, sed venialia feruorem charitatis diminuũt, sicut aqua feruorem ignis, sed mortale peccatum extinguit totá charitatem, vnde aliqui perdunt deuotionem, & tepescunt notabiliter. Et ratio huius est, quia non curant dimittere venialia, ergo qui vult veraciter, proficere, curam diligenter debet apponere, vt non solum vitet peccata mortalia, sed etiam parua peccata, & venialia inquantum potest, quamuis ex toto non possit quis omnia peccata venialia vitare secundum Salo. *Septies cadit iustus, & resurgit.* tamen homo debet se moderare, & venialia quantum potest cauere, & curare, vnde *Hiero. in epist.* Mens Christo dicata si cauere debet minora, quomodo etiam maiora, quia venialia multiplicata grauant, vnde *Aug. super Io.* Minuta sunt peccata ad modum arenæ grana. Sed si multa arena ponatur, premit, & opprimit, vnde etiam *Greg.* Vitasti grandia, vide ne obruaris arena. Septimum impedimentum est, amor inordinatus ad proprium corpus, & vnde fit homo pusillanimis, & pusillanimitas assimilatur hyemi non permittenti exire gramen, vel flores ab arboribus. sic multi non audent facere bona opera, qui tantum timent sustinere aliquid aduersitatis, & asperitatis. Prou. 18. *Pigrum deiicit timor.* Pro quo sciendum, quod caro propria non est inordinate diligendi, sed potius odienda tripliciter, primo, quia est inimica animæ, & qui corp' suum amat inimicum suum diligit. vnde Gala. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Secundo, quia caro est corruptio animæ. Sap 9. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam,* surgeret. n. sæpius anima ad orandum, & vigilandum, sed corpus grauat animã, & impedit eam. Tertio, quia amor sui est radix omnium malorum. vnde Apost. *Erunt homines seipsos amantes* nã de inordinato amore, quem homo habet ad propriũ corpus, oritur gula, accidia, luxuria, &c. Nam quod talis non ieiunat ieiunia præcepta ab ecclesia, cum bene posset, hoc venit ex inordinato amore, quia timet corpus nimiũ grauari. Similiter quod de mane non surgit, sed diu dormit, quodq; non vult asperam vestem induere, nec dure iacere, nec orare, nec genu flectere, nec corpus disciplinare, nec sibi comedendo vel bibendo aliqua delectabilia subtrahere, totũ causatur ex nimio amore, quẽ homo habet ad proprium corpus. Similiter, quod homo satisfaciat suis carnalib. concupiscentiis, sc. crapulose viuendo, luxuriando, seipsum inebriãdo, causatur ex inordinato amore corporis, & talia omnia impediunt profectum hominis & influxum diuinæ gratiæ, quia tales non sentiunt dulcedinem diuinæ consolationis. vnde *Aug. li. 5. de cõfe.* Gaudium diuinæ consolationis non

Prou. 24.

August.

non degustas, si carnali delectatione cor maculas. Vltimo queritur, vtrum amor sui sit peccatum mortale? Respondeo secundũ *Hermannum de schilditim*, quod non, etiamsi plus quis se amet, quam expedit. Sed tamen si amor sui erescit in contemptum Dei tunc erit peccatum mortale. v.g. Vt si quis nollet ieiunare, vt tenetur ex præcepto ecclesiæ, & bene posset, sed nõ vult corpus suum aggrauare. Similiter, nec vult surgere Dominica die ad missam audiendam, prout quilibet homo tenetur ex præcepto ecclesiæ, vt habetur in dec. Dominica.n. die debet missa audiri ab omnibus, de conse. di. 1. *missas*. Et breuiter quandocunq; quis parat' est transgredi præceptum Dei & ecclesiæ propter illicitum sui amorem, tunc erit peccatum mortale. Idipsum dicendum si amor inordinatus vergat in iniuriam proximi sui q, tunc est mortale secundum mensuram, iniuriæ, nisi iniuria, esset minima, tunc enim esset veniale, &c.

In Circumcisione Domini. Ser. XIX.

POstquã consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesu, &c. Infans octo dierum circumcidetur. Gen. 17. Solent homines in nouo anno sibi inuicem munuscula dare, *Sen. in li. de clem. ad Neronem.* Beneficium accepit qui digne dedit. *Mac.* indignus est omnino dandis, qui de beneficio dato est ingratus. *Varro. in sententiis* Beneficium qui dare nescit, iniuste petit. *Tullius contra Salustium* Beneficiũ nihil aliud est, quam beneuola actio. Sic Saluator noster in carne natus, hodie fidelibus suis tribuit acceptabile, & gratuitum donum, s. sanguinem suum preciosum, quem hodie fudit in circumcisione, vt euangelium testatur vbi dicitur. *Postquam consummati sunt dies octo.* Vnde ex hodierno euangelio colligitur, q ille qui est interminabilis, & æternus, hodie in euangelio octo dierũ scribitur; & ille, qui est impassibilis, & indiuisibilis, quia est patri consubstantialis, hodie patitur, & diminuitur, & circumciditur; Similiter ille, qui est ineffabilis, & à cuius narratione deficiunt linguæ, hodie nominatur, & nomẽ ei imponitur. Hæc tria tanguntur in euangelio hodierno. vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quare, hodierna dies est multum celebris. Secundo, quotiens Christus sanguinem suum fudit. Tertio, de spirituali circumcisione. Quantum ad primum, sciendum, quod hodierna dies est multum celebris, Primo ex eo, quod est octaua dies natiuitatis Christi; si enim aliorum sanctorum octauæ solennes sunt. quãto magis octaua dies sancti sanctorum, à quo omnes habent q, sancti sunt, debet solenniter celebrari? Secundo, propter inpositionem nominis, quia vocatum est nomen eius Iesus, De quo nomine dicit.

cit Apostolus, quod tota nostra salus consistit in hoc nomine Iesus. Iesus enim interpretatur Saluator, Christus interpretatur vnctus latine. Circa quod quæritur: cum Iesus est proprium nomen eius; cur nos non nominamur à Iesu saluati, sicut à Christo nominamur Christiani? Respondetur, quod illa duo nomina Iesus Christus sibi conueniunt. Primo, scilicet Iesus ratione personæ secundum deitatem: sed Christus est nomen dignitatis secundum humanitatem. Ideo autem nomine Christi, quod est nomen dignitatis secundum humanitatem nos nominamur Christiani in præsenti, quia debemus esse reges regentes nos, & sacerdotes hostias spirituales offerentes, vt Apoc. 1. *Fecit nos Deo nostro regnum, & sacerdotes*. sed væ illis, qui solum habent nomen, quod Christiani sunt, & opera non habent, quia ex hoc grauius damnatur. vnde *Aug. in lib. de vita Christiana*. Non in hoc nobis tantum quod Christiani dicimur blandimur, sed propter hoc etiam nos iudicandos esse credamus, si nomen frustra vẽdicemus alienum. vnde etiam *Isid. li. Ethi*. Non se glorietur Christianum, qui nomen habet & facta nõ habet. Certissime ille est Christianus, qui factis se Christianum ostendit, & ambulat sicut ille ambulauit, à quo nomẽ contraxit. Sed in futuro nominamur à nomine Iesu saluati, quod amplius nũquam possumus amittere. vnde Esa. lib. 1. *Salus mea in sempiternum erit*. Item sciendum, quod hoc nomen Iesus multiplicem confert homini gratiam, primo quicquid homo petierit in nomine Iesu hoc obtinebit. *Quicquid petieritis in nomine meo, dabit vobis*. Ioan. 15. vnde omnes missæ, & orationes & horæ canonicæ concluduntur hoc nomine *Iesu*. Videmus enim, quod pauperes petunt in nomine sancti Nicolai, vel alicuius sancti, & aliquãdo obtinent, quod petunt. vnde hodie in nouo anno petere debemus in nomine Iesu remissionem omnium peccatorum nostrorum. vnde Act. 10. *Huic omnes prophetæ testimonium perhibent remissionẽ percipere per nomen eius*. ergo Prophetis crede, nec despera in omnibus tuis peccatis, etiãsi tot essent, quot sunt capilli capitis tui psal. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei*. vel si tot essent, quot numerum arenæ maris excederent 2. Para. vt dixit Manasses. *Peccaui super numerum arenæ maris*. si ergo multum, & grauiter peccasti, non despera; sed dic cum Ps. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim*. vnde *Ber*. Omnia peccata venialia, originalia, criminalia, ab origne mundi vsque ad finem commissa, diuinæ misericordiæ comparata, sunt quasi sola gutta contra pelagus totius maris. Nã omnia peccata sunt finita, sed misericordia Dei est infinita.

Ethys. nita. vnde *Aristot.* Finiti ad infinitum nulla est proportio. Secundo, in hoc nomine Iesu vicimus diabolum Lu. 10. *Dæmonia etiam Domine subiiciuntur nobis in nomine tuo.* vnde Christus dixit. *In nomine meo eiicient dæmonia*, hoc figuratum est in Dauid, & Golia, vt habetur. 1. Regum 17. vbi dixit Dauid. *Tu venis ad me cum gladio, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum.* Dauid enim audaciam suam in nomine Domini Israel posuit. vnde Vale. in li. 8. Mos erat Romanorum, vt nullus ad imperiale solium extolleretur, nisi animositate, & audacia, & cæteris inueniretur virtutibus præcelle. e. Golias autem in virtutis, & fortitudinis suæ præsumptione. vnde *Orige.* de decalogi præceptis. Heu quam damnata præsumptio, tam audaci animo Deum offendere. Sed prorsus nil eo detestabilius, quam si in peccatis suis quis ausus fuerit permanere. Golias diabolum significat, cuius gladius est carnalis tentatio, Clypeus, quo se abscondit est simulatio boni. Nã sub specie boni occultat malum, & sic decipit illos, quos cũ manifestis peccatis non potest decipere. Dauid significat fidelẽ Christianum, qui in inuocatione nominis Domini in oratione, & baculo crucis, & cum quinque lapidibus, id est, cum recordatione quinque vulnerum Christi vicit Goliam. i. diabolum, Psal. *In nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.* Tertio, in nomine Iesu consequimur vitam æternam. Non enim est aliud nomen sub cælo, in quo saluemur. ps. *In nomine Dei nostri magnificabimur.* Ergo ob reuerentiã eiusdem nominis omne genu flectatur cœlestium terrestriũ & infernorum. Ergo quandocunq; aliquis Christianorũ, audit in missa hoc nomen Iesus nominare, debet deuote genua sua flectere, & dicere: ò Domine saluum me fac propter nomen sanctum tuum. Tertio, dies ista celebratur propter effusionem sanguinis Iesu Christi, hodie enim incipit pro nobis effundere sanguinem suum, quem tamen postea crescente ætate pro nobis largius effundebat. Modo D ¶ quantum ad secundum, sciendum, quod Christus sanguinem suum septies fudit, vt nos à septem peccatis mortalibus mundaret. Primo, in circumcisione contra peccatum luxuriæ, quæ in primo homine in illo membro pullulauit. Ergo si offendisti Deum cum peccato luxuriæ, noli desperare, sed cum contrito corde inuoca misericordiã Dei, vt propter suam amaram mortem, & passionem, & sanguinem, quem in circumcisione effudit, tibi ignoscat. Et sic de aliis punctis infra positis dicendum est. Secundo, in sudore fudit sanguinem suum, quod in monte Oliueti orauit, & hoc cõtra peccatum gulæ. Nam ex gula nascuntur mali humores qui exiccantur per Christi amorem. Tertio,

Matt. 16.

in flagellatione contra peccatum inuidiæ. Inuidi .n. sunt canes mordentes. Si enim leo timet quando canis flagellatur coram eo, multo fortius isti canes timere debent, quãdo vident leonem, id est, Christum flagellatum esse. Quarto, in manuum perforatione contra peccatum auaritiæ. Ostendit se.n. liberalem esse in manuum extensione, apertione, & perforatione. Nam manus habuit in cruce extensas, vt daret vniuersa, habuit apertas, vt daret liberaliter, habuit perforatas, vt daret totaliter. Nota de auaritia, sicut spina in sua punctura sanguinẽ non elicit, nec effundit, & ideo validius ipsum vulnus intumescere facit, similiter modo auaritia, dum mentem pungit, sanguinem sceleris, & peccati non effundi sinit per pœnitentiam satisfactoriam, sed vulnus magis intumescere facit, quia auarus quanto plus habet tanto plus cupit. Quinto, in pedum afflictione, contra peccatum accidię. Pedes n. animæ sunt intelligentiæ, & affectus, qui sæpe sunt pigri ad bonum, sed quando in Christi sanguine intinguntur, tunc velociter currunt ad Deum, & ad omne bonum. psal. *Intingatur pes tuus in sanguine.* Sexto, in capite contra peccatum superbiæ. Nam sicut dicit. *Aug.* Sub spinoso capite non decet membrũ fieri delicatum. Nam non debet caput esse humile, & membrum esse superbum. vnde iterum *Augu.* in ser. Erubesce homo esse superbus vbi humilis factus est Deus. Septimo, in corde contra peccatum iræ. Nam secundum *Aristo.1. de ani.* Ira est ascensio sanguinis circa cor. Quantum ad tertium, sciendum quod circumcisio olim fiebat contra peccatum originale, sicut iam fit baptismus. In peccato.n. originali quatuor sunt, s. culpa, fomes, priuatio gratiæ, & carentia visionis Dei. In circumcisione autem auferebatur culpa, debilitabatur concupiscentia, & conferebatur gratia, tollebatur diuinæ visionis carentia. Sed quia ianua nondum erat aperta, & sic non poterant frui diuina visione, Christus autem non indigebat circumcisione, quia in ipso nulla fuit origninalis culpa, nec in carne sua aliquis fomes, aut concupiscentia, nec habuit priuationẽ gratiæ, sed plenitudinem gratiæ, & in terra degens fruebatur diuina visione. Voluit tamen circumcidi E§ triplici ratione. Primo ratione sui, vt veram carnẽ humanam se assumpsisse demonstraret. Secundo, ratione iudæorum, vt inexcusabiles essent. Si.n. circumcisus non fuisset, potuissent se iudæi excusare, & dicere. Ideo eum non recepimus, quia legem nõ seruauit. Vnde ipse Christus dicit *Non enim veni soluere legem, aut prophetas, sed implere.* Matt. 5. Tertio, ratione nostri, vt nos saluaret. Quemadmodum enim fit cauterium in vno membro, vt totum corpus sanetur, Papias dicit cauterium esse ferrum, quo infirmi

mi vtuntur, sine medici, sic Christus voluit portare cauterium circumcisionis, vt sic totum corpus, id est, genus humanum saluaret. Etiam ideo circumcidi voluit, vt nos spiritualiter circumcidi debere monstraret. Quomodo autem spi- F¶ ritualiter circumcidi debeamus, sciendum quod sex modis nos spiritualiter circumcidere debemus cor à malitiosis, inuidiosis, & vindicatiuis cogitationibus. Hier. 4. *Laua à malitia cor tuũ, vt saluus fias, vsque quo morabuntur in te cogitationes noxiæ?* Item à cogitationibus luxuriosis, & immundis, quia nullus requiscet in monte sancto Dei, nisi qui sine macula cordis ingreditur. vnde psalm. *Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, & mundo corde.* vnde *Cesarius.* Incipiamus cogitationes bonas diligere, & statim ab illis, quæ malæ sunt nos dignabitur dominus liberare. Secundo, debemus oculos circumcidere ab illicito visu Hie. 9. *Ascendit mors per fenestras nostras.* Corpus nostrum est domus, fenestræ, oculi sunt, inhabitator, anima est, quando non custodimus oculos, tunc mors intrat, & animam occidit. vnde Matth. 6. *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Augustinus. *Impudicus oculus impudici cordis est nuncius.* Tertio, aures à detractione. *Cum detractoribus ne commi-* Prou. 24.
scearis, quoniam repente consurget perditio eorum. Vnde *Bernardus*: Detrahere, aut detrahentem audire, quod horum damnabilius sit, non facile dixerim. Item aures auertere debes ab auditu turpium verborum, & cantuum lasciuorum. *Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam.* Eccl. 28. Quarto, linguam circumcidere debemus à turpi locutione *Omnis immundicia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpido, aut stultiloquium, aut scurilitas.* Ephes. 5. Item à mendacio Eph. 4. *Deponentes omne mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo.* Item ab irrisionibus bonorum hominum. vnde psalm. *Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subsannabit eos.* Psal. 2. Imo boni honorandi sunt sicut filii Dei, nam qui filium honorat, honorat & patrem eius, sic & qui honorat bonum hominem, honorat & Deum. Item à verbis maledictis, Apostolus: *Benedicite, nolite maledicere,* Rom. 12. qui enim maledicunt proximis, incurrunt istam maledictionem Dei, quam dicturus est in iudicio. *Ite maledicti in ignem eternum.* Matt. 25. Item à verbis iuratoribus Eccle. 23. *Vir multum iurans implebitur iniquitatis.* Vnde dicit Christus in Euan. Mat. 5. *sit sermo vester, est est, nõ non.* Quando autem iurare per Deum sit mortale, vel veniale peccatum, quære infra sermone. 43. Quinto,

to, manus circumcidere debemus ab illicito tactu. Nam tactus, & amplexus, qui fiunt ad irritandum se, & alios, sunt peccata mortalia. Sic manus circumcidendæ sunt à rapinis, furtis, & cædibus, & turpi ludo, & ad sola Dei opera peragenda aptandæ. Sexto, circumcidere debemus pedes ab illicitis gressibus, qui fiunt in chorizando, superbe incedendo, & ad loca illicita eundo. Iob. 31. *Cunctos gressus meos ipse dinumerat*. vltimo nota exemplum de illo nomine Iesus. Legitur, G§ quod diu moratus fuit quidam homo cum vxore sua in magna pace, & sanctitate, & illa similiter cum eo. Immisit autem diabolus tentationes in eos, vt suspẽderent se, vt sic euaderent præsentes miserias. Cum ergo vtrique ex hac improba, & importuna tentatione tristes afficerentur, vt nec somnum caperent, nec comederent, quæsiuit alter de altero causas tantæ tristitiæ. Respondit vir, quod super omnia haberet voluntatem magnam suspendendi se; mulier respondit; illud consimile esse desiderium suum. Consentientes autem ambo in idipsum laqueos parant, vt se suspenderent, tunc mulier dixit viro suo. O domine consulerem, quod prius biberemus amore Iesu mutuo de illo optimo vino nostro, quod preciosum seruauimus de illa vinea nostra, de qua nondum gustauimus, nec scimus quale adhuc sit, vt potati adhuc leuius moriamur. Placuit viro. Vinum affert. quod cum vellet bibere sicut consueuerat, signauit vinum cum signo crucis, dicens. In nomine Iesu Christi bibamus, & bibit, deditque mulieri. Cum autem bibissent vinum cruce signatum, ita fugit diabolus, quod omnis tentatio de tota mente eorũ tolleretur, & hoc quod facere cogitauerunt, noluerunt postea adimplere, sed contriti ad confessionem confugerunt, & vitam in bono finierunt. Item exemplum aliud de nomine Iesus. Fuit quidam H§ pius, qui hanc consuetudinem habuit, quod quotiescunq; sibi diabolus ingerebat aliquam tentationẽ, iuit ad locum orationis, & inuocauit Iesum dicens. O Iesu dulcis miserere mei, & adiuua me, & cõtinuo diabolus recessit ab eo, & semel audiuit vnus sanctus pater, quod dæmon dicebat, quod ipsi diaboli maxime repellerentur ab hoc nomine *Iesu*.

IN EODEM FESTO, Sermo. XX.

Quod iuuenes debent à iuuentute Deo seruire.

POSTQVAM *consummati sunt dies octo &c.* Lucæ. 2. I§ Sciendum, quod Christus die octaua circumcisus est & sanguinem suum fudit, & hoc ad nostram instructionem, vt in pueritia

ei seruire inchoemus, quod facere debemus principaliter sex de causis, siue propter sex fructus, qui inde proueniunt illis, qui à iuuentute Deo seruire incipiunt. Primus est, quia bonitas profundius infigitur ipsi iuueni, eo, quod inuenit subiectum magis tenerum. vnde *Ari.3. de anima.* Anima pueri est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, & hoc in principio suæ infusionis. itē anima pueri est sicut pergamenum bene præparatum, & quicqd in eo scribitur vix deletur, & si deletur adhuc manēt aliqua vestigia. sic est de iuuene, quicquid sibi primitus inprimitur, ad hoc semper inclinatur, siue sit bonum siue malum. Itē, puer est sicut virgula, quæ faciliter flecti pōt ad dextram, siue ad sinistram, & quocunque flectitur crescit. Sed trabs iam desiccata, si curua est, impossibile est, eam ad rectitudinem duci. vnde *Holcoth. sup. li. Sap.* Omne peccatum incurabilius est in sene, quam in iuuene. Vnde Eccle.7. *Filii sitibi sint, erudi illos à pueritia sua.* Secundus fructus est, quia iucundum est viuere homini tali qui in principio Deo seruire studuit. Sap. Optima forma viuendi eligenda est, quam iucundam reddit consuetudo. Quæritur hic quibus in hac vita melius sit? Respondeo ꝗ illis, qui puro corde & pura cōscientia Deo seruiunt. Prou.5. *Mens secura quasi iuge conuiuium.* hoc sic patet, nam si supra videt, &cæ. quære supra serm. 9. R. ibi. Quinta, est cōscientia. Item sciendum quod aliqui mali infernum maiori labore sibi acquirunt, quam aliqui boni regnum cœleste, quod duobus modis intelligitur. Primo, quantum ad interiorem remorsum conscientiæ. Vnde *Amb. in lib. de off.* Quæ pœna grauior est, quam interioris vulnus conscientiæ? nonne hoc magis fugiendum est quam mors, quam dispendium, quam exilium, quam debilitatis dolor? vnde *Isido. de summo bono.* Omnia fugere potuit homo præter cor suum. Non .n. potest quisquam à se recedere, vbicunque enim abierit, reatus sui cōscientia illū non relinquit. Secundo modo intelligitur quoad exteriora exercitia, vnde *Holcot.* Via peccatorū est multo magis laboriosa, quam via sanctorum, famulus enim quanto pluribus dominis habet seruire, tanto cum maiori labore; sed peccator vult seruire mundo, diabolo, & carni suæ, & ideo necesse est eum multipliciter laborare. Hiere.9. *Vt inique agerent, laborauerunt,* nam duriora seruitia quandoque habent serui diaboli, quam serui Dei, sicut patet in hastiludiis, & choreis, & actibus luxuriosis, in diuitiis congregandis, superbis vestibus portandis, & in prælaturis acquirendis. vnde *Holcot.* Multo fortius laborant homines circa mundana, & transitoria, quam circa æterna, & magis circa voluptates, quàm circa virtutes. Tertius fru-

fructus est, quod gratius est seruitium eorum Deo, qui cito ad Deum conuertuntur. Illi enim de puro, & optimo vitæ suæ, quasi de flore & vigore Deo offerunt. Qui autem tarde volunt conuerti, quasi feces Deo reseruant, respectu iuuenum, qui à iuuentute Deo seruire incipiunt. Illi enim antiqui de vita sua primo id, quod pulchriꝰ & melius est, offerunt mundo, & diabolo, reliquias vero volunt offerre Deo, illud s. de quo mundus non curat. i. senium, cum tamen secundum scripturam, bona & optima Deo offerenda sunt Nu. 5. *Omnia quæ offerũtur Deo, optima, & electa erunt.* Itẽ illi, qui expectant, vsque ad senium. tales consumunt iuuentutem & fortitudinem corporis in seruitio mundi, & diaboli, & cum iam senescunt, tunc cessant ab aliquibus peccatis, cum eadem peccata iam amplius perpetrare non possunt. vnde *Aug.* Si vis facere pœnitentiam, cum iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed cum homo aptus est ad peccãdum, & posset, & habet occasionẽ, s. pulchritudinem, diuitias, & iuuentutem & dimittit propter Deũ, hoc est Deo valde acceptum. Nam subtrahere sibi delectabilia carnis cum oportunitatem habet perficiendi, quasi spirituale martyrium est coram Deo. vnde scriptum est. *Qui potuit transgredi, & nõ est transgressus, facere mala & nõ fecit, qs est hic, & laudabimus eum?* Vnde *Au.* Dico tibi, qa securus es si pœnitentiã egisti eo tẽpore, quo peccare potuisti. Itẽ sciendũ, q; summe placet Deo seruitium iuuenum innocentium. Nunquam pater de filio tantum gaudium habet, siue rex, siue Episcopus, siue Papa electus fuerit, sicut Deus gaudium habet de bono opere, quod quis Deo offert in sua innocentia. In signum huius. Dixit Christus in Euangelio. *Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos. talium enim est regnum cœlorum.* Matt. 19. Item cum pueri clamarent in templo, & propterea Pharisæi indignarentur, dixit ei Iesus: vt habetur Matt. 21. nunquam legistis: *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti,* & cæt. multum valent oratio innocentum puerorum, siue pro viuis, siue pro mortuis, patet per tale exemplum, quod legitur. Quidam episcopus deuotus vidit in somnis puerum piscantem de puteo cum hamo aureo, & linea argentea & inde extrahebat vnam pulchram mulierem, & euigilans vidit eundem puerum in cœmiterio super vnam tumbam orantem, & quæsiuit ab eo, quid hic faceret, Respondit: pro anima matris dico Pater noster, & miserere. Et intellexit vir Sanctus, quod anima illius mulieris liberata esse à purgatorio precibus illius pueri, & Pater noster, est hamus aureus, & Miserere est linea argentea. Quartus fructus quia homo certius moritur

tur in certitudine spei, seu salutis. Vnde *Au. de disciplina Christiana*. Non potest male mori, qui bene vixit. Sic e contra. Qui male viuunt, & tardant conuerti vsque ad finem vitæ, vix bene moriuntur. vnde *Au.* vix bene moritur, qui male vixit. vnde *Arist.* 3. *Topi.* Qualis vnnusquisq; est, talis debetur sibi finis, vnde etiam *Au.* Si quis positus in vltima necessitate suæ ægritudinis voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, mox reconciliabitur, & hinc vadit, fateor vobis, non illi negamus, quod petit, sed non præsumimus, quod hinc bene exiet, si securus hinc exeat, ego nescio, pœnitentiam dare possumus, securitatem autem non. Non quidem dico damnabitur, sed ne dico saluabitur. Vis ergo à dubio liberari? tene certum, & dimitte incertum. Age pœnitentiam dum sanus es, si sic agis dico tibi, securus es. Qui enim non volunt in sanitate quærere Deum, sed scienter, & pertinaciter cõtra Deum facere, grauiter peccant. Sæpius contingit. quod ex infirmitate constituti non possunt se veraciter ad Deum conuertere & pœnitere. vnde dicitur in decreto. Qui potuerunt conuerti, & noluerunt, in fine non facile acquirunt quod volunt: de pœni. dist. vltima, capite *nullus expectet*. Ergo illi boni, qui à iuuentute deo seruierunt, magis faciliter moriuntur. psalm. *Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius*. Vnde exemplum Q legitur, q quidam pauper vir degebat in quadam villa, qui cum egeret, stipendia quotidiana per laborem, & mendicitatem sibi acquirebat, & tamen Sanctam Dei genitricem Mariam, prout poterat, honorabat, & quandoque de eleemosinis, quæ ei dabantur, pro amore Dei genitricis aliis pauperibus condiuidebat, hic cum moreretur, cœpit sanctam dei genitricem rogare, vt eius misereri dignaretur, & precibus suis ei amœnitatem paradisi largiretur; tunc ipsa sancta Maria mater misericordiæ ei assistens dixit: Veni, & sicut petiisti, perfruaris requie paradisi. Hanc vero vocem audierunt plures qui in illa domo erant, quod & mox effectus ostendit. Cumque eius anima esset è corpore egressa, statim perducta est ab angelis in paradisum, & sicut promiserat beata virgo, lætatur cum iustis sine fine. Quintus fructus, qui sequitur ex hoc, quando quis à iuuentute seruit Deo, est quod purgatoriũ eius minuetur. Nam si tales intrabunt purgatoriũ, tunc ibi paruo tẽpore permanebunt respectu illorum, qui hic multa peccata commiserunt, & tarde pœnituerunt, nec condignam pœnitentiam egerunt, vnde scribit *B. Gregorius in dialo.* quod quadam anima in vmbra vna punita fuit propter modicitatem pœnæ, quam debuit exoluere. Nam si qs haberet solũ vnum peccatum veniale, cum illo non posset Deum

Deum videre, nisi pro eo satisfaceret, vel in mũdo, vel in purgatorio. vnde Hamb. Nunquam .n. à quoquam Dei facies videbitur, donec p pœnã venialium peccatorum quadrans minimus persoluatur. De pęna purgatorii quære infra Ser. 156. D. Exemplum ibidem. Sextus fructus, ꝙ præmium maius in cœlo habebũt, qui à iuuẽtute seruiunt Deo, habet. n. Deus vnde remuneret illos, qui tarde ad ipsũ conuertuntur, & illos qui à iuuẽtute sibi seruiunt, vnde Io. 14. *In domo patris mei multæ mansiones sunt*. Nã valde dissimiles sunt in remuneratione ille qui vno anno ante mortem suam solum seruiuit Deo, & ille, qui à iuuentute seruiuit ei Apost. Rom. 2. *Reddet vnicuique iuxta opera sua*. Nam si quis cognosceret distantiam glorię, quæ est inter primum, & secundum choros angelorum, ille libenter deberet centum annis duram vitam ducere; imo quod plus est, centum martyria, & centum mortes pati, vt de primo choro angelorum ad secundum posset peruenire, & iterum tantum pati, vt de secundo in tertium, & sic de aliis. Minus. n. adhuc dixi. vnde Apost. *Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis*. vnde reprehenditur desidia nostra, quia vno anno possum⁹ mereri, vt vsq; ad quartũ, vel quintum, vel ad sextum chorum angelorum possimus peruenire, sed hoc negligimus propter nostram pigritiam, & cæcitatem. vnde *Hie*. Nullus labor durus, nullum tempus lõgum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur; similiter & libenter debemus carere omnib. delectationibus, & gaudiis, & honoribus huius mundi, vt ad tale gaudium peruenire possimus. vnde *August*. Tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta est iucunditas lucis æternæ, vt etiamsi non liceret in ea amplius manere quam vnius diei hora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitiis, & omni affluentia temporalium bonorũ, recte meritoque contemnerentur. Vltimo, notandum exemplum Q. ꝗ quodam puero innocente, qui innocentiam baptismalem seruauit & legitur in li. de api. quod quidam puer annorum quinq; de honestis valde parentibus fuit ortus, qui primo visis fratribus ordinis minorũ à parentibus suis petiuit vt ipsorum habitu vestiretur, sed cum illi quasi puerile dictum æstimarent, postmodum aduerterunt cum diligentia, quia puer cœpit consuetudines ordinis minorum seruare, incedere nudis pedibus, & dura corda præcingi, argentum & aurum summopere vitabat attingere, & in hoc articulo casus accidit rarus, & mir⁹ valde, negociatores quidam ad hospitium patris eius venerunt, qui videntes in tali puero habitum talem mirati sunt, & cum intellexissent puerum omnem vitare pecuniam, vnum nummum in profun-

dũ vasis, quo bibebant latenter iniecerunt, & cum modico vino puero poculum porrexerunt, qui vt exhausto vino nummum vidit exclamans horrifice vas proiecit, intentisq; in cælũ oculis & manibus, dixit: Tu nosti Deus omnipotẽs, quod inscius meum ordinem violaui, hic tremebundus expalluit, & quasi ad mortem tendens nigredo faciem eius occupat; quod videns pater eius expauit, & currens pro sacerdote adduxit eum, qui, puero absoluto manum imponẽs, eum à dolore, & pœna mitigauit, & in platea puer sedens pueros, vicinorum diebus sollennibus conuocabat, vt eos si distorti essent in moribus, si superbi, si ornatis vestibus incederent, argueret, bonis vero pueris cælorum gloriam promittebat. Interdum eos docebat orationem dominicam, s. pater noster, & quam bonum esset matri Christi in angelica salutatione, & genuflectionibus seruire. Ad has pueri conuocationes & exhortationes senes ipsi cũ minoribus concurrebant, & miro modo delectabantur in prudentia responsi eius. Patrem proprium iurantem vel leuem in gestibus, vel ebriosum, si quando videbat, eum compatiendo & quasi cum lacrymis arguebat, dicens: Pater charissime, nunquid ex presbyter noster in ecclesia dicit, quod qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Matrem quoque, quæ cum in solennitate quadam optimis scarlatis, & rubicundis vestibus vteretur, graui mœrore corripuit in ecclesia corã considentibus, digitoque demonstrans imaginem crucifixi: Intuere mater, intuere, & vide dominum nostrum Iesum Christum nudum in cruce pendentem, sanguine rubricatum, & tu te in contumeliam ipsius vestibus scarlatis adornasti. Caue mater, caue charissima, ne pro rubore vestium, pœnas æternales incurras, nec mora, mater verba filii non modicũ abhorrescens, vestes tales deposuit, & talibus amplius vti penitus denegauit. Mores vero, & gestus ipsius pueri perfectionem virtutum, & gratiam Dei in eo ostendebant, nondum puer ætatem septennem impleuerat, & mortuus est. Appropinquans ergo morti confessus Sacerdoti, & sacrum corpus Christi, postulauit, sed sacerdos propter puerilem ætatem sibi denegauit. Puer autem cum mira orationis gratia extensis manibus in cœlum dixit: Tu nosti Domine Iesu Christe, quod summum desiderium meum est te habere, petiui te feciq; quod debui, & spero confidentius quod tui præsentia non frustrabor. His dictis parentes circumsidentes, & flentes consolatus est eos puer ille, & ad meliora prouocans, inter verba exhortationis, orationis, & laudis spiritum Deo reddidit impollutũ, & statim habitus ordinis fratrum minorum, tunica quæ cũ caputio,

super eum extensa iacebat, repente d.sp.ruit, & nunquam postmodū visa fuit; igitur post mortem eius cum ad sepulchrum illius, vbi sepe- l e dus erat, stantes quidam ex fra ribus minoribus Ps. scilicet *De profundis.* dicere voluisser t, nul.o conatu, & nulla reiteratione hunc psalmum dicere potuerunt. Vnde per hoc dabatur intelligi, illam sanctam animam nullis orationibus indigere. Parentes vero post mortem pueri in tantum exemplo filii profecerunt, vt omnia oblectaméta seculi deserentes, s. pater ordinem prædicatorum, mater autem Cisterciésem ordinem eis dem temporibus intrauerint, & Deo feliciter seruierint.

IN EPIPHANIA DOMINI. Ser. XXI.

ECce Magi venerunt ab oriente Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorū? Matt. 2 Hodierna die festiuitas magna est, vnde merito dicitur apparitio, vnde canitur: *Dies sanctificatus illuxit nobis, venite gentes, & adorate Deum.* Et in signum huius dicitur in verbis præmissis. *Ecce Magi ab oriente venerunt, &c.* Consuetudo est, quod quando aliquis rex vadit sibi accipere regnū, tunc veniunt milites curię suę, vt de sua solemnitate ipsi regi congaudeant, & gratias Deo referant. Veniūt etiam populares, vt eorum dominū recognoscant. Veniunt tandem principes, & barones, vt ei munera de erant, & fidelitaté f ciant. Christus habe duo regna s. cæleste, & terrestre Regnum cœleste p ssi e obtinebat, regnum autem terrestre diabolus vsurpauerat. Et ideo Christus venit in mundum vt diabolum de regno suo eiiceret, & ipse regnum suum recuperaret, vnde Ioan. 12. dicitur. *Nunc iudicium est mundi.* Venerunt igitur primo ipsum visitantes milites suæ curiæ cælestis, de sua sublimatione in regnum gratias Deo referentes, & di entes, *Gloria in altissimis Deo.* Venerunt populares, s. pastores, & ipsum dominum recognoscentes visitauerunt, & similiter e sua sublimitate Deo gratias egerunt, vt dicitur: *Reuersi sunt pastores glorificantes Deum.* Hodie venerūt princi es, & b rones, vt fide itate sibi facerent, imo *procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera.* Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, de sapientia illorum trium regum. Secundo, de eorum inquisitione & oblatione. Tertio quare paupere reuerentius cōmuniter se habent ad Deum quam diuites. Quantum ad primum, notandum; quod isti tres reges commendantur in sapientiæ magnitudine, ergo dicuntur *Magi.* i. s pientes, quia in sydere Christum cognouerunt, qué Iudæi à lege & Prophetis edocti agnoscere contempserunt. Nam ex hoc confunditur pigritia, infide-

fidelitas, & malitia Iudæorum. Nã Magi vni Prophetæ crediderunt, Iudæi vero pluribus credere noluerunt. Illi quæsierunt regem alienum, isti vero non quæsierunt proprium. Illi venerunt ex longinquo, isti vero non venerunt ex propinquo, hæc *Remig.* vnde *Greg. in hom. hodierna*: Omnia elemẽta autorem suum venisse testata sunt, vt de his quodammodo vsu humano loquar. Cœli hunc cognouerunt, quia protinus stellam miserũt. Mare cognouit, quia se calcabile sub plantis eius præbuit. Terra cognouit, quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lucis suæ SS radium in morte ipsius abscondit. Saxa cognouerũt, quia tempore mortis suæ scissa sunt. Infernus cognouit, quia, quos captiuos tenebat reddidit. Iudæorum vero corda saxis duriora, eum confiteri nolunt, quem elementa testantur. Sciendum q; nos Christiani exemplo illorum trium regum debemus Deum in vera fide veraciter cognoscere. vnde *Hier.* Absque notitia creatoris sui omnis homo pecus est. Pro quo sciendum, quod illi Christiani non in vera fide cognoscunt Deum, qui fatum tenent, qui fundant se super constellationes planetarum, quos beatus *Greg. in hom. hodierna* reprobat, & probat esse hæreticos, & pusillanimes, qui dicunt fatum, seu constellationes, sub quibus nascuntur homines, regere, & dirigere quemlibet ad officia peragenda, quæ eis influunt, vtpote qui sub libra campsores efficiantur, sub aquario piscatores, & sic de aliis. Et ibi *B. Greg.* ponit reprobationis huius euidens exemplum, quod multæ sunt terræ, quæ campsores non habent. Multę aquę quę piscatores nesciunt, vt Getulia, & tamen ibi sunt, & oriuntur constellationes rectæ, sicut in aliis locis. Et subdit. *Gre.* Absit, inquit, à fidelibus, vt esse aliquod fatum dicant. Vitam enim hominum solus conditor, qui creauit, administrat. Non enim propter stellas homo, sed stellæ propter homines factæ sunt, hæc ille. Si quis n. non furaretur, non suspenderetur, & sic est etiam de aliis. Contra tales, qui dicunt sua, vitia aut virtutes se habere à constellationibus, *Chry. super Matt.* arguit, & improbat hoc mõ. Primo, si aliquis adulter, vel homicida fieret per stellam, magna esset iniquitas stellarum, nam cum præscius futurorum sit Deus, & ex quo tanta iniquitas per stellas fit, si noluerit emendare, non esset bonus; si autem voluerit, & non potuerit, non esset omnipotens, sed impotens, quæ ambo manifeste sunt contra fidem Christianam. Primo ex eo, quia Deus est summe bonus psalm. *Confitemini Domino quoniam bonus.* vnde etiam *Aristoteles* 11. *met.* Deus est optimum, & sempiternum. Item secundo, ex fide, & sacra scriptura habemus, quod Deus est omnipotens. Psa. *Omnia*

quæcunq; voluit Deus fecit in cœlo, & in terra. Vnde dicimus in symbolo fidei catholicę, *Credo in Deum Patrem omnipotentem.* Secundo, sic improbat. Si stellę hoc faciūt, quod simus boni aut mali, nec bonum nostrum laudandum est, quia in nobis nō est voluntatis actus. vnde *Hug. de sancto vic.* Nemo inuitus bene agit, etiamsi bonum est, quod agat. vnde dicitur in dec. Nullum bonum, nisi voluntariū. 20. quæst. 1. *Præsens* 2. 23. q. 5. *Ad fidem* 2. q. c. 1. vnde etiam *Arist. 5. Eth.* Sine voluntate non potest quis bonum operari. Item nec malum nostrum vituperandum est, quia in nobis nō est voluntarius actus, vt quid enim mali mei pœnam susciperem, quod non volūtate, sed necessitate commisi vnde *Ber.* contra hoc loquitur in quodam sermone dicens: Quid odit aut quid punit Deus præter propriam voluntatem? Cesset enim propria voluntas, & infernus non erit. In quid enim ille ignis desæuiret, nisi propriam voluntatem. Tertio, hanc insipientiam, & errorem destruunt mandata Dei, quæ data sunt hominibus ne peccent. Item similiter sacræ scripturæ, quæ exhortantur homines vt faciant bonum, hanc insipientiam, & hunc errorem destruunt. Quis enim prohiberet aliquem ne faceret malum, quod nō posset declinare: aut quod faceret bonum, ad quod non posset peruenire. Modo in præceptis præcipitur. *Non mechaberis. Non furtum facies. Non assumes nomen Dei in vanum.* Nec iurando, nec blasphemando, & sic de aliis præceptis. Modo si dicis, quod Deus præcepit tibi, quod non potes implere, tunc mētiris & incurris maledictionem Dei. *Bernar.* Maledictus, qui dixit Deum præcepisse impossibile. Item Christus dicit Matt. 11. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.* Quarto, improbatur, quia per hoc tolleretur liberum arbitrium, quod tamen necessarium est in nobis, cum quo nos Deus priuilegiauit, quia ante hominem sunt ignis, & aqua, & ad quodcunq; voluerit, porrigit manum. Sciendum quod *Augustin.* dicit, quod bene nostra animalis sensualitas inclinatur plus ad vnum vitium in vna constellatione, quam in alia, & sic etiam intelligitur de virtutibus, vtpote natus sub Venere ad luxuriam, sub Marte ad bellum, sub Virgine ad castitatem. vnde *Aristo. 5. Ethic.* In desideriis naturalibus pauci peccant. Item teste *Ptolameo.* Sapiens Dominabitur astris, & *Au. in regula sua ad fratres in eremo* dicit. Quādo diabolus scrutatur nos pronos ad vitia per tales nostras naturales inclinationes, per ea vitia nos solet sæpius tentare, ad quæ sentit magis inclinatos fore. vnde Gen. 3. dicit Deus ad Cain *Subtus te erit appetitus tuus, & tu dominaberis eius.* Nota enim constellationes regere possunt nostras voluntates. Ergo peccant qui tenēt fatum, & dicunt quod

quod de necessitate oportuit eos hoc malum facere, quia Deus voluit, & ordinauit sic fieri, & sic retorquent culpas suas in Deum, qui est innocens. vnde *Ambros.* Malum est peccare, peius est in peccatis perseuerare, pessimum, & perniciosum est, se defendendo in Deum culpam suam refundere. Quantũ ad secundum, sciendum, quomodo ibi tres reges commẽdantur ex feruore inquisitionis, & oblationis. Nam statim visa stella, iter arripuerunt, & Iesum puerum diligenter inquisierunt cum dixerunt: *vbi est, qui natus est rex Iudaeorum, vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum,* vnde sciendum, quod sicut habetur in longa legenda Coloniæ, isti tres reges fuerunt sectatores Prophetæ Balaam, qui prophetauit, vt habetur Numer. 22. *Orietur stella ex Iacob, &c.* de quo etiam dicit *Chry. super Mat.* quod quidam populi elegerunt duodecim ex eis, ita vt vno decedente, alius in locum eius subrogaretur. Qui ascendentes super montem excelsum illo tempore, orauerunt ad Deum, vt ostenderet eis stellam quam Balaam prædixerat. Adueniente autem tempore natiuitatis Christi in ipsa hora noctis mediæ, apparuit super ipsis in aere stella præfulgida, & pulcherrima. In cuius summitate erat imago pueri paruuli, secum ferentis imaginem crucis, ex cuius aspectu valde fuerunt gauisi, eo quod suis temporibus meruerunt illud. Et vox audita est: *Ite in Iudeã, & regem quem quaeritis, natum inuenietis.* Tunc statim isti tres reges, Caspar, Balthasar, & Melchior cũ suis iter arripuerunt, & Hierosolymã venerunt. Quęritur quare Hierosolymã venerũt, cum tamen ibi natus non fuit rex, quem quæsierunt? Respondetur secundum *Remigium*, quod Magi tempus natiuitatis Christi in stella cognouerunt, sed natiuitatis locũ ignorauerunt. Cum autem Hierusalem esse ciuitas regalis, & ciuitas oblationis, & sacrificii, opinati sunt, quod tam egregius puer, qui erat rex Iudæorum, cui & ipsi munera offerre volebant, solum in ciuitate regali, & oblationi congrua nasci deberet. Sed diceres. Quomodo in tredecim diebus Hierosolymam ab oriente venire potuerunt, cum tamen Hierusalem in medio terrę? Respondeo secundum *Remigium*, quod puer, qui tunc natus est, in tam breui spacio de vltimis finibus terræ ad se Magos perducere potuit. vnde secundum *Hiero.* isti tres reges venerunt in dromedariis, qui sunt animalia velocissimi cursus, quę tantum vno die currunt, quantum equus validus in tribus diebus posset currere. Sed in prædicta legenda habetur, quod lux ibi continue lucebat, vbi equitabant, nec ipsi nec iumenta esuriebant, nec comedebant, sed die noctuque equitabant. Et notandum, quod Magis Hierosolymam intrantibus,

VI (margin)

ipsa stella disparuit, quod diuina dispositione factum est, vt sic de loco natiuitatis interrogare cogerentur, & sic certificarētur non solum per stellam, sed etiam per prophetiæ dictum, vnde cum venissent Hierosolymam, statim accesserunt ad Herodē, dicētes: *Vbi est*, i. in qua ciuitate, vel in quo loco est, *qui natus est rex Iudæorum*, i. qui debet esse rex Iudæorum? Nota Christus natus spiritualiter dict⁹ est rex Iudæorum, quanquam sit rex Cœli, & terræ, & dominus Angelorum, & hominum, triplici ratione. Primo ideo, q̄a fuit spiritualiter Iudæis promissus secundum illud Malach. vltim. *Vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiæ*. Secundo, quia ipse principaliter missus est eis, sicut ipse Saluator per seipsum testatur in Euangelio: Matt. 15. *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*. Tertio, quia cum eis nutritus, & conuersatus est. s. in Nazareth, vt habetur Luc. 4. Si aliquis ipsis Magis dixisset: vnde scitis regem Iudæorum natum? dixissent: nos existentes in oriente vidimus stellam eius, vnde & *Fulgentius*. Puer natus, nouam stellam fabricauit. Vnde *B. August. in serm. huius festi*. Ipse nouam stellam creauit natus, qui antiquum solem obscurauit occisus. Sciendum quod stella, quæ apparuit, in tribus distabat ab aliis stellis. Primo in situ, quia non in Cœlo sita erat, sed in aere prope terram. Secundo in lumine, quia tantæ claritatis fuit, q̄ de die & nocte splenduit sic, vt sol non potuit præoccupare splendorem eius. Tertio, in creatione, quia aliæ stellæ in principio vniuersæ sunt creatæ. Ista vero, nascente Christo apparuit, & completo cursu suo, rediit in materiam præexistentem. Tamen quidam dicunt, illam Stellam Angelum fuisse, qui pastoribus nunciauit natiuitatem Christi. Sed sciēdum, quod *Chry*. hic quærit. Nunquid sciebant Magi, quod in Hierusalē regnabat Herodes? nunquid non intelligebant Magi legis iustitiam, & præscriptionem, vt quicunque viuente rege alium regem pronunciaret, aut adoraret, quod quasi tyrannus puniretur in sanguine? & respōdet *Chry*. Christus firmauerat quos attrahebat, & ideo non timebant, quia dum considerabant regem futurum non timebant præsentem. Nam si de morte timuissent, nunquam ad Herodem ausi venire fuissent. Et cum adhuc non viderant Christum, parati tamen erant mori pro Chisto. Herodes autem rex audiens hoc, *turbatus est valde*, ex eo quod fuit alienigena, timens ne regno ad Iudæos reuoluto, ipse cum omni semine suo expelleretur è regno. Et ideo secundum *Chrys*. Herodes libros, in quibus genealogia regum Iudæ texebatur, cremauerat, vt obliuioni tradi deberet regum ordo. Exeuntes autem Magi Hierosolymam. *ecce stella*

stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra domum, & locum vbi erat puer. Legitur enim in legenda prædicta, quod reges postquam exierunt de Herusalem videntes stellam, *gauisi sunt gaudio magno valde*, & ad pastores venerunt, qui pastores claritatem stellæ videntes occurrerunt, & interrogauerunt, quidnam hoc esset? Audientes quod puerum natum quærerent, dixerunt eis pastores, qualiter Angelus apparuit eis in nocte natiuitatis Christi cum magna claritate, dicens, *Annuncio vobis gaudium magnum*, quod erit omni populo, *quia* hodie *natus est saluator*, qui dicitur Christus, in ciuitate Dauid, & quãdo in ciuitatem ingressi sunt, inuenerunt puerum iacentem in præsepio, & pannis inuolutum. His auditis isti tres reges gauisi sunt valde. *Et ecce stella antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra domum, vbi erat puer. Et intrantes domum*.i. diuersorium, *vbi puer natus erat inuenerunt puerum* aspectu pulchrum, pannis vilibus inuolutum. Si ergo Magi regem terrenum quærere venissent, magis fuissent confusi, quam gauisi, quia tanti itineris laborem sine causa suscepissent. Nunc autem cœlestem regem quærebant, & sic nihil regale videbant in eo, solius tamen stellæ testificatione contenti, gaudebant oculis eorum contemptibilem puerũ, s. in bonis temporalib. conspicere, quia Spiritus sanctus in cordibus eorum terribilem eum monstrabat, quem puerum inuenerunt *cum Maria matre eius*. vnde *Chrys.* Non diademate coronatũ aut in lecto aureo recumbentem, sed vix vnam tunicam habentem, non ad ornamentum corporis, sed ad tegumentum nuditatis, qualem habere poterat vxor carpentarii peregre constituta. Dispositione autem diuina factum est, vt dicit *Rab.* quod tunc Ioseph aberat, ne aliqua malæ suspicionis, eo præsente, gentibus daretur occasio. Item *inuenerunt puerum cum Maria matre eius*; quia dum virgo beata magnum videret ante diuersorium comitatum, recepit puerum suum de præsepio in gremium suum, & in virginea brachia sua, vt sic ipsa se pueri matrem ostenderet esse, vnde *Chrys.* Magi, viso puero, lumine veræ fidei illuminati, crediderunt eum esse mundi saluatorem, ac eundem, quem tanta solicitudne quæsierunt, & quem stella annunciauerat. Nec ab hac fide matris paupertas, nec pueri imbecilitas retraxerat. Ideo dicit euangelium *Procidentes*, scilicet super terram, & super facies suas *adorauerunt eum*, adoratione latriæ, vt verum Deum. vbi dicit *gl.* hominem viderunt, & Deum esse crediderunt, & cognouerunt, & ideo adorauerunt sic, vt quilibet eorum deposita corona sua flexis genibus, & capite

capite in terra demiſso, cũ magna cordis deuotione, & oris prolata oratione ipſum vnanimiter laudauerunt, & mundi ſaluatorem eum eſſe dixerunt, & de beneficio quod ſtella eos ad ipſum perduxerat, gratias egerunt, hæc *gl.* Ac demum *apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrahm.* Remigius. Vnuſquiſque tamen hæc tria munera obtulit, vt vnuſquiſq; eum cum ſuis muneribus verum Deum, & hominem mortalem prędicaret. Vnde *Berna.* quod Magi obtulerunt aurum, hoc fuit ad pauperis pueri cum matre ſuſtentationem; Thus, propter ſtabuli fetorẽ; Myrram, propter membrorum debilium pueri confortationem. Legitur enim in legenda prædicta, quod poſt oblationem puero factam iſti tres reges ceperunt eſurire, & etiam familia, & iumenta eorum tunc comederunt, & dormierunt. Et tunc *reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionẽ ſuam.* Poſtquam autem reuerſi fuerunt in regionem ſuam, & propria attigerunt, manſerunt in fide, magis Deum, quam ante colentes, & quod viderunt aliis prædicauerũt, & multos erudierunt, & ad fidem, quantum in eis fuit, diſpoſuerunt. Deinde cum beatus Thomas Apoſtolus veniſſet ad illam prouinciam, ab eo baptizati ſunt, & cum eo facti ſunt adiutores, & prædicatores Chriſti. Item habetur in legenda quod poſt receſſum regum, tumultus populi factus eſt ad Mariam, & puerum eius propter miraculum. Et Maria timens occiſionẽ pueri, latenter ad domum cuiuſdam pauperis confugit, qui eam cũ puero occulte in cellario recepit, vbi Maria ſuper lapidem ſedit, & puerum lactauit, & cecidit lac ſuper lapidem, quod vſque hodie, in quantum plus tangitur, in tantum clarius & candidius efficitur, & vſque hodie quandoque oſtenditur pro reliquiis. Maria etiam camiſiam, & pannos aliquos ſimul inuoluit, quorum & oblita eſt in diuerſorio, & tãdiu ibi permanſerunt vſque ad tempus Helenæ, ſine veneratione, quia loc⁹ vbi Chriſtus natus eſt, abominabilis à Iudæis habitus eſt, vt nullum hominem, neque bruta animalia intrare permitterent, ſed obſtruxerunt locum cum ladipibus. Sed Helena poſtmodum illuc veniens locum aperuit, & illa inuenit. Similiter & fænum præſepis, in quo Chriſtus iacuit, ſecum detulit, quod fænum adhuc Romæ habetur. Et hoc quantum ad ſecundam partem iſtius ſermonis. Quantum ad tertium X ſciendum, quod iſti tres reges docent nos humiliari coram Chriſto Nam ipſi procidentes in facies ſuas adorauerunt eum humiliter, & deuote. vnde *Henricus de Aſia ſuper Gene.* quærit quare pauperes, & parui ſtatus homines reuerentius ſe habere ſolent ad Deum, vtpote

orare

orare flexis genibus prostratis corporibus, eleuatis manib. percussis pectoribus. Alii autem magni, & diuites, non sic, sed stantes orant, & rectis ceruicibus. Ad hoc respondet *Hen. de Assia* dicens, quod propter quinque causas: prima est, superbia, quia prosperitas, & felicitas temporalium ceruicem erigit, superbire faciens & humiliari erubescens. *Aug.* Difficile est quod non sit superbus qui diues est, tolle superbiam, & diuitiæ non nocebunt, sed pauperes vt plurimum sunt humiles. *Gre.* Paupertas mentibus bonis esse solet custos humilitatis. Secunda cã, ne genibus terram tangentes vestimenta preciosa maculent, quibus induuntur, & sic præponũt dilectionem vestium, ne maculentur, honori, quem exhibere deberent creatori suo, qui non pepercit filio suo vnigenito, *sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Tertia, causa est, ne nimis fatigent corpora delicata, quæ gerunt. Nam delicate nutriebunt seruum suum, id est, corpus ab infantia, & non sunt assueti exercere se in aliquibus laboribus duris, & ideo postmodum inuenient corpus suum contumax, & rebellans exercitiis asperis; sed pauperes assueti sunt dura, & laboriosa sustinere, ideo minus curant se humiliare, Deo flectere genua, quandoq; etiam per totam missam, quod aliqui diuites abhorrent facere, vsque, dum eleuatur corpus Christi in missa. Quarta, causa est, quia genu flectere non possunt impediti rostris calceorum longissimis. Item quidam non audent se curuare, nec prosternere in terram quandoque paululum inclinare, quia timent ne appereat erubescibile quid in vestibus sic turpissime accuratis. Similiter mulieres propter pepla breuissima non audent caput Deo omnipotenti inclinare, ne indecens aliquid in crinibus videatur, cum tamen Christus in cruce pro eis inclinato capite emisit spiritum. Item, quidam non possunt se inclinare Deo impediti ligaturis caligarum rigidissimis, quibus manus ligantur manicis strictis, corpus cingulis latis, & deargentatis, pedes calceis strictis crura, & genua ligaturis caligarum. Istis pomposis timendum est illud dictum Matt. 22. *Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* quia tales sic se ex superbia ligantes, tradunt se dæmonibus sic ligatos. vnde *Aug.* Qui peccatum peccato addit funem nectit, cum quo ligetur, hæc meditanda sunt superbis. Quinta, causa est, quia credunt se non multum indigere Deo, ex quo abundant in bonis temporalibus, in honoribus & delitiis, sed desideria, & necessitas ad Deum recurrere faciunt pauperes. vnde Esa. 26. *Domine in angustia quæsierunt te.* vnde etiam *Greg.* Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.

DE EODEM FESTO Serm. XXII.

Videntes stellam Magi gauisi sunt gaudio magno valde. Gl. Non satis fuit dicere Euangelistæ, gauisi sunt, sed addidit *gaudio magno valde*, vnde dicit *Chrysostom.* gauisi sunt propter malæ societatis, scilicet Herodis euasionem, Sed gaudio magno, quia spes eorum non fuit frustrata, sed confirmata, sed gaudio magno, quia ad laborem tanti itineris, quem susceperunt, stellam antecedentem recuperauerunt. Sed valde magno gaudio, quia natum regem, quem quærebant, inuenerunt. Sed ex quo homines in præsenti festo & in præcedentibus diebus diuersos iocos, & ludos, & diuersa gaudia in diuersis locis, & partibus mundi exercent, ideo pro præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, vtrum in iocis, & ludis possit esse virtus, & quæ requiruntur ad hoc quod ioci virtuose fiant. Secundo, quot modis in iocis, & ludis aliquis possit peccare mortaliter. Tertio, exemplum. Quantum ad primum sciendum, quod hic quæritur vtrum in iocis, & ludis possit esse virtus, & quæ requiruntur ad A¶ hoc, quod ioci virtuose fiant. Respondeo secundum *Bea. Thom. 2. 2. q. 168.* Sicut homo indiget corporali refocillatione, quia non potest continue laborare, ita etiam ex parte animę indiget quiete, & solatio, quod fit per ludicra, vel iocosa verba, vnde sciendum quod triplices homines inueniuntur circa hoc: quidam enim sunt sicut cibus nihil habens de condimento, nunquam exercentes iocū, vel ludum, sed semper duri, & asperi. Nam contra humanam rationē est, vt aliquis se onerosum exhibeat, puta cum nihil delectabile exhibet, & delectationes aliorum impedit. *Sen.* Sic te regas sapienter. vt nullus te habeat tanquam asperum, nec quis contemnat te, quasi vilem. Quidam vero quemadmodum cibi nimis conditi, & nimis salsi, sic illi, qui excedunt in ludo. Quidam sunt sicut cibus temperate sicut decet conditus scilicet qui vtuntur ioco, & ludo ad virtutem. Pro quo sciendum, quod secūdum *Holcot super li. Sap.* tria requiruntur adhoc quod iocus fiat virtuose. Primum est, quod iocus sit simplex, & innocens, & innoxius, ne aliquis inde lædatur. Sunt enim aliqui, qui nihil curant quid dicant, siue offensionem, siue placitum, siue honestum, siue inhonestum, dummodo tamen prouocent risum. Et tales diligenter explorant defectus proximorum quos possunt recitare ad risum causandum in aliis, & in ipsis erubescentiam; talis iocus non est virtuosus, quia ad ludum virtuosum requiritur, ꝙ loquantur placita, & honesta, & non nociua illicita. Secundum quod requiritur est honestatis condecentia, vt ludus talis deceat personam ludentem, siue io-

cantem, & etiam personas assisten-tes. Vnde alius iocus cõuenit clerico, vel prælato, vel religioso, alius seculari, alius seni, alius iuueni, alius viro, alius mulieri, alius famulo, alius virgini. Cõsideret ergo ludens primo personæ suæ conditionem, & honestatem & nihil attẽtet quod eum, vel statum suum dedecoret, & super omnia, turpia deuitet, quæ aliquo modo hominẽ ad peccata inclinẽt. vnde *Se*. De quatuor virtutib. cardinalibus. Omnia credibilia præter turpitudinem crede. Sed considera tempus, quia vno tempore licet iocari, & alio non, sicut tẽpore lamentationis, & tempore deuotionis, & orationis leuitates huiusmodi non decent. Item consideret circũstantias, quia alius iocus licet coram personis secularibus, alius corã religiosis, alius coram senibus, ali⁹ coram iuuenibus, alius coram prælatis, alius coram æqualib. vel subditis. Tertium, quod requiritur, est carẽtia superfluitatis, ne vel nimis frequenter vel nimis continue. *Tullius*. n. dicit. Ludo quodã modo & ioco vti licet sicut somno & quiete. Est. n. ludus necessarius ad vitam, sicut quædam requies mẽtis. Sicut enim fatigatio corporalis soluitur per quietẽ corporis, ita oportet, quod fatigatio animalis soluatur per quietẽ animæ qa si mens humana semp extenderetur circa seria, hebetaretur, & fatigaretur nimis, & iã couueniẽs est, quod pro loco, & tempore habeat requiem, quæ fit per ludum & iocũ, qui est animi delectatio. Cauẽda tamen maxime est abundantia. vnde *Ari. 9. Eth.* dicit, ꝙ parum delectationis sufficit ad vitam quasi pro condimento, sicut parum de sale sufficit pro cibo, modicum .n. de sale sufficit ad quãtitatem cibi magnam. Vnde si secunda, vel quarta pars foret de sale, nihil valeret. Eodem modo modicum de ioco sufficit ad quietem & recreationem mẽtis Exemplum de S. Antonio B¶ Vnde reprehenduntur illi, qui maiorem partem temporis expendunt in ludis & iocis, & risibus, & in aliis vanitatib. mundi, sicut ludendo in alea, & schacorum ludo, & in chartiludio, & sic de aliis ludis quib. verificatur illud Sap. 3. *Æstimauerunt vitam nostram esse ludum*. Quantũ ad secundũ sciendum, quod quinque modis qs peccat mortaliter in iocis, & ludis. Primo, secundũ *Hermanum de schilditim*, si ex leuitate animi ludo vel ioco ita grauis contumelia fieret, quæ hominis honorem totaliter auferret, peccari mortaliter. Similiter si quis ex leuitate animi hominẽ grauiter vulneraret vel læderet in corpore, mortaliter peccaret. Ita non est dubium quin grauiter animam hominis conturbans, honorẽ eius vel famam ex leuitate animi auferendo mortaliter peccet. Sunt tamen alia conuitia secundum *Arist. in Ethicis*, de leuibus, quæ apud virtuosos ludos conuenienter dici possunt, vel pro-

pter delectationem, vel emendationem, & de talibus hic non loquitur, sed de istis hoc intelligitur, qui s. non nisi grauiter hominis animũ conturbando sint, s. auferendo famam eius, vel contristãdo eius personam. Secundo, cum quis in ioco mendacium loquitur, & illud scienter cum iuramento confirmat. Vnde sanctus *Th. 2. 2. q. 98.* dicit. Non excusatur à mortali peccato, qui iocose peierat, quia non euitat diuinam irreuerentiam, immo quantum ad aliquid adauget, hæc & alia verba dicendo mendaciter, & in ioco truffando aliam personam videlicet: per Deum, ille foris stat, expectat te, vel ipse vult tibi hoc dare, vel ibi inuenies eum, vel ille dixit mihi sic, & sic de aliis. Sed si loqueretur in ioco mendacium sine iuramento, tunc solum esset veniale, Tertio, cum quis in ioco proximum suum sciẽter, & ex proposito ad iracundiam prouocat; Nam omnium peccatorum, quæ ille sic prouocatus in tali ira committit, siue in verbis, siue in factis, ille prouocãs erit reus. Hoc illi non attendunt, qui animosos homines derident, & prouocant, vel alios homines passionatos, qui subito prouocantur ad iram, & in hoc volunt recreari, quando tamen vergit in periculum animarum suarum, & grauiter in futuro pro talibus solatiis, & risibus punientur, quia oẽs maledictiones & blasphemias, comminationes & iuramenta, quæ prouocatus profert, ipsi lugebunt, quia est regula iuris. Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. Quarto, propter malum finem, quem quis in illo ioco intendit, vt iocando cum muliere vel virgine, tãgendo vel amplexando eam, loquendo & arridendo, ea intentione, vt eam ad malum actum alliciat, vel secundum *beatum Thom. de Aqui.* Cum quis ad iocum sumit turpia verba, vel facta, quæ de se sunt peccata mortalia peccat mortaliter. Quinto, propter complacentiam, vel vehementiam affectus ad iocum, ita quod quis contra præceptum Dei, & ecclesiæ in locis & temporibus sacris, vt non recuset, & tali modo potest quis peccare mortaliter. Sed cum quis non tantum afficitur ad ludum, quod propter hoc vellet aliquid contra Deum committere, sic solum esset veniale. Item propter nimiam complacentiam, quam qs habet in iocis. vnde *Aug.* Nullum peccatum est adeo veniale, quin fiat mortale dum placet. Et quanto maiorem delectationem, & complacentiam quis habet in aliquo peccato, tanto maiorem pœnam sustinebit pro illo in futuro. Ap. 18. *Quantum in delitiis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Ex his patet quod arguendi sunt, qui quandoq; in iocis rident vsque ad effusionem lachrymarum, Et si quandoq; aliquis nimiam complacentiam habet in aliquo peccato, quod

quod est de se veniale, adhuc tamen propter securitatem debet confiteri. Quantum ad tertium, est sciendum, quod illi grauiter in futuro punientur, qui hic excedunt in vanitatibus, & iocis, & ludis, & venaC¶ tionibus auiũ, & ferarum. Deinde nota exemplum secundũ *Humber. in de abundantia exemplorum.* Legitur quod quidam vir deuot⁹ in raptu vidit quendam militem in purgatorio, qui fuit castus, bonus, hospitalis, & bonæ vitæ, sed ludo auium nimis deditus. Qui propter huiusmodi ludũ habebat quasi auẽ in manu, eum in facie, & humeris, & brachiis corrodentem frustratim, & mirabiliter affligentem; & requisitus ab illo deuoto; cur hæc pateretur, cum tamen bonæ vitæ fuisset? Respondit Præcepta Dei seruaui, nec vnquam vnum denarium contra Deum recepi, sed quia nimium deditus fui ludo auium, & cum canibus venando, ideo hanc pęnam hic in purgatorio sustinebo, donec purgatus ero, sed tamen ora pro me, & annuncia filiis meis, & cognatis meis, vt mihi cum suffragiis subueniant, quia valde crucior in hac pœna: qui postmodũ in breui per suffragia, & orationes bonorum liberatus est à purgatorio. Item D¶ aliud exemplum *in li apum,* quod fuit in Theutoniæ partibus inquidam miles venationibus tantum deditus, vt nullo sabbato, vel Dominica die missam audiret, sed semper venationibus intentus erat. Corripiebat autem eum frequenter vxor sua deuota Deo. Et ille mulieris suæ monita non curauit. Accidit autem vt ipsa vxor post multos partus editos prægnans peperisset abortiuum, habentem caput venatici canis, pẽdentibus auribus. Confusa ergo coram matre, & multis nobilibus matronis, quæ astabant, quarum consilium omnium fuit, vt terra citius partus obrutus tegeretur, veniente autem à venatione marito, quæsiuit qualis puer esset, quem editũ habuisset. Dissimulantibus omnib. cũ pudore, instat miles extracto gladio, vt ei parat⁹ ostendatur, & mox timore cõpulsa eiici de terra iubet triste spectaculum, & monstruosum, dicens. Ecce quã manifesto prodigio insipientiam tuam vindicauit omnipotens, quia nullum honorem sacris diebus, & nullam reuerentiam sacramento corporis Christi tribuisti, sed magis vanis ludis venationum in his sacris diebus institisti; hæc vt vidit nobilis, digne se correxit, & pœnitentiam egit de commissis. Item legitur in li. apum, quod quidam potentissimus Dominus cum multos ex subditis suis cogeret secum vacare, & quotidie venationibus insudare; & post hoc plerique culturas agrorum & alia negotia dimittentes ad paupertatem, & inopiam cum vxoribus & filiis deuenerunt. Accidit autem vt vna dierum cum præfata familia domus suæ miles ingressus nemora, feram im-

impeteret, & agitantibus canibus equo residens insequeretur. At cũ nihil proficeret tota die, sed semper feram videret ante se profugam in amentiam versus feram de nocte secutus est, & ex illa die nullus hominum vidit aut sciuit quid de eo factum sit aut euenerit; dixerunt nonnulli, & bene credimus, quod sicut Datham, & Abyron à terra viui absorpti sunt, & ad inferos transmisi, sic & illi accidisse.

Dominica Infra octau. Epiphaniæ Sermo. XXIII.

Quod parentes ad sex tenentur filiis.

C*Vm factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus parentibus eius Hierosolymam &c.* Luc. 2. In præsenti euangelio instruit Maria parentes, qualiter se debeant habere ad filios, in hoc, quod duxit Iesum secum in templum, cum annorum 12. esset. Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, sunt eliqua declaranda de euangelio pręsenti. Secundo, de instructione puerorum. Tertio, exemplum. Quantum ad primum, sciendum super illo verbo: *Cum Iesus factus esset annorum duodecim*, quod quinque differentiæ temporum leguntur de Christo. Prima enim differentia quod legitur fuisse vnius diei, quando scilicet de virgine Maria natus fuit. vnde Luc. 2. *Natus est nobis hodie saluator.* Secundo, legitur fuisse octo dierum, quando scilicet fuit circumcisus. Luc. 2. *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus.* Tertio, legitur fuisse quadraginta dierum, quando à matre in templo fuit præsentatus. de quo habetur Luc. 2. *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino.* Quarto, legitur fuisse duodecim annorum, sicut in euangelio hodierno habetur. Quinto, legitur fuisse triginta annorũ, scilicet cum à Ioanne in Iordane baptizaretur. De quo habetur. Luc. 3. *Ipse Iesus erat incipiẽs quasi annorum triginta.* Sciendũ, quod de tota vita Christi secundum Chr. nullum miraculum legitur Dominum in pueritia fecisse præter hoc vnum, quod prodit Lu. quod cum esset annorum duodecim suam sapientiam manifestauit. Vnde dicitur in hodierno euangelio: Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius. Item sciendum, quod de tota vita Christi, nihil habetur in euangelio ab anno duodecimo ætatis suæ vsque ad trigesimum, nisi hoc, quod descendit cum eis Nazareth, & erat subditus illis. In hoc. n. medio tẽpore laborauit ipse manibus suis pro necessitate parentum, vnde *Basilius*: Ab ipsa

primæ

primæua ætate parentibus obediens, quemlibet laborem corporeũ habuit, & reuerenter sustinuit. Cũ enim homines essent honesti, iusti, egeni, & penuriam patientes, teste præsepio, manifestum est, quod sudores corporeos laborando continui frequentabant, necessaria vitæ sibi quærentes; Iesus autem obediens illis, vt scriptura testatur, in sustinendo laborem, plenariam subiectionem ostendebat. Ex hoc dicto colligitur Christum nunquam mendicasse post duodecimũ annum suæ ætatis, sed propriis manibus laborasse. *Amb.* Non vtique infirmitatis, sed pietatis est illa subiectio, qua Christus etiam parentibus obediens fuit vsque ad corporeum laborem. Vnde Mat. A suis æmulis *faber* vocabatur, nec antea, vel in pueritia, vel in infantia, q̃a si sic, maxime hoc videretur fecisse per triduum remansionis suę in Hierusalem, de qua dicitur, quod Beatus Bern. optat vesci de buccellis, quas dulcis puer per triduum hoc mendicauit; sed hoc non est verum, non est enim verisimile, quod talis puer, ita sapienter interrogans, & respondens in medio doctorum, ita vt mirarentur, & stuperent super prudentia, & responsis eius, ab ipsis permitteretur mendicare, cum adhuc nullam inuidiam contra eum concepissent, ipsisque à Deo in lege scriptum esset: *Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos, &c.* sicut legitur Deu, 15. Addictum autẽ beati *Ber.* dicendũ Quod hoc dixit plus motus deuctiore, quam historiæ, vel veritatis narratione, nec etiam Christus mendicauit tempore, prædicationis suæ quod probatur ex eo, quod nunquam legitur mendicasse & valet consequentia; quia in sacra scriptura tenet locus ab autoritate negatiua, secundũ illud *Hier.* Quidquid dicitur & sacræ scripturæ H.S. authoritate non probatur ea benignitate contemnitur, qua probatur. Quantum ad secundum sciendum, q̃ parentes in sex tenẽtur filiis suis. Primo, debent informare pueros suos, quomodo se debeãt habere ad Deũ, & hoc in tribus. Primo, debent eos ad hoc inducere vt offerant Deo innocentiam & puritatẽ suam cum pueris innocentibus, qui sanguinem suum propter Christum fuderũt, & hoc fit, quando pueri in pueritia incipiũt Deo seruire, Tren. 3. *Bonum erit viro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua.* Hugo in didasc. lib. 4. Nullus tam prudens, tamque sapiens habetur, qui ad plenum adolescentis animum perscrutatur; & hoc ideo, quia bonitas infigitur in cor pueri, ideoque habent tenerum subiectum. vnde *Aristoteles* dicit quod anima pueri est tanquam tabula rasa, in qua nihil depictum est, apta tamen depingi, & ergo quicquid in se primitus recipit puer adhoc semper postmodum inclinatur, siue sit bonum siue malum

Matt. 13.

lum. Exemplum reale de testa, vel cipho, in quem si primitus infunditur liquor præciosus, s. balsamus, saporem illum semper tenet. Si autem primitus fœtor inditur, tunc eundem semper retinebit. Item anima pueri est tanquam cera mollis, in qua species sigilli faciliter imprimitur. Item est sicut virgula recens, quæ faciliter flectitur ad quãcunq; partem. Secundo, informare eos debent in bonis salutaribus, sicut sunt Pater noster, & symbolum, & præcepta Dei, quomodo seruare oporteat vnumquodque, qui saluari vult. Vnde Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei*, & in signum huius tunc præcepta sunt scripta in manibus & pedibus nostris, scilicet per decem digitos, & per decem pedicas, ne obliuiscamur eorum. Tertio, informandi sunt, vt ecclesias libenter visitent, exemplo pueri Christi, qui cum esset annorum duodecim ascendit cum parentibus suis in Hierusalẽ, & ibi debent audire missam, & sermonem. Tullius in tuscula. quæstio. Statim in adolescentia cernimus cuius moris, cuius naturæ vel consuetudinis, inposterum quisque sit futurus. Vnde *Greg*. Cibus mentis est verbum Dei, quia sine fructu non recedet. Vnde Propheta. Esa. 55. *verbum meum non reuertetur ad me vacuum*. Ex isto sequitur, quod vix, vel nunquam ita peruersi sunt, qui à iuuentute audiunt verbum Dei, sicut illi, qui sic educãtur, vt nec de Deo audiant, nec etiam quicquam salutis eorum edificant, quia tales nihil vt communiter operantur, nisi quæ ab aliis fieri vident; sed heu multo plura mala exempla vident quam bona, ergo in peius proficiunt. Et sciendum quod puer, qui libenter audit verbum Dei, signum est, quod Deus in eo, & ad Deum pertinet. Ioan. 8. *Qui ex Deo est, verba Dei audit*. Sic e conuerso, quãdo quis non potest de Deo audire, loqui, signum est quod expulit Deum à se. Item sciendum, quod seruitium talium iuuenum innocentium, qui nondum mortaliter peccauerunt, est Deo multum acceptum, quia illi, qui Deo innocentiam offerũt, vinum purum bonum & optimum Deo offerunt. Sed inueterati dierum feces Deo offerunt respectu iuuenum. Sed tamen Dominus easdem feces non spernit ex sua misericordia, & bonitate. *Sallustius in Iugur*. Cum de virtutibus agitur, nulla excellentior cernitur, quam illa quæ in castis adolescentibus inuenitur. Quæritur hic quando puer potest peccare mortaliter? Respondetur, quod quando vsum rationis habet sic, quod discernit bonum & malum, & potest scire, & intelligere, quid sit prohibitum in præceptis, tum potest peccare mortaliter. vnde *Aug*. Quando incipit homo præcepti esse capax, ex illo, & posse peccare incipit, sed quamdiu vsum rationis non habet secure

viuit

viuit, quia nullo modo poteſt peccare mortaliter, nec perdere vitam æternam. Vnde *Ber.* Nihil eſt quod timeamus, donec facultatem, & voluntatem deliberandi renatus quiſque recipiat; antea enim à charitate Chriſti omnino non poterit ſeparari, ſed ſecurus interim deget ſub protectione, & aduocatione Domini Dei ſui. Similiter eſt intelligendum de naturaliter ſtultis, qui nũquam vſum rationis habuerunt, tales omnes habebunt vitam æternam ex merito Chriſti, & participatione bonorum eccleſiæ. Sed diceres, ex quo nullum malum manet impunitum, quis tunc illa mala lugebit, quæ iſti pueri, & naturaliter ſtulti committunt? Reſpondetur, quod ille qui ſcienter eis occaſionem dat ad talia mala opera, v. g. Qui ſcienter ſtultum prouocat ad iram, ſimiliter qui ipſum ſtultum inebriat ex propoſito, vel qui iubet eum quodcunque malum facere, reus erit. Sic quando puer incipit vſum rationis habere & diſcernere bonum à malo, tunc poteſt peccare. Sed quia vnus citius vſum rationis acquirit, quam alius, ergo non ſecundum ætatem, ſed diſcretionem hoc perpenditur, & quando incipit peccare, tunc peccaret venialiter primo. vnde *Iſid. de ſummo bono.* Quemadmodũ ad virtutum culmẽ tendentes, non à ſummis inchoant, ſed à modicis, vt ſurſũ ad altiora pertingant, ita etiã qui delabuntur ad vitia, non ſtatim à magnis criminibus incipiunt, ſed à modicis, & ſic aſſueſcunt, quod & tandem in maxima corruit, vnde *Greg. in mor.* In vnoquoque lapſu à minimis ſemper incipitur, & ſic ſuccreſcentibus defectibus ad grauiora peruenitur. Secundo, parentes debent eos informare, quomodo debeant ſe habere, quo ad proximos, quibus tria tenentur. Primo, quod eos diligant & fraternam fidelitatem eis exhibeant, & ſi tales ſunt pauperes, vt eis ſint miſericordes, & eis compatiantur. Matt. 5. *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* vnde *Hier.* Non memini legiſſe mala morte mortuum, qui libenter opera pietatis exercuit. Secundo, tenentur proximis, vt eis damna non inferant, neque in rebus neque in fama, quia quicunque infert proximo ſuo damnum in rebus, ſiue in fama, tenetur ad reſtitutionem, & hoc non ſolum intelligitur de rebus magnis in quantitate, ſed etiam in paruis rebus, verbi gratia. Si fuiſſes ad campum proximi tui, & recepiſſes ibi contra voluntatem ſuam vnam vannum plenam cum graminibus, tunc ſi vere pœniteas, teneris ſatisfacere cum tui confeſſoris conſilio. Ergo parentes debent informare filios, ne damna inferant proximis ſuis, ſiue in pratis, ſiue in ſegetibus cum pecoribus, vel ſine, ſiue etiam in fructibus, ſicut pomis, piris, eſculis, ceraſis, rapis, & ſic

de aliis vnde *Au.* & ponitur in de:. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum d. 54. *Generalis.* Item informandi sunt ne detrahant proximis, denigrando famã eorum, quia tales tenentur ad restitutionem, sicut illi, qui habent res iniustas, ergo ista duo peccata, s. rerum iniustarum ablatio, & famę detractio magis difficulter dimittuntur, quia non sufficit contritio, nec confessio, sicut in aliis peccatis, nisi fiat restitutio secundũ possibilitatem. vnde *Hier.* Nõ facilis venia, praua dixisse de rectis. Tertio, tenentur proximis indulgere offensas, & omnia dubia in meliorẽ partem interpretari. Et breuiter informandi sunt, vt proximis faciant sicut sibi velint fieri. vnde Mat. 7. *Omnia quacunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Et illud Th. 4. *quod ab aliis oderis tibi fieri, ne tu aliis facias.* Tertio, tenentur parentes filios informare, quomodo se habere debeant quoad seipsos, scilicet vt corpus suum munde teneant, & caste viuant, vt dixit Tobias filio suo. *Attende fili mi ab omni fornicatione.* Et ratio huius est, quia omnis fornicatio præterquam in matrimonio, semper est peccatum mortale. vnde Apostolus. *Omnis fornicator, aut immundus non habet partem in regno Dei.* Ergo pueri debent seruare virginitatem suam vsque ad matrimonium, vt in virginitate simul conueniant, In signum huius Adam & Eua, quando matrimonium inchoabãt, virgines fuerunt, & tales pueri sic caste viuentes, ducunt angelicam vitam. *Lactantius. libro 4. de falsa iustitia.* Tunc adolescentis veraciter perpendis dignitatem, si in facie venustatem, & in mente pertulerit puritatem. vnde *Ambrosius*: Qui non nubunt, & vxores non ducunt, sicut Angeli in terra sunt. Quarto, parentes tenentur filiis dare bonum exemplum, & hoc est valde vtile. vnde *Gregorius*: Nunquam peccatores ad lamentum pœnitentiæ redirent, si nulla essent bonorum exempla, quæ eorum mentẽ traherent. Ergo communiter loquendo, quãdo parentes bonum exemplum præbent filiis suis, tunc filii tales magis efficiuntur virtuosi, & per tales parentes multum merentur. vnde *Cesa.* Quantis exemplum veræ humilitatis, & perfectæ charitatis ostenderis, cum tantis, & pro tantis æterna præmia possidebis. Sed heu aliqui parentes informant filios suos ad malum verbo, & exemplo, in quo Deum grauiter offendunt, verbi gratia. Sicut chorizare, superbe incedere, & Deum blasphemare, & sic de aliis. Et tales rei erunt omnium peccatorum illorum, quæ ex mala informatione, seu exemplo filii sui adiiciunt, ergo qui te superbiam chorizando, & pompose incedendo, primitus docuit, particeps erit omnium peccatorum illorum, quæ

quæ chorizando, siue alias superbe incedendo perpetrabit, & sic de aliis peccatis. *Damasc. lib. 4.* Vbi vnum adolescentulum videris virtutibus effulsisse, ibi mille reperies periisse. Item de illis parentibus, qui vestes pomposas filiis suis emunt, dicit *Guil. Lug.* Qui filias suas ornãt, vt eas ad choreas mittant, quasi festucam vngunt, vt eo melius ardeat. Item aliqui parentes faciunt pueros ebriosos potando eos cum vino. Contra quos *Arist. 7. Politicorum* dicit. Iuuenes maxime ab ebrietate custodiri oportet. Item, iuuenes esse sine vino bonum est, quia tales postmodum efficiuntur bibuli & lusores, & mali homines, quibus parentes sunt occasio per suam malam informationem, & mala exempla. vnde *Gregorius in moral.* Tot mortibus quis dignus est, quot exempla prauitatis in posteros reliquit. O quot mortes meruerunt tales, qui tot mala exempla reliquerunt in posteros.
L¶ Quinto, parentes tenẽtur filios corrigere quia non sufficit, quod informent eos in bono, sed oportet eos etiam corrigere quando excedunt, quia omnia peccata, quæ filii perpetrant sub obedientia parentũ, de his parentes respondebunt in die nouissimo. Ergo aduertite parẽtes, quod etiamsi sanctæ vitæ estis, tamen propter filios vestros damnari potestis. Nam vt dicitur ad Ro. 1. *Non solum digni, sunt morte qui faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus.* verbi gratia. Si pater, & mater nunquam peccassent mortaliter, & tamen pueros suos non corrigunt sed tacendo cõsentiunt, & sic sine pœnitentia de negligentia huiusmodi moriuntur, æternaliter cum pueris talibus damnabuntur, sicut *Inno. Grego, Cyril. Isid. Aug.* illi omnes concorditer dicunt de Heli sacerdote vt habetur. 1. Re. 2. *Qui audiuit, quod filii sui inhoneste se habebãt in templo, quia ibi dormiebant cum vxoribus suis;* legitur enim quod tepide arguebat eos. ergo si damnatus est, non est alia causa, nisi quod non acriter, & seriose correxit filios suos. vnde dicitur], in decre. Pari pœna puniendi sunt agentes, & consentientes. 17. q. 4. *Omnes.* Item, & hoc habetur in decre. Resistere posse peruersis, & non facere, est eis consentire 23. q. 3. Qui potest. Sed diceres quo M¶ modo pueri corrigẽdi sunt? respon. si sunt filii boni & ex fragilitate quandoque delinquunt, prout Salo. dicit. *Non est homo iustus in terra qui faciat bonum & non peccet,* s. venialiter, tunc tales pueri cum benignitate sunt corrigendi exemplo Mariæ, quæ dixit ad filium suũ, vt habetur in euangelio Luc. 2. *Fili quid fecisti nobis sic? Pater tuus, & ego dolentes, quærebamus te.* Si autẽ sũt proterui, & correctio dulcis nõ proficit, tunc corrigendi sunt cũ aspera virga. Prou. 23. *Noli subtrahere puero disciplinam. Si n. percusseris eum virga non morietur, &*

R 2 ani-

animam eius de inferno liberabis. Ergo quando audis puerum tuũ iurare, & Deum blasphemare, tunc accipere debes virgam, & eundem puerum bene disciplinare, in hoc lætificabis Deum, & beatam virginem Mariam, & omnes sanctos, & mereberis tibi ipsi coronam vitæ, & cum puerum ea intentione percusseris, vt se emendet, & creatorem suum amplius non offendat taliter. s. blasphemando, iurando, vel alio modo peccando. Item sciendum, quod oportet q̃ pueri corrigantur, quia natura humana infecta est per originale peccatum, & prona ad malum ab adolescentia sua, & quando puer agit secundum inclinationem naturæ, tunc assuescit ex consuetudine in malis, & postmodum vix illud potest deponere. verbi gratia. Sicut cum semel irrascitur, & postmodum iterum, si tunc assuescit, ita efficitur homo iracundus. Sic etiam si puer secundum propriam voluntatem viuit, & discurrit & pcutit se cum aliis pueris, tunc erit vagus, & indomitus. Sic similiter, si mẽdax in pueritia, si superbus, si blasphemus, vel etiam si furatur in pueritia, & non corrigitur, tunc postmodum paruus efficitur, ergo ab illo malo incepto oportet puerum talem retrahi per verbera & flagellationes *Ambro. li. de off.* Hic leone fortior comprobatur, qui suis in adolescentia motibus dominatur. ad Col. 3. ca. *Filii obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est domino.* Sidonius in epistolari: in periculosis semper ipsa adolescentia casibus versatur; Nunc enim fluctuando diuersimode periclitatur, nunc tumultuando ad vanitates innumerabiles incitatur Sed sunt aliq parentes, qui ex inordinato amore pueros suos nolũt corrigere, nec volunt, quod aliquis alter eos corrigat, & sic peruerso pueros educant, & tales pueros plus odiunt, quam diligunt. Vnde Prou. 13. *Qui parcit virgæ, odit puerum suum.* Item sunt aliqui, qui pueros suos calcant pedibus, & trahunt per crines, vel cum manibus ad caput percutiunt, & sic eos infatuant. Item sunt aliqui, qui pueris suis maledicunt, & hoc grauiter Deum offendunt, & pueri ex hoc nihil proficiunt, sed plus eis obest, quam prodest. Exemplum N§ habetur in Cæsario, in puero, quem diabolus cum corpore, & anima abstulit propter maledictionem parentum, sic quod amplius parentes illum puerum non viderunt, & hoc Deus permisit in terrorem aliorũ parentum, ne filiis suis sic maledicant, sed potius cum aspera virga corripiant, imo maledicere non licet alicui irrationabili creaturæ, in quantum Dei creatura est, quia omnis creatura Dei bona est, vt patet Gen. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Ex isto patet, quod si non licet equo, vel asino, vel cani, vel boui maledi

maledicere, multo minus licet hominibus maledicere. Contra quod faciunt aliqui parentes, qui maledicunt propriis filiis. Etiam peruersi viri, qui vt sæpius ex ira, & vindicta maledicunt propriis vxoribus. De illis maledictionibus dicit Apostolus, *quod neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt*. Sciendum, quod parentes, qui filios suos educant tali intentione, vt efficiantur boni Christiani, & famuli Dei, quicquid ergo filiis suis faciunt, totum erit eis meritorium, cum in gratia fiat, & sine peccato mortali. Ergo mater quotiens inquietatur à puero, & quotiens portat, vel balneat, vel quęcunque puero ministrat. meretur, vnde Apostolus ad Ro. 1. *Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Ex quibus patet, quod parentes possunt mereri in pueris suis æternam gloriam, vel etiam æternam damnationem, ergo pueri à parentibus informandi sunt, corrigendi sunt, vt iam dictum est, quod si sic fieret, proculdubio non essent tot mali homines, & peccatores in mundo. Hoc quilibet potest cognoscere in seipso, quia si à pueritia fuisses debite informatus, & in timore Dei educatus, vtique melior esses. Sed eo quia à pueritia nutritus es in superbia, in gula, in luxuria, & aliis vitiis, ergo tam peruersus es iam in vita tua. *Seneca in Hercule furente.* Tunc adolescens omni substernitur vanitati, cum suæ vanæ admittitur liberati, & praui adiicitur voluptati. Exemplum de parentibus, qui filios suos non instruunt in bono, nec corrigũt cum delinquunt, legitur, quod quidam pater ex inordinato amore nõ correxit filium suum, sed duxit eum secum in tabernas, qui exemplo patris postmodum factus est potator, lusor, & blasphemator. Contingit in breui patrem, & filium postmodum mori mala morte. Et quidam homo bonus in raptu vidit filium, & patrem suum in inferno se inuicem mordentes, & filius maledixit patri, quia eum non correxit, nec ad bonum instruxit, & quod sibi malum exemplum præbuit. Item aliud exemplum de illo, qui patri morsu abscidit nasum, quære antea sermo. 16. Sexto, tenentur parentes filiis suis hæreditatem res iustas, quia melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Contra hoc faciunt aliqui, qui tam inordinatum amorem habent ad filios, quod quamuis bene cognoscant, quod non habent neque possident res iustas, tamen nolunt eas restituere, ne filii depauperentur, & sic seipsos, & filios condemnant. Item aliquando vnus parentum manet in viduitate, non propter Deum, nec amore castitatis, sed ne filium exhæredicet, & tamen non intendit caste viuere, & talis parens plus diligit filios, quam Deum & propriam salutem

lutem, & potius vult damnari, quã filios suos exhæredare. Item sciendum, quod filii conqueruntur de talibus parentibus tanquam de suis occisoribus. Nam quot denarios scienter relinquunt de rebus iniuste acquisitis, tot gladiis pueros suos transfigunt. Nam sic ipsi hæredes, si illas res iniuste acquisitas scienter possident, tunc damnantur cum parentibus. Ecclesiastic. 41. *De patre impio conqueruntur filii, quoniam propter ipsum sunt in opprobrium.* Vnde exemplum legitur, quod R¶ quidam vsurarius habuit duos filios, quorum vnus compunctus in sermone quodam dicit patri suo, pater si moriemur in hac vita tunc moriemur in corpore, & anima, ergo reuertere, & redde vnicuiq; ꝙ debes Cui pater, & alius frater indignanter responderuut. Debes tu esse noster confessor, vade si mori volueris. & nos permanebimus in bonis nostris. Qui tacuit, & iuit in eremum, & pauperem vitam ibidẽ duxit seruiendo Deo. Tandem pater moriebatur simul, & frater. Cum iste bonus eremita intellexisset patrem, & fratrem mortuos, mĩa motus desiderabat statum eorum sibi notificari. Tandem Deum petiit, vt mereretur eos videre; Vna autẽ dierum, cum esset in oratione sua, venit angelus Domini, & dixit ei. Fiat tibi, quod petisti, & arripuit eum cum manu dicens: veni, & ostendam tibi eos & duxit eum, quo ipse nesciebat. Tandem veniebat ad montem vnum, & dixit ei. Angelus: vis videre, & audire patrem tuum, & fratrem? Qui respondit: Volo. Et vidit vallem vnam diuersis tormentorum generibus repletam, & audiuit miserabilem vocem, viditque primo patrem bullientem in igne sicut vnum pisum in vna magna olla, qui dixit: væ væ væ, maledicta sit hora in qua conceptus sum, maledictus sit venter qui me portauit. Quem cum audisset eremita, tremuit, & dixit: O pater es tu hic? qui dixit sum dilecte fili. Benedictus sis, quia timuisti Deum, & cauisti speluncam, & pœnam istam horribilem, sed caue tibi & seruias Deo, & interim cum sic loquebatur venit frater, sicut & pater in bullienti igne natãdo infra, & supra sicut pisum in olla, & cœpit filius maledicere patri in pænis dicens: maledictus sis tu pater in æternum, quia iniuste acquisita super me hæreditasti, & sic me damnasti. Et è conuerso pater ad filium dixit maledictus sis tu fili, quia propter te talia iniuste acquisiui, & sic retinui, & sic meipsum omni bono priuaui, & propterea in hãc pœnam descendi, quibus dixit filius viuens, possunt ne vobis aliqua suffragia iuuare, vel prodesse? qui dixerunt. Non; qa in inferno nulla est redẽptio. Et cum videret, quod in eis nõ esset aliqua spes, recelsit, & Deo fidelius seruiuit, quam antea unquam fecit. Et sic saluatus est.

IN EADEM DOMINICA Ser. XXIV.

Quomodo filii in sex tenentur parentibus.

DEscendit cum eis, & venit Nazareth. &c. Luc. 2. Aug. Non solum Christi verba sunt nobis in documentũ, sed Christi facta sunt nobis in exemplum, vnde Christus ad parentes suos carnales habuit se humiliter & obedienter, ergo dicitur. *Erat subditus illis* Ber. Quis quibus? Deus hominibus, vnde etiam Au. Erubescat homo esse superbus, quia humilis factus est Deus, vnde etiam refert *Io. de villa in historiis* fuisse quendam paruum fontem siue puteum, ad quem sæpius saluator venit haurire aquam, deferens eam benedictæ matri suæ. vnde Amb. Non vtique infirmitatis sed pietatis est illa subiectio, qua Christus obediens parentibus suis fuit vsque ad corporeum laborem, & hoc fecit vt pueros, & iuuenes suo exemplo instrueret, vt se humiliter & obedientes habeant ad suos parentes. vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quæ filii tenentur parentibus suis facere. Secundo, quo filii proterui puniuntur à Deo hic & in futuro propter inhonorationem parentum. Tertio, exemplum. Quantum ad primum, S) sciendum, quod filii in sex tenẽtur parentibus suis, siue adhuc sint viui, siue mortui. Primo, tenentur eis seruire corporaliter, scilicet cum proprio suo corpore, quod vnusquisque à parentibus habet, scilicet ducendo eos si cæci sunt, & portando eos si infirmi sunt & claudi, vel alia seruitia eis exhibendo, lauando, s. & lectum eorum præparando, eos tegendo, vel vestibus suis induendo, & sic de aliis. Ecc. 7. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ non obliuiscaris, memento, quoniam nisi per ipsos non fuisses.* Vnde sciendum, quod tria nobilissima recipimus à parentibus nostris scilicet esse, nutrimentum, & doctrinam, quorum nullum sufficienter eis recompensare possumus vnde *Ari. 9. Eth.* Magistris, Diis, & parentibus non potest reddi æquiualens. Ergo Deo, qui nos creauit, magistris, qui nos docuerunt, & parentibus, qui nos genuerunt, non possumus facere dignã recompensationem, ergo quilibet nostrum perpendere debet cum quanto labore educatus est, & quanta solicitudine & dolore genitus, & nutritus sit, vnde Tob. 3. *In Honore habebis matrem tuam omnib. diebus vitæ tuæ, memento quãta perpessa est in vtero suo propter te.* sic quilibet pater debet puerum suum ad hoc tenere, & eũ informare, vt matrem honoret, sicut ille bonus Tobias docuit filiũ suum. Et simili modo, quælibet mater debet puerũ suum ad hoc tenere, vt patrem in reuerentia habeat Eccles. 3. *Qui hono-*

honorificat patrem suum, vita viuit longiori. Secundo, tenentur filii parentes eorum diligere ex corde. Contra hoc faciunt, qui parentes odiunt, & optant eis mortem, vt eorum hæreditatem percipiant, aut sine reprehensione secundum motum propriæ voluntatis viuant, quod est valde reprehensibile, & graue peccatũ, quod probatur sic. Nam bea. Io. dicit. *Qui non diligit fratrem suum, manet in morte.* Hoc intelligitur pro proximo. Quid tunc dicendum est, de illis, qui parentes odiunt, quos multo plus diligere tenentur? Vnde quæritur v- ¶ trum parentes filios aut filii plus parentes diligere debeant? Respondetur, quod parentes naturaliter, plus diligunt filios. Vnde *Arist. 8. Ethi.* Parentes plus diligunt filios, quam econuerso, eo quod magis sciunt parentes, quam filii, quod ab eis sunt geniti, hoc tamen intelligendum est naturaliter & communiter, licet quandoque fallat, ergo merito parentes diligendi sunt viceuersa à filiis, quos ipsi tam tenerrime diligunt; vnde Basilius: Parentes nostros, vt propria viscera diligamus. Tertio, tenentur parentibus dulciter, & reuerenter respondere, cum ab ipsis corripiuntur. Contra hoc faciũt, qui dure, & inhoneste, iracunde, & pertinaciter respondent suis parentibus, quia in hoc grauiter delinquitur, vt habetur Matt. 5. *Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis,* hoc intelligitur confundendo, dehonestando, deridendo, & paruipendendo fratrem suum. O cuius tunc reus erit, qui patrem suum nominat antiquum fatuum, vel ei maledicta verba improperat. Vnde Ecclesiast. 3. *Quam malæ famæ est, qui relinquit patrem, & est maledictus à Deo, qui asprenat matrẽ suam.* Quarto, tenentur filii parentibus in temporalibus, & corporalibus necessitatibus subuenire, & ad hoc quilibet tenetur propter donum, quod ab ipsis parentibus recepit corporaliter nutrimentum, quia parentes nutriunt filios de sua carne, filii autem nutriunt parentes de substantia aliena. Et ideo filii, qui parentibus in necessitate non subueniunt, peccant mortaliter, quod patet per *gl.* Exo. 20. quę dicit; quod hic pręcipitur, quod filii honorent parentes officio pietatis, ipsi s. in eorum necessitatibus subueniendo. vnde Eccle. 3. *Eleemosyna patris non erit in obliuione,* & possumus in hoc vti exemplis, inter quæ præcipuum est exemplum Christi, qui cum esset in angustia passionis, tamen non est oblitus matris suæ, imo curam eius habuit, & Iohanni eam commendauit, vt habetur Iohan. 19. Item etiam ipsa animalia irrationabilia de hoc nobis dare exemplum. Dicitur enim de gruibus, quod cum pater, & mater eorum depilati sunt, fi ii eis quærunt necessaria, donec crescant eis pili, vel vsque moriantur.

antur. Item ad ostendendum, q; debemus parentib. subuenire, quando sunt in senectute constituti, ostenditur in exemplo ciconiarum, de quibus legitur, quod cum ciconiæ senescunt, filij parentes suos in nido ponunt, & velut infantes iuxta pectus suum collocant, fouent, & nutriunt. Soli vultures, parentes suos fame mori permittunt. Vnde sciendum quod valde ingratus videtur, qui parentibus suis, non prouidet, quando ipsi non possunt sibi ipsis prouidere, cum tamen ipsi sibi prouiderunt in pueritia eius, quando nec sibimet prouidere poterat. ideo dicit Apostolus Ephes. 2. *Filii reddite vicem parentibus vestris, quia hoc est acceptum coram Deo.* Exempla scribit Vale. vbi ostendit, quod debemus parentibus subuenire, qui sunt in necessitate positi, recitat enim: cum quædam mulier nobilis ob quoddam flagitium fuisset morti adiudicata, noluit eam iudex aliqua morte publica punire propter honorem parentelæ, sed inclusa est in carcere, vt ibi fame periret. Filia vero eius, quæ erat nupta, de licentia iudicis matrem suam in carcere quotidie visitabat, prius tamen diligenter perscrutabatur, ne quid comestibile illi afferret, illa vero extracto vbere singulis diebus lacte proprio matrẽ alebat. Cum vero iudex miraretur, quod tanto tempore superuiueret, repertum est quid ei fiebat à filia, tunc pietate motus, matrem filiæ donauit. Quinto, filij tenentur parentibus obedire in his, quæ ad bonum, & ad salutem ipsorum pertinent. Ad hoc Christus proprio suo exemplo nos induxit, qui suis parentibus subditus fuit, vt habetur Luc. 2. Et erat subditus illis. Vnde sciendum, quod quilibet obedire debet parentibus in licitis, scilicet quando aliquid iubent, quod bonum est, & pro salute animæ suæ, ut ad missam & ad ecclesiam ire, & verbum Dei audire, vel tacere, vel sedere, vel dormire, vel surgere, vel laborare, & sic de aliis. Vel quando prohibet pueris aliquod malum, sicut non chorizare, non ludere, vel de domo non exire circa noctem, vel ad aliquẽ locum inhonestum non accedere, & sic de aliis. Et quandocunque quis scienter & pertinaciter, & ex contemptu contra præceptum aliquod prædictorum facit, peccat, & Deum offendit grauiter. Sexto, tenentur filij parentibus defunctis subuenire, & animas parentum suorum cum missis, eleemosinis, & orationibus de purgatorio liberare, & de filiis contrarium facientibus conqueruntur parentes. vnde Iob. 19. *Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?* nonne qui multa bona à patre suo accepisset scilicet. 200. vel 400. florenos, & videret eum in angustia, & paupertate esurientem, & sitientem, & sibi in nullo subueniret, cum bene posset, merito infi-

delis filius esset censendus? similiter, & in proposito. Vnde sciendũ quod quilibet tenetur subuenire illis animabus, quarum bona ipse hic possidet, nam ipsæ animæ defunctæ specialiter conqueruntur de filiis, & hæredibus, qui eis non subueniunt de illis bonis, quæ ipsis in mundo reliquerunt, & ipsi filii, & hæredes reddituri sunt rationem de eo, quod ipsis non subue-
X¶ niunt. Quantum ad secundum quod cor filiorum perforatur quintuplici hasta diuinæ vltionis, qui suos parentes perturbant, vel eorum indigentias non subleuant, aut eorum mãdatis pertinaciter recalcitrant. Primo, punientur in rerum temporalium subtractione. Nam diuino iudicio digne talibus infortunia rerum eueniunt, qui suis parentibus contra præceptum diuinũ in suis indigentiis non succurrunt; ergo tales mali filii sæpe, & frequẽter depauperantur, & diuitiis suis priuantur, & hoc demeruerunt in parentibus, quia tales filii quandoque captiuantur, vel quandoque etiam spoliantur à raptoribus, vel etiam quandoque bona ipsorum igne comburuntur, vel etiam equi, vel vaccæ moriuntur illis. Secundo, punientur in filiis propriis, hoc dupliciter. Primo, quia ipsi filii sæpe eis moriuntur propter inhonorationem parentũ. Exemplum legitur in dialogo Cæsarii, de vno, qui inhonorauit matrem suam, cui & omnes pueri eius in breui defuncti sunt. Secundo, si filii superuixerint, tunc contingit quandoque quod talis in senectute sua pueros suos sibi duros inueniat, & hoc multotiens iusto iudicio Dei permittitur. Tertio, punientur in corpore proprio, vt quandoque tales filii incurrant cæcitatẽ. vnde *Greg.* Meretur cæcitatis suæ subire supplicium, qui parentum vultus proteruo visu respexit, & elatis oculis læserit pietatem. Item, quandoque incurrunt claudicationem, ariditatem, & infirmitates diuersas, quia non seruiunt parentibus cum corpore, quod ab ipsis receperunt. Quarto, quandoq; punientur per abbreuiationem vitæ temporalis, nam sicut *præmium* parentes honorantium est vitæ lõgæuitas, vt habetur Ecclesiast. 3. *Qui honorat patrem suum, vita viuet longiori.* vnde dicitur Exod. 20. *Honora patrem & matrem, vt longæuus sis super terram*: Sic à sensu contrario, ipsos dehonorantium est vitæ breuitas, quia plurimum tales filii proterui improuisa, & subitanea morte moriuntur. vnde psalm. *Subito defecerunt, & perierunt propter iniquitatem suam.* Quinto, puniẽtur æterna morte, hoc est malum super omne malum. vnde Exod. 20. *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur*, sup. æterna; nec mirum si talès reputantur indigni vita præsenti, quæ eis diuino iudicio repentine subtrahitur, cum tamen aliis pec-

catori-

catoribus vitaad pœnitentiam cōceditur. Ex hoc poteſt rationabiliter, colligi, quantus ſit reatus, trāſgreſsio illius quarti præcepti, vbi Deus præcepit parentes honorare? Nam tales, parentes ſuos dehonorantes & infidelitatem ipſis oſtendentes quandoq; puniuntur à Deo hic in præſenti vita. Vnde legitur in dialogo Cæſarii; quod quidā diues cum vxore ſua ceſsit omnibus bonis vnico eius filio, vt ille ſponſam duceret ditiorem, & filius promiſit patri, & matri, quod ipſis abundanter, quamdiu viuerent, prouidere vellet, & tamen poſt aliquod tempus, poſtquam deſponſaſſet aliquam iuuenculam, ipſa cœpit habere diſciplinam de antiquo patre, & matre mariti ipſius, & induxit maritum ſuum vt locaret parentes ſuos extra domum ſeparatim. Sic itaque patre & matre ſeparatim habitantibus, primo ſatis abundanter prouidit ipſis filius. Tandem clauſit viſcera pietatis nimiſque tenaciter eis procurauit. Quodam igitur die Dominico, vidit mater carnes ferri in domum filii, & marito dixit; Diu eſt quod parum comediſti de carnibus, tranſi hodie in domum filii tui, & inuenies ibi bonam aſſaturam. & bonum prandium. Tempore igitur prandii pater venit pulſum ad oſtium, ſtatimque filius impiiſsimus aſſaturam, quam iam ad comedendum in partes diuiſerat, infra menſam abſcondit. Intrante autem patre interrogauit filius quid vellet, quid ait volebam hic prandere, putans hic aliquid boni paratum eſſe; ait filius: vides quid hic habemus, accipe duos denarios, & eme tibi, & matri meæ vt commedatis. Exeunte autem patre, oſtium clauſum eſt, aſſatura repoſita eſt ad menſam, cuius fruſtum cum ad manducandum ori applicaret, verſum eſt in bufonem tranſilientem in faciem eius, & ſic ei adhæſit, vt pedes ſuperiores cum duabus maxillis vna caro fierent, & reliquum corpus bufonis coram ore ipſius dependeret; ſtatimque vocato presbytero indicauit ſibi plagam Dei, qui presbyter præſentauit eū Archiepiſcopo, qui peccatum ſuum confitens, & rem geſtam per ordinem narrans, & Archiepiſcopus iniunxit ei pro pœnitentia, vt pergeret ad omnes maiores villas & ciuitates Franciæ, & conuocatis iuuenibus, & pueris factum narraret, ne quiſquam de cętero auderet parentes contemnere, ſed ſicut præcepit dominus in quarto præcepto, eos honorent. Nec inde bufo receſsit, ſ. à facie ſua, & collo ſuo, ſed eo commedente cōmedebat, & quoties ei cibaria ſubtrahebantur, vel adhibebantur inſtrumenta quib. deponi poſſet, collum eius ſtringebat, vt intumeſcente iam facie oculi eius de ſedibus ſuis mouerentur; tredecim autem annis ſic vixit, nec liberari potuit. Eo quoque

tempore frater Io. de magno ponte ordinis prædicatorum vidit illum Parisiis cum aliis multis pueris, & hominibus.

DOMINICA II. POST OCT. Epiphaniæ Ser. XXV.

NVptiæ factæ sunt in Cana Galilea, & erat mater Iesu & cæt. Ioan. 2. Quamuis hæretici miseri mentiantur, dicentes. s. carnale matrimonium esse illicitum, tamen eorum falsitas manifeste apparet. Si enim illicitum esset, nec Deus ipsum in paradiso instituisset, nec de virgine matre desponsata nasci voluisset, nec ipsum sua, & matris suæ discipulorumque suorum præsentia, & miraculo decorasset. vnde *Beda*: Dominus interesse voluit nuptiis, vt statum matrimonialem sua præsentia comprobaret. Approbauit autem statum ipsum virginalem in eo, quod de interamata virgine nasci voluit; approbauit & statum vidualem in eo, quod ab Anna vidua benedici dignatus fuit, nec restabat aliud, nisi vt statum coniugalem similiter approbaret, vt per hoc daretur intelligi, quod in quolibet istorum statuum potest saluari homo. Et tamen gradus in istis tribus statibus secundum *Bedam* inueniuntur. Bona est inquit, castitas coniugalis, melior continentia vidualis, optima, perfectio virginalis. Sed præsens euangelium dicit de statu matrimoniali, vnde in præsenti ser. tria sunt dicenda; Primo, quomodo Deus matrimonium honorauit. Secundo, quomodo illi viuere debent, qui sunt in matrimonio constituti. Tertio exemplum. Quantum ad primum, sciendum, quod Deus matrimonium honorauit, primum in hoc quod ipse per se illud instituit, & quantum ad hoc tunc ordo matrimonialis præcellit alios ordines. Nam sicut S. Bene. instituit ordinem dignum, & S. Franc. ordinem minorum, & S. Dominicus ordinem prædicatorum, sic Deus instituit matrimonium. Et nota secundum iuristas, duo esse genera monachorum, sc. album, & nigrum. Secundo, instituit matrimonium in loco digniori, qui sub cęlo est, hoc est in Paradiso, qui est locus amœnissimus. Tertio, instituit matrimonium in statu solenniori, scilicet in statu innocentiæ. Quarto, honorauit matrimonium in hoc, quod nasci voluit de B. Virgine, quæ fuit in matrimonio constituta. Quinto in hoc, quod præsens esse voluit in nuptijs cũ matre, & discipulis suis? hic introduc. istum textum euangelij, & ibi ostendit potentiam suæ diuinitatis, mutando aquam in vinum in conspectu suorum discipulorum. Sexto, honorauit matrimonium in hoc quod est vnum sacramentum de septem sacramentis ecclesię. Et qa Deus matrimonium tam solenniter honorauit, expedit omnino quod homines, qui in statu

tur matrimonii ad regnum cœlorum desiderāt venire, Deum in matrimonio rehonorent. Pro quo sciendum, quantum ad secundam partem istius ser. quod septem debent habere viuentes in matrimonio, vt saluentur in statu matrimonii. Primo, debent habere dilectionem ad se inuicem. Eph. 5. *viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradit pro ea, vt illam sanctificaret.* Sed quæritur qualis debet esse dilectio inter virum, & vxorem suam? Respondeo, quod dilectio viri ad mulierem, & econuerso debet excedere omnem dilectionem huius mūdi; & hoc significatur in annuli subtractione. Ille enim annulus signat coniunctionem viri, & mulieris, & amorem eorundem. Debet .n. annul⁹ ille esse aureus, & rotundus, & in 4. digito positus. Aureus esse debet, quia sicut aurum excedit omne metallum, sic amor ille cæteros amores huius mundi debet excedere. vnde Ge. 2. dicitur, quod Adam post creationem Euæ dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Quæritur vtrum vir tenetur plus diligere uxorem, quām parentes? Respondetur quod sic, sed plus debet honorare parentes. Secundo, annulus debet esse rotundus, ad ostendendum, quod amor ille debet habere perpetuitatem, sic quod nunquam finiatur nisi, post mortem, imo & post mortem debent se diligere, sic quod vnus subueniat alteri suffragiis. Tertio, in quarto digito debet esse positus, vt ostendatur, quod amor ille debet habere præcordialitatem. Dicunt. enim physici, quod quædam vena procedit à corde in quartum digitum, ergo annulus ille ponitur in quartum digitum, vt amor coniugum sit fidelis & cordialis. Sed diceres in quo vir debet ostendere dilectionem vxori? Respondeo, primo in hoc, quod neuter coniugum debet alterum iniuste turbare, nec verbo, nec facto. 1. Pet. 3. *viri similiter cohabitantes secundum sciētiam quasi infirmiori vasculo muliebri impertientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ, vt non impediantur orationes vestræ.* vnde Apostolus ad Col. 3. *Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas.* Contra hoc faciunt, qui raro, vel nunquam aliquod verbum amicabile loquuntur suis vxoribus. Item secundo in hoc, quod ipsa vxor in omnibus debet ita bene habere potestatem, quoad necessaria vitæ, sicut ipse vir, quia secundum dictum Christi. *Iam non sunt duo, sed caro vna,* & sicut membrum vnum condiuiditur cum alio, sic vir cum vxore, & econuerso; imo cum ipsa mulier prægnans est, vel in puerperio iacens, tunc vir deberet sibiipsi subtrahere, & vxori subuenire, & hoc propter puerum, quem lactare de-

bet. Sed diceres quomodo vxor debet ostendere charitatem viro suo? Respondeo primo in hoc, quod ipsa debet honorare virum per exemplum Mariæ. vt habetur Luc. 4. vbi dixit Maria ad puerum Iesum quando inuenit eum in templo: *Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te* vbi primo nominauit Ioseph, ipsum honorando, vt in hoc exemplum daret vxoribus honorandi viros suos. Cõtra hoc faciunt illæ vxores, quæ contemnunt viros suos, vel propter antiquitatem, vel propter infirmitatẽ, vel propter paupertatem, & sic de aliis. Sed ipsa beata virgo, quamuis esset iuuenis, & pulchra, & nobilis, tamen ipsa honorauit Ioseph, qui erat pauper. Secundo in hoc, ꝙ debent obedire suis maritis in omnibus, 1. Pet. 3. *Mulieres subditæ sint viris.* Item Dominus dixit ad Euam. Genes. 3. *Sub potestate viri eris.* Ergo mulier existens inobediens viro suo pertinaciter, & ex contemptu grauiter peccat, vnde dicitur in decr. Vxor sit subdita viro 33. D. quæst. 5. hæc imago. Secundum quod debent habere in matrimonio constituti, est, quod pacifice debent simul viuere, sicut Angeli in cœlo, & hoc est, valde acceptum coram Deo, & hominibus, & ipsis vtile. Nam Deus habitat in eis Psal. *In pace est factus locus eius.* Mat. 18. *vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum sum ego.* Et prosperabuntur in omnibus, in quantum est pro salute animæ. Si autem litigant simul, tunc diabolus habitat cũ eis, & regit eos, & infortunia accedunt. Nam vbi non est Deus ibi nulla salus. Si alter coniugum est malus, & iracundus & impatiens, venenosus & serpens, discors, vt diabolus in inferno, tunc alter debet esse patiens, & Deo offerre patientiam suam pro peccatis suis; & sic ille malus purgabit eam peccatis suis, & erit hic diabolus illius, vt in inferno alii diaboli nullam potestatem in eo exerceant, quia scriptum est: *Non punit Deus bis in idipsum.* Vnde etiam Dominus dicit per Prophetam: *Afflixit te,* (scilicet in præsenti,) *non affligam te vltra,* scilicet in futuro. Vnde sciendum, quod mulieres habent voces leues, & ligant collum cum peplis mollibus in signum, quod dulciter respondere debent suis iracũdis viris, & temperare cum mollibus suis responsis malitiam, & iracundiam suorum malorum virorum, quia quicquid proba, & honesta mulier sustinet à prauo marito suo patienter, erit ei meritoriũ apud Deum. Mat. 5. *Gaudete in illa die, quoniã merces vestra copiosa est in cœlis.* Nã quot plagas, vel etiã mala verba patiẽter sustinet, tot coronas habebit. Si autem est peruersa, & rebellis, & iracunda, & vir bonus, & pius, tunc ipsa cum dæmonib. torquebitur in inferno, & vir bonus, plus regnaturus est cum sanctis in cœlo.

cœlo. Nam est graue pondus sustinere mulierem litigiosam Eccl. 25. *Non est ira super iram mulieris.* Si aũt ambo sunt in culpa, & ambo litigiosi, & iracũdi ambo damnabũtur, & diabolus hic habitat cum eis, & ipsi in futuro habitabunt cũ eo in inferno, qui hic simul viuunt in matrimonio, sicut canis & catus, gall⁹ cum gallo, qui tamen quandoque mansuescunt ex cõtinua cohabitatione, ita q̃ postmodum quandoq; pacifice stant Sed illa, quamuis ratione fruatur, & quamuis sit sociale animal homo, tamen per longum tempus aliquando, s. per tres, vel quatuor annos non potest mansuefieri, nec addiscere pacifice viuere. Et sic quando illi in matrimonio simul constituti, litigant, de hoc lætãtur dæmones, qa nihil simili⁹ actib. dęmonum, quam litigare, & tales vitam duram ducunt, & infelices sunt hic & in futuro. Vnde Prou. 17. *Melior est in bucella sicca panis cum gaudio, quã domus plena victimis* & *cũ iurgio.* Vltimo quæritur vtrũ vir percutiẽs, vel maledicens vxori suæ peccet mortaliter? Respondeo si causa correctionis est bona & iusta, & tunc moderate eam percusserit, non peccat mortaliter, qa superior habet corrigere inferiorem, sed vir est caput mulieris, & non ẽ conuerso, vnde Genes. 3. dixit Dominus ad Euam: *sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tibi.* vnde etiam in dec. Maritus debet vxori correctionem, siue disciplinam, & dilectionem, 35 quæst. 6. c. vltim. Si autem maritus ex vindicta, & ira, & sine causa iusta eã percutit, grauiter peccat, sicut illi qui cũ offensi sunt ab aliis, siue in tabernis, siue alias, & nõ possunt se vindicare in eis, tunc vindictam talem ferunt suis vxoribus sine causa, & grauiter in hoc Deum offendunt. Similiter, quando maritus maledicit vxori, siue ex ira, & vindicta. Et etiam quando mulier maledicit viro suo in occulto, vel manifesto, postquã eũ percusserit, ambo grauiter peccant. vnde Apostolus 1. Cor. 6. *Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* vnde Gen. 27. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus. vnde exemplum quod viri nõ debent maledicere propriis vxoribus, nec ẽ cõuerso vxor marito: Refert .n. Cęsarius in dial. quod quidã vir ex vindicta, & ira dixit vxori suæ; vade in nomine diaboli, & statim diabolus in eam intrauit & eam grauiter vexauit, de quo vir multum contristatus fuit, & amplius se nunquam vxori, vel alicui homini, nec alicui creaturę maledicere promisit. Tertio, quod debẽt in matrimonio habere est, q̃ vnus non desinat ab alio, nec frangat fidelitatem, & promissum committendo adulterium. Quam autem magnum peccatum sit adulterium & quomodo punientur adulteri, quære infra serm. 55. Quartum est, quod debent esse patientes in laboribus, vt. s. vn⁹ iuuet aliũ

vt iusta bona cum suis laboribus acquirant, & possideant, ideo simul in iuuentute conueniunt, vt fortiter laborent pro victualibus, & necessariis, & sic laborando sunt benedicti à Domino vnde psalm. *Labores manuum tuarum, &c.* Item in educatione filiorum debent esse patientes & se mutuo iuuare. Vnde quæritur, vtrum labor meritorius sit, quem parentes habent cum pueris? Respondeo quod sic, dummodo talis intentio sit in parentibus, quod intendant pueros nutrire ad honorē Dei, vt boni serui Christi fiant, & cum ipsi parentes sunt in gratia, tunc omnes labores quos habent cum pueris cedunt eis ad meritum, scilicet lactando, balneādo, portādo, & inuoluendo, leuādo, cibando, vigilando, informādo, & corrigēdo, quando delinquunt, ne Deum amplius offendant, ista omnia erunt eis meritoria. Similiter, & pater, qui solicitudinem, & laborem sustinet pro vxore, & pueris nutriendis, omnia talia fiunt sibi meritoria ad vitam æternam, vnde Apostolus ad Ro. 8. *Scimus quoniam diligentibus Deum &c.* Quintum, quod debent habere in matrimonio est temperantia & honestas in actu coniugali. Pro quo sciendum, quod actus cōiugalis, siue matrimonialis fit per sex modos, Primo, fit causa prolis procreandæ ad cultum Dei, & hoc est opus pietatis, & nullum peccatum, sed potius meritorium, vnde Gen. 2. dixit Dominus ad Adam & Euam, *Crescite, & multiplicamini.* Secundo, fit causa reddendi debitum, & hoc est actus iustitiæ. Vnde Apostolus: *vxori vir debitum reddat*, qa quilibet in matrimonio constitutus tenetur reddere debitū, cum ab eo exigitur pro loco, & tēpore. Et si hoc ex contemptu dimitteret, grauiter peccaret, & tali modo actus matrimonialis. s. ad reddendum debitum pro loco, & tempore, nullum est peccatum, sed potius meritorium. Tertio, fit causa fornicationis vitandæ, non in se, sed in ipsa coniuge, & hic actus etiam est licitus, & nullum peccatum, non tamen videtur habere rationem meriti, & isto modo patres antiqui vsi sunt actu coniugali cum magno timore Dei, & cum magna mentis puritate, solum intendentes in eo diuini cultus propagationem. Quarto, fit causa delectationis, & tunc distinguuntur, quia vel illam delectationem exercent affectu matrimoniali, aut fornicario; si matrimoniali vt puta si delectatio stat infra terminos matrimonii, ita quod eam non cognosceret, si vxor eius non esset, sic solum peccat venialiter; si autem fornicario, vt puta quod effectus delectationis, & concupiscentię fertur extra terminos matrimonii, ita quod eam cognoscere vellet si vxor eius non esset, tunc peccat mortaliter; quia amor istius delectationis præponitur ipsi Deo.

Quinto, committitur actus matrimonialis, qui dicitur impetuosus, & est ille actus, qui ex sola libidine proueniēs, metas honestas, & rationis transcendit, quod fit primo ratione faciendi libidinem per meretricias blanditias, aut causa explendæ libidinis, vt cum quis vtitur calidis, & intensiuis, vt potentior fiat in actus, vel cum conatur facere vt multum appetat, tunc credo eũ mortaliter peccare. 32. q. origo 4. Sexto, cum contra naturam, vel vsum naturalē cognoscit vxorē suam, & tunc mortalissime peccat, quia omne animal naturam suam seruat, sic etiam debet homo, nō enim debet homo esse sicut mulus, & equus &c. Istud est maximum peccatum, ita quod prædicator propter sui turpitudinem non audet tale nominare, imo inter omnes species luxuriæ est pessima, Nam quinque sunt species luxuriæ, scilicet, simplex fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, & peccatum contra naturam, quod est pessimum peccatum. vnde *Grego.* Grauissimum peccant adulteri, sed grauius incestuosi, omnes transcendunt contra naturam delinquentes. *August.* Valde detestabile esset, quod mulier esset armata gladio, vir fuso. Istud peccatum clamat in cœlum propter sui enormitatem, & est maius, quam si quis cum propria matre peccaret. vnde caute est de peccato isto loquendum, ne quis in hoc scandalizetur. Item sciendum, quod quinq; sunt tempora, in quib. ab actu matrimoniali abstinendum est. Primum est, tempus quadragesimale ante Pascha, quia tunc legitur in capite ieiunii. Egrediatur sponsus, de cubili suo. Et merito, quia sicut quis ieiunat à cibo corporali, sic etiã debet se abstinere à delectatione carnali, vnde vt ipsi peccatori à Deo dimittatur quod illicite contra Deum per totũ annum viuendo commisit, per illud sacrum tempus sibi etiam abstrahere debet licita. vnde etiam *Bern. Serm. de sanctificatione ieiunii.* Nam in eo quod ab ipsis licitis abstinemus, ea nobis illicita condonantur, quæ prius commisimus. *Amb.* Nullus omnino in quadragesima vxori suæ ante octauas Paschæ iungatur. Secundum tempus est quatuor temporum, & dies rogationum, quia tunc rogat sancta ecclesia pro magnis, & arduis causis. Primo, rogat Deum, vt bella sedet, quæ in vere frequenter incipiunt. Secundo, rogat, vt teneros fructus Deus nobis conseruet & multiplicet. Tertio, vt ad receptionem Spiritus sancti habilitemur. *Aug.* tempore processionis, & ieiunii non licet coniugibus conuenire, quia tunc à licitis abstinendum est, vt facilius impetretur, quod postulatur. Tertium, est tempus sacrorum dierum & noctium, vnde Greg. in lib. dialo. dicit quod quædam legitima à viro suo in sabbato de nocte cognita, & cum die Dominico processioni se coniungeret

geret à diabolo arripiebatur coram omni populo, & multũ torquebatur, & vexabatur ab eo. Quartum, est tempus infirmitatis fæminarũ tempore menstrui, quia vt dicit *Hieron*. Sæpe tunc concipiuntur pueri membris condemnati, vel leprosi, & in illis tunc patebunt peccata parẽtum, vnde etiam dicitur in decret. Vxor non debet cognosci tẽpore menstrui vel ante purificationem puerperii. dist. 5. ad eius. Quintum, est tempus prægnationis, scilicet quando mulier est vicina partui, & infra dies purificationis. Vnde quæritur; vtrum liceat debitum reddere vel exigere tempore prægnationis? Respondeo secundum *Pet*. Si esse potest sine periculo abortus, reddi potest, etiam sine peccato mortali exigi potest, quia vsus matrimonii non tantum in officium est, sed etiam in remedium. Si vero esset periculum puero in vtero existenti, non debet exigi nec reddi, quia in matrimonio principalior institutio est plus in officium, quam in remediũ. Similiter post partum, id est, ante purificationem non licet conuenire. Vnde *August*. Si quis mulieri commiscetur in puerperio, peccatum valde magnum perpetrat, quia mulieres quandoque ex hoc non pariunt amplius, quia semen viri cum sanguine mortificatur, & hoc maxime contingit si infra decem dies conueniunt. O quot pueri sic negliguntur, de quibus parentes tales redditurí sunt rationem. Et valde absurdum est, quod homines rationales hoc tempus non seruant, cũ bestiæ irrationales illud seruent. vnde *Arist. li. 2. de animalibus* dicit. Fęmina elephantis imprægnata à masculo omnino non tangitur, & post partum quiescit per triennium. Idem. Nullum animal post conceptum fætum admittit coitum præter mulierem & equam; vnde etiã dicit *Au*. quod qui tempora prædicta non seruant quod tunc tales pueri, q tunc concipiuntur efficiuntur epileptici, cęci, claudi, surdi, & stulti, & tunc patebũt peccata parentũ istorum in pueris. Quæritur vtrum peccent coniuges exigẽdo, vel reddẽdo debitum in solennitatibus, & ieiuniis? Respondeo secundum *Ray*. Exactus debet reddere, nisi caute, & sine periculo posit differre, exigere tamen non debent in prędictis temporibus, 1. Corint. 7. *Nolite fraudare inuicẽ, nisi forte ad tẽpus de consensu, vt vacetis orationi*. Nam per dies processionis, & ieiuniorum cõuenire non debent, quia etiam à licitis abstinendum est, vt facilius impetrari posit, quod postulatur. 33. quæst. 4. christiano. Idem dicitur de temporibus festiuis. 33. quæst. 4. quotiescunque. Itaque qui reddit illis temporibus, non peccat, sed qui exigit aliqua infirmitate, vt puta concupiscentia ductus sine contemptu temporis sacri, seu ecclesiasticæ exhortationis, vel ordinationis, venialiter tantum peccat. Con-

cor-

cordat cum his sanctus Th. Sed ex istis elici potest, quod qui pertinaciter, vel ex contemptu temporis sacri, vel ordinationis ecclesiæ exigit debitum, peccat mortaliter, sed non ille, qui reddit debitum, cum tamen potius ob reuerentiam Dei, & sanctorum abstineret. Ergo acriter arguendi sunt illi pertinaces, & obstinati, qui temerè exigunt debitum illis diebus sine omni timore Dei. Sextum est, quod debent sibi inuicem esse fideles in temporalibus. Ambo enim debent esse domini suarum rerũ, exemplo apostolorum Christi, de quibus legitur.
Act. 2. *Et erant illis omnia communia.* Item sicut angeli in cœlo habent omnia communia, sic & illi in matrimonio constituti, debent habere omnia communia, quia sicut Christus dixit in Euangelio. Matt. 19. *Iam non sũt duo, sed vna caro*, i. vir & vxor. Nõ ergo temporalia inter ipsos debent esse diuisa. Contra hoc faciunt illæ mulieres, quæ furantur viris suis, & illa sic furata expendunt, scilicet in superbia; vt in peplis, & in cingulis, & in aliis ornatibus. Et aliquando ipse vir est in remotis partibus scilicet mercantiis, vel in aliis suis negotiis, tũc ipsa vxor in domo interest conuiuiis. Circa quod quęritur; vtrum mortaliter peccet vxor furando aliquid marito suo? Respondeo, si mulier expendit illud ad aliquod opus peccandi, sicut si daret vni hoc causa alliciendi eum ad turpem actum, sic peccat mortaliter, & ille, qui sic recipit talia munuscula propter talem turpem actum à tali muliere, tenetur in foro conscientiæ restituere marito ipsius mulieris. Et contra faciunt illi mariti, qui per ludum perdunt sua bona, vel in tabernis se inebriant, & sic male expendunt bona sua, de quibus vxor cum pueris viuere deberet. Sed non sic faciendum est probo & honesto, & discreto viro, sed secum debet ferre vinum, vel aliquod simile ad domum, & bibere cum vxore sua propria, & post hoc regratiari Deo omnipotenti, qui eum sic potauit, & cibauit. Item reprehendendi sunt illi parci viri, qui recludunt omnia bona sua ab vxoribus suis, nullam eis potestatem permittentes tanquam sint ancillæ, vel famulæ domus. hoc illi facere deberent, qui habent vxores tales, super quales haberent occasionem suspicionis malefaciendi; sed qui probas, & honestas, & Deũ omnipotentem timentes, & probatas vxores habent, illis non est facienda talis reclusio; Vnde quæritur si talis proba, & conscientiosa mulier aliquid furatur tali parco viro suo, an etiam grauiter peccet? Respondeo, si ipsa vxor illa bona furata vtiliter expendit, scilicet ad vtilitatem domus suæ, vel alias ad Dei omnipotentis honorem, non oportet eam habere conscientiam in hoc, si aliquid furatur, quod tamen non est notabile, nec infert damnum notabile ipsi marito.

Septimum, quod debent habere illi qui sunt in matrimonio, est debita, & honesta educatio filiorum, vt hos ad bonum, & ad virtutes instruant, & si quandoque excedunt, quod eos corrigant; de hoc quære ante ser. xxiij. L. Et videant signanter, quod iustas res ipsis filiis relinquant. nam qui iniustas res ipsis filiis relinquunt, non solum damnant seipsos, sed etiam hæredes cum filiis, & filiabus, qui scienter res illas iniustas possident. Vnde *Arnoldus in narratorio suo dicit*, quod fuit miles quidam satis bonæ & honestæ vitæ, qui infirmatus obiit. Et quidam homo raptus in extasi vidit eundem militem stantem in quadam scala in inferno locata, & quæsiuit ab eo, cur in talibus pœnis staret, cum tamen libenter ieiunasset, orasset, & laudabile testamentum post se reliquisset. Respondit, quod solum ꝓpter aliqua bona, quæ ab antiquis parentibus essent ab ecclesia parochiali alienata per suos antecessores, & quia illa bona ecclesiæ non restituit, sed ea scienter possedit, idcirco damnatus esset, & decimus in ordine in hanc scalam locatus, & addidit quotquot de parentela mea illa bona scienter possident, ad hanc scalam peruenient, vbi nulla est redemptio, sed æterna damnatio.

DE EADEM DOMINICA. Ser. XXVI.

Quare aliquibus prospere non succedit in matrimonio.

N*Vptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus, & discipuli eius ad nuptias.* Ex quo *Ioan. 2.* euangelium hodiernum mentionem facit de matrimonio, & nuptiis, in quib. Deus, & homo Christus Iesus saluator noster cum Beata Virgine Maria matre sua præsentialiter existens, cum vinum deficeret, aquam in sex hydriis Christus Iesus in vinum conuertit. vnde Beda: Discumbente ad nuptias domino, vinum defecit, vt vino meliori per ipsum facto ob matris honorem, & sponsi consolationem, manifestaretur gloria latentis Dei in homine. Vnde sicut iam in præcedenti sermone dictum est, quomodo se habere debeāt, qui sunt in matrimonio constituti, vt æternam beatitudinem promereri valeant, sic præsenti sermone dicendū est, quare aliquib. non bene succedit in N¶ matrimonio constitutis. Pro quo sciendum, quod huius septem sunt causæ. Prima causa est, quando quis contrahit matrimonium, non habens rectā intētionem. Sed diceres, quę est recta intentio; vel causa matrimonii? Respondeo, ꝙ matrimonium quadruplici de causa, vel intentione homines contrahūt, quarum

rum sunt tres causæ licitæ, & bonæ, sed quarta est mala & diabolica. Primi contrahunt causa prolis, & illa intentio est bona, & debet esse principalior, vnde Gen. *Crescite, & multiplicamini.* Et etiam dicitur in dec. Matrimonii prima causa debet esse intẽtio prolis. 32. q. 2. *Pudor.* Secundi contrahunt propter solatium, & adiutorium, tamen sine commixtione corporum, sic & Maria & Ioseph contraxerunt matrimonium, & ista intentio etiam bona est. Tertii contrahunt propter remedium, vt qui naturaliter inclinati sunt ad luxuriam, & nolunt caste viuere illi possunt cõtrahere matrimonium propter peccatum luxuriæ vitandum. Nã quotiens extra matrimonium actum luxuriæ perpetrant, totiens mortaliter peccant. vnde Apostolus. *Propter fornicationem*, sup. vitandam, *vnusquisque habeat suam vxorẽ.* Idem. *Melius est nubere, quam vri.* Hic notatur infidelitas puerorum, & hæredum, qui quandoque dissuadent parentibus, ne contrahant, ne ipsi temporalibus rebus priuentur, cum tamen sciunt, quod parentes nolunt caste viuere, nec intendunt seruare statum viduitatis suę, tales pueri peccãt mortaliter, quia plus diligunt illa temporalia, quam animas parentum suorum, & potius volunt, quod parentes multa peccata mortalia faciant, quam priuari illis bonis temporalibus. Et stultus est pater ille, qui scit se non posse caste viuere & tamen non vult propter pueros contrahere matrimonium. Quid.n. tibi O ⁋ proficit, quod in inferno æternaliter cruciaris propter pueros tuos: Vnde legitur exemplum de quodam diuite, qui multas res iniustas possedit, & volens experiri fidelitatem filii sui, petiuit ab eo, vt amore ipsius digitum suum ad ignem poneret, donec vnũ solum Aue Maria, gratia plena &c. diceret, vt sic cognoscere posset vtrum paterne diligeret, & filius cæpit hoc attentare, & quam cito ardorẽ ignis sensit, digitũ retrahebat dicens ad patrẽ: Quid te hoc iuuaret, quod totum corpus meũ cremaretur? & pater ad filium: Quid tunc te iuuaret, ꝙ propter te æternaliter damnarer, sic omnia iniusta restituit, & vitam in bono finiuit. Quarti contrahũt causa satiandæ libidinis, nec Deum prætendũt, nec salutem propriam, nec prolem, sed solum vt suæ libidini satisfaciãt, & cum illis est diabolus. Vnde dicit Angelus Raphael: *Qui ita coniugia suscipiunt, vt Deum à sua mente excludant, & suæ libidini vacent, sicut equus, & mulus, super hos dæmones habent potestatem*, & talibus qui sic causa libidinis contrahunt, vix bene succedit in matrimonio, vt habetur in decre. Vix bono peraguntur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. di. 51. Miramur. Ergo quicunque in matrimonio constitutus tali intentione contraxisset, confiteri deberet.

Gen. 1.
1 Cor. 7.
Tob. 6.

ret, vt sic Deum placaret, vt Deus plagam iracundiæ suæ ab eo auerteret. Et sic est dicendum de aliis punctis infra positis, vbi quis se reũ inuenerit. Secunda causa est, quandocunq; quis non assumit sibi parẽ in matrimoniũ, sicut quando nobilis ducit ignobilem, iuuenis antiquam, diues pauperem in matrimonium, & illi quandoq; rarò concordant propter inęqualitatem, ergo quilibet debet assumere sibi similem. vnde Aristoteles. Similia se benè compatiuntur. vnde sciendum in illo casu, quando iuuenis debet contrahere cum sene, tunc melius est, quod senex vir contrahat cum muliere iuueni, quam è conuerso, & hoc propter prolem, & talis mulier honorare debet maritum propter senium, exemplo Mariæ virginis, quæ Ioseph antiquum, & pauperem ligni fabrum honorauit, nec eum propter senium Ps despexit. Tertia causa est, quandó quis cum illa contrahit, quæ virginitatem Deo vouit, quia tunc ipsa sponsa Christi effecta est, quem prælegit præ omnibus maritis, & modo spernit ipsum, scilicet Iesum Mariæ filium: quem tamen ante prælegit, qui etiam eam in nullo offendit, sed ei omnia bona fecit. Insuper ipse est pulcherrimus, ditissimus, potentissimus, mansuetissimus &c. Et sic Christus quandoque permittit, quod talis virgo, quæ sibi infringit votum promissum, habebit virum iracundum, deformem, litigiosum, ebriosum, lusorem, & blasphemum, & hoc ei in pænam contingit: quia spernit Iesum Christum piissimum, mitissimum, pulcherrimum, iucundissimum, & misericordissimum &c. Item sciendũ, ꝙ qui scienter contrahit cum tali virgine quę virginitatẽ Christo vouit, peccat mortaliter, & omnes, qui dãt consilium, & auxilium, vel fauorem ad hoc scienter, participes erunt illius criminis. Quarta causa est, quando quis contrahit tempore interdicti. vt habetur. 33. q. 4. c. non oportet. Pro quo sciendum, quod tria sunt tempora in anno in quib. prohibitum est Q̃ nuptias celebrare. Primum est, à dominica prima Aduentus domini vsq; ad octauam Epiphaniæ. Secũdum est, à Septuagesima vsq; ad octauam paschæ. Tertium est, à trib. diebus ante Ascensionem domini vsq; ad octauam Pentecostes. Qui autem contrariũ facit, peccat mortaliter, si hoc facit ex contemptu, & sine dispensatione. Et quia non potest Decanus in hoc dispensare secundum ius canonicum, ergo multo min⁹ Plebanus. Quinta causa est, quando quis contrahit cũ vna, quę verum matrimonium contraxit cũ alio, & sibi negauit, & per iuramentum falsum hoc cõfirmauit, & hoc est valde magnum peccatum, & tales in periculosissimo statu existunt, quod tribus modis probatur. Primo, quia quotiens actum matrimonii faciunt, totiens adulterium com-

Arist. 1. de generat.

committunt, saltem qui scienter sic contraxerunt. Secūdo quia omnes pueri de ipsis nati sunt spurii, & illegitimi. Tertio, quia talis persona nunquam potest absolui à peccatis suis, nisi in articulo mortis, quæ occultè cum aliquo verum matrimonium contraxit & postmodum negauit, & alium duxit; immo Gui. dicit quod talis compellendus est R℥ ad primam redire, Et in signum hu⁹ clādestina matrimonia sunt ab Ecclesia prohibita. Pro quo sciendum secundum doct. quod clādestina matrimonia duob. modis fiūt: vno modo cum quis occultè, & sine præsentia testium contrahit, ita vt exinde legitima probatio non appareat, ergo sponsalia non debent contrahi in stabulo, vel in horreo, vel in aliquo loco occulto, immo q̃ sic matrimonium promiserunt occultè, & sine testibus, confiteri debent, & pœnitere. Alio modo dicuntur clandestina, cum sine solennitatibus consuetis in facie ecclesiæ contrahunt. Iam autem clandestina coniugia prohibentur, quia si clam contrahentes discordes fierēt, & cohibitare sibi inuicem nollent, ecclesia eos compellere ad cohabitādum nequiret. Ex his patet, quod periculosum est contrahere cum illa persona, quæ illi peierauerit, cū quo ante matrimonium contraxit. Sexta causa, quādo vxores ducunt cum rebus iniustis, vel è conuerso ipsum maritum vsurarium, vel ali-S℥ as possidentes scienter res iniustas. Pro quo sciēdum, quod quædam consuetudo fuit, quando quis filiam suam desponsare voluit, tunc principaliter tria interrogauit. Primo, vtrum de bonis & honestis parentibus natus esset sponsus ille. Secundo, vtrum ille sponsus esset virtuosus, vel vitiosus. s. humilis vel superbus, iracundus vel mansuet⁹, vtrum lusor vel potator, blasphemus, mendax, vel verax, an timorē domini præ oculis haberet, ieiunando diebus ieiuniorum, & festa celebrando. Tertio, quomodo bona dotalia lucrata esset, iuste, aut iniuste. Sic similiter cum quis filiam alicuius in matrimonium ducere debuit ille etiam dilgenter tria interrogauit, & signanter interrogauit; quales conditiones mater illius filiæ haberet, an esset iracunda, beneuola, vel conscientiosa, & sic de aliis. Nam filiæ communiter imitantur mores matris suæ, siue in bono, siue in malo. Sed heu, iam malus modus in mundo inoleuit, sic quod aliqui homines vendunt pueros suos tanquam mangones vendunt equos, nihil quærentes nisi diuitias, vt dicendo: In quantum dabis filio tuo? ego in tantum dabo filiæ meæ. Non enim quærunt quomodo illa bona lucrata sunt, sed solummodo quærunt in quantum habeat dare. Sed sciendum quod quicunq; filiam suam desponsat uni vsurario scienter, tradit illam filiā cū omnib. suis hæredibus ad æternam damnatio-

nationem, dum saltem istas iniustas res scienter postmodum possederit. Vnde diues potius deberet tradere filiam suam pauperi mechanico, qui de iustis laboribus suis nutrimenta haberet, quam tali diuiti, qui sic iniustas res male acquisitas possideret ps. *Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.* Nam cum quis principaliter quærit diuitias qualitercumq; lucratas, tunc ex permissione diuina talis habebit plura infortunia, sicut quandoq; de magnis diuitiis in breui ad paupertatem deueniat. Septima causa est, quando quis contrahit matrimonium in peccato mortali. Nam ante inchoationem nuptiarum, sponsus, & spōsa diu deberent se preparare per cōtritionem, & confessionem, vt digne hoc sacramentum inchoarent, & susciperent. Nam matrimonium est tam bene sacramentum, sicut Eucharistia, ergo sicut homines se preparant tēpore Paschæ ad perceptionē eucharistiæ, sic ante inchoationem matrimonii debet præcedere digna præparatio. Et ratio huius est, quia quicunque vnum de septem sacramentis recipit in peccato mortali, peccat mortaliter, vt patet d. 48. Mult. & 11. q. 3. Audi. Similiter sacerdos, qui porrigit aliquod sacramentum in peccato mortali, peccat mortaliter. Item nota, quod matrimonium est denote inchoandum, & cum timore domini. vnde dixit Angelus Raphael ad Thobiam iuniorem. *Accipias virginem tuam cum timore domini, amore filiorum magis, quam libidine ductus.* Et cum matrimonium inchoatur, tunc per tres dies, & noctes debent se continere ab actu matrimoniali. Et hoc docuit angelus Raphael Tobiam minorem, quando debuit contrahere matrimonium cum Sara virgine, dicens: *Cumque ingressus fueris ad virginē tuam, per tres dies continens esto ab ea.* Sic parētes debent informare filios suos, & filias, qñ debēt contrahere matrimoniū, sicut Angelus Raphael docuit Thobiā iuniorem, & Saram, & hoc erit valde bonum matrimonium, & Deo valde acceptum. cum s. Deum in hoc honorant, subtrahendo sibi illam delectationem ob reuerentiā Dei per triduum, & si non volunt se abstinere per triduum, tunc tamē ad minus per vnam noctem se abstineant; vnde dicitur in dec. Coniuges debent se prima nocte continere ꝓpter reuerentiā sacramenti d. 23. *Sponsus.* Item nuptię celebrandę sunt cum bonis, & honestis personis, & deuotis, Et ad conuiuiū nuptiarum inuitandi sunt etiā pauperes, cæci, claudi, vt intercedant pro spōso, & sponsa, tunc Christus mutabit aquam in vinum. i. vitam hāc insipidam in cœlestem lętitiam. vnde dicitur in Euan. *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater &c.* & hoc fit in pauperibus. Vnde dicit Christus de pauperibus: *Qui*

Thob. 6.

vos

vos recipit me recipit, qui vos spernit, me spernit. Hoc isti nō attēdunt, qui pauperes de domo expellunt, & foris ianuam stare permittunt, & personas inhonestas, scilicet fistulatores, & fidicines, & tubicines introducunt. Christus enim dicit in Euangelio Lucæ 4. *Cum facis conuiuium tuum, voca pauperes* &c. Et si pauperes verecundantur intrare, tunc dicit Christus Cōpelle intrare, sed heu, iam oppositum fit a pluribus qui compellunt pauperem ad manendum foris, Vltimo, sciēdum, quod isti, qui in peccato mortali matrimonium contrahunt, & nuptias sine timore Dei inchoant cum fistulis, tubis, & histrionibus, quod peius est, qui vadunt ad prætorium, & chorizant, colla, & capita sua denudant, & corpus suum cum vestibus superbis, & cingulis deauratis cum manicis, & longis caudis ornant, & animas aspicientium inflammant, & sauciant per malas concupiscentias, grauiter peccant, & in talibus nuptiis non est Christus præsens, sicut fuit præsens in nuptiis in Cana Galilææ, & sic quandoque tales contrahentes habebunt infortunia in pœnā suorum peccatorum, quia se ante non præparauerunt ad nuptias salubriter inchoandas. Nota exemplum bonum de quodam rustico in matrimonio constituto. Legitur in collationibus patrum lib. 12. quod cū quidam adduxisset ad Abbatem Ioannem, uirum magnæ sanctitatis, & etiā miraculis illustratum, hominem habentem dæmonem ferocissimum, adiuratus, noluit ab eo exire, sed eius verba contempsit. Adueniente autē quodam rustico in habitu seculari agricola existente, qui primitias fructuum suorum monachis deportabat territus dæmon ad eius aduentum, fugit, nec ausus fuit eius præsentiam sustinere, hic adiuratus a Beato Ioanne, vt ei vitam suam diceret, hic licet inuitus dixit, quod esset homo agricola qui nunquam componere consueuerat fructus laboris sui quin prius plene dedisset decimas, & primitias, & quod nunquam deduxisset boues per confinium alienæ culturæ, nisi prius ligasset ora eorum, ne aliis nocumentum inferrent, & quod nunquam iret ad agriculturam, nisi prius iret ad ecclesiam, gratias referens omnium bonorum largitori. & idem semper faciebat dum de sero redibat, Et adiunxit, quod cum esset puer, volebat monachus fieri, & fuit præuentus à parentibus, qui vxorem sibi dederunt, qua suscepta in virginitate permanens eam virginem custodiuit Deo vsque ad mortem, quod audiens Ioannes admirans, gratias egit Deo.

Luca 4.

DOMINICA II. POST OCT. Epiphaniæ. Sermo. XXVII.

Math. 8.

Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt. &c. Sciendum quod Hay. dicit. Mons, in

quo Deus sedet, cælum intelligitur. hic est mons de quo psal. dicit *Mons Dei*: id est cœlum, *mons pinguis*, id est omni felicitate plenus, hic est mons *in quo bene placitum est Deo inhabitare*, sed quando dominus in cœlo sedit nondum humanitas habitauit lucem inaccessibilem, & tunc nullus hominum eum sequi potuit, At vero dum de monte suæ diuinitatis descendisset, & humanitatis nostræ defectus assumpsisset, magna turba secuta est eum, ergo dicit Math. *Cum descendisset Iesus de Monte* &c. Vnde in præsenti sermone dicendum est de humanæ naturæ defectibus quos Christus assumpsit, cum propter nos in hunc mundum venit. Pro quo sciendum quod duodecim sunt defectus communes omnibus hominibus, quorum A ¶ Christus decem assumpsit. Primus defectus est pati frigus, & iste defectus communis est omnibus hominibus; istum defectum habuit Christus in primordio suæ natiuitatis. Nã natus fuit in media nocte, & in media hyeme, & in frigido stabulo, & vilib⁹ pãnis inuolutus, & in præsepio reclinatus, & ante bouem, & asinum collocatus, non in calida stupha, vel in calido balneo positus, sed frigus sustinuit. In quo ostenditur magna paupertas Christi, vnde: *Scitis gratiã domini nostri Iesu Christi, quoniã* 2 Cor. 8. *propter nos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia diuites essemus*. supple, in spiritualibus, & æternis, Adeo enim fuit pauper Christus, vt vbi caput suum Math. 8. reclinaret, nõ habuit. *Vulpes foueas habent*. &c. Bernhard. Magna paupertas, filius pastoris nascitur, & ei cussinus de plumis substernitur, filius autem Dei nascitur & ad durum præsepium reclinatur. Ergo quotiescunque sustines aliquod frigus, illud Christo offeras, & rememorare nuditatem illam, quam ipse habuit in natiuitate sua. Secundus defectus, est sustinere calorem, hic defectus communis est omnibus hominibus. Nam sicut in hyeme patimur frigus, sic & in æstate patimur calores, & ecce illum defectum Christus habuit in vltima die vitæ suæ, quando ad calorem solis tempore meridiano in crucis patibulo suspensus fuit. Psal. *Aruit tanquam testa*. Ter- Psal. 21. tius defectus est fames, hic defectus etiam communis est omnibus hominibus, tam diuitibus, B ¶ quam pauperibus, qui postquam satiati sunt, postmodum iterum in breui esuriunt. Hunc defectum Christus habuit quando quadraginta diebus ieiunauit, & postea esuriit, quando diabolus ei dixit: *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant*. Item proxima die post diem palmarum, quando ad

do ad arborem fici venit, quærens fructum in ea, & nihil reperit, nisi folia &c. Vnde quando esurimus, tunc cogitare debemus, quod ille, qui pascit aues in aere, pisces in mari, vermes, & omnia animalia in terris, famem sustinuit, vt nos ad satietatem illam adduceret, de qua dicit psal. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Quartus defectus est sitis, quam omnes sustinemus, tam sani, quam infirmi, tam senes, quam iuuenes; & hunc defectum Christus habuit in cruce, quando dixit. *Sitio*; vnde notandum, quod Christus Iesus cupiebat potari, & refrigerari in lingua quando circundatus fuit doloribus mortis, & dixit. *Sitio*, nec vinum, nec cereuisiam, nec medonem, nec alios quoscunque liquores pretiosos petebat, sed indifferenter dicebat, *sitio* ne Iudæi excusationem haberent non dandi sibi ex eo quia pretiosa peteret. Vnde amator passionis Christi cogitare debet, quod de omnibus liquoribus mundi, qui in eius potestate erant, nec potum aquæ habere potuit, nec sua sanctissima mater ei haustum aquæ dare potuit, nec quisquam alius sui misereri voluit. Et quis iam infirmus, & tam desolatus est, qui haustum aquæ habere non poterit; Item sciendum, quod non tantum naturaliter sitiuit, sed etiam plus spiritualiter, Ambros. Maxima causa sitis fuit propter inflammatam dilectionem sui. Ipse enim sitiuit nostram salutem spiritualiter. Vnde Bernnardus: O bone Iesu, cur de cruce taces, & de siti clamas, quod sitis te plus cruciat, quam crucis supplicium. Et quid o bone Iesu sitis, an ignoras, quod cruciaturi & potaturi erant te aceto, & felle? & respondit *Bernardus*, in persona Christi dicens: Sitio quidem vestram salutem, vestram fidem, vestrum gaudium, plus animarum vestrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet. Et nos in recompensam illius debemus nobis in cibo, & potu propter Iesum Christum subtrahere. Et signanter in sextis feriis abstinendum, & ieiunandum est propter ieiunium Christi, quod in cruce habuit, de quo ipse dicit per psal: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* *Psal. 21.* Et hoc debet esse consolatio pauperum, qui famem, & sitim sustinent, quia in hoc imitantur Christum, qui pro eis non solum famem, & sitim, sed etiam amaram mortem sustinuit, & ipsi habebunt illud regnum, vbi amplius non esurient, neque sitient. Quintus defectus, est lassitudo corporis, vt patet communiter in omnibus, qui montem excelsum, vel gradum

altum ascendunt, quia tunc fatigabuntur. Hunc defectum Christus habuit, quando super fontem sedit, Io.4. *Iesus fatigatus ex itinere sedebat super fontem, & erat* &c. Item quando crucem portauit, quia tunc fatigatus crucem ad locum Caluariæ portare non potuit, ergo angariauerunt quendam Simonem venientem de villa, vt tolleret crucem Iesu. Et hoc debet esse consolatio his, qui fatigantur ex bonis operibus, vel ex laboribus corporalibus quos faciunt pro necessitate corporis, vel etiam antiquis qui faciliter fatigantur eundo ad ecclesiam, vel ascendendo gradum, & tales offerre debent Christo suas fatigationes, quibus fatigatus est pro ipsis. Et sicut Christus consumpsit vires corporis sui in nostro seruitio, sic etiam nos vires nostras debemus expendere in suo seruitio. Sextus defectus est tristitia, quia omni die aliquod triste accidit vnicuique nostrum, tamen vni plus, quam alii, hunc defectum Christus habuit, vt in agonia, cum dixit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, imo super omnes homines Christus sua morte maiorem tristitiam habuit; quia cognouit, & doluit passionem suam in pluribus frustrari hominibus, sicut conqueritur per Prophetam: *In vacuum laboraui, & vires consumpsi*, & hoc patet ex eo quod tam multi homines sunt ingrati Christo, non regratiando sibi suam amaram mortem & passionem, quam pro eis sustinuit. Septimus defectus est timor, & terror; nam in præsenti vita oportet nos semper timere in verbis, & factis, quia ignoramus an in gratia Dei sumus, an non. Insuper nescimus finem nostrum, ergo semper in timore Dei stare debemus: Vnde: *Si non in timore Dei tenueris te instanter, subuertetur domus tua cito*. Eccles. 7. Hunc defectum Christus habuit quando in monte Oliueti cœpit pauere, & tædere, & sanguinem sudare. C ¶ Vbi sciendum quod duo sunt genera hominum, qui habent timorem: Primi timent tantum peccata mortalia, sed venialia non timent admittere; hi glutiunt culicem, sed camelum colant, sed hoc est imperfectorum, & insipientium. Secundi sunt, qui non solum timent mortalia, & venialia, sed etiam timent bona opera sua, qualis fuit Iob, qui dixit: *verebar omnia opera mea, sciens quod non parcis delinquenti*, & hoc est perfectorum, & bonorum, quos Deus ex sua bonitate sic permittit in timore stare, ne eleuentur in elatione mentis. vnde Bernardus: Connexa sunt quidem timor, & religio, nec manere potest alterum sine altero. Octauus defectus est, verecundia quæ ex peccato originali originem habet, vt in Adam, & Eua, qui post transgressionem præcepti verecundabantur, & fecerunt perizomata, & hunc defectum

fectum Christus habuit, quando nudus ante crucem stetit, & in cruce nudus exaltatus fuit. Vnde illud Iob. dicere potuit: *Nudus egressus sum ex vtero matris meæ, nudus* &c. Quod Christus verecundiam habuit, non mirum fuit, quia Iudæi illa ei intulerunt, de quibus homo verecundatur, scilicet, irrisiones, & contumelias. Nam derisus fuit primo à Iudæis, quando faciem eius velabant, & eum colaphizantes dixerunt: *Prophetiza nobis, Christe quis est, qui te percussit?* Secundo, derisus fuit ab Herode, & suo exercitu, quando veste alba indutus fuit, & econuerso ad Pilatum, irrisorie ductus. Tertio, derisus fuit, quando imposuerunt ei coronam spineam, & cum arundine in capite percussus fuit. Nam flectebant genua, & expuentes in faciem eius, dixerunt. *Aue rex Iudæorum*. Quarto, derisus fuit cum Christus in cruce pependit, quando Iudæi ei contumeliose dixerunt: *Vah qui destruis templum Dei. Alios saluos fecit* &c. Ex hoc debemus sumere documentum, quod ille fæ ix est, qui hic cum Christo deridetur, dum hoc patienter sustinet: vnde Paulus. *Exeamus cum eo improperium eius portantes*. Vnde etiam *Sen.* in libro de moribus: Nondum fœlix es si te turba non irriserit. Et quicunque hic pro Christo sustinuerit verecundiam, tanto maiorem in cœlo habebit gloriam. Sed heu, plures sunt, qui verecundantur bona operari, & se coram Deo humiliare, & de his Christus dixit in Euangel. *Qui me, & sermones meos erubuerit, hunc filius hominis erubescet coram Deo, & angelis eius.* Vnde etiam *Gregor.* super Ezechie. Qui erubescit bona facere à statu rectitudinis cadit, & ad damnationem tendit. Nonus defectus est infirmitas, & dolor, quem sustinemus in præsenti vita. Hunc defectum Christus habuit, quando multos dolores pro nobis sustinuit. *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores* &c. Pro quo sciendum, quod omnia nobis contraria Deo offerre debemus, vt quando hic in præsenti dolores corporis sustinemus, scilicet, dolorem oculorum, capitis vel pedum, quia Christus multo plura pro nobis sustinuit in corpore & in membris suis omnibus. Nã dolorem capitis ipse sensit in coronatione, dolorem manuum & pedum in clauorum transfixione, amaritudinem oris in fellis & aceti potatione; dolorem corporis in flagellatione. Vnde: *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.* Decimus defectus est mors, iste defectus est communis omnibus hominibus, tam nobilibus, quam ignobilibus, tã regibus, quã principibus, tã rusticis, quam ciuibus, vnde Apostolus: *Statutum est omnibus hominibus semel mori*, vnde etiam *Ber.* Certum

Hebr. 13 — Esa. 53 — Esa. 53 — Heb. 9

est quod morieris, incertum est quando, & quomodo, aut vbi, quoniam vbique te mors expectat, tu quoque, si sapiens fueris, vbique eã D ¶ expectabis. Idem. Quid in reb. humanis certius morte? Quid hora mortis incertius inuenitur? Sed quæritur vnde mors ortum habet? Respondetur, quod à peccato originali. Nam quod ad creationem homo fuit immortalis creatus, scilicet, quo ad corpus, & animam. Vnde *Greg.* Ad hoc homo in Paradiso positus erat, vt si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis constringeret, ad cælestem patriam angelorum quandoque sine morte carnis transiret, sic namque immortalis conditus est, vt si non peccasset, etiam mori non potuisset. vnde cum cogitare vis mortẽ Christi, rememorare debes magnam charitatem suam, vt ipse immortalis, pro nobis, mortalis fieri & mori voluit. Vnde: *Maiorem charitatem nemo habet, vt animã suam ponat quis* &c. Et in illa meditatione orare debes dominum pro bono fine vitæ tuæ, quia certum est, quod mori te oportet, sed bene vel male, dubium est. Vndecimus defectus, quem nos habemus, & quem Christus non assumpsit; est ignorantia. Nam Adã in sua creatione sapientissimus fuit, quia naturas omnium creaturarum cognouit, ergo singulis rebus nomina imposuit secundum proprietatem ipsarum rerum. Insuper Deum clarius cognouit, quam nos iam, sed non ita clare, sicut sancti in vita beata: Ergo sanctus *Thom.* dicit, ꝙ Adam medium tenuit inter nos, & beatos: Et hunc defectum Christus non assumpsit, quia in instanti suæ cõceptionis omnia nouit. Sed quare non assumpsit. Respondeo, quia eum non decuisset, nec nobis profuisset. Duodecimus defectus est peccatum, & hunc defectum patimur omnes. vnde psal: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.* vnde etiam *non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* scilicet, venialiter. vnde *Septies in die cadit iustus, & resurgit.* vnde etiam dicitur in decr. Omnis homo habet peccata venialia. de pæ. d. 2. Opponitur. Sed sine peccato mortali quilibet viuere potest. vnde dicitur ibidem: Omne peccatum adeo voluntarium est, quod nullo modo esset peccatum, nisi esset voluntarium 15. q. 1. c. 1. Quia nemo per peccatum efficitur seruus diaboli, scilicet, per mortale, nisi propria voluntate, vt dicitur in dec. 15. q. 1. Non est &c. *Isi.* de summo bo: Nequaquã sibi caro ad libitum dimittatur, mors. n. per fenestras ingreditur, nisi rationis freno caro ab illicitis restringatur. Sen. in li. de clement. ad Neronem: Sic caro rite assumitur, & tenetur, si vere semper vinculis rationis mãcipetur. Boe. in epi. ad reginam virginem. Adhuc tibi vnum superest, tene carnem ad nutum rationis, & vere beata eris.

Rom. 15. Eccles. 7. Prou. 24.

IN

IN EADEM DOMINICA. Sermo. XXVIII.

De honore.

Math. 8. EGo veniam, & curabo eum. In his verbis notatur magna humilitas Christi, qui seruum Centurionis dignatus est visitare, & ad filium Reguli noluit venire, ne diuitias honorare videretur, vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quare aliquis honorandus sit. Secundo, quot modis peccet, quis circa honores. Tertio, ponitur exemplum. Quantum ad primum, sciendum, quod causæ quare quis sit honorandus, sunt multiplices secundum *B. Thom.* de Aquino, & secundũ Io. de Geminiano, & secundum Holcot super lib. Sap. Prima causa, quare quis sit honorãdus, sunt virtutes. vnde *Aristo.* honor est præmium virtutis. Vnde quandocunque cognoscitur aliquis virtuosus, tunc habet causam quare merito sit honorandus, verbi gratia: Si quis est humilis, vel castus, vel misericors, vel obediens, vel pacificus, vel veridicus. vnde *Arist.* Virtuti perfectæ non fit condignus honor sup. in præsenti mundo, secundum Holc. sup. lib. Sap. Nos honori dignificari debemus. Et secundum eundem. Vera via ad honorem est sola virtus. Nam solus virtuosus dignus est honore, & nullus prauus, in quantum prauus, vnde *Arist.* Secundum veritatem solus virtuosus est honorandus. vnde Aug. dicit quod antiquitus Romani colebant virtutem, & honorem pro diis. Vnde duo templa construxerunt, sic sita, quod nullus intrare poterat templum honoris, nisi prius pertransisset templum virtutis, ad significandum, quod nullus honoraretur, nisi meruisset honorem aliqua virtute. Pro quo sciendum, quod valde laudabile est & salubre hominem esse virtuosum. vnde Arist. Felicitas est præmium virtutis. Idem. Virtuosi beatissima est vita. vnde Sen. nulla possessio, nulla vis auri, & argenti, plusquam virtus æstimanda est. vnde sciendũ quod qui virtuosos homines diligit, fouet, & honorat, signum est, quod ipse per se est virtuosus. Sen. Scias eum multis virtutibus abundare, qui alienas virtutes amat. Secunda causa, quare quis est honorandus est, propter dignitatem, & potestatem, sicut principes, & prælati honorantur à subditis. vnde dicitur in decr. Reuerentia exhibetur alicui ratione dignitatis eius 16. q. 2. visis. vnde etiam Ioan. de Sancto Gemini. dicit, q prælati honorandi sunt, etiamsi sint mali, non quidem ratione malitiæ, sed in quantũ gerunt vicem Dei, & cõmunitatis, cui præferuntur. vnde *Deum timete, regem honorate.* Vnde etiam Augu. honorare prælatos non difficile sit vobis. Pro quo sciendum, quod quanto maiores sunt prælati, tanto magis,

Marginalia: Arist. 3. Ethi. — Arist. 3. Ethic. — Arist. Sup. — Arist. 1. Ethic. — E ¶ — F ¶

magis, honorandi sunt, sicut Papa in toto mundo, episcopus in diœcesi sua, plebanus in parochia sua, rex in regno, principes in dominio, magister ciuium in sua ciuitate, & sic de aliis. Similiter vxor tenetur honorare maritū, quia caput eius est vir, & tenetur ei obedire in licitis. vnde: *Sub potestate uiri eris.* Similiter seruus tenetur honorare dominū, & ancilla dominā & religiosus Abbatē, vel Priorē, & sic quilibet subditus suum superiorem loco Dei honorare debet, & ei obedire. vnde Apostolus: *Non est potestas nisi à Deo, & qui resistit potestati Dei ordinationi resistit.* Tertia causa, quare quis sit honorandus secundum Beatum Thom. de Aquino est, propter participationem diuinæ dignitatis, sic honorandi sunt parentes, qui repræsentant Dei honorem, & dignitatem eius, qui est pater omnium & à quo sunt omnia. vnde sciendum, quod quilibet ex præcepto Dei tenetur honorare parentes, vnde: *honora patrem, & matrem vt sis longæuus super terram* vnde dicitur: *Honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio.* vnde etiam Arist. Magistris, diis, & parentibus non potest reddi æquiualens. Sed filii, qui non honorant suos parentes, sed eos vituperant, maledictionem Dei incurrunt. vnde: *Maledictus homo, qui non honorat patrem, & matrem.* vnde ecclesi.3. *Maledictus est a Deo, qui exasperat matrem.* Quarta causa propter antiquitatem, sicut seniores, & antiqui homines propter sensum honorandi sunt. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis.* Ratio est, quia senectus est signum bonitatis, & virtutis, licet hoc quandoque fallat, vt dicitur in decret. De senibus præsumendum est bonum 20 distinct. De quibus. Ergo iuuenes honorare debent senes, & seniores. vnde Apo. *Seniorem ne increpaueris, sed obserua vt patrē.* Vnde. *Senectus enim venerabilis est.* Nam seniores debent quærere virtutes, s. patientiam, humilitatem, castitatem & sic de aliis. vnde dicitur in decretis. Quanto senes sunt morti viciniores, tanto debent esse puriores, distinct. 76. Tanta. Vnde etiam. *Corona senum in multa peritia, & gloria illorum timor domini.* Quinta causa propter ministerium, sic sacerdotes, & religiosi honorandi sunt, qui ministri Christi, & Deo sanctificati sunt. Pro quo sciendum, quod sacerdotes, & presbyteri merito sunt ab omnibus honorandi propter dignitatem, quam à Deo habent, nam Deus dedit eis potestatem ligandi, & soluendi. vnde: *Quæcunque ligaueritis super terram &c. & quæcunque solueritis super terram &c.* Nam sacerdos aliquo modo est similis Mariæ virginis, & hoc ostenditur

Marginalia: Gen. 3. — Rom. 13. — Exod. 20. — Eccles. 3. — Arist. 9. Ethic. — Deut. 27 — Leui. 19. — 1. Tim. 5. — Sap. 4. — Eccles. 25 — Matt. 18.

ditur ex tribus. Primo, ficutbeata virgo per quinque verba concepit Iesum Christum: *fiat mihi secundum verbum tuum.* sic sacerdos conficit per quinque verba verum corpus Christi. Et sicut immediate post consensum Mariæ fuit Christus totus in vtero eius, sic immediate post prolationem verborum consecrationis transsubstantiatur panis in verum corpus Christi. Secundo, sicut beata virgo post partum, Christum portauit in manibus suis, & in præsepe collocauit, sic sacerdos post consecrationem leuat corpus Christi, & locat, & portat, & tractat eum in manibus suis. Tertio, sicut Beata Virgo fuit sanctificata in vtero antequam cōcepit Christum, sic sacerdos ordinatur, & inungitur, antequam consecret, quia sine ordine nihil consecraret, ergo laicus quantumcunq; sanctus nihil ageret, etiamsi verba consecrationis proferret. Vnde sciendum, quod dignitas sacerdotum aliquo modo præcellit dignitatem Angelorum, quia nulli Angelorum data est potestas conficiendi corpus Christi, vnde minimus sacerdos in terra potest hoc, quod non potest maximus, & supremus Angelus in cœlo. vnde *Bernar.* O veneranda dignitas sacerdotum, in quorum manibus Dei filius tanquam in vtero virginis incarnatur. vnde Aug. dicit, quod in consecratione hostiæ sacræ tota cœlestis curia sibi seruit, & Dominus cœli ad eum descendit. vnde *Amb.* super Luc. Non dubites assistere Angelos, quando assistit Christus in altari. vnde sacerdotes honorandi sunt præ omnibus regibus, principibus, militibus, & nobilibus. Nam sacerdos est altior regibus, fælicior Angelis, creator sui creatoris, quare merito est honorandus. Vnde dicitur in decre. Sacerdos in persona Dei honoratur Et etiam in casu, quod sacerdos esset malus, adhuc esset honorandus propter dignitatem sacerdotii. Vnde dicitur in decre. Sacerdotes, licet mali sint, tamen eos honorare debemus propter sacramenta. 1. q. 1. Sacramenta. Sexta causa, quare quis sit honorandus est propterea, quod maiorem locum habet in communitate, & plus potest communitati prodesse, quam alius. vnde *Beatus Thom.* 2. q. 69. dicit; quod diuites sunt honorandi propter hoc quod maiorem locū in cōmunitate obtinent. Si aliquis solum intuitu diuitiarum honoraretur, iam esset acceptio personarum. Si enim diuitem præponeres, & meliorem æstimares, ideo quia diues est, pauperi, quia pauper est, acceptio personarum esset. vnde Ioan. de sancto Geminiano. Nusquam legitur, quod propter diuitias diues sit honorandus, & pauper propter paupertatem sit contemnendus. vnde etiam Gorra. super epist. Ia. 2. cap. dicit. Præferte diuitem pauperi in exhibitione alicuius reuerentiæ

Luc. 1.

X tan-

tantum, vt scilicet aliquis assurgat diuiti, & non pauperi, inclinet se diuiti, & non pauperi, vel auferat caputium coram diuite, & non sic coram paupere, non est personam personæ præferre ex causa indebita. vnde non est peccatum, vnde ratione originis, vt cum iudico in corde meo, quod melior est diues, quia diues est, quam pauper, quia pauper est. vnde breuiter dicendo, diuites sunt honorandi non propter vestes pretiosas, & longas, vel propter inscissuras multas, sed propter hoc sunt honorandi, quia maiorem locum obtinent in communitatibus, & communitaté possunt promouere, & ipsi cõmunita-
Arist. 1. Rhet. ti plus prodesse vnde Arist. Iuste honorantur, qui beneficia præstiterunt. Septima causa, quare quis honorandus sit, est, propter imaginẽ Dei, secundum quam creatꝰ est, & sic omnes homines honorãdi sunt.
1. Pet. 2. vnde: *Omnes honorate*. vnde *Gorra*. quia in omnib. est Dei imago, quæ est ratio honorandi. vnde Humbe. dicit quod credendum est, quod q- libet habet aliquod bonum, licet lateat, quo nos præcellit, propter ꝙ
Ad Phil. 2. honorandus est, vnde: *In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes*. Quantum ad secundum sciendum quod quinque modis peccat quis circa honores. Primo, quando quis intentionem suam, & opera virtutis refert ad gloriam tanquam ad vltimum finem, & pro qua consequenda, non cauet facere ea, quæ sunt contra Deum, vel cum maior in corde eius est cupiditas gloriæ, quã timor Domini, vel amor Dei, vel propria salus, vt cum ieiunat, orat, vel eleemosynam dat, vel mane surgit, & ecclesias visitat, vt honoretur, vel etiam cum appetit prælaturam, & bona opera virtutum propterea facit, vt eligatur in prælatum, in his contra Deum facit, & cum hoc periculum incurrit animæ. vnde *Chry.* & ponitur etiam in decre. Quicunque desiderat primatum in terris, inueniet confusionem in cœlo. dis. 50. cap. si. Secundo, ratione materiæ, de qua gloriatur, puta cum in malis quærit honorem. verbi gratia. Sicut in superbia vestium, & in torneamentis, in choreis, in cantilenis illicitis. vnde *Ber.* Quid est magis peruersum, quam lætari cum malefeceris, & in rebus pessimis exultare. vnde Eccl. *Qui gaudet in iniqui-* Eccl. 19.
tate denotabitur. i. de libro vitæ delebitur. Tertio, peccat quis circa honores, cum quis bonum temporale, in quo gloriam quærit præfert Deo, sicut si quis gloriaretur in vestibus pretiosis, tunicis longis, cingulis deauratis, & in peplis, diuitiis, & in pulchritudine corporis, & sic de aliis. vnde *Hie. Non glorietur sa-* Hier. 9.
piens in sapientia sua, nec fornicator in fornicatione, nec diues in diuitiis. Quarto, peccat quis circa honores, cum quis propter honorem, quem quærit, & appetit, odit alium, qui plus eo honoratur, quia

non facit illi honorem, quod est contra charitatem proximi, etiam cum ab aliquibus hominibus appetit honorari, & cum eum non honorant tunc indignatur cõtra eos, odit, & spernit eos. Quinto, peccat quis circa honores propter nimiam, & magnam complacẽtiam, quam habet in honore sibi exhibito, vt cum inclinatur sibi, vel caputium coram eo deponitur, vel eum Dominum nominando, vel domicellum, vel magistrum ciuium, vel eam pulchram Dominam, vel generosam, & gratiosam dominam nominando, & sic de aliis. Et quando, in huiusmodi honoribus quis maiorem complacentiam habet, quam in Deo, tunc Deum grauiter offendit, vnde *Aug.* Nullum peccatum adeo veniale, quod non fiat mortale dum placet. Vltimo quæritur, quomodo vnusquisque se habere debeat in honore sibi exhibito? Respondeo secundum Holcot; homo non debet desiderare honores, sed fugere, vnde dicitur in decret. Fugiendi sunt honores, & fugientibus offerendi. 8. q. 1. In scripturis. Et insuper honor homini exhibitus, cum metu est suscipiendus. vnde dicitur in decret. Honor suscipiendus est cum metu, 1. quæst. 1. Non est. Et talis honor sic homini exhibitus, est cum humili corde Deo offerendus, dicendo cum

Psal. 113. Psal. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* vnde

1. *Tim.* 1. Apostolus, *Soli Deo honor & gloria,* & hoc est Deo valde acceptum, quia est contra naturalem inclinationem, quod homo sibi honorem exhibitum humili corde spernat, vnde Aristot. Omnes homines naturaliter appetunt honores, vnde sciendum, quod honorem in præsenti vita quęrere pertinet ad paganos & incredulos, qui non habent spem de futura gloria, & de futuro honore, quia non sciunt aliam vitam, nisi præsentem vitam momentaneam, & transitoriam. Sed Christiani debent hic spernere honores & appetere futuram gloriam, vbi est sempiternum gaudium. De quo dicit. *Ber.* super canti. Reuera verum est gaudium, & solum quod non de creatura, sed de creatore concipitur, quod cum possederis nemo tollet à te, cui comparata omnis aliũde iucunditas, mœror est, omnis suauitas, dolor est, omne dulce, amarum, omne decorum, fędum, omne quod delectari posset, molestum. Nam illi Christiani qui hic honores sibi exhibitos Deo militer offerunt, propter honores hos in cœlo honorabũtur à Christo, & B. Virgine, & omnib. sanctis, & electis Dei ęternaliter sine fine. Quãtum ad tertium notandũ est exemplũ de his, q̃ sunt in peccato constituti, & se ipsos male regunt, & subditis suis malũ exẽplum relinquũt. Legitur in dialo. Cæsarii, q̃ in Mormacia fuit quidã episcopus nomine Leopoldus, solo quidem nomine episcopus, opere autem tyrannus,

hic cum esset vanissimus, nihil habens in se pietatis, vel religionis, dicebat autem quodam tempore germanus suus vir nobilis: Domine multum scandalizatis nos laycos exemplo vestro. Antequam essetis episcopus, Deum aliquo modo timebatis, modo nihil de eo curatis; cui ille dixit: Frater duo erant vicini, ex quibus exemplo vnius alter peccauit, mortui sunt ambo, & deducti in infernum. Cum igitur essent in tormentis, vnus alteri dicebat. Væ tibi, quia tuo exemplo, prouocatus ad peccandum, merui hunc locum. Cui alter, bone vicine, si tibi placet sedes mea, trade mihi tuam, & tibi dabo meam. Sic dico vobis, quando venerimus ad inferos. Si videbitur vobis mea sedes honorabilior, quam vestra ascendite eam, & ego recipiam vestram. At ille dixit. Mala consolatio est hæc. Iste Leopoldus ita diabolicus fuit, vt tempore schismatis, quod erat inter duos reges. s. Ottonem & Philippum, cum sibi vsurpasset episcopatum Maguncię. eiusdem Philippi autoritate, & multis interesset bellis, ita vt non parceret ecclesiis, nec cœmiteriis, dixerunt ei milites sui: Domine non licet nobis spoliare cœmiteria. Ait illis, si ossa mortuorum tollitis, tunc primo cœmiteriū spoliatis. Vir iste sæpe, & valde cecidit, vt dictum est, & nescio vtrum per contritionem peccatorum suorum surrexit, sed hoc scio, quod in illa die, quia hominem deposuit, multæ dissensionis seminarium fuit. Similiter legitur de abbate Morbacensi, qui similiter cœmiteria, vt prædictus episcopus, violauit. Cumque ad extrema venisset, capellanus eius ipsum rogauit, quod eum de statu suo certificaret, quod & fecit dicens se esse de numero, & ordine damnatorum propter irruptionem cœmiteriorum.

Sermo Tertius De eodem.

Ecce leprosus veniens adorabat eum. Per leprosum, intelligitur peccator. Vnde hic dicendum, quomodo quis committit septem peccata mortalia. Istum sermonem quęre infra sermone cxlj. I.

Filii huius regni eiicientur in tenebras exteriores. Hic est dicendum de 9. pœnis inferni. Et quære istum sermonem infra sermone. cxxv. O.

Dominica III. Post oct. Epiphaniæ. Sermo. XXIX.

De tentationibus.

Motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Mar. 8. Luc. 8. vbi sciendum est, quod per mare intelligitur præsens mundus, & per motum magnum, qui factus est in mari, grandis tentatio, quam susti-

Mat. 8.

sustinent quandoque boni homines. Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quomodo aliqui ab intra, aliqui ab extra tribulantur, & quæ sunt acerbissimæ tribulationes. Secundo, quod tales homines habent sex defectus. Tertio, quare Deus permittit super bonos tales acerbissimas tentationes. Quantum ad primũ sciendum quod aliqui tribulantur ab extra in corpore & in rebus, sicut martyres passi sunt, & adhuc plures homines tribulationes patiuntur, scilicet paupertatem, infirmitatem & persecutionem. vnde Apostolus: *Omnes qui volunt pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.* Aliqui enim tribulantur ab intra, & hoc diuersimode psal. *Multæ tribulationes iustorum.* Cõtingit enim quandoque quod homo incidit in indiscretã tristitiam, sic ꝙ nihil boni libet ei facere, & tamen nescit, quid sibi est, & quid sibi deficit, etiamsi interrogaretur, & hanc tristitiam Dauid expertus est, quando ad seipsum dixit: *Quare tristis es anima mea & quare conturbas me?* ista tristitia indiscreta, est valde nociua, quando hominẽ superat. Nam multos retraxit sæpius à bono opere inchoato, fastidit enim talis homo immoderate tristis ad omne bonum. verbi gratia. Tædet eũ de mane surgere, & diuinis interesse, legere, cantare, & bona opera operari, tædet eum etiam

N¶ (margin, beside "nes. Quantum ad primũ")

2. Tim. 3. (margin, beside "Omnes qui volunt")

loqui, vel meditari bona quod etiam sine graui labore perficere posset. Vnde seruus Christi debet amouere talem indiscretam tristitiam à se, in quantum potest, nam qui viriliter pertransire vult duros laqueos propriorum defectuum, necesse est eum habere bonam, & lætam mentem. psal. *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes, qui speratis in Domino.* Quid enim est homini graue in hoc mundo, qui lætam mentem habet ab intra? imò mens læta valde hominem confortat, quia secundum Philosophum, Delectatio conseruat operantem in opere, vnde Apostolus dicit. *Omnia possum in eo, qui me confortat:* & quid potest ab extra hominem lętificare, qui ab intra semper est tristis? imo talis indiscreta tristitia nocet tam corpori, quam animæ. vnde Prou. *Spiritus tristis exiccat ossa.* vnde diligẽter aduertendum est, quod legitur de quodam prædicatore, qui sic tristis effectus fuit, quod nihil libuit eum operari, nec legere, nec orare, & cum sic tristis sederet, Christus apparuit ei, dicens: Cur sic tabescis? surge & memorare passionem meam, & liberaberis; quod & factum est, Item sciendum, quod acerbissimę tentationes, & tribulationes ab intra videntur esse illæ; scilicet hæsitatio in fide catholica, desperatio de Dei misericordia & spiritus blasphemiæ contra Deum, & sanctos sibimet iniciendi

Prou. 17. (margin, beside "Spiritus tristis")

manus, & seipsum perimendi, & quædam perplexitas querulosæ conscientiæ. Quæritur vnde oritur, quod quis incipit dubitare de misericordia Dei, quod nunq̃ possit saluari? Respondeo, q̃ ex tribus. Primo, ex eo, quod non potest ponderare, quid Deus in seipso est Secũdo, quid peccatũ. Tertio, quid contritio. Quantũ ad primum, sciendum, q̃ Deus summum bonũ est, & infinitum, & tã misericors & paratus peccatorem ad gratiam recipere, & peccata indulgere, quod fidelis mater nunquam vnico filio suo, quem in vtero suo portauit, ita prompta esset porrigere manum, si videret filium in ignem cecidisse, sicut Christus parat⁹ est, contritum hoĩem ad gratiã recipere, & ei peccata indulgere. Et si posibile esset, quod vnus hominum omnium peccatorũ peccata haberet & omni die millies illa patrasset, adhuc misericordia Dei & bonitas maior esset. vnde *Ber.* sicut. n. scintilla in medio maris, sic oĩs malitia hominũ ad misericordiã Dei cõparata. Sed diceres: Vnde venit q̃ Deus multis peccatorib. etiã pessimis tam pius, & misericors est, an propter merita eorum hoc facit? Rñ quod non; sed ex mera sua bonitate hoc facit. vnde ps. *Confitemini Domino quoniam &c.* Cum enim peccator cogitat bonitatem Dei, quod nihil nostri indiget, & sic ex sua infinita bonitate nostri miseretur, tunc cor peccatoris liquefit, quia cognoscit, quod Deo nunquã ad plenum regratiari poterit, & tũc peccator quandoq; magis accept⁹ erit, quam si fortassis nunquã mortaliter peccasset, sed semper segniter vixisset, & tales peccatores erũt postmodum feruentiores cæteris. vnde *Gre.* Fit plurimũ gratior Deo amore ardens vita post culpam, quam securitate torpẽs in innocentia. Qui enim diceret, quod solummodo Christus totiens peccata dimitteret, quot sunt stellæ cæli, priuare vellet eum magno honore, q̃a peccata traxerunt eum de cœlo in vterum virginis, de vtero virginis in hunc mundum, & de mundo in crucem. vnde Gre. beata peccata, quę talem charitatiuum redemptorem portauerunt, qui nos charitatiuè omni honora vult recipere, vnde *Amb. super Luc.* vide inquit, quam bonus est Deus, & quã facilis est ad indulgendum, nouit sñiam mutare, & benedictionem dare si tu noueris delictũ emendare, nec solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit. vnde etiam *Ber. in ser qui incipit. Misericordias Domini in æternum cantabo.* Miseratio tua Domine super me: non. n. poterit explicari, quam benigna, quã liberalis quã gratuita fuerit: ego peccabam & tu dissimulabas, nõ continebam à sceleribus, & tu à verberib. abstinebas, prolongabam multo tempore iniq̃tatem meam, & tu Domine pietatẽ tuam. Quoniam tanta est bonitas Dei quod ex bonitate sua, quæ infinita est, totum reatum homini dimittit

Psal 117.

mittit

mittit. vnde Bern. Sic indulsit mihi Deus ex toto, & tam liberaliter omnem remisit iniuriam, vt nec dãnaret vlciscendo, nec confunderet improperando, nec etiam min⁹ diligat imputãdo. Qui sic cogitat bonitatem Dei, & misericordiam suam, nullo modo desperat de venia, & saluatione propria. Secundo, quia nesciunt, ponderare quid sit peccatum. Pro quo sciendum, quod peccatum stat in hoc, quod homo cum præmeditata ratione sciẽter, & voluntarie, & libenter absq; contradictione rationis auertit se à Deo super res defectuosas, & cum deliberato proposito, quia si homo tot occurrentes cogitationes haberet, quot sunt arenæ maris, & tam malæ essent & enormes, secundum quod cor cogitare, & imaginari posset, & vndecunque essent, siue de Deo, siue de sanctis, siue de hominibus siue de aliis creaturis, & quod homo etiam istas per longum tempus haberet, per annum, scilicet vel per maius tempus, si ratio reluctaret, & semper displicentiam haberet; sic quod non caderet super istas voluntariè cum deliberato animo, tunc non esset peccatum mortale, & hoc vtiq; verũ est secundum sacram scripturam, quã Spiritus sanctus locutus est. vnde *Greg.* Non est cogitatio tam immunda, quæ mentem polluat, si ratio non consentit. Modo hic inclusus est vnus stimulus qui est satis acutus, scilicet, quando illa sagitta pestifera cogitationis fit, & homo cũ aliquali delectatione super hanc cadit, & sui ipsius obliuiscitur, & non statim immediatè se auertit à tali delectatione, & tunc timet, quod cum voluntate, & ratione super illam ceciderit, & sic sui ipsius oblitus; peccatum mortale commiserit. Et tamen hoc non sic est, quod secundum sacram scripturam ratio sæpius præuenitur, tam cum talibus sagittis cogitationum, quã etiam cum delectatione, antequam ratio seipsam rectè aduertit. Et quãdo benè & rectè aduertit cum bona ratione, & deliberatione, tunc potest recipere, vel respuere, & sic peccare, & non peccare. vnde *Ber.* in quodam ser. Potest inimicus excitare cogitationis motum, sed interest, si volueris dare vel denegare consensum. Et ergo boni homines non debent nimium terreri in talibus cogitationibus incidentibus saltem de peccato mortali, quia secundum August. Nullum est peccatum, nisi sit voluntarium. vnde etiam *Richar.* Mortale peccatũ, in quantum mihi videtur, non potest committi sine grandi corruptione sui, sine graui læsione proximi, & sine magno contemptu Dei. Nam si Eua sola peccasset, nihil nobis nocuisset, & sic quicquid habet inspirationis sensualitas sine pleno consensu rationis, non attingit peccatum mortale. Tertio, quod non potest ponderare quid sit contritio, & pœnitentia.

Nam

Nam contritio est virtus, quæ delet hominum peccata, quando est vera, & discreta. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* vnde etiam Sanctus Ber. dicit, quod inordinata, & indiscreta contritio Deo displicet. Nam ille malus Cain etiam habuit contritionem, tamen sine modo, quia dixit. Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Iudas etiam pœnituit, sed nimis indiscretè, quia desperauit, & laqueo suspendit se; sic homo aliquádo venit in inordinatum dolorem, quod dicit ad seipsum: O Deus ad quid omnino, ad quid natus sum? quare non mortuus sum? & sic de consimilibus multis, & plus aliquando homo offendit Deum cum istis, quam cum aliis peccatis, etiamsi non esset ibi peccatum. Ergo qui verè vult conteri, debet habere humilitatem in seipso, & displicentiam peccatorum, & totam fiduciam in Deo. psal. Sperantem autem in domino, misericordia circumdabit. Vnde habetur in decre. Desperandum non est in præsenti vita. 23. q. 2. ancillam. *Vnde Chry.* peccata præterita non condemnát sed nec iudicant, hoc breui, & leui addito, si non placent. vnde etiam *Augu.* Non nocent mala præterita, si non placent. *vnde Isid.* de summo bono. non desperes de salute, si conuerteris ad meliora. Qui enim veniam de peccatis desperat, plus se desperatione, quam sceleris commisione damnat. Desperatio

Psal. 50.

enim auget peccatum; desperatio namq; peior est omni peccato. vnde etiam dicitur in decre. Iudas magis peccauit desperando, quam Christum tradendo, ideo damnatus est, seipsum occidendo. 23. q. 5. si nō licet. c. tu dixisti de pœ. di. 3. inter hæc hircum. ℣ Iudas, & ℣. inter omnia sceleratior. Sed quantum ad secundum, sciendum, quod tales homines habent sex defectus, qui sic stant aridi, tribulati, pleni passionibus iam dictis. Primus defectus, quod tales homines valdè difficulter possunt dirigi, quia vix credunt aliquibus quibus credere tenentur, scilicet illis qui possunt eos consolari. Et hoc contingit ex nimio cordiali dolore, in quo semper sine intermisione sunt. Libenter tamen conquererētur, & consolarentur, in defectibus, & tribulationibus suis, sed quanto plus de his loquuntur, tanto plus defectus illi crescunt. Illi iam dicti deberent eligere vnum discretum, & doctum confessoré, qui hoc haberet ex ratione, & sacra scriptura, qualiter deberet eos formare, & huic tenentur etiam sine omni dubio credere, & eius informationem sequi, quia Deus hoc requiret ab eis in extremo iudicio, si sanam doctrinam sequi nolunt, & informari renuunt, si scilicet innituntur suis conceptibus, quod est signum elatæ mentis. Secundus defectus est, quod tales habent timorem indiscretum, & non rectum, timent enim, & apparet eis, quod nun-

nunquam recte confiteantur quam diligenter etiã & studiose, & etiam quantumcunque peritus confessor est, & quantumcunque posse suum faciunt, & sic nunquam habent quietum cor. Et hoc ideo venit, quia nesciunt, quid teneantur confiteri, quia secundum sacram scripturam homo tenetur ex præcepto in speciali peccata mortalia confiteri, venialia autem in generali. vnde omnino consulẽdum est talibus, resistere huiusmodi curiositati, & postponere hũc mentis timorem & inquietudinem. Nam secundũ Aug. Quando peccator illa duo facit. s. quod primò præmeditatur diligenter peccata sua, & reducit ea ad memoriam meditando, studendo, vel sermones audiendo. Secundo q oret Deum, vt sibi det cognoscere sua peccata, quia libenter vellet ea confiteri, tunc Deus dat sibi cognoscere sua peccata præterita, aut indulget omnia quæ scit, & quæ nescit. Et quando sic peccator suam diligentiam fecit, accedens sic ad confessionem, omninò debet sperare omnium peccatorum suorum remissionem, si vult misericordiam consequi. Vnde *Ambr.* Non potest agere pœnitentiam, qui non sperat indulgentiam, immo si quis centies confiteretur, si non habet spem, quod Deus ex sua misericordia velit sibi omnia peccata sua indulgere, nullam indulgentiam consequetur. vnde *Aug.* Pœnitentia, quæ ex fiducia non procedit, inutilis est & sterilis manet sine misericordia. Tertius T defectus est, quod tales volunt inuestigare, vtrum sint sine peccato mortali, quod tamen nullus potest certitudinaliter scire, nisi ex speciali diuina reuelatione; vnde Eccl. *Nescit homo vtrum amore, vel odio dignus sit.* Ergo sufficere debet talibus quod seipsos probent, & examinent, & se non reos scienter inueniant in aliquo peccato mortali. Nam Deus vult vnumquemque nostrum incertum esse, vt humiliemus nos, & stemus quotidie in timore Dei. vnde: *Si non in timore Domini tenueris te instanter, subuer.do.t.ci. vnde Ber.* Connexa sunt quidem timor, & religio, nec manere potest alterum, sine altero. Nam si homo esset certus de gratia, tunc ex elatione mentis posset grauius, & periculosius cadere, ergo vult Deus nos sic in dubio stare. Quartus est, quod tales aliquando indiscretè murmurant contra Deum, & hoc venit ex magna tribulatione, in qua semper stant. Ipsi enim non sunt multum exercitati in aliis tribulationibus; ergo eis contingit, sicut, qui iuuenem equum vellet ligare ad currum trahendum, ille recalcitrando primo adeo laborat, quod marcescit, quando autem videt, quod aliter esse non potest, tunc quiete iugum subit: sic fit & aliis, qui quam diu sunt in pugna contra hæc, tũc fit eis talis tribulatio valde amara, &

Eccl. 9.

Eccl. 27.

& tamen oportet eos pati, & sufferre vsque dum misericors Deus respicit ipsorum laborem, & patientiam, quia scit, quando eis expediat, quod eos ab hoc alleuet onere, ergo nihil melius ad hoc proficere potest, nisi quod patienter, & humiliter quisquis flagellum Domini sustineat, & se dignum iudicet afflictione, & labore, & pugna, & patienter toleret, confidens quod ei proueniet in bonum quia sic citius placabilis erit Dominus. Nam cum Deo non possumus cōtendere, nec per iustitiam secum agere, quia peccatores sumus, nec per potentiam, quia infirmi, & serui eius sumus, nec aufugere ab eo per astutiam, quia nusquam coram eo latere poterimus, nec dominii terminos eos exire. Vnde psal. *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades.* Ergo nihil restat amplius, nisi, vt humiliemus nos coram ipso, & recursum habeamus ad Beatam Virginem Mariam, & ad suffragia sanctorum, & etiam ad orationes bonorum hominum, quousq; Deus misereatur nostri. Quintus defectus, quod nihil in tantum nocet istis hominibus, qui sic tentantur, & tribulantur, sicut quod illis omnibus importunis, & malis sibilationibus suggestionibus, & peruersis inspirationibus volunt aures inclinare, voluntque eis respondere, & cum ratione semper disputando eis resistere. Ab illo enim debet se vnusquisque cauere, sicut à morte, quia sic ratiocinando, & in contrarium in seipso cum ratione disputando, vel tentatio ipsa inualescit, & augetur, vel ipse disputans minus prouidus in perplexitatem deducitur. Ergo, quam citò quis percipit talem sibi latronem, vel suggestionē, tam citò debet se ab illa totaliter auertere, & interim aliquid boni cogitare, siue de passione Christi, siue de gaudiis cœli, siue de pœnis inferni. Ac si diceret ad hoc: Sit tibi tua sibilatio, prauissime hostis, nihil ad me, tu es ad hoc nimis malus, quod ego velim tibi ad hanc sibilationem respōdere. Et tunc fit quod quanto minus curat, tanto citius ab hoc liberatur, & iterum quousque ex toto habeat auersionem ab illo, & ista verba non possunt intelligere, nisi isti homines, qui tales prædictas tentationes patiuntur. ¶ V Sextus defectus est, quod quanto tempus est sanctius, & homo libentius deuotionem haberet, vt sic se ad Deum deuote conuerteret, tunc tanto minus habet deuotionem. Et illa tribulatio maior est vno tempore, quam alio, vnde accidit, quod quandoq; vnum, Pater noster, non potest deuote orare sine tali mala sibilatione, & inspiratione, & tunc tales veniunt aliquando in impatientiam, & errorem sic, quod orationem postponunt, & dicunt ad seipsos, quando sic sunt aridi, & desolati, nec aliquam deuotionem sentiunt,

Psal. 183.

tiunt, quid credis, quod iuuet te oratio illa, quæ sic ex arido corde ꝓcedit? & sic orationem dimittunt. Et in hoc satis iniustè & insipienter faciunt, tunc enim satisfaciunt diabolo, qui nihil aliud quærit, nisi quomodo possit hominem in spirituali opere impedire. Sciendum, q; homo propter illam ariditatem, & mentis suæ deiectionem non debet dimittere orationes, & alia bona opera, & bonas meditationes. Nam sapidum, & acceptum erit Deo hoc opus bonum, quia quod deficit bonum in deuotione, hoc illa ariditas supplet corã Deo. Nam illa aduersitas, & ariditas clamat ad Deum, & prouocat eum citius ad misericordiam. Exemplum; sicut infirm⁹ iacens in agone mortis, qui vix potest loqui, cuius locutioni homines attentius attendunt, & citi⁹ exauditur in his, quæ postulat quandoque, quã si sanus esset: sic est de Deo. Ergo nulla bona opera sunt ꝓpterea dimittenda, siue orationes siue ieiunia, siue genuflexiones, siue vigiliæ, siue alia bona exercitia. Quãtum ad tertium, quęritur; ex quo sic Xꝗ est secundum sacram scripturã, quod illi, qui habent bonam volũtaté Deo seruiẽdi, nec sunt in aliquo actuali mortali peccato, vel saltem nituntur se custodire secundum posse ipsorum, vt Deum non offendant, & quandoq; etiam iuuenibus hominibus, qui non grauiter peccauerunt, accidit talis tentatio & tribulatio quare misericors Deus talem tribulationem super tales bonos homines permittit, quia communiter loquendo tunc nulla passio corporalis posit eis accidere, quin potius sustinerent, quam illã tribulationem? Resp. quod Deus permittit hoc ex sua bonitate, & pro eorum vtilitate. Nam Deus cognoscit quid est in homine, & quid prodest, vel obest homini. Modo aliqui sunt ex natura elatæ mentis, & illi per aliquod occultum donũ Dei vix citius possunt induci ad humilitatem, quæ est initium, & fundamentum omnium virtutum, quam per talia inconsueta incidentia, quia tunc timent consequenter post talia consueta incidentia sibi inesse inconsueta, & inaudita peccata, sed hoc non est, quia homo in vita complacentia sciipsius posset Deum plus offendere, & plus deformis coram Deo fieri, quam si centum millia pessima incidentia vna die sibi inciderent contra suam voluntatem & hoc manifestum est in supremo angelo. s. Lucifero, qui propter elationem è cœlo eiect⁹ est, sic contingit quandoque, quod homo non vult seipsum cognoscere, ꝓpter elationem mentis, qui tamen postmodum sic deducitur in cognitionem sui ipsius, & qui ante alios cõtempsit, postmodũ cognoscit se dignum esse contemni. Modo quid potest homini magis præparare viã ad salutem, quam illud, quia impossibile est, quod vnquam verus humilis damnetur? Item sciendum,

quod homines simplices, qui non habent ex scientia, nec ex vitæ experientia opinantur, quod talis ariditas, & tribulatio semper proueniat ex demerito peccati, & hoc nõ est verum, quia prout continue cernimus & in scripturis reperimus, tunc multotiens sancti, & deuoti homines his tribulationibus tribulantur, sæpe luxuriosi, auari, superbi, gulosi, & vsurarii, & alii mali homines his suppositi non sunt. Etiam quandoque aliquibus accidit tribulatio talis in iuuentute, cũ adhuc modicum & non grauiter peccauerunt. Si autem hæc tribulatio, & ariditas secundum tuam æstimationem, vel secundum veritatem tibi venisset pro culpa tua, in hoc Deus laudandus esset, quia inter omnia secundum scripturam, maximam ostendit homini charitatem, quando eũ pro culpa sua tali graui punitione punit. Secũdo, hæ tribulationes, & ariditates, & passiones præseruant à ruina peccatorũ, qui ipsi intantum occupantur cũ istis quod obliuiscuntur superbiæ, luxuriæ, gulæ, adeo etiam quod nec diuitias, nec honores appetant. vnde dixit Dominus per Proph.
Osea. 2. *Sepiam viam tuam spinis.* Tertio, promouent ad virtutes, & ad profectum spiritualem; quia cum in tãtum premuntur anxietate quod non possunt habere requiem, tunc semper quærunt auxilium, & subleuationem à Deo per exercitia virtutum, & tunc Deus ex sua bonitate permittit eos sic stare aliquandiu, vt cumulentur virtutes, & efficiantur vas plenum gratiarum, & virtutum. Quarto, minuunt purgatorium. Nam si peccasti, Deus ex sua tunc bonitate vult purgare per illas tribulationes in præsenti, vt in futuro non puniaris. vnde dicitur in decre. Deus non dimittit peccata impunita. de pæ. di. 1. quem pænitet. Et multo facilius est hic pati, & satisfacere, quam in futuro. vnde dicitur in decre. Igni purgatorio nulla temporalis pœna est comparabilis. dist. 25. *quo in aliud.* Quinto, tales tribulationes præmium in cælo augmentant si patienter sufferuntur. Nam tales æstimant se peccatores magnos, & malos; & sunt quandoque martyres coram Deo, quia plus lædit sic continue puniri, quam semel decapitari. Modo considerandum est, quam bene Deus omnia disponit, vt vnde homines timeant demereri magnum supplicium inde habeant aliquando magnum præmium, vnde secundum sacram scripturam & signum magnæ gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro quæ euenient talibus, vt sperandum est. Ergo non solum patienter, sed & læranter sustinendæ sunt tales tribulationes, quia Christus illam amaritudinem vult vertere in Y¶ æternam dulcedinem, sicut contigit cuidam virgini moniali; quæ ex permissione diuina per longum tempus in ariditate, & amaritudine

suæ

suæ mentis stetit, & postmodum Christus eam liberauit & ei magnam dulcedinem tribuit. Vlt. notandum est quoddam exemplum, quod legitur in vitis patrum. libr. 5. c. 53. quod quidam impugnabatur à spiritu blasphemiæ, & erubescebat hoc dicere, & quoscunque audisset magnos homines, & senes, pergebat ad illos vt illis declararet, & mox cum venisset ad eos, iterum verecundabatur. Cum ergo frequenter ad Abbatem quendam veniret, videt eum senex habentem cogitationes, & dixit ei, Ecce frequenter venis ad me habens cogitationes, & sic iterum remeas tristis tecum illas reportans, dic ergo fili quid habes, at ille dixit: Blasphemia impugnat me diabolus, & erubescebam dicere; & mox cum aperuisset ei causam, leuior impugnatio ei apparuit & dixit ei senex: ne contristeris fili, quando hæc cogitatio venit ad te dic: ego causam non habeo blasphemiæ, super te Sathana sit illa, hanc enim causam anima mea non vult quantumcumque enim causam anima mea non voluerit, non diu permanebit, & ita sanus factus frater ille discessit.

DOMINICA IV. POST OCT. Epiphaniæ. Ser. XXX.

Matth. 13. *Sinite vtraque crescere vsque ad messem & tempore messis dicam messoribus, colligite primum zizania. &c.* Sciendum, quod in cœlo sunt solummodo boni, in inferno solummodo mali, & in mundo mixti sunt boni & mali, & hi ab initio mundi vsque ad finem nunquam ex toto separabuntur. Ergo dixit: *Sinite vtraque crescere*; vnde in præsenti sermone; tria sunt dicenda. Primo, quomodo ab initio boni, & mali semper simul vixerunt? Secundo, quare iam simul viuunt boni & mali. Tertio, quomodo se habere debeant boni, ne cohibitatio malorũ eos à salute impediat. Quantum ad primũ. s. A¶ quod ab initio mundi boni, & mali semper simul vixerunt. hoc sic probatur; Nam Adam duos filios habuit, scilicet Cain & Abel, quorum alter malus fuit. s. Cain, qui fratrem suum Abel bonum, & iustum occidit. Item Noe tres filios secum habuit in arca, quando diluuium venit. s. Sem, Cham, & Iaphet, quorum duo in humilitate vixerunt, sed tertius postmodum irrisor patris factus est. Abraham duos filios habuit; quorum vnus. s. Ismael persecutus est probum Isaac, & fidelem. Item Isaac duos filios habuit, quorum vnus. s. Esau, reprobatus est à Deo, & Iacob à Deo electus. Item Iacob duodecim filios habuit, ex illis decem vendiderunt Ioseph iustum fratrem eorum, & Deo charum. Christus duodecim Apostolos habuit, quorum vnus traditor fuit. Vnde dicitur in Euan. *Nonne elegi vos duodecim, & vnus ex vobis diabolus* Gen. 4. Gen. 7. Gen. 21. Mala. 1. Gen. 37.

est? Sic adhuc modernis temporibus vsque in finem mundi boni, & mali simul viuunt, & hoc in omni statu. Nam inter Principes sunt aliqui boni, & aliqui mali, similiter inter milites, & inter ciues & rusticos, & inter mechanicos, similiter inter presbyteros, & religiosos, similiter inter seruos & ancillas, & sic de aliis. hoc naturaliter possumus intelligere, quod boni, & mali hic simul viuũt & crescunt. Nã flores crescunt cum spinis, aurum cum cupro, stannum cum argento, fex cum vino, palea cum grano, sic quod vnum non crescit sine alio sic etiam est inter homines in isto mundo. Quantum ad secundum tũc quęritur, quare Deus malos permittit viuere cum bonis in præsenti vita vsque ad finem seculi? Respondetur primo, quod ideo vt boni per malos purgentur, & probentur. psal. *Multæ tribulationes Iustorum*. Gl. Qui non patitur, non est iustus. vnde etiam Apostolus: *Omnes, qui pie volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur*. s. à malis, vnde Christus dicit in Euangelio. *Si me persecuti sunt, & vos persequentur*. Et hæc persecutio vno modo fit verbis, vt conuiciando, obloquendo, irridendo, maledicendo. alio modo illa persecutio fit in rebus & in personis bonorũ hominum. s. spoliando eos in rebus vel percutiendo, vel vulnerando in corpore. & sic tunc boni dicti sunt beati. vnde Christus dicit in Euan. *Beati estis cum maledixerint vobis homines* &c. Ergo mali homines sunt vtiles etiamsi non saluantur, quia purgant bonos à rubigine vitiorum, & præparat eos ad percipiẽdum coronas martyrum. Quomodo. n. essent tot martyres si non fuissent bonorũ hominum persecutores. Qũo. n. S. Stephanus haberet coronã martyrum, si non fuisset à perfidis Iudæis lapidatus? Similiter B. Petrus Apostolus, si non fuisset ab iniquo Nerone crucifixus? similiter iniquus Præfectus Valerianus beatum Laurentium martyrem fecit; similiter Dacianus iniquus, Sanctũ Cornelium ad palmam martyrii perduxit & sic de aliis. Secundo, boni & mali hic simul viuunt, vt boni ex hoc gloriosiores in futuro appareant. Vnde cõmendatur Iob, ex eo quod inter malos seruauit innocẽtiam suam, & iustitiam, sic similiter cõmendandus erit, qui inter malos bene viuit. Nam sicut vituperabile est inter bonos homines male viuere, sic è conuerso laudabile est inter malos homines bene viuere, vnde magna gloria erit tibi cum inter superbos, es humilis, & inter iracundos, es mitis, & inter luxuriosos, es castus & sic de aliis, & signanter cũ bene potuisses male fecisse, & propter Deum te abstinuisti. Vnde Ecclesia. 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus, & facere mala, & non fecit, quis est hic, & laudabimus eum*? Tertio, mali cum bonis viuunt in præsenti, vt ipsi mali per ex-

Ps 33. 1. Timo. 3.

exempla bonorum, & correctiones, & admonitiones emendentur, & etiam boni fiât. Nam est signum bonitatis Dei, qui vult omnes saluos fieri, quod malos cum bonis hic permittit viuere, nam plures sunt conuersi & boni effecti, & saluati, quos Deus hic diu tolerauit cũ bonis, qui alias fuissent damnati, & sic passio Christi & omnia beneficia eius essent in illis frustrata. *Propterea expectat nos, vt misereatur nostri.* psalm. *Longanimis, & multũ misericors.* Quarto, mali cum bonis viuunt, vt ipsi mali non conuertantur, quod in futuro inexcusabiles fiant. Vnde mali habent informationem per auditum, quo ad verbum Dei & quo ad visum per exempla bonorum. Et ista est principalis causa, quare mali odiunt bonos in vita præsenti. Nam etiam iustis tacentibus, ex comparatione tamen iustorum vita malorum arguitur quod inexcusabiles sunt in suis peccatis etiam in præsenti, quod est magnũ grauamen. Sap. 2. *Grauis est nobis ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius.* Boni enim per opera bona sua testantur quòd opera malorum sunt mala, sicut fidelis mechanic⁹ cum opere suo reprehendit mechanicum infidelem, ex eo quod opera sua cum operib. illius non concordant. Sic Similiter intelligitur de bonis, & malis hominibus, quo ad opera ipsorum. vnde Ioan. 7. *Non potest mundus odisse vos, me autem odit quia testimonium perhibeo de eo, quia opera eius mala sunt.* Vnde mali in futuro sunt inexcusabiles, nam homo superbus videbit humilem, qui fortassis ditior fuit, pulchrior, nobilior eo, & tamen in humilitate permansit. Similiter luxuriosus arguetur ab homine casto, ebriosus, ab homine abstinente, iracundus à mite, & sic de aliis & tunc tales obmutescent, quia nihil habent, quod possunt respondere, nisi quod propria malitia eorum eos damnat. Quinto, mali cum bonis viuunt, & hoc propter assolutionem bonorum. Nam si dominus pepercisset Sodomitis propter decẽ iustos, si in eisdem quinq; ciuitatibus & in omni regione circũuicina inuẽti fuissent, multo magis iam domin⁹ parcet malis, ꝓpter societatem bonorum. Vnde qlibet malus debet regratiari, Deo & ꝙD aliis bonis hominibus, ꝓpter quorum participationem, & societatẽ Deus sibi præsentem vitam tamdiu prolongauit. Quantum ad tertium. s. quomodo boni se habere debeât, quo ad cohabitationem malorum, ne eos à salute eorum impediant. Dicendum secundum *Guil. Lug* ꝙ boni quinq; debent habere: primo, vt neminẽ sub malo exemplo corrumpant, in quo multi peccant qui proximum scandalizant, non attẽdentes illud Matt. 18. *Væ homini, per quẽ fit scandalum.* vnde sciẽdum ꝙ sunt quidam diabolici homines, qui postquã vident aliquem hominem impatientem prouocant eum ad iram

Esa 30.

C. 4.

iram, etiam quandoque ad blasphemandum Deum, & maledicendum proximo, non verentes spiritualiter mortificare proximum in anima, neque contumeliam Dei curant. Sed tales, si incendissent vnam domum de palea, se valde peccasse putarent, quando vero incenderunt domum spiritualem fratris sui, se innocentes putant, sed tamen tales rei erunt omnium peccatorum, quæ isti sic prouocati cōmittunt, siue iurando, siue blasphemando, siue etiam in corpore lædendo. Secundo, necessarium est, vt caueant se, ne ab alio corrumpantur, quia & corrumpere, & corrumpi vitium est. In hoc quidem multi errant, qui si vident aliquod malum ab aliquo fieri, illud volunt imitari contra illud ps. *Noli æmulari in malignantibus.* Ergo quilibet debet semper attendere vitam bonorum, & non malorum, & hoc merito, quia si vis in futuro cum bonis præmiari, tunc ratio dictat, quod in præsenti viam eorum debeas imitari. vnde Isido. de summo bono. Ad conuersionem mortaliū, multum prosunt exempla sanctorum, reprobi autem non attendunt documenta bonorum, quæ innitentur ad melius, sed proponunt sibi exempla malorum, quibus ad suorum morum peruersitatem vtuntur in peius, tales excusant se dicentes: Multi faciunt hoc, & iam consuetudo est, & sic volunt se excusare contra quos dicit *Hie, ad Rusticum.* Nequaquam consideres, quod alii mali faciant, sed quid tu boni facere debeas, neque peccantium ducaris multitudine, ne te pereuntium turba solicitet. Item tales attendere deberent, quod dicit Christus: *Lata, & spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam,* & è conuerso. dicit: *Angusta est porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam & pauci sunt, qui inueniunt eam.* Sed diceres, ante centum annos hoc factum est, vel hoc. s. homines chorizauerunt, superbas vestes induerunt, & tabernas intrauerunt, & inebriauerunt. Resp. quod ante centum annos etiam homines in infernum intrauerunt. Nam illicitum factum contra Deum per hoc non excusatur, quod ex mala consuetudine perpetratum sit. vnde Isid. *Consuetudo autoritati cedat, prauum vsum lex & ratio vincat.* vnde quilibet attendere debet exempla bonorum, vt inde proficiat. vnde Ambr. *Sanctorum vita est cæteris norma viuendi,* vnde etiam Greg. *Nunquam peccatores ad lamentum pœnitentiæ redirent, si nulla bonorum essent exempla, quæ eorum mentem traherent.* Tertio, vt nemini malum vel iniuriam inferant; vnde Matt. 7. *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* vnde etiam Tho 4. *Quod ab aliis oderis tibi fieri, nec tu aliis facias.* Hoc enim attendendum est in omni actione quod iniuriam aliis non

Matt. 7.

non facias, neque in verbo, neque in facto, sed sicut ab alio uis tibi fieri, sic debes proximo facere; quod si quilibet quotidie aduerteret, multa non fierent, quæ alias fiunt, quia nullus timeret fraudem, vel deceptionē à proximo sibi fieri, sed oppositum iam invenitur: vnde psalm. *Diminutæ sunt veritates à filiis hominum.* Hoc patet, quia vnusquisque, heu, iam nititur decipere proximum, & iam frater fratri non seruat fidem, & ratio est, quia secundū Apostolum, *omnes quærunt quæ sua sunt*: Quartum, vt malum illatum ab alio patiēter ferāt vnde Gr. in ho. *Patientia est aliena mala æquanimiter tolerare, contra eum quoque, qui mala irrogat nullo dolore moueri*; sed sunt aliqui, qui se credunt esse bonos, nec tamen vnum verbum propter Deum sustinere volunt. vnde Gr. *qui à statu patiētiæ per linguarū vulnera corruit, ipse sibi testis est, quod contra manifestæ persecutionis gladios non sustineret*, nam sicut illi, qui sunt patientes, seruant animas suas, sic isti, qui sunt impatientes perdunt quoque seipsos, id est corpus, & animam. vnde refertur, quod valde periculosum est ex impatientia diabolum nominare & seipsum ex ira eidem commendare. Vnde legitur, quod quidam Archidiaconus Aurelia iturus Romam, rogauit quendam canonicum, vt ei accommodaret suum dispensatorem, quem in ista via sibi necessarium æstimabat. Cum igitur dictus dispensator licet invitus cum Archidiacono pergeret, ille Archidiaconus, qui erat auarus, cœpit à dicto dispensatore rationem expensarū ita distincte exigere, quod vellet etiam vsque ad singulos obolos cōputum perscrutari, quod cum moleste iste ferret, quadam die perturbatus, & ex verbis Archidiaconi exasperatus, seipsum dæmonibus ex ira & impatientia commendauit. Eodem autem die in transitu cuiusdam fluuii cum equo submersus est. Inierat autem prædictus dispensator pactum cum domino suo canonico, quod qui ex ipsis duobus prius moreretur infra triginta dies, si posset ad alterum rediret, & de statu eum certificaret, sequēte igitur nocte cum dictus Canonicus in suo lecto, ardente coram ipso lampade, vigilaret, ecce dipensator suus coram ipso adstitit, & Canonicus, bene veneritis inquit dispensator mi charissime, Nunquid etiam rediit Archidiaconus? non inquit domine, sed ego solus redii iuxta constitutum, & pactum vobis promissum; & ille. Quomodo tibi est? Respondit, mortuus sum, & in maximis tormētis. & Canonicus, qua morte defunctus es? Respōdit. Ille: Archidiaconus parcus, & auarus me hodie supra modum commouit propter suam parcitatem & districtā rationem quā à me exegit, & ego ex ira cōmendaui me hodie dæmonio, & sic submersus sum ab eis in fluuio & tali crudeli morte defunctus sum, & ait: Rogo

vos, vt quoſcunque poteritis, moneatis, ne hoc vnquam faciant, q̄ ſe dæmonibus ex ira, & impatientia G ¶ cōmendent, quia ſi ſe ſic dæmonibus cōmendant, dant eis poteſtatem ſuper ſe, ſicut ego hodie feci, & poſt pauca diſparuit. Quinto vt vehementer eſuriant iuſtitiam, tam in ſe, quam aliis, & vt vehementer deſiderent ſalutem propriam, & aliorum. vnde Matt. 5. *Beati, qui eſu. & ſitiunt.* & ad hoc debent laborare vt ſalutem propriam, & aliorum procurent. Nam maius ſacrificium eſt Deo, ſi propriam animam cum bonis operib. ad ipſum perducas, quã ſi aureum montem offerres, & centum monaſteria & centum clauſtra, et centum hoſpitalia ædificares, & tuam animam diabolo traderes, ſimiliter ſi animam pro- H ¶ ximi ad Deum reduceres, ei maximum ſacrificium immolares. vnde Gr. in ho. 12. ſup. Eze. *Nullum omnipotenti Deo tale ſacrificium, quale eſt zelus, vel ſalus animarum.* vnde exemplum de bono viro, qui reduxit deſperatum hominem ad Deum. Nam legitur quod quidam peccator enormis, in tantum etiam exceſsit in omni flagitio, quod ſimilis ſibi vix audiebatur, vnde moriens, deſperabat. Cui vir Dei eremita quidam conſuluit, vt confiteretur, cui ille deſperatus cum Cain dicẽdo ait. *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear.* cui Erem. Fili mi. Quis abyſſum, exhauriet miſericordiæ et bonitatis Dei, nunquid non virtus contritionis, & deuotæ confeſsionis omnia vincit peccata? cui peccator. Magna ſunt, quæ aſſeris, Cui. Ere. Meipſum veſtio peccatis tuis, vt ſecure poſsis agere pœnitẽtiam, oportet ergo ea omnia te mihi publicare, quo facto ſubdit Ere. Nunquid doles fili, quod Deum offendiſti, & hoc tuam confeſsionem ſacramẽtalẽ eſſe aſſeris, qui ipſo annuẽte, ſuſcepit abſolutionem, & deuote expirauit. Tandẽ ille viro Dei apparuit aſſerens ſe in ſtatu ſalutis, Ere. vero duplicia præmia à Deo repoſita propter charitatem ſuam et informationẽ, qua eum reduxit à deſperatione in viam ſalutis.

Gen. 4.

SERMO DE EODEM

TRiticum congregare in horreum meum. Gl. 1. bonos poſt hanc vitam in æterna gaudia. vnde hic eſt dicendum de nouem gaudiis cæli. Iſtum ſermo. quære infra ſer. 84 K. & eius exemplum.

DOMINICA V. SERMO. XXXI.

De humilitate.

DIſcite á me, quia mitis ſum, &c. Ariſt. Nullum violentum perpetuum, qui ergo in cælis alte, vult remunerari, nec debet, nec poteſt cũ violentia procedere, ſed cum virtute, ſed inter omnes virtutes humilitas maxime exaltat, & alte remunerari facit, ideo Chriſtus in verbis præmiſsis admonet nos ad imitandum ſuam humilitatem dicens; Diſcite à me, &c. Vnde in præſenti Math. 11.

senti serm. tria sunt dicenda. Primo de humilitate, & quatuor generib. hominum se humiliantium. Secundo de nouem gradibus humilitatis, tertio exemplum. Quantum ad primum, sciendũ, quod sicut superbia in tribus temporibus est timenda, & vitanda, sic humilitas est necessaira, Greg. Quicquid agitur, perditur, si per humilitatem non custoditur, quia est ipsarum clausorium & reseruatorium omnium virtutum, & meritorum. Item qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat. At humilitas est regina virtutum, mors vitiorum, speculum virginum, hospitium S. Trinitatis. Item sciendum quod sunt quatuor genera hominum, qui humiliantur Quidam enim hic, & in futuro exaltantur psal. *Exaltaui electũ de plebe mea.* v. g. Sicut Dauid, Moyses, Abraham, sanctus Henricus Imperator. S. Ludouicus rex Francorum similiter, S. Greg. Papa, Sanctus Amb. Hie. & sic de alijs. isti hic in præsenti, & in futuro exaltati sunt, sic adhuc boni prælati, quos Deus vocat, quod subditos suos bene regunt, sicut hic in præsenti super alios homines exaltati sunt, sic & in futuro exaltabũtur. Vnde Greg. in homil. Illi Deum præ cæteris videre sublime merentur, qui fidelibus gregibus, præesse solicite sciunt, vnde etiam Apostolus. *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habentur*: vnde etiam in decre. Prælati Deo seruiunt, bene viuendo. & subditos bene regendo. 23. q. 4. si Ecclesia, Item, quidam hic, & in futuro humiliantur, vt mali pauperes, qui sunt elatæ mẽtis: vnde *Bern.* Væ pauperibus superbis, væ portantibus crucem domini, & non sequentibus eum; Nam est vulgare dictum: Pauperis, & superbi est duplex damnum & rei veritas est. Nam pauperes superbi sunt hic despecti, & humiliati & in futuro adhuc amplius humiliabuntur, & magis despecti erunt, & habebunt duplicem infernum, scilicet, hic, & in futuro: vnde Hiero. 17 *Duplici contritione contere eos*; Item quidam hic in præsenti se exaltant, sed in futuro humiliabuntur sicut diuites, qui in superbia se extollunt & in diuitiis, & in potentia sua gloriantur, & in pulchritudine corporis, quam ab extra ostendunt in vestibus pretiosis, in peplis, in cingulis, in caputiis gloriam humanam quærunt. Et tales deformiores erunt, qui hic vltra alios homines superbe ornauerunt, vt patet in Lucifero, qui pulcherrimus fuit, & propter suam superbiam deformior factus est cæteris dæmonibus. Vnde dicit dominus per Prophetam. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.* Item, quidam hic se laudabiliter humiliant, vt in futuro exaltentur vt boni ¶K pauperes, & etiam aliqui diuites qui hic Christi humilitatem imitantur, & tales in futuro exaltabuntur

1 Tim 5.

Iob 22. tabuntur. Vnde Iob. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, &* talis humiliatio est necessaria ad salutem. vnde *Bernardus*. Laudabilis virginitas, sed humilitas est magis necessaria, Potest enim quis sine virginitate saluari, sine humilitate nequaquam. vnde ipsa humilitas saluat, & exaltat, & ad cœlum perducit. vnde Ber. Sola humilitas est, quæ exaltat, & sola ipsa ducit ad vitam, quia hæc est via, & non alia. Nam sicut superbia est via ad infernũ, & supprimit vsq; ad inferni nouissima, sic humilitas est via ad cœlum, Nam ipsa perducit, & exaltat, vt patet in beata Virgine, quæ propter suam humilitatem exaltata est super nouem choros angelorum, & collocata ad dextrã filii sui domini nostri Iesu Christi. Et qui hic humilior est in hoc mundo, erit & vicinior in cœlo. vnde *Ambro. super psal. Beati immaculati* quãto inquit quis est abiectior in hoc seculo, tanto magis exaltabitur in futuro. Nam per quot gradus humilitatis hic quis descẽdit, per tot gradus exaltabitur in cœlo; vnde *Isido*. Descẽde vt ascẽdas, humilia te, vt exalteris. Quantum ad secundum, sciendũ, quod sunt nouem gradus humilitatis, per quos quis cognoscere po-L ¶ test, quam humilis coram Deo sit. Primus gradus est, cũ quis reputat se tã miserum, q; semper deficiat in bonis & inficiat per malitiã bona, quæ habet à Deo, & plus timet ex humilitate demereri in bonis operib. quam mereri, & Deum offendere quam placare propter negligentiam, quam habet in bonis operibus, quia ex humilitate reputat se seruum inutilem. Secundus gradus est se viliorẽ aliis reputare. Circa quod quęritur, vtrum quis debeat se reputare ex humilitate omnibus aliis viliorem? Respond. secundũ *B. Th. de Aquino*; quod quilibet ex humilitate debet se in aliquo subdere alteri, & istũ sibi præponere, & hoc contingit tripliciter. Primo, cũ ¶ M vides aliquod bonum in proximo, quod scis te non habere, vtique ex humilitate debes te illi alteri subiicere quo ad hoc, & æstimare cum toto corde, quo eum te in illo excedere. Secundo, cum cognoscis aliquem defectum in te, quem in alio non cognoscis, debes te ei, quoad hoc, ex humilitate subiicere, & reuera diligenter inuestigando semper quemlibet in bono aliquo videbimus, præ cæteris clarere. Tertio, cum etiam nihil talis boni scias in alio, ex humilitate tamen semper debes æstimare aliquid occultum in eo, quod tu non percipis. Imo verus humilis non solum debet se ex humilitate viliorem æstimare cæteris hominibus, verum etiam creaturis irrationabilibus, quoad aliquid, quia tales creaturæ nunquam Deum offenderunt, nec præceptum Dei trangressæ sunt, sed tu sæpius offendisti Deum creatorem tuum, transgrediendo illius præceptum. Sed aliquæ sunt personæ quæ

næ, quæ se viles esse dicunt, sed hoc ab aliis audire nolunt, quod est vera hypochrisis, & de hoc quære infra. Serm. cap. T. Tertius gradus est, cum quis gaudet de contemptu, & tristatur, quando laudatur *Ber:* verus humilis vult ab aliis videri vilis. vnde: Ibant *Apostoli gaudentes à*
Act. 5. *conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu Christi contumeliã pati.* Ratio, quare humiles tristãtur cũ laudãtur est ista, quia reputant se indignos alicuius laudis, & dicunt cum Apostolo: *Soli Deo honor & gloria in secula seculorum*, & cum psal. *Non nobis domine, non nobis sed nomini tuo da gloriam*: vnde *Grego.* Laus propria iustos cruciat, & iniquos exaltat vnde etiam *Chr. super Matt:* Sapiens cum laudatur in facie, in mente cruciatur. Item sciendũ, q, quãdo alicui est dulce ab aliis laudari, talis nõ est vere N humilis. vnde *Aug.* esse humilẽ est nolle laudari in se. Qui ergo in se laudari appetit, superbꝰ esse cõuincitur. Quartus gradꝰ humilitatis, est, cum qs reputat se dignũ omni pæna tam inferni, quam etiam purgatorii propter sua peccata, quæ cognoscit se contra Deum commisisse & affectat libenter temporalem pænam, vt æternam pœnam euadere posit, dicẽdo cũ *Aug.* hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Vnde sciendum, quod illi, qui murmurant in flagellis Dei, non sunt veri humiles, quia si essent veri humiles, tunc cognoscerent se reos illius pænæ, & multo maioris, & sic nullo modo murmurarent, sed Deo potius regratiarentur de sua misericordia, quam eis ostendit, quando hic peccato- ¶ O res punit. Quintus gradus est, cum quis reputat se dignum omni bono gratiæ naturæ, & gloriæ, & quicquid sibi dat, immo quæcunque beneficia tribuit, hoc totum gratanter facit ex sua liberalitate sine õnibus suis meritis, quia cognoscit, q, nec minimũ bonum à Deo promeruit. Ex quo patet, quod illi non sunt veri humiles, qui contra deum loquuntur, & eum reprehendunt, dicendo: Quare das illi, & illi & mihi non das, cum tamen hoc etiam libenter haberem? Si enim talis esset verus humilis, tunc deberet alium æstimare digniorem, & meliorẽ se, cui ideo Deus tribuit quia à Deo promeruit, sed quia tu nõ promeruisti, ideo hoc demum à Deo non cepisti, quod alius recepit. Sextus gradus humilitatis est, quando quis non abhorret propter Deum correctiones, & cõtumelias pati, & mansuete sustinet: vnde *Greg.* Qui gloriam nõ quærit, contumeliam non sentit. Ex quo patet, quod isti non sunt veri humiles, qui impatientes sunt, quãdo corripiuntur. vnde sciendũ, quod est valde vile, cum quis hic pro delictis suis corripitur, & punitur à suis superioribus; de hoc quære infra Ser. 43. H. Septimus gradus est, cum quis ex humilitate cognoscit se reum & bene meritum, quod omnes creaturæ essent contra eum, & pu-

nirent eum, quia creatorem suum sæpius offendit. vnde verus humilis quando canis eum mordet, vel pulex, vel musca vexat, vel alia quæcunque creatura eum molestat, talis humiliter, & patienter suffert, cogitás ex humili corde, q̃ tales creaturę volunt creatorem suum vindicare, quem ipse sæpius offendit peccando. Ex quo patet, quod isti non sunt veri humiles, qui quandoque ex impatientia maledicunt creaturis cum offenduntur ab eis. ¶ Octauus grad⁹ est, cũ quis potius vellet Deo seruire in vilissimis, & abiectis seruitiis, quam in honorabilib. seruitiis, licet æqualis meriti essent, & hoc propter suam indignitatem, quia ex vera humilitate reputat se indignum esse ad seruiendum Deo in honorabili seruitio. Et ad istum gradum pauci perueniunt, quia plures sunt qui potius vellent esse domini quam famuli, & plures mulieres, quæ potius vellent esse dominæ, quam ancillæ, si ambo æqualis meriti essent. Nonus gradus est, quando quis credit, & timet proximos lædere propter mala sua opera, & quandocunque aliquod malũ proximis accidit, hoc ipse suis propriis peccatis ascribit, & bonum, q̃ ipse percipit, quod hoc habeat à largitate, & beneficentia gratuita Dei, & meritis proximorum. Ex hoc patet, quod isti ad huc non peruenerunt ad nonum gradum humilitatis, quando audiunt aliquod malum accidisse proximo, dicunt. Bene meruit à Deo illud malum quia talis est, & talia peccata commisit. Nam si quis esset verus humilis, tunc quã cito audiret aliquod malum accidisse proximo, tunc immediate timeret, ne proximus propter ipsum sic temporaliter punitus esset. ¶ Quantum ad tertium, nota exemplum. Legitur enim quod cum quidam homo diu laboraret in extremis, tandem raptus putabatur esse mortuus, qui post magnum spaciũ tẽporis reuersus est, & multum fleuit; homines autem circumstantes rogauerunt eum, vt diceret eis, quare fleret, & quid vidisset? Respõdit: Vidi q̃ spiritualiter Deus diligit homines, humiles, & magnam habent complacentiam in operibus eorum & propter hoc fleui præ magno gaudio, quia quicquid seruiui Deo, hoc totum de gratia Dei feci cum humilitate, quare Deus gratanter acceptauit opera mea, & sicut superbia est initium, & fundamentum omnis mali, sic humilitas est initium & fũdamentum omnis boni: vnde missus sum vobis, & cæteris dicere, q̃ quicunque vult saluus fieri, debet se coram Deo humiliare, & vitam Christi imitari, qui dicit: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.*

Dominica In septuagesima. Ser. XXXII.

De dignitate hominis.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operario in vineam suam. Math. 20. Scire debetis in Christo dile-

dilectissimi, quod sancta mater Ecclesia Catholica hodierno die duo nobis tempora repræsentat, scilicet, tempus humanę creationis, & tempus humanæ perditionis; hoc primum tempus hodie repræsentat sancta mater Ecclesia Catholica in hoc, quod in matutinis incipit legere librum Genes. in quo aperte cōtinetur, quomodo Deus fecit hominem de limo terræ, & quando in faciem eius inspirauit spiraculū vitæ id est, animam, vt homo fieret in animam viuentem. Item, hodie in Septuag. repræsentat spiritualiter Ecclesia Catholica tempus præuaricationis, & transgressionis, & humanæ perditionis. Iō hodie Ecclesia Catholica ob cām huius miserabilis, & lamētabilis trangressionis figellas suas, id est, omnia cantica lætitiæ doponit, primo, scilicet canticū naturæ, q̄ est. *Te Deum laudamus*, quia in ps. dicitur, *ōnis spiritus laudet dominum*. Item deponit etiam canticū gratiæ scilicet, *Gloria in excelsis Deo*. per quod Dei pax de cælo per angelū hominib. est annunciata, vt habebetur, Lucæ. 2. Item deponit canticum gloriæ, scilicet, *Alleluia*, quod vt dicitur Apoc. 19. Ab angelis primitus in cœlo est cantatū. Nec mirū si ecclesia illa cantica omittit illo sacro tempore, in quo peragitur transgressio Adæ, & Euæ, nā per peccatū vitiata est natura, subtracta gratia, & impedita est gloria. Ergo ecclesia quasi in anniuersario totius humanæ naturæ canticū, qui de mortuis per annum cantari solet, pro officio missæ incipit, dicens. Circundederunt me gemitus mortis &c. Vnde in præsenti Serm. tria sunt dicenda. Primo, de illo sacro tēpore septuagesimæ. Secūdo, de creatione hominis, Tertio, exemplum. Quātum ad primum, sciendum q̄, tempus, septuagesimæ institutum est ab Ecclesia. Primo, ad repræsentandum tempus preuaricationis Adæ, & Euæ. Ipse, enim Adā sibi, & nobis mortem intulit. Nam si Adā in innocentia perstitisset, immortalis permansisset, sic, quod ipse, nec famem, nec sitim, nec frigus nec calorē ignis sensisset nec oculus, nec caput doluisset, nec mors, nec aliqua tristitia sibi accidissent. Vnde *Greg.* ad hoc homo in Paradiso posit⁹ erat, vt si se ad cōditoris sui obedientiā vinculis charitatis astringeret, ad cæleste patriā, & angelorū societatem quicunq; sine morte carnis trāsiret. Nā homo fuit creatus immortalis, quantū ad corpus, & animā. vnde *Greg.* Sic namq; immortalis cōditus est homo, vt si nō peccasset, etiā mori nō potuisset: vnde omnes viui cœlū intrassemus. Secundo, tēpus Septuagesimæ representat nobis exilium totius generis humani, q̄, incepit ab Adā, & durat vsq; aq finem mundi *Ambro.* Omnes sumus in hac lachrymarū valle, q̄ deberem⁹ esse in Paradiso, vel in cœlo. vnde Iob loquens de miseriis huius mundi, dicit: *sic Homo natus de muliere breui viuens tempore, multis repletur miseriis*, hoc patet, quia patimur famem, sitim, & varias infirmitates, & certitudinaliter

Psal. 160.

omni die mortem exspectamus, nec scimus, vbi post hanc vitam prima nocte manebimus, & in signum huius miseriæ, & exilii tunc puer cum nascitur in hunc mundum, primitus flet, lachrymæ eius testimonium perhibent huius miseriæ, quod scilicet ipse puer sit natus in hunc mundum qui est vallis miseriæ, & lachrymarum: vnde *Holcoth*. Omnes clamant e vel a, quotquot nascuntur ab Eua, si sunt masculi conqueruntur de primo patre Adam, ideo dant vocem a. si autem fœmina, conqueruntur de prima matre Eua, & iõ sonant e quia propter eorum peccata sunt cum pœna, & dolore in mundo victuri: vnde *Aug.* Puer est propheta per fletum. Tertio tempus septuagesimæ repræsentat nobis tempus pænitentiæ. Et in signum huius heri in vesperis cantabatur, dies absoluti prætereunt, dies obseruabiles redeũt tempus adest sobrium, quæramus puro corde dominum: vnde istam pœnitentiam assumendam ecclesia hodie in officio missæ inducit nos exemplis. Nam adducuntur nobis in exẽplum tres magni peccatores, qui totum officium missæ composuerunt scilicet, Dauid; qui composuit introitum missæ, ne quis desperet propter peccatum luxuriæ; Paulus; qui composuit epistolam, ne quis desperet propter peccatum superbiæ. Et Math. qui composuit euangelium, ne quis desperet propter peccatum auaritiæ, vnde modo lætitia humana est postponenda, & salubris tristitia assumenda; sed heu plures peruertunt ordinẽ, qui iam incipiunt dissolutiores esse, & vanitates mundi plus exercere, quasi non sit tempus pænitentiæ, sed tempus variæ lætitiæ, contra quos dixit Salo. *Est tempus flendi, est tempus ridendi.* Eccles 3. Et in signum, quod Christiani non debent amodo vane lætari, tunc hodierna die incipit tempus interdictum, in quo Christiani non debent nuptias celebrare, quia illud tempus est tempus tristitiæ, & de hoc quære ante ser. 26. O. Quantum ad secundum, dicendum, quod homo est magnæ dignitatis apud Deum, quoad creationem; Nam prima dignitas hominis est, quod creatus est ad imaginem Dei: vnde Ge. 1. *Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostra*, non angeli non archangeli, sed solius Dei, nec hoc Deus dixit de cœlo, vel de stellis, vel de auro, vel de argẽto. sed de homine, quoad animã. vnde Eccles. 17. *Deus de terra creauit hominẽ, ad imaginem suã fecit illũ, vt etiã Ber. in sermone quadragesimali.* Cogita qualẽ te fecit Deus, nempe secundũ corpus egregiã creaturam, sed secundum animã magis, vtpote imaginẽ insignẽ creatoris rationis participẽ, beatitudinis æternæ capacẽ. Item sciendũ, q̃ præ omnibus mundi creaturis Deus impressit homini suæ imaginis speciem, Nobiles enim sunt bestiæ terræ in quantum

rum creaturæ Dei sunt, sed nobiliores sunt aues aeris, sed nobilissima sunt firmamentum cœli, stellæ, sol, & luna, & planetæ, nec tamen ita nobiles sicut homo. vnde *Arist.* Nobilissimum animalium est homo, ideo caue effundere humanum sanguinem. *Idem 7. Poli.* Inter omnia animalia, solus homo habet, rationem. Vnde *Aug. su. Gen.* T¶ Omnium animalium corpora, siue, quæ in aquis, siue quæ in terris viuunt, inclinata sunt ad terrã, & non sunt creata sicut hominis corpus, quo figurata est anima nostra in æterna sua, id est ad æterna, & spiritualia erecta esse debere. Secunda dignitas hominis est, quod eum dominum omnium creaturarum constuit præter angelorum. vnde Ge. 1. *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.* vnde etiam psal. *Omnia subiecisti domine sub pedibus; &c.* Vnde omnes creaturæ sunt ad hoc creatæ, vt seruiant homini. Vnde *Hum.* O homo respice mundum istum, omnis naturalis creatura ad hunc finem cursum suum dirigit, vt tuis vtilitatibus deseruiat. Cœlum tibi deseruit per suum motum, luminaria cœli per suum influxum, sol tibi causat diem, luna illuminat tibi noctem, ignis tẽperat tibi aeris frigiditatem, aer tibi mitigat ignis caliditatem, aqua mundat tibi fœtorem, & mitigat tibi sitis ardorem, & fecundat terræ rigorem, terra vero te sustentat sua soliditate, recreat sua fæcunditate, delectat sua amœnitate. Ecce quomodo omnis creatura suum cursum dirigit, vt tuis vtilitatib. deseruiat. Tertia dignitas hominis est, quod angelus ad sui, custodiam deputatur. psal. *Angelis suis mandauit &c.* Ps. 90. Et ipsi angeli quando vident nos bona opera operari, de hoc gaudent. vnde Aug. Quotiens bene agimus, gaudent angeli, & tristantur dæmones, quotiens vero à bono deuiamus, diabolum lætificamus, & angelos suo gaudio defraudamus. Vnde quilibet homo debet angelum suum honorare in quocunque loco fuerit. vnde *Bern.* In quouis diuersorio, in quouis angulo reuerentiã exhibe angelo tuo, ne audeas illo præsente, q; me præsente nõ auderes facere. Quarta dignitas est, q; De⁹ vult laudari ab hominib. hic in mũdo, & etiam in V¶ futuro, sicut iã ab angelis laudatur in cœlo. Et in signum huius totiens admonemur à Deo per scripturam sacram ad laudandum eum. Psalm. *Laudate Dominum omnes gentes.* Psal. 148. Vnde *Aug.* vere fœlix esset, qui posset diuinæ laudi semper insistere. Nã hoc faciunt beati in cœlo. vnde ps. *Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te.* vnde *Ber.* Discamus nũc in terris, quas facturi sumus laudes in cœlis. Nihil ait tam proprie in terris cœlestis habitationis statum repræsentat, sicut alacritas laudan-

tium Deum. Quinta dignitas est, quod hominis naturam Deus assũpsit, & non angelicam. vnde Heb. 2. *Nusquã angelos apprehendit, sed sed semen Abrahæ.* Et in hoc factus est Christus frater noster: vnde dixit ad patrem suum omnipotentem, vt habetur in ps. *Narrabo nomen tuũ fratrib. meis.* vnde Ber. Puto, quod iam me spernere non poterit; quia os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Sexta dignitas est, ꝙ nos homines tam care, & pretiose emit. vnde Ap. *Empti enim estis pretio magno.* vnde *Aug.* Postquam intellexi me pretioso sanguine redẽptum, nolui me venalem exhibere vnde sciendum, quod si infiniti mundi essent, propter illos, nec vnam guttam Christus pretiosi sui sanguinis effudisset, & propter homines, & propter nostram salutem totum sanguinem effudit ps. *Aruit tanquam testa virtus mea.* Septima dignitas est, ꝙ homines cibat suo sanctissimo sanguine. vnde Ioan. 6. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus &c.* Quid. n. magis dare potuit, nisi semetipsum in terris in cibũ. vt confortemur, ne deficiamus in via. Octaua dignitas est, quod homo creatus est ad æternam beatitudinẽ cum angelis æternaliter possidẽdam, non solum cum anima, sed etiam cũ corpore glorioso post resurrectionem. Vnde Christus dicturus est suis dilectis. *Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum &c.* Nona dignitas est, quod nihil satiare potest desiderium hominis, nisi ipse Deus qui infinitus, & immensus est; vnde dicitur in ps. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* vnde etiam *Augustinus* tantæ dignitatis est humana cõditio, vt nullũ bonum, præter summum, ei sufficere possit, & hanc satietatem æternæ beatitudinis ex intimo cordis desiderare debemus, vt illius desiderium cœlestis patriæ lachrymis corporales excitet in nobis. Vnde exemplum scribit *Ia. de Vitriaco* dicens: Vidi quasdam mulieres tam speciali, & mirabili amoris in Dei affectione resolutas, vt præ desiderio languerent, nec à lecto per multos annos nisi raro surgere possent, nullam aliam infirmitatem habentes, nisi illam cuius desiderio earum animæ liquefactæ, cum domino suauiter quiescentes, quanto spiritu confortabantur, tãto corpore infirmabantur.

1. Cor. 6.

Mat. 25.

¶ X

DE EADEM, ALIVS SER. XXXIII.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere, &c. Ex quo in præsenti Euangelio fit mendtio de patrefamilias, qui conducit operarios, id est, seruos ad laborandum, tunc in præsenti ser. tria sunt dicenda: Primo, de famulis, & famulabus. Secundo, de dominis & dominabus. Tertio, exemplum. Quantum ad primum sciendũ, quod ¶ A

Matt. 20.

quod serui, & famulæ, vt seruitium eorum sit Deo acceptum, & meritorium ad tria tenentur dominis, & dominabus suis. Primum est, ꝙ debent esse fideles dominis suis in rebus temporalibus, vt præueniant damna dominorum suorum, vbi possunt, & bona eorum augmentent, prout ipsis promiserunt, quoniam seruitia eorum intrauerunt, quia quandocunq; scienter promissum frangunt Deum grauiter offendunt. Et vt fideliter laborent in absentia dominorum, sicut in præsentia; vnde ad Eph. vlt. *Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei, ex animo.* Et quando sic fideliter laborant & in gratia sunt, tunc ipsemet Christus erit pręmium eorum. Et contra hoc faciunt qui bene, & fideliter laborant in præsentia dominorum, sed quando dorsum vertunt ipsi fideliter laborare desistũt & colloquũtur simul, & oculis vagis hinc, & illinc circũspiciunt, & sic laborẽ negligunt, contra quos dicit Christus vt habetur Mat. 7. *Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & eadem vos facite illis.* Itẽ cõtra hoc faciunt, qui bona dominorum ex negligentia perdunt, vel frangunt. Itẽ, qui furantur bona dominorum, & comedunt secrete, & bibunt, & conuiuia faciunt, quæ omnia confitenda sunt, & restituenda. Nam cum habent sufficientia ad comedendũ, & furantur dominis oua vel carnes, vel vinum, vel ceruisiam, & occulte conuiuia faciunt, & sic superflue, bona dominorum suorum expendunt, in hoc grauiter Deum offendunt, nec etiam famuli isti bona dominorum debent aliis dare, siue amicis, siue pauperib. sine consensu, & licẽtia dominorũ. Vnde ꝗritur an famuli, & ancillæ possint dare eleemosynam de reb. dominorum? Respõdeo secundum *B. Tho 4. dist. 15.* Serui, & ancillæ & famuli non possunt eleemosynas dare de reb. dominorum sine eorum consensu, nisi panem, vel brodium, vel huiusmodi, quę nõ inferunt sensibile nocumentum, sed sciendũ, ꝙ hic reprehẽdendę sunt quędã ancillæ, quæ permittunt quandoq; comestibilia perire, sicut brodium, & pulmentum & huiusmodi, quę nolunt laborem habere, & pauperib. talia seruare & ipsis postmodum dare, quamuis quandoq; dominus & domina hoc libenter viderent, & eis bene placeret, & istæ ancillæ propter pigritiam suam nolunt ista fragmenta colligere, & pauperibus erogare, sed potius canibus & porcis tribuunt & sic pauperes egere permittunt, & de his strictã rationem reddituræ sunt Deo, quæ pauperibus vtilia fuissent, si eis distribuissent. Nam tales ancillæ cogitare deberent, ꝙ quicquid pauperib. facerent, Christo factum esset, Matt. 25. *Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.* Est ergo, sicut si Christus per se clamaret ante

ianuam famelicus sitibundus, nudus, cæcus, & claudus, & peregrinus, sic recipiendus & consolandus est pauper. Et tunc melius prosperabitur illis famulis, & ancillis in omnibus, quando sunt misericordes pauperibus. vnde Luc. 6. Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis, quia pauperes defectuosi non sunt despiciendi, quære infra ser. 150. N. Secundum, quod seruiet ancillæ tenentur dominis, & dominabus est quod ipsis debent in licitis obedire, nec eos ad iracundiam prouocare, & quicquid cognoscunt dominis esse placitum, vt hoc libenter faciant. Non enim sufficit non furari, & fidelem esse dominis sed etiam obedire in licitis Eph. vlt. *Serui obedite dominis carnalibus cum omni timore in simplicitate cordis vestri*, sicut Christo. Similiter & ancillę debent dominabus suis obedire. Nam B. *Th.* dicit, quod seculari potestati obediendum est in licitis, quia *omnis potestas à Deo est, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit*. Item *B. Th.* dicit, quod inobedientia potest esse mortale peccatum, quia subtrahit superiori, quod ei tenetur ex ordinatione Dei. Ergo confitendum est, quando serui, & ancillæ pertinaciter sunt inobedientes dominis, & dominabus suis. Similiter vxor, quæ inobediens est viro suo, & pueri, qui inobedientes sunt parentibus suis & cæteri subditi, qui inobdientes sunt suis superioribus. Similiter pænitere debent serui, & ancillæ, qui scienter ad iracundiam suos dominos; vel dominas prouocauerunt, vel etiam qui dominis vel dominabus obloquuntur dicendo: Dominus ille est parcus, vel infidelis, vel domina est iracunda, vel austera. Tertium est, quod serui & ancillæ debent habere rectam intentionem ad Deum in laboribus & seruitiis suis, quia non sufficit fideliter laborare, & domiminis obedire, nisi habeant Deum præ oculis, & intentionem ad Deum referant. vnde *Gre.* Omne bonum quod agimus semper per intentionem ad cœlestia leuemus. Vnde serui & ancillæ præ omnibus de mane debent orare, & in diebus festiuis missam, & verbum Dei audire, & libenter ieiunare, & festa celebrare, & quandoque pro tempore suo confiteri, & sacramentum Eucharistiæ percipere. Et si nō semper ad ecclesiam possunt venire, tunc in domo, vel in campo possunt orare. Et signanter quando audiunt pulsum in eleuatione corporis Christi, tunc humiliter debent se Deo commendare. Sed contra hoc faciunt isti famuli, & ancillæ, qui Deum non timent offendere detrahendo, & maledicendo proximis, & quandoque creaturis, cum irascuntur, & quod peius est, in ira sua Deum blasphemantes. Et similiter Deum offendunt luxuriando cum meretricibus, chorizando, & superbe se ornando in diebus festi-

festiuis, & vorando occulte, & subtrahendo bona proximorum & dominorum suorum, & etiam in maximis, & paruis Deum offendunt. Vnde legitur exemplum in legenda B. Th. Apostoli, quod Patriarcha in festo B. Thomæ corpus ipsius Apostoli honorifice locat iuxta altare, & ad manus Apostoli ponit consecratas hostias, & sic omnes accedentes communicant cũ manu mortua virtute diuina. Et legitur q. non nisi contriti, & confessi valeant de manu eius hostias cõsecratas accipere. indigni autem nequaquã, nisi denuo melius scrutantes conscientias suas, & inuenientes indispositas ad confessionem, & ad cordis contritionem se conferant, tunc redeuntes accipiunt sacramentum de manu Apostoli. Vnde recitatur de quodam famulo exemplum, quomodo solum furtum ficuum, domino suo nesciente commiserat, quas & comederat, sed oblitus confiteri, accedens ad communionem non poterat sacramentum eucharistiæ de manu apostoli accipere. Qui in se reuersus, iuit seorsum ante quoddã altare, & flexis genibus rogauit Deum, vt sibi daret cognoscere illud peccatum, propter quod repulsus fuit â sacra cõmunione, & postmodum inuenit, quod de furto ficuum non esset confessus. Et sic denuo rediens ad confessionem, confessus est quomodo furat⁹ erat domino suo ficus, & restitutionem promisit, & tunc post absolutionẽ sacramentum eucharistiæ de manu Apostoli recepit. Sed qualis debeat esse intentio seruorũ, & ancillarum & aliorum laborantium, quære ser. 55. V. quantum ad secundum, sciendum quod domini, & dominæ tenentur tria famulis & famulabus suis. Primo, tenentur ipsis fideliter prouidere necessaria victui. s. comedere, & bibere, quia eandem fidelitatem ipsis tenentur quam famuli ipsis dominis tenentur. vnde Apost. ad Eph. vlti. *Et vos domini eadem facite illis.* Si enim vis quod tibi fidelis sit seruus, & laboret tibi, tunc è conuerso, sibi esto fidelis. Nam famulorum est esse solicitos, quomodo, & bene fideliter seruiant, Dominorum autem est prouidere, quod ipsi famuli necessaria habeant. Contra quod faciunt illi qui famulis suis, & famulabus non procurant necessaria, sed fatigant eos quasi brutum animal, quod est contra charitatem fraternam, quia aliis fortasse etiam necesse habent in futuro seruire, & se de laboribus suis nutrire. Insuper domini tenentur famulis soluere pretium suorũ laborum ante occasum solis. Nam hoc est vnum peccatum de quatuor clamantibus in cœlum, non soluere precium mercenariorum, Et contra hoc faciunt aliqui, qui protrahunt ad longum tempus. Insuper aliqui sunt, qui defraudant suos famulos in suo precio. Nam si ollam frãgunt non in simplo tantum sed

ſed in duplo ſolutionem ab his exigunt. Et in talib. Deus grauiter offenditur. Secundo, domini debent eſſe humiles, & charitatiui, & benigni ad ſuos famulos, nam quilibet debet eſſe pius ſuis famulis, ſicut Deum vult ſibi eſſe pium, & clemétem, vnde Sen. Sic cum inferiori viuas, quemadmodum ſuperiorem tecum viuere velis. Contra hoc faciunt, qui iracundos continue ſe ſuis ſubditis oſtendunt, & raro verba amicabilia, ſed ſemper dura verba & contemptibilia loquũtur, & extollunt ſe & ſpernunt ſuos ſubditos. Tales non attendunt, quod omnes ſumus fratres, & ſimiles. Nam Deus, qui creauit dominum, creauit & ſeruum, & cũ eodem ſanguine, quo redemptus eſt diues dominus, redemptus eſt & pauper ſeruus, & eandem hęreditatem, quam poſſeſſurus eſt dominus in cœlo, eandem poſsidebit, & famulus. Ergo dominus non debet ſpernere famulum, nec domina famulam; quia fortaſsis famulus melior eſt coram Deo, quam ipſe dominus, quia humilis eſt, & ipſe dominus ſuperbus, caſtus & ipſe dominus luxurioſus, abſtinens, & dominus ebrioſus, & guloſus, pius, & largus, & dominus auarus, & vſurarius. Inſuper ſciendum, q, nunquam dominus, vel domina debent nominare diabolũ nec in nomine ipſius aliquod opus fieri iubere. Vnde exempum ſcribit *Greg. in dia.* quod quidam nomine Stephanus de itinere veniens domum, vocauit ex ira famulum dicens, veni diabole diſcalcia me; ad eius vocem inceperunt ſe calceamentorum corrigiæ in ſumma velocitate diſſoluere, vt aperte conſtaret, quod ei ipſe qui vocatus fuerat ad extrahendos calceos diabolus adeſſet, & obediſſet, & mox vt dominus vidit, vehementer expauit, magniſque vocibus exclamare cœpit dicens: Recede miſer, recede, non. n. tibi ſed famulo meo locutus ſum. Ad cuius vocem proximus receſsit. Et inde recolligi poteſt, quod nunquam diabolus ex ira ſit nominandus. Tertio, domini debent corrigere famulos, ſi delinquunt. Nam ſemper cogitare debét, quod reddituri ſunt rationem pro ipſis, vnde tenentur domini famulos, & famulas inducere ad bonum faciendum. ſ. vt ieiunent, & orent, & feſtinét, vt confiteantur, & Euchariſtiam ſumant, & miſſam, & verbum Dei audiant. Et ſi non imitantur informationes, tunc debent eos corrigere cum delinquunt. Nam quilibet ſuperior debet corrigere ſuum ſubditum, alias omnia peccata quæ ſubditus cõmittit, in præſidenté redundabunt, ſi non corrigit, ſed ea fieri permittit. vnde dicitur in decre. Reſiſtere poſſe peruerſis, & non facere eſt eis conſentire, 23. quæſtione tertia, *qui poteſt*. Quãtum ad vltimum ſciendum, quod domini, & dominæ ex vera humilitate debent famulos, & famulas meliores ſe quantum ad Deum æſti-

(margin: G, H, I)

æstimare, & sic eis humiliter, & pacifice loqui. vnde exemplum: Legitur, quod duo fratres senior, & iunior fuerunt in itinere constituti, & ad seminãdum verbum Dei missi. Et accidit, quod in itinere quodam seniore dormienti iunior vidit ad se venire turbam cœlestem, quæ pertransiens nihil ei locuta est, sed vnus de turma dixit ad iuniorẽ fratrem, quod quæreret quicquid vellet, & ille quæsiuit, quæ esset illa speciosissima domina, quæ innitebatur duobus iuuenibus pulcherrimis, & quo itura esset. Et responsum est ei quod regina angelorum esset, volens venire ad proximam villam cum illa cœlesti turma ad ancillam cuiusdam rustici morituram, & ille mirabatur tantam humilitatem virginis Mariæ, quod ad talẽ pauperculam ancillam p̄sonaliter dignabatur venire. Eo excitato socio venerunt ad villã, & quæsierunt in qua domo aliqua ancilla infirmaretur. Et tandem ea comperta, venerunt illuc, & senior frater audiuit confessionem eius, sed noluit eam absoluere nisi diceret sibi per quid talem gratiã meruisset, & retulit sibi, quæ ille frater homo purus & innocens in via vidisset, & ancilla illa ex humili corde & ex obedientia dixit confessori, q̄ virginitatem suam seruauerat sicut de vtero egressa est, & quod omni die dixit horas suas, & quinquaginta Aue Maria Beatæ Virgini quod in morte dignaretur eam visitare. Et nec propter aliquem laborem illas horas, & orationes omisit, & de pretio suo se vestiuit & residuum dedit pauperibus, & confessor eam absoluit, & comunicauit, & Maria cum angelis animam illius ancillæ ad cœlum deduxit.

DOMINICA IN SEXAGESIMA. Ser. XXXIV.

De creatione hominis.

EXiit *qui seminat seminare semen suum.* Vbi sciẽdum quod seminator est omnipotens Deus, qui exiit seminare semen suum, id est, genus humanum creando, vnde *magister in compen. Theo.* dicit quod summa bonitas volens communicare suum bonum etiam aliis, fecit creaturam rationalem, quæ summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo beata esset. Vnde in pręsenti, ser. tria sunt dicenda. Primo, q̃uo Deus creauit hominem. Secundo, quomodo diabolus inuidit homini, & an Adam vel Eua plus peccauit. Tertio, qualiter iam nascimur in hunc mũdum. ¶ Quantum ad primum, sciendum q̄ dignitas primi hominis est in hoc, q̄ Deus fecit hominem ratione sapientem, vita innocentem, dominio potentem. Primo, fecit Deus hominẽ ratione sapientem, q̄a Adam notitiam Dei habuit, cuius præsentiã quadam interiori aspiratione contemplabatur, non tamen ita excellenter, vt illi in patria, nec ita in ænig- Luc. 8.

nigmate, vt nos modo iam in via. Ergo *B. Th.* dicit quod Adam, medium tenuit in cognitione Dei, quoad nos, qui sumus in hoc mundo, & quoad illos qui sunt iam in patria. Item Adam cognouit res factas, & creatas, quia eis nomina imposuit. vt dicitur Gen. 2. Et secundum *B. Tho.* nomina debent naturis rerum conuenire, ergo Adam sciuit naturas omniũ animalium, herbarum, arborum, & lapidum pretiosorum, & omnium rerum visibilium, & palpabilium. Et insuper dicit *B. Th.* quod Adam in statu innocentiæ quodam modo habuit omnes virtutes. Secundo, fecit eum vita innocentem, Nam factus est sine culpa. vnde secundum. *Holcoth*. Deus vidit Adæ originalem innocentiam, qua semper se, & suos custodisse potuit, habuit enim anima Adæ ita perfecte dominium super corpus, quod nunquam sensisset infirmitatem ab extrinseco nec deceptionẽ ab aliquo, si in statu innocentiæ perstitisset. Fuitque Adam sine pœnalitatibus, quia neque esuriit, neque sitiuit, neque frigus neque ignis, neq; aliquid aliud læsit eum, nec mortem expectauit, quia viuens erat ad gloriam transferendus, vestibus non indiguisset, quia stola innocentiæ vestitus fuit. Vnde *Gre.* Sic namque immortalis est cõditus, vt si non peccasset, mori etiam non potuisset. Vnde etiam *Aug in li. de quæsti. noui & veteris testamenti* dicit, Sic Deus hominem fecit, quod quãdiu nõ peccaret immortalitate vigeret. Vnde sciendum, quod Adam factus est extra Paradisum in agro Damasceno de limo terræ, & post creationẽ positus est in Paradisum voluptatis. Fuit autem locus ille, vt dicit *Damascenus*, exultationis vniuersæ promptuarium, qui terra celsior positus est, & temperato, ac purissimo aere circumfusus, plantis semper floridis ornatus est, bono odore plenus, nullumque irrationalium inhabitat ibi. Insuper nullæ sunt ibi tempestates, & bis fructificant arbores. Et in historia ecclesiastica dicitur, quod Paradisus, est locus delicatissimus, vbi modo est Enoch, & Elias continentes vitam suam per esum ligni vitæ, & aliorum quæ sunt ibi. Et cum Adam sic esset in Paradiso, dixit De⁹ vt habetur Gene. 2. *Non est bonum hominem esse solum. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Ergo immisit dominus Deus soporem in Adam. Cũque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit dominus Deus costam, quã tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Dixitq; Adam: Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Circa quod quæritur quare Eua facta sit de costa Adæ & non de capite, vel de pede? Respondetur secundum magi-

magistrum Theolo. Euam non fecit de capite, ne viro dominaretur, & contra hoc faciunt illæ mulieres, quæ volunt dominari, super viros suos. Etiam contra hoc est, quod dicit dominus Gen. 3. *Sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui.* Item nec de pede Adæ facta est Eua, ne contemneretur à viro. Et contra hoc faciunt illi seueri, & peruersi viri, qui contemnunt vxores proprias & tenent eas tanquam famulas, raro verba amicabilia sed semper dura, & contumeliosa eis loquentes, sed ipsa mulier facta est de latere viri, vt amoris vinculum probaretur in eis. In quo autem vir debeat ostendere dilectionem vxori, & è cõuerso, vxor viro, quęre ante serm. 27. B Item sciendum, quod dominus Deus dixit ad Adam, & M ¶ Euam. *Crescite & multiplicamini.* Circa hoc quæritur vtrum in statu innocentiæ conuenissent homines carnaliter absque officio generandi? Dicendum, quod non, secundum *B. Tho. in 2. dist. 2.* Tunc enim vires inferiores subiectæ erant superioribus tam secundum rectum ordinem hominis in seipso, quã hominis ad Deum Ratio recta autem semper ordinat actum ad finem debitum. vnde nunquam conuenissent vir & vxor in statu innocentiæ in actum matrimonialem, nisi propter officium generationis. Nam appetitus generatiuus nequaquam poterat surgere sine imperio rationis, nec vnquam sine aliquo fine intentiori ne procrearet, quia nulla persona sterilis fuisset. Et secundum *B. TH.* probabiliter potest dici quod masculi, & fœminæ fuissent in æquali numero geniti. Nam generatio erat in præcepto propter electorum multiplicationem. vnde Ge. 1. *Crescite & multiplicamini &c.* & ideo oportebat vt omnes vacarent generationi. Cum ergo ibi nullus moreretur, & vnus non posset esse, nisi vnius vxoris vir, & vna non posset esse, nisi vnius viri vxor, oportebat quod tot essent viri, quot mulieres, & pueri fuissent geniti in Paradiso, in quo parentes iam erant positi. Item quæritur vtrum pueri nati in statu innocentiæ statim habuissent vsum membrorum? Respondetur secundum *B. Th.* quod non; homines enim in statu innocentiæ habuissent commune initium viuendi nobiscum, sed non terminũ. Ideo defectꝰ naturales, qui sequuntur initium existẽdi habuissent nobiscum, sed non illos, qui sequuntur terminum, sicut est senectus, mors, & huiusmodi. Nec hoc fuisset eis in pœnam quia ex hoc, quod pueri fuissent in quantitate parui, & molles, ex hoc nullum incommodum sensissent, diuina prouidentia eos gubernante. Similiter est dicendum de cognitione, & vsu rationis, que non immediate habuissent, sed per successionem temporis didicissent, & lucidius, & ¶N clariori modò, quam nos modo.

 [illegible]dul-

Multo enim sapientiores, quam nos facti fuissent, nam naturas rerum recognouissent. Tertio fecit Adã dominio potentem. Circa quod quæritur? vtrum homo in statu innocẽtiæ animalibus, & creaturis dominabatur Respondetur secundum *B. Th.* q; sic, & hoc probatur primo ex ordinatione diuinæ prouidentiæ, quæ semper inferiora per superiora gubernat. vnde cum homo sit super cætera animalia, conuenienter eius gubernationi omnia animalia subduntur. Secundo, hoc probatur ex li. Ge 1. vbi dicitur de homine, *vt præsit piscib. maris & volatilib. cæli, & bestiis terræ.* vnde aues in aere ad nutum hominis obedissent, & & pisces maris vocati venissent, similiter, & bestiæ terræ &c. In signum huius tunc creauit Deus ante hominẽ omnes creaturas, & vltimo hominem tanquam dominum creaturarum. Nam omnes creaturę propter hominem sunt creatæ & sibi subditę. vnde ps. *Omnia subiecisti sub pedib. eius, oues, & boues vniuersas &c.* sed quare creaturæ inobedientes sunt factæ. Resp. secundũ *B. Th.* q, inobedientia ad hominem eorum quæ ei subiecta esse deberẽt, subsecuta est in pænam eius, eo q; ipse homo fuit inobediẽs Deo. Quãtum ad secundum sciendum, q; diabolus cognoscens felicitatem hominis, quam in statu innocentiæ habuit, & quod peccare potuit, inuidens homini de salute, quam acceptu‹r›us erat, in specie serpentis mulierem aggrediebatur, sed quare primo mulierem aggressus est? Respo. secundum *Chr.* Mulieres sunt incautæ, molles & fragiles. Et quia sunt incautæ, ideo de facili decipiuntur, & quia sunt molles imo ad bonũ, & ad malum, cito flectuntur, & quia fragiles, ideo de facili superantur, imo diabol⁹ non est aggressus virum, sed mulierem, sciens q; fœmina facilius deciperetur, cũ sit sexus mollior, & facilius vinceretur cum sit sexus fragilior. Quomodo autẽ primi parentes trãsgresi sunt præceptũ domini habetur Ge. 3. Vbi dicitur, quod *Serpẽs erat callidior cunctis animantib. terræ quæ fecerat dominus Deus, qui dixit ad mulierem. Cur præcepit dominus Deus vobis vt non comederetis de omni ligno Paradisi? cui respondit mulier. De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur, de fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam moriemini, scit enim Deus quod in quacunque die comederitis, ex eo aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum, & malum &c. Vidit ergo mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius & comedit, deditque viro suo, qui similiter comedit, & statim aperti sunt oculi amborum. Cumque cognouerunt se es-*

se

se nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Vnde quæritur quis eorum, vel vir vel mulier grauius peccauit. Respon. q; mulier quodammodo grauius peccauit. Nam Adam in duobus peccauit, scilicet comedendo de fructu vetito, & excusando se de suo peccato. vnde pœnam à Deo accepit, vt habetur. Ge. 3. Cum dixit ei Deus: *In sudore vultus tui vesceris* P¶ *pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Sed in quatuor Eua peccauit. Primo, in superbia, & incredulitate, nam ex superbia diuinitatem rapere voluit, & diabolo, plus quam Deo credidit. Vnde secundũ *B. Tho.* Mulier ex sola elatione mentis peccauit, quia appetiuit esse sicut Deus Excæcauit enim eam appetit⁹ excellentiæ, vt crederet esse verum, & possibile, quod serpens dicebat, & ideo seducta dicitur. Vir autem non credidit esse verum, quod dicebat serpẽs, & ideo non appetiit absolute sed cum conditione, si possibile foret, sed tamen appetitus illius excellentiæ ipsum Adam ad experiendum incitauit, ergo Adam ex quadam elatione, & quadam amicabili beneuolentia, quam habuit ad vxorem, nolens eam turbare peccauit. & adhuc hodierna die mulieres vt communiter imitãtur Euam in superbia & incredulitate quod patet. Nam puella nouem, annorum quandoque curiosius incedit in veste sua quam masculus decem, & octo annorum & cum vetula amplius se ornare non audet, tamen ad superbiam, & laudẽ hominum non desinit ornare filiam, aut nepotẽ. Similiter solẽt se plus occupare in incredulitatibus & incantationibus, quã viri, quia quandoq; vna mulier pl⁹, vel magis scit de talibus superstitionibus & carminibus. quam centum viri, & tales carminatrices non solum damnantur, sed etiam multa mala faciunt aliis in animabus suis. ¶Q Secundo, Eua peccauit, qa pomum prohibitum comedit & adhuc hodierna die mulieres imitantur Euam in hoc, quia quod est eis prohibitum, hoc citius faciunt. Tertio, peccauit in hoc, quod virum ad peccandum incitauit. vnde dicitur Gen. 3. quod ipsa *comedit, & dedit viro suo, & tunc* quando vir comedit, ex hoc nobis damnum venit nam si sola mulier peccasset, nobis non nocuisset. Quarto, mulier peccauit se excusando, & culpam suam defendendo dicens: Serpens decepit me; sic adhuc mulieres hodierna die optime se sciunt excusare, & culpas suas defendere, sed quia Eua magis peccauit, quam Adam, ideo Deus pœnam grauiorem ei intulit dicens illud Gen. 3. *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios tuos, & sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui.* Pro quo sciendum, quod si Adam, & Eua non peccassent,

tunc mulieres sine pudore conceperent, & sine grauamine portassét, & sine dolore peperissent. Circa quod quæritur vtrum si Adam perstitisset, meruisset confirmationem omnibus posteris suis? Respondetur secundum *Thom. in 1. parte sum.* Aliqui dicunt, quod sic, aliqui, quod non; quod magis verisimile est. Vnde quilibet filiorum peccasse potuisset vsq; ad confirmationem. Item quæritur quare Deus fecit hominem, vt peccare posset? Respondeo, secundum. *Magistrum* R *in compe. The. veri.* Primo, vt declaretur Dei sapientia quæ ex malo scit elicere bonum. Non enim Deus permitteret malum fieri nisi ex malo eliceret bonum. Secundo, vt manifestaretur Dei clementia, qua Christus morte sua perditum hominem liberauit. Insuper Dei iustitia, quæ non solum bonis præmia reddit, sed etiam malis supplicia. Quãtum ad tertium quęritur quare Deus animã pretiosam vniuit corpori defectuoso? Respõdetur, quod hoc fecit propter tres causas. Prima est, vt Deus opera sua perficeret, fecerat enim Deus creaturam pure corporalẽ, sicut cœlum, & terram, aliam purè spiritualem, sicut angelum & ideo ne in Dei opere aliquid incompletum remaneret, oportuit, vt faceret tertiam creaturam, scilicet corporalem, & spiritualem, videlicet hominem, qui constat ex corpore, & anima. Secunda causa quare Deus coniunxit animã corpori, est, vt anima in corpore, & per corpus multa merita acquireret. quædam enim sunt, quibus anima sine corpore potest mereri, sicut in diligendo Deum, agnoscendo Deum, & in memorando Deum, imo sæpe in talibus anima à corpore impeditur. *Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam.* Sap. 9. Alia vero sunt, quibus anima non potest mereri sine corpore, vt ieiunando, peregrinando, martyrium sustinendo, flagellationes, & abstinentias, & huiusmodi. Tertia, vt anima maiorem gloriam percipiat in futuro. Si enim anima fuisset separata corpore, tunc tantum fuisset in visione Dei glorificata. Sed modo homo, qui est compositus ex corpore & anima, glorificabitur tam in corpore, quã in anima, & in visione humanitatis, & deitatis. Vltimo sciendum, quod sicut anima ex coniunctione ad corpus plura bona consequitur, ¶ sic, & multa incommoda habet ex coniunctione ipsius corporis. Primò, habet peccati originalis inquinationem. Vnde Iob. *Quis potest* Iob 13. *facere mundum de immundo conceptum semine?* vnde etiam psal. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.* Nam in peccatis concipimur, & in peccatis nascimur. Secundò, peccati pronitatem. *Proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua.* Gen. 8. Tertiò, boni operis difficultatem. Nam omnes angeli ab initio mundi vsque hodie õ habuerunt tantam difficultatem,

&

& tantum laborem in seruiendo Deo, sicut vnus homo, qui seruit Deo vno solo die. Et hoc est ex respectu corporis quia corpus est ineptum, & graue, & pigrum ad omne bonum. Quartò, habet intellectus hebetudinem, quia anima separata à corpore clariorem, & lucidiorem intellectum habet. Quintò cõtinuam impugnationem vnde Apostolus: *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Nam anima anhelat ad cœlestia, & corpus trahit continuè infra. Sexto, passionum multiplicitatem. Vnde Iob. *homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.* Septimò gloriæ retardationem, gloriam enim futuram non percipiemus quamdiu hic in corpore detinemur. Propterea dixit Apostolus. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.*

Galat. 5. Iob. 14. Phil. 1.

DE EADEM DOMINICA Ser. XXXV.

De verbo Dei.

Luc. 8.

SEmen est verbum Dei. Est enim semẽ verbum Dei, quod Christus de cœlo attulit, & in terrã seminauit, nisi enim hoc semen Christus attulisset, totus mundus in sceleribus permansisset. Vnde Esa. *Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus.* vnde in præsenti sermone V sunt ... Primò, qualiter verbum Dei sit audiendum. Secundò, de fructibus verbi Dei, Tertio, quare mali homines audire nõ possunt veritatem. Quantum ad primum, sciendum, quod verbum Dei est audiendum primò reuerenter, & deuotè quasi ex ore Christi procederet. *Qui vos audit me audit &c.* Item: *Non.n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* vnde dicitur de hoc in decre. Non minus reus erit, qui verbum Dei negligẽter audit, q̃ qui corpus Christi ex sua negligentia in terrã cadere pmittit, vnde *Aug. in quodam ser.* Benignè audiendum est, deuotè suscipiendum, & solicitè conseruandum quicquid ad animarum salutem pertinet, & non sicut verbum hominis, sed sicut verbum Dei, siue illud sit consolatoriũ, siue comminatorium, siue increpatorium, quod audiatur. Secundò, verbum Dei audiendum est memoriter, sicut animal mundum, quod ruminat; sed sunt, quidam quasi cribrum, quod cum in aqua immergitur impletur, sed quando extrahitur, tunc vacuum est, sicut antea fuit. Vnde verbum Dei custodire oportet. *Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Gl. Beati, qui audiunt verbum Dei, & mente recondunt, & opere implẽt, vt possideant vitam æternam. vnde Apostolus: *Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.* Pro quo sciendum, quod tria damna incurrunt, qui audiunt verbum Dei, & non faciunt. Primum est, quod

Esa. 1. Luc. 10. Mat. 10. Luc. 11. Rom. 2.

grauius punientur. *Si non venissem, & locutus eis non fuißem peccatum, non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Ioan. 15. vnde. *Seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit multis.* Luc. 12. Si enim rex terrenus nũtium ad mandandum tibi aliquid mitteret, & tu hoc facere nolles cũ bene posses, regem grauiter offenderes: Sic rex gloriæ, Iesus Christus toties tibi nuntium mittit, quoties verbum Dei audis, & si nõ facis, regem vtique Christum offendis. Sed dices. Ex hoc sequitur quod Iudæi & pagani, qui sermonem non audiunt, sunt excusati. Respondeo, quod nõ; quia fides in omnibus partibus mundi est prædicata. vnde psalm. *In omnem terram exiuit &c.* Ps. 18. Secundò. ille, qui verbum Dei audit, & non facit obserat sibi ipsi ianuam cœlestis regni psal. *Hodie si vocem eius audieritis &c. Iuraui in ira mea si.* Ps. 93. id est, non *introibunt in requiem meam.* Tertio, cum ipsi in futuro clamabunt, tunc Christus ipsorum clamorem non audiet. psal. *Tunc inuocabunt me & ego non exaudiam eos.* Tertio, libenter verbum Dei est audiendũ propter multiplices fructus, quos confert illis, qui deuotè, & libenter audiunt verbum Dei. Pro quo sciendum, quantum ad secundam partem istius sermonis, quod verbum Dei multa bona operatur in hominibus audientibus illud deuotè. Primò enim mundificat hominem: *Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.* Ioan. 15. Et hoc contingit dupliciter. Primò, quia verbum Dei est speculum, in quo quis cognoscit peccata sua, quia secundum Sen. *Initium salutis est cognitio peccati.* Secundo, quia verbum Dei dat gratiam audienti illud, per quã homo mundatur. *Doctrina bona dat gratiam.* Prou 13. Vnde reprehensibiles sunt illi, qui lauant faciem, vel vestimenta, calceos mundant, & animam maculatam non curant mundare. Item parentes illi, qui puero, ad balneum corporale portant, vt ibi lauentur in corpore, sed non ad sermones, vbi lauandæ sunt animæ. Nam multum vtile esset pueris à iuuentute audire verbum Dei, quia post in senio plus essent inclinati ad audiendum sermones. Sicut patet in ramusculo, qui ad quamcunque partem primò flectitur, postea semper inclinatur. Secundo, verbum Dei operatur præsentiam Dei in illis, qui illud deuotè audiunt. *vbi duo vel tres, congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum ego sum.* Matth. 18. hoc idẽ habet Luc. Luc 24. de illis duobus discipulis, qui in die Paschæ iuerunt de Hierusalem in Emaus, & loquebantur ad inuicem de Christo. *Et dum sic fabularentur ad inuicem, Iesus appropinquans iuit cum illis.* Tertio, verbum Dei cibat animam. *Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo, quod procedit de de ore Dei.* Matt. 4. Vnde

de *Gregorius*. Cibus animæ est verbum Dei. Nam sicut corpus cibatur cibo corporali, sic anima verbo Dei, Vnde qui non potest comedere corporaliter, & cui nō facit cib⁹, vel, qui non retinet cibum, signum est magnæ infirmitatis, & propinquæ mortis. Vnde *Gre*. Quisquis.n. alimenta non retinet, de huius profecto vita desperatur. Sed (heu) sunt plures, qui quotidie corpus curant, & cibant cibo corporali, sed animā pretiosam permittunt fame perire, & mori, nec cibant eam cibo spirituali, scilicet verbo Dei, sicut sunt illi qui quandoque in quatuor septimanis non audiunt verbum Dei, & si p quatuor dies deberent abstinere à cibo corporali, esset eis valde graue, sed de anima spiritualiter cibanda, nihil curant, vel sentiunt. Quartò, verbū Dei ostendit hominē discipulum Dei. *Qui ex Deo est, verbum Dei audit.* Nam naturale est, quod quilibet audit libenter de patre, & matre, & fratribus, & de cognatis suis, & de patria sua, cum est in exilio constitut⁹, ad quam redire intendit: sic si Deus est pater, & b. virgo est mater, & sancti angeli fratres, & regnum cœleste patria tua, & si ad illud anhelas toto corde tuo, tunc vtriq; libenter audies loqui de his, & quomodo illuc perueniias. Quintò verbum Dei à morte liberat, & ęternam beatitudinem acquirit. *Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.* Quantum ad

Ioan. 8.

Ioan. 8.

tertium principale quæritur, quare mali homines veritatem audire non possunt? Respondetur, quod hoc fit ꝑpter tria. Primò, qa videtur eis dura. *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Bernardus.* videtur vobis durum cum dicitur. Agite pœnitentiam, erratis, Sed aliquando audituri estis verbum asperum, & sermonem durum, & auditionem malam, scilicet: Ite maledicti in ignem æternum &c. De qua iusti non timebunt, dicente psalm. *Ab auditione mala non timebit.* Secundo, quia factis eorum veritas est contraria. *Contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis.* vnde etiam ¶B *Qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Tertio, quia corda eorum sunt ad aliud inclinata, ad modum vasis, quod habet os aduersus terram, vnde Ecclesi. *Audiuit luxuriosus, & displicebit ei, & proiiciet illud post dorsum suum.* vnde etiam Prouerb. 18. *Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius.* Vnde tales peruersi homines dicunt: *Loquimini nobis placentia.* vltimò nota exemplum de his, qui recusant verbum Dei audire. Scribit *Ia. de vitri.* quod fuit quidam rusticus, qui nunquam voluit audire verbum Dei, sed semper exiuit de ecclesia quam cito sacerdos incepit sermonem, & stetit in cęmiterio confabulando cum aliis

Ioan. 6.

Psal. 111.

Sap. 2.

Ioa. 3.

Eccl. 21.

Esa. 30.

ali s rusticis, qui sæpius à pleb ino suo propter hoc correptus fuit ex eo quod se, & alios impediret. sed ipse nō se emendauit, sed in pertinacia sua perm insit. Qui postea grauiter infirmatus, vocauit plebanū, & confessus est ex timore mortis, & non ex charitate Dei, & suæ salutis, & in eadem infirmitate postmodum in breui est defunctus. Cum autem ad ecclesiā n esset delatus, & sacerdos, & alii clerici officium defunctorum circa feretrum facerent legendo, & cantand), imago crucifixi coram omni populo cœpit obturare cum digitis aures suas manib. à cruce separatis, quod cū omnes circūstantes aspicerent, valde mirabantur, tunc sacerdos ait ad pop lum. Scitis quale signum est hoc? Respondit populus, quod non intelligerent quid Christus per illud signum prętenderet; dixit sacerdos. Scire debetis, quod ille rusticus, cuius corpus iacet in hoc feretro modo, est in manibus diabolorum. Idcirco sicut obstruxit aures suas ne audiret verbum Dei, ita Deus claudit aures suas ne audiat preces nostras, quas pro eo fundimus, & prohibuit omnibus ibidem existentibus ne pro ipsa anima amplius orarent, & tunc cessauerunt omnes pro eo orare, & corpus eius est delatum de loco sacro, & sepultum est in campo, quia pro anima damnati amplius non est orandum, quia in inferno nulla est redemptio. Vnde *Greg. 10. libro morali.* Quisquis ad inferni mala toleranda semel descenderit, nequaquam vlterius ad lucem redibit; quia nequaquam vlterius misericordia parcentis liberat, quos semel in locis pœnalibus iustitia iudicantis damnat.

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA. Ser. XXXVI.

De gaudio mundano.

E*CCe ascendimus Hierosolymā & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis.* Lu. 17. Mar 10. In isto euangelio duo notantur, scilicet: pasio Christi, & illuminatio ſC cuiusdam cœci. Sed d ceres, quare illo tempore ecclesia reducit nobis ad memoriam pasionem Christi? Respondetur vt gaudium mundi, quod illo tempore exerceri solet, illis diebus in nobis temperetur, neque enim filius est, neque filia, qui, vel quæ patrem suum tam viliter tractari videret, qui, vel quæ non se ab omni gaudio temperaret; vt ergo compatiamur Christo, & respuamus gaudia mundi, tunc nobis hodie proponitur pasio Christi magis manifeste, quam in aliquo alio euangelio dominicali per totum annum, præter dominicam palmarum, in qua pasio legitur. Vnde Christus dicit. *Ecce ascendimus &c.* Vnde in isto ser. tria sunt dicenda. Primò, quod gaudium mundi est spernea-

D ¶ spernendum à nobis. Secundo, quot modis gaudium mundanum est peccatum mortale. Tertio, exemplum. Quantum ad primum est sciendum, quod gaudium, mundi est spernendum propter quinque: Primo, quia ore Dei est maledictum. *va vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem vestram.* Quis enim homo audet gustare cibum ab aliquo sancto maledictum? quantum ergo timendum est, & cauendũ gaudium mundi, quod est maledictum â sancto sanctorum, vnde psal. *Renuit consolari anima mea,* sed potius debemus diligere tristitiam à Christo benedictam. *Beati, qui lugent*, &c. Item sciendum, quod gaudium mundanum ex fatuitate prouenit, & ex ignorantia, scilicet quando ipsi homines mundani gaudent & rident. *Stultitia est gaudium stulto.* vnde secundum *August.* videtur insania esse, quia est gaudium freneticorum, qui infirmitatem non cognoscunt, & rident: amici eorum plorant, & tristantur, quia cognoscunt infirmitatem ipsorum magis, quam ipsi per se, & sic tales mundani gaudent, cum Christus pro eis flet? vnde *Ber.* cum patitur Dei filius, & plorat, homo lætatur & ridet, ergo sapientes, preeligũt gaudio præsenti tristitiam dicentes illud Eccles. 2. *Risum reputaui errorem*: vnde *Bernard.* Loquens de flere Christi dicit: Christum super Lazarum, & ciuitatem fleuisse legimus, risisse vero, &

Luc. 6.

Math. 5.

Prouer. 15.

iocasse eum nunquam legimus. Secundo gaudium, mundi, & huius seculi est spernendum, & fugiẽdum quia non est purum, sed cum tristitia mixtum. Amatores enim huius mundi non possunt habere purum, & verum gaudium in rebus huius seculi, sicut boni eius seculi contemptores habent in Deo; & ratio huius est; Aut enim læduntur in cõscientia, aut in corpore, aut in vtroq; simul v.g. Si quis quærit delectationem in cibo, & nimium sumit de cibo, & potu peccat, & læditur in conscientia propter synderesim remordentem. Insuper grauatur in corpore tantũ quod postea nõ delectat eum aliquid boni operari. Itẽ chorizat, tunc erit fessus in corpore, & cum hoc læditur in anima. Item si luxuriam exercet, & excedit in nimietate, tunc habebit nauseam, & læditur in conscientia, & cum hoc debilitatur in corpore. vnde *Arist. de regi. prin.* Coitus est destructio corporis, & abbreuiatio vitæ. Item si in diuitiis, tunc habet laborem in acquirẽdo, timorẽ in custodiendo, dolorem in amittendo. Item si in potestatibus, & dignitatibus, tunc oportet eum habere curam, & solicitudinẽ subditorum. vnde: *Greg. super. Ezech.* Quanto quis hic altior erigitur, tanto curis grauioribus oneratur, eisq; populis mente, & cogitatione supponitur, quibus dignitate præponitur. vnde: *Boe:* O quã multis amaritudinibus dulcedo humanæ felicitatis respersa est.

Tertio gaudiũ huius seculi est fugiendũ; etiãsi nõ esset maledictum à Christo, & si esset purũ gaudiũ, tñ adhuc spernendũ esset quia breue, & momentaneum est: vnde Iob. 20. *Gaudiũ hypocritæ*. i. mũdi ad *instar pũcti*: habituri .n. sunt boni, & mali tristitiã & gaudiũ, aut hic, aut in futuro, sed boni sciẽtes, q gaudiũ præsentis vitæ est breue, & gaudiũ futuræ vitæ est longũ, ergo tristitiã præeligũt in præsenti & gaudiũ in futuro. *Aug*. sapiẽtia sanctorũ est hic tẽporaliter cruciari, & alibi in æternũ delectari, mali vero ecõtrario faciũt, vnde si qs aduerteret quã breue & momentaneũ est gaudiũ huius seculi omnino fugeret, & sperneret illud, & Deo seruiret ꝑ æternis & sempiternis gaudiis. Vnde in vitis patrũ ordinis prædicatorũ legitur exẽplum tale, ꝙ magister Roland. in quodã festo habuit de scarlato nouas & pretiosas vestes, & cum solemnib. epulis interfuisset cũ sociis, & totũ illum diẽ in uanitatibus, & ludis, & in vana gloria transegisset in sero ad se reuersus, & tactus Spiritu sancto intrinsecꝰ ait: vbi est festũ, q fecimus, & illa lætitia quæ abiit? videns ergo quod omnis mundi lætitia cito transit, & in dolorem conuertitur, sequenti die ordinem prædicatorũ est ingressus, in quo multis annis prædicauit, & domino seruiuit in omni sanctitate, fama, doctrina, & sciẽtia præclarus. Quarto gaudium seculi est fugiendũ, quia priuat hominem æternis gaudiis, vnde: *Greg. in hom*. Nemo potest hic gaudere cũ hoc seculo, & illo regnare cũ Deo. Hoc est durũ verbũ amatorib. mundi, cũ hoc seculo se lætificantibus, scilicet, chorizando, cãtando de nocte in plateis, & ridendo cũ cachinnis, & turpib. verbis, & factis se deordinãdo. O quã miseri, & cæci sunt tales, q æstimant meliora esse gaudia huiꝰ seculi, quã meritũ Christi, & gaudia cœli, & insuper spernunt, & paruipẽdunt Christum, Mariam, & omnes sanctos Dei, & angelos. Nam qui illicite gaudent, illi præponunt illa gaudia gaudiis cæli, & societati Mariæ, & omnium sanctorum, & gaudiis, quæ habituri sunt boni in cælo à participatione Mariæ Prophetarum, Apostolorum Martyrum, confessorum, Virginum: & omnium electorum, quia vnusquisque habebit speciale gaudium à quolibet sancto angelo: vnde: Eusebius: Vnusquisq; in tantum gaudet de alterius merito sicut de suo proprio. Si tales mundi amatores corde, & ratione vellent gaudia cæli ponderare, tunc merito gaudia istius seculi deberent spernere, & voluptates corporis abdicare. vnde *Aug. de lib. arbi*: tanta est iucunditas lucis æternæ, vt si etiam non liceret amplius in ea manere, quam vnius diei hora; propter hoc solum innumerabiles anni, huius vitæ pleni delitiis, & etiã cũ affluentia bonorũ temporalium, recte, meritoque contemnerentur. vnde ps. *Quoniam mille anni ante oculos*

F

tuos.

H¶ *oculos tuos tãquã dies hesterna, quæ præterijt.* Quinto gaudium seculi est fugiendum, quia in æternum væ mutabitur; nam sicut tristibus salubriter tristitia eorum mutabitur in gaudiũ vt habet Ioã. Sic per oppositũ, gaudium mundanorum vertetur in æternam tristitiã, vnde: *Greg, in homili.* Præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta. verbi gratia. Risus illicitus vertetur in fletum sempiternũ. *Væ vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis, & flebitis.* Itẽ gula, & satietas vertetur in esuriem. *Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis:* Et psal. *Famem patientur, vt canes, & circuibunt ciuitatem.* Apocalypsis 16. *Manducabunt linguas suas præ dolore.* Item ebrietas eorum vertetur in sitim. psal. *Ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Item, diuitiæ vertentur in pauperatem: vnde *Luc. væ vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem vestram.* hoc patet in diuite epulone, qui in inferno vltra mille ãnos pro vna gutta aquæ petiit, nec vnquam obtinuit. O quam stulti, sunt, qui hic lætantur & in delitiis viuunt, cum tamen verba Christi non præteribunt. *Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Et nota hic vnum exẽplum de his, qui lætantur, & in delitiis viuunt, in futuro punientur. I ¶ quære sermo. 62. Y. Quantum ad secundum sciendum, quod gaudiũ mundi, & inepta lætitia, & gestus corporis inordinatus mentis leuitatẽ ostendens, potest esse peccatum mortale, Primo cum quis inepte lætatur, & iactat se in his, quæ secundum se sunt mala, *Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.* & sic ex obiecto sortitur reatum peccati mortalis, quia tales gaudent, de quibus valde dolendum est, scilicet, de peccatis. Itẽ patet hoc etiam. Ecclesiast. 19. *Qui gaudet de iniquitate denotabitur,* id est, de libro vitæ delebitur, & hoc non fit, nisi per peccatum mortale. verbi gratia, si quis lætatur, & iactat se de perpetratione peccatorum, scilicet de actu luxuriæ, vt quod illam ancillam, vel illam virginem, vel filiam illius, vel vxorem istius violauerit. Similiter, quãdo de chorea illicita, vel de torneamentis iactat se, & sic quærit laudari. Similiter, quando iactat se de vindicta quod illum percusserit, vel quod Deus vindicauit eum de illo, quia infortunium accidit sibi. Similiter, qui de superbia vestium, & de honore sibi exhibito nimium gaudet, similiter qui iactat se de fraude, qua proximum decepit. vnde *Greg.* dupliciter peccat, qui se de crimine iactat. Quæritur vnde venit, quod homo in malo lætatur? Respondetur, ex ignorantia, & cæcitate mentis. vnde Sap. *Excæcauit eos malitia eorum,* hoc patet. Nam si attenderent peccati grauitatem, offensam Dei, & pœnam æternam magis flerent, quam gauderent, vnde Christus dixit in Euangelio. Si

Ioan 16. Luca 6. Luca 6. Luca 6. Luca 21. Prouerb. 2. Sap. 2.

cognouisses, & tu. supple fleres ac diceres. O tu superbe, si cognosceres humiliationem, qua humiliaberis in igne infernali, non gauderes, sed fleres; similiter, O chorizans, si cognosceres, quomodo omnis motus petulantiæ, est saltus in profundum cloacæ supple, fleres potius, quam gauderes, siue rideres; similiter, O gulose, & ebriose, si cognosceres æternam famem & sitim, quibus post hac cruciaberis, non gauderes. Similiter, O diues, qui scienter res iniustas posides si cognosceres futuram paupertatem &c. Similiter, O luxuriose, qui in delitiis corporis viuis, si cognosceres quomodo, *pars illorum* luxuriantium *erit in stagno ardenti, igne & sulphure,* supple fleres, similiter, O accidiose, si attenderes dictum Christi: *Ligatis manibus & pedibus, proiicite eum in tenebras exteriores* &c. Vnde quilibet Christianus debet flere de malis commissis, & non lætari, exemplo Mariæ Magd. & bea. Petri Apostoli, qui fleuerunt amare pro peccatis suis. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Nam est magna peruersitas lætari, & iactare se in malis, vnde Bernard. Quid est magis peruersum, quam lætari cum male feceris, & in rebus pessimis exultare? Secundo, cum aliqua assumuntur ad scurrilitatem, & ad ineptam lætitiam, quæ uergunt in nocumentum proximi vel contemptũ Dei, verbi gratia, sicut deridere, & spernere, vel parui pendere proximum, & eum ad iram prouocare per talem lætitiam, vel scurrilitatem, tunc talis reus erit omnium peccatorum, quæ ille prouocatus sic committit. Nam est regula iuris. Qui occasionẽ damni dat, damnum dedisse videtur, vnde etiam dicitur in decre. Dantes occasionem scandali, rei sunt pereuntium. 1. quæstio. 1. *hi qui.* Similiter secundũ *August.* Qui ante carnispriuium assumunt formas monstruosas, in quibus indicāt se habere animum beluinum, vnde dicitur in decre. Gestus corporis qualitatem indicat mentis. distinct. 41. *Clericus.* Similiter illi, qui circumeunt in ciuitate carnispriuio proiiciendo cineres super homines, vel qui maculant homines quocũque modo, vel etiam qui discurrunt, vel trudunt homines in formis bestiarum, & in formis dæmonum, similiter, & mulieres quæ induunt habitum virilem, & è conuerso, viri, qui induunt habitum muliebrem, quod est absurdum, & abominabile quia ex hoc multa mala eueniunt. Nam quandoq; aliquę personæ quæ alias nunquam possunt conuenire, tunc conueniunt in tali habitu, & sic vna persona concitat aliam ad malam concupiscentiam. vnde nulla persona honesta, & proba mulier deberet se sic transformare. vnde Spiritus Sāctus loquitur per prophetam. *Nō induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea abominabilis enim est apud Deũ, qui facit hæc* Itẽ aliquæ personæ

Apoc. 21. Math. 20. Math. 5 Deut. 22.

psonæ sunt. quæ in carnisprimio assumunt sibi habitū religionis, & trāsformāt se in monachos, & sic in sancto habitu chorizant, in quo tales grauiter Deum offendunt. In super grauiter peccant, qui ad talia iuuāt qui vestes concedunt viris, & mulieribus ad transformandum se, vel etiam qui in domibus eorum permittūt talia fieri. Similiter, & rectores ciuitarum, & villarum, qui in locis sibi commissis, & subiectis scienter permittunt talia fieri, rei erūt omnium peccatorum eorum. Vnde dicitur in decret. Facientem, & cōsentientē par pœna constringit 17 quæstio. 4. *Omnes*. Similiter illi grauiter peccant, qui carnes vltra mediam noctem feria tertia in carnisM ¶ priuio comedunt, quia tunc incipit ieiunium. Et nota inde exēplum de his, qui tūc comedunt carnes post medium noctis. Legitur in dial. Cesarii, q̄ quidam cōuiuantes diuersas carnes cum vino exquisito vsque ad mediam noctē comederūt & cum saturati essent nimis, postmodum in ipso galli cantu hospes, vocans seruitorem suū dixit ei. Certe ad huc comedemus carnes; vade & affer nobis gallinā in pertica iuxta gallum sedentem, quia cæteris pinguior esse consueuit, & præpara nobis. Quam cum strangulasset, & ventre aperto, manuque imposita. cū omnia intestina eius simul eiicere se putaret, maximū bufonem extraxit, cuius motum cum manu sensisset, & proiecisset, vidissetq; quid esset, repentino suo clamore omnes aduocauit, videntes illi intestina gallinæ in bufonem versa cōfusi sunt, & à loco conuiuii recesserūt intelligentes esse opus diaboli. Tertio peccat quis per ineptā lætitiam, & per gaudium seculi, cum aliquis ad talia nimis vehementer afficitur propter nimiā complacentiam, quā habet in talibus gaudiis seculi, & vanitatibus: vnde August. Nullum peccatum est adeo veniale, q̄ non fiat mortale, dum placet. Ergo quādo in aliquo peccato, quod secundum genus suum esset veniale, habuisset quis nimiam complacentiam, tunc confiteri debet illud propter securitatem, & etiā quāto maior est delectatio in quocunq; peccato, tāto maior pœna debetur huic peccato *Quantum glorificauit se & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Apoc. 18. Ex quo patet, quod reprehensibile est, nimiā complacentiam habere in iocis, & in gaudiis huius seculi. Quarto, cū qs inepte lætatur, & scurrilitatē, & vanitatē exercet nec tamē cōtra charitatē Dei, & pximi facere attētat, & sic est solum veniale. Quinto, cū quis iocatur, & lætatur. vel facit aliquam lætitiam, vt seipsum, vel aquem alium tristem, vel tentatum releuet, & sic est bonum, & licitum vnde Aristot. Natura semper indiget quadam delectatione, quasi quadam recreatione propter multos labores, qui sibi occurrunt. Arist. 7. Ethic. Nā nimia tristitia exsiccatur deuotio

& operatio virtutum suffocatur, sic quod non libeat homini aliquid boni facere, qui nimis est tristis in semetipso. Item si mens humana semper extenderetur circa seria, fatigaretur, & hebetaretur, & ideo conueniens est pro loco, & tempore, vt habeat requiem, & recreationem, cauenda tamen est superfluitas, & excessus: vnde *Arist*: Parum de delectatione sufficit ad vitam, quasi pro condimento, sicut parum sufficit de sale, pro cibo. Ex quo sequitur, quod isti sunt reprehensibiles, qui nimium insistunt gaudiis seculi, & recreationibus corporis. O ¶ Quantum ad tertium, nota exemplum de vno, qui semper tristabatur in hoc seculo, & de alia persona, quæ semper lætabatur in gaudiis huius seculi. Vnde legitur in vitis patrum: Fuerunt duo, scilicet, vir, & mulier in matrimonio simul constituti, & vir erat sanctæ vitæ, sed infortunatus in hoc mundo, in tantum etiam, quod in morte dum deberet sepeliri, tāta fuit pluuiæ inundatio, quod vix potuit multis diebus sepeliri; huius vxor vero è contrario mulier pessimæ vitæ, sed fortunatissima, quia nunquam corpori eius morbus acciderat, nec dolorē aliquem sensit in quocūque membro corporis, sed à iuuentute, vsq; ad vltimum diem integrum sanumque corpus suum possedit. Factum est, quod post mortem vtriusque filia, quam insimul habebant, cogitare cæpit cuius vitam imitari vellet. Cum ergo inclinaretur aliquātulum carne suggerēte ad imitandum vitam matris, facta est in extasi, & ostensus est ei locus amœnissimus, in quo cū vidisset patrem inter alios bonos occurrentē, ruit in amplexus patri, rogans vt eā secum retineret. At ille nō potes modo hic manere, sed si vitā duxeris, sicut ego duxi, tandem ad hunc locū peruenies, & eris semper mecū. Mox autē auulsa est ab eo, & ducta est ad locū quendā, vbi deorsū respiciēs, vidit matrē in horribili tormēto. Quæ respiciēs sursū, & videns filiā cæpit clamare: dicens vide filia q̄ patior, ꝓpter immūdā vitā meā; heu mihi; filia mea, quasi deliramēta videbantur mihi vniuersa, q̄ in sobrietate erāt; opera .n. fornicationis, & adulterii ꝓ nihilo habui, & ebrietatē, & crapulā sectata sum, & ecce propter paruam libidinem, quantā recipio cremationē, & ecce propter delitias exiguas, quātas sustineo pœnas, & ecce propter momentū gaudii, quod habui in seculo, iam æterna tormenta, & lamenta exoluo. Ad hæc autem verba illa commota ad se rediit, & recogitās super eis, quæ viderat in patre & matre, deliberauit sequi vitā patris, illuc duci timens, vbi viderat matrē, & facta est postmodum mulier sancta. *Chry. super Math.* tantā inesse huic vitæ agnoscimus breuitatē, vt vix in tota vita hac ad mortē se quis posset disponere tā celeriter aduolantē. *Theophilus in breuiloquio diuersarum*

Arist. 9. Ethic.

farũ artium: vitrũ à paruo igne frãgit, ab igne autẽ valido, & forti potius solidatur; sic mens humana igne carnalis delectationis immũda igne concupiscentiæ dissipatur & frangitur, igne autem amoris diuini consolidatur.

DE EADEM DOMINICA de chorea. Ser. XXXVII.

TRadetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & cõspuetur. Vbi sciendum, quod passio Christi, quæ in hodierno Euangelio nobis hodie proponitur, nos debet ab illicitis gaudiis huius seculi, & à choreis, & vanitatibus aliis abstrahere. sed ex quo iam isto tempore homines, vt communiter chorizare solent, tunc in præsenti sermone tria sunt dicenda: Primo, quomodo Christus in chorea illuditur & contemnitur. Secundo, vtrum chorizare sit peccatũ mortale. Tertio, de circunstantibus, & astantibus, choreæ. Quantum ad primum, sciendum quod chorizantes quantum in se ipsis est, rursum crucifigunt filium hominis. Quo autẽ hoc plenius possitis intelligere, choream volo vobis declarare, & ex isto potestis intelligere quantũ malum sit chorizare. Notate ergo diligenter, quod quinque sunt in chorea, quæ requiruntur ad artem bene chorizandi. Primo, qui vult bene chorizare, & diabolo in hoc mundo complacere & periculum animæ incurrere, tunc debet primo alte saltare, hoc ideo vobis secundũ glo. dico, vt eo profundius ad infernum saltare, & cadere possitis, quia secundum *August*. Quilibet saltus qui fit in chorea, est saltus in profũdum inferni. Vnde ipse, *August*. dicit: Omnis motus petulantiæ, est saltus in profundum cloacę. Et eadem auctoritas allegatur in summa vitiorum c. de chorea. Ideo quanto altius in chorea saltaueritis, tanto profundius in infernum cadetis. Est enim magna stultitia sic saltare sicut hircus, immo, si videres animal brutum, scilicet equum vel vaccam sic saltare, tu diceres, quod esset animal fatuum, & tu es animal rationale, & assimilas te sic hirco, vel alii animali irrationali contra dictum psa. *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.* Psal. 37. Ergo si non vultis ad profundum inferni cadere, sed ad cælum sursum ascendere, tunc fugite choream, & caueatis vos ab illa & hoc est meum consilium, quia multo melius est cum Deo, & cum omnibus sanctis in cælo regnare, quã in inferno cũ dæmonib. & damnatis æternã pænam sustinere. Secundũ, q requiritur ad choreã, & quod etiã cõmuniter fit in chorea est, q brachia late expandunt vt choream magnam faciant. Et hoc ideo secundũ glo. vt Iesu Christo magnã irreuerentiam, & irrisionem, seu etiam contẽptum possint facere, quia talis expansio brachiorũ signat extẽsionẽ brachiorũ Christi in cruce, q sic fuit tractatus, & expãsus, q omnia ossa sua dinumerari

Luc. 18.

& operatio virtutum suffocatur, sic quod non libeat homini aliquid boni facere, qui nimis est tristis in semetipso. Item si mens humana semper extenderetur circa seria, fatigaretur, & hebetaretur, & ideo conueniens est pro loco, & tempore, vt habeat requiem, & recreationem, cauenda tamen est superfluitas, & excessus: vnde *Arist*: Parum de delectatione sufficit ad vitam, quasi pro condimento, sicut parum sufficit de sale, pro cibo. Ex quo sequitur, quod isti sunt reprehensibiles, qui nimium insistunt gaudiis seculi, & recreationibus corporis.

Arist 9. Ethic.

O ¶ Quantum ad tertium, nota exemplum de vno, qui semper tristabatur in hoc seculo, & de alia persona, quæ semper lætabatur in gaudiis huius seculi. Vnde legitur in vitis patrum: Fuerunt duo, scilicet, vir, & mulier in matrimonio simul constituti, & vir erat sanctæ vitæ, sed infortunatus in hoc mundo, in tantum etiam, quod in morte dum deberet sepeliri, tãta fuit pluuiæ inundatio, quod vix potuit multis diebus sepeliri; huius vxor vero è contrario mulier pessimæ vitæ, sed fortunatissima, quia nunquam corpori eius morbus acciderat, nec dolorẽ aliquem sensit in quocũque membro corporis, sed à iuuentute, vsq; ad vltimum diem integrum sanumque corpus suum possedit. Factum est, quod post mortem vtriusque filia, quam insimul habebant, cogitare cæpit cuius vitam imitari vellet. Cum ergo inclinaretur aliquãtulum carne suggerẽte ad imitandum vitam matris, facta est in extasi, & ostensus est ei locus amœnissimus, in quo cũ vidisset patrem inter alios bonos occurrentẽ, ruit in amplexus patri, rogans vt eá secum retineret. At ille nõ potes modo hic manere, sed si vitá duxeris, sicut ego duxi, tandem ad hunc locũ peruenies, & eris semper mecũ. Mox autẽ auulsa est ab eo, & ducta est ad locũ quendá, vbi deorsũ respiciẽs, vidit matrẽ in horribili tormẽto. Quæ respiciẽs sursũ, & videns filiá cæpit clamare: dicens vide filia q̃ patior ꝑpter immũdá vitá meá; heu mihi; filia mea, quasi delirameta videbantur mihi vniuersa, q̃ in sobrietate erát; opera .n. fornicationis, & atulderii ꝑ nihilo habui, & ebrietatẽ, & crapulá sectata sum, & ecce propter paruam libidinem, quantá recipio cremationẽ, & ecce propter delitias exiguas, quãtas sustineo pœnas, & ecce propter momentũ gaudii, quod habui in seculo, iam æterna tormenta, & lamenta exoluo. Ad hæc autem verba illa commota ad se rediit, & recogitás super eis, quæ viderat in patre & matre, deliberauit sequi vitá patris, illuc duci timens, vbi viderat matrẽ, & facta est postmodum mulier sancta. *Chry. super Math.* tantá inesse huic vitæ agnoscimus breuitatẽ, vt vix in tota vita hac ad mortẽ se quis possiet disponere tá celeriter aduolantẽ. *Theophilus in breuiloquio diuersarum*

ſarũ artium: vitrũ à paruo igne frãgit, ab igne autẽ valido, & forti potius ſolidatur; ſic mens humana igne carnalis delectationis immũda igne concupiſcentiæ diſsipatur & frangitur, igne autem amoris diuini conſolidatur.

DE EADEM DOMINICA de chorea. Ser. XXXVII.

Luc. 18. T*Radetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & cõſpuetur.* Vbi ſciendum, quod paſsio Chriſti, quæ in hodierno Euangelio nobis hodie proponitur, nos debet ab illicitis gaudiis huius ſeculi, & à choreis, & vanitatibus aliis abſtrahere. ſed ex quo iam iſto tempore homines; vt communiter chorizare ſolent, tunc in præſenti ſermone tria ſunt dicenda: Primo, quomodo Chriſtus in chorea illuditur & contemnitur. Secundo, vtrum chorizare ſit peccatũ mortale. Tertio, de circunſtantibus, & aſtantibus, choreæ. Quantum ad primum, ſciendum quod chorizantes quantum in ſe ipſis eſt, rurſum crucifigunt filium hominis. Quo autẽ hoc plenius poſsitis intelligere, choream volo vobis declarare, & ex iſto poteſtis intelligere quantũ malum ſit chorizare. Notate ergo diligenter, quod quinque ſiunt in chorea, quæ requiruntur ad artem bene chorizandi. Primo, qui vult bene chorizare, & diabolo in hoc mundo complacere & periculum animæ incurrere, tunc debet primo alte ſaltare, hoc ideo vobis ſecundũ glo. dico, vt eo profundius ad infernum ſaltare, & cadere poſsitis, quia ſecundum *Auguſt*. Quilibet ſaltus qui fit in chorea, eſt ſaltus in profũdum inferni. Vnde ipſe, *Auguſt*. dicit: Omnis motus petulantiæ, eſt ſaltus in profundum cloacę Et eadem auctoritas allegatur in ſumma vitiorum c. de chorea. Ideo quanto altius in chorea ſaltaueritis, tanto profundius in infernum cadetis. Eſt enim magna ſtultitia ſic ſaltare ſicut hircus, immo, ſi videres animal brutum, ſcilicet equum vel vaccam ſic ſaltare, tu diceres, quod eſſet animal fatuum, & tu es animal rationale, & aſsimilas te ſic hirco, vel alii animali irrationali contra dictum pſa. *Nolite fieri ſicut equs, & mulus, quibus non eſt intellectus.* Ergo ſi non vultis ad profundum inferni cadere, ſed ad cælum ſurſum aſcendere, tunc fugite choream, & caueatis vos ab illa & hoc eſt meum conſilium, quia multo melius eſt cum Deo, & cum omnibus ſanctis in cælo regnare, quã in inferno cũ dæmonib. & damnatis æternã pœnam ſuſtinere. Secundũ, q, requiritur ad choreã, & quod etiã cõmuniter fit in chorea eſt, q, brachia late expandunt vt choream magnam faciant. Et hoc ideo ſecundũ glo. vt Ieſu Chriſto magnã irreuerentiam, & irriſionem, ſeu etiam contẽptum poſsint facere, quia talis expanſio brachiorũ ſignat extẽſionẽ brachiorũ Chriſti in cruce, q ſic fuit tractatus, & expãſus, q, omnia oſſa ſua dinumerari Pſal. 37.

numerari poterant. Vnde psalm. *Dinumerarũt omnia ossa mea.* Item omnes venæ eius in sanctissimo suo corpore plus nimio fuerunt extensæ. vnde legitur, q; expansis brachiis & extensis venis pependit in cruce, & isti expansioni & extẽsioni magnã contumeliã, & irrisionẽ tales chorizantes faciunt, eo quod sic vana lætitia se expandunt, cum Christus in magna tristitia, & magno dolore fuit expansus, & extensus. Item per hoc, quod sic se in modum crucis expandunt misericordiam Dei derident, & à se repellunt, quia in signum misericordiæ Christus in in cruce manus, & brachia expandit, vt paratus esset ad amplectendum nos peccatores misericorditer suscipiendo, quãdo ergo sic chorizantes eius misericordiam deridẽt iustitiam suam contra se excitant, vt eos tanto iustius damnet. Igitur si non vultis ex iustitia Dei damnari, eius misericordiam nolite sic amplius deridere. igitur cauete a chorea, & hæc est expositio secundi membri. Item quotiescunque deuoti homines erant, & manus suas in oratione eleuant, toties Deo sacrificium manuum suarum offerunt: vnde psal. *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinũ.* Sic è conuerso chorizantes quotiescũque manus suas expandunt in choream, diabolo eas offerunt, & seipsos consumunt. vnde *Bernard.* in persona Christi. Ego te acquisiui manibus crucifixis, & tu te consumis manibus diabolo dedicatis. Tertium, quod requiritur à chorea, & communiter fit in chorea, est caput erigere, & alta voce clamare, & per hoc fit magna irreuerentia Christo, qui inclinato capite pependit in cruce, & clamore valido emisit spiritum, de qua inclinatione dicitur: *inclinato capite emisit spiritum.* Et clamor etiam ille bestialis irreueretur clamorẽ Christi in cruce pendentis, de quo dicit Math. *Clamans voce magna emisit spiritum.* Pro cuius clamore tria facta sunt, scilicet terra mota est, petrę scissæ sunt, & sol obscuratus est. Et tali clamore Christi fit magna irreuerentia per talem cantum, & per talem sonitum fistularum, qui fit in choreis, & tales, qui sic delectantur in cantu, & in fistulis, miserabilius, & terribilius clamabunt, & lugebũt in inferno dicẽtes. *Væ væ væ* pro primo seorsum, quiuis clamabit dicens, væ, quod vnquam natus sum, quia melius illi esset si natus nõ fuisset dicẽdo etiã: Maledictus sit ille venter, qui me peccatorem portauit. Itẽ secundum væ clamabit super se & sua mẽbra proprii corporis dicẽs: væ vobis maledicti pedes, quid mihi miserrimo imputastis, q; per malũ gressum, & saltus illicitos mihi cœli ianuã obserastis? væ vobis manibus, cur per malũ tactum, & illicitã extensionem me glorię corona priuastis? iã propter vos ducor ad ignem, de quo nũquam egrediar. Væ tibi maledicta lingua quanta mala

Psal. 21. Ioan. 19 Math. 27 Apoc. 8

Q q mihi

mihi induxisti, quando tot turpia verba protulisti, & tam frequenter illicitos cantus cantasti. O maledicti oculi, qui me per visum illicitum Dei visioni priuastis, & nunquam vnam guttam lachrymarũ pro peccatis fudistis. Iam incipit fletus vester intollerabilis coram omnibus dæmonibus, & damnatis. Væ tibi cor, quid mihi imputasti, ꝙ tuis cogitationibus & gaudiis illicitis me æternis gaudiis priuasti, & sic de aliis. Tertio væ clamabunt dicentes. Væ præ amaritudine, & væ præ R ꝗ multitudine, & væ præ æternitate pænarum. Quartum, ꝙ requiritur ad choream & quod communiter fit in chorea, est ꝙ manibus, & brachiis se inuicem cõplectũtur, vt firmius cõcatenentur, ne chorea de facili rumpatur. Et hoc significat, ꝙ hoc fieri ideo debet, vt diabolus eos firmius teneat in manu, & potestate sua. Nam omnes in chorea existentes, sunt in potestate diaboli, quia sunt in eius seruitio, & iste diabolus vocatur vulgariter gouernator delle dance, & iste diabolus recipit te in potestatem suam, cum accedis ad choreã. Sed si quis diceret, si chorizans est in potestate diaboli, cur nõ exercet in eo statim potestatem: Respondetur, ꝙ hoc libenter faceret, si omnipotẽs Deus permitteret, & de hoc quære vnum exẽplum inf. serm. 154. G. Quintũ, ꝙ requiritur ad choream, & ꝙ cõmuniter fit in chorea, est duod chorizãtes pulchre se ornant, scilicet, caput cum sertis, & caputiis & peplis, & reliquũ corpus cum variis indumentis, & hoc significatur, ꝙ hoc ideo fieri debeat à chorizantibus, vt in eo deformiores, nigriores, & diabolis similiores in inferno fieri possint. Nã quanto plus se ornant variis ornamentis, & diuersis vestibus, & coloribus, tanto oportet eos habere in inferno magis diuersas, & varias pænas, quia quælibet tunica superflua, & quilibet color varius specialẽ pænam habebit in inferno, quia alium colorem sequitur alia pœna, quia color rubeus aliam pœnam habebit, quam color flauus & sic de aliis. Item chorizantes, pulchrè & superbe se ornant, vt Christo maiorem cõtumeliam inferãt. Nam sicut Christus coronatus fuit corona spinea, sic isti ornant capita cũ sertis, & mitris & peplis. Ergo isti dolorẽ Christi quẽ in capite habuit ꝑ coronam spineam meditari deberent, cum capita sua sic ornant. Item vestes nimis longas caudas habentes, & post se trahentes in terra, designant albam vestem, & fatuam, quam Herodes Christo induit, quãdo ad Pilatum eũ remisit, quæ vestis fuit longior, quam Christus. Et propterea quãdo procedere debebat, super eandẽ calcabat, & sic ad terrã cadebat, quia manus eius fuerunt sibi post tergum ligatæ, & ideo non poterat illam ante se leuare. Talia memorari deberent, qui longas vestes portant. Item habere cingulos deauratos, & argẽteos designat

funem, cum quo Christus erat ligatus, & ad patibulũ crucis deductus talia memoranda essent chorizãtibus, cũ se ad choreã præparant. Quantũ ad secundum, quæritur an chorizare sit peccatũ mortale? Respondetur quod sic, quando ex superbia & mala concupiscentia fit. vnde *Aug.* Melius est in die dominico arare quã chorizare, & melius esset mulierẽ lanã suam in diebus festiuis texere, quã impudice chorizare vnde dicitur in decr. In festiuitatibus debent laici à choreis abstinere, de consi.di.3. irreligiosa. Quare autẽ est minus malũ arare in festiuo die, q̃ chorizare? Respondet, ideo, qa iste q laborat simpliciter peccat, frãgẽdo sabatũ; sed chorizãs chorizãdo quasi cõmittit omnia peccata mortalia, q, ꝓbatur sic. Nã ibi est superbia, q̃ est initiũ omnis peccati, ꝓpter quam Lucifer cælum perdidit, quia non ex humilitate homines solent chorizare, sed plus ex elatione. *Aug in epist.* Quem superbum videris filium diaboli esse nõ dubites. Ex his verbis patet cuius filii sunt, qui ex superbia choreas ducunt. Itẽ cõmittitur luxuria. Nã tales chorizantes, & pulchre se ornantes, plurimorum corda videntium ad luxuriã, & malas cõcupiscentias accẽdunt: vnde Mat. 5. *Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eam, iã mœchatus est eam in corde suo.* Item, quãdo vnus accedit ad vnam tangendo eã causa afficiendi ad malũ, grauiter peccat. Secus si vellet contrahere cũ ea matrimoniũ. Itẽ, ibi cõmittitur inuidia, quia si vna persona plus honoratꝰ q̃ alia, vel meliora vestimenta habet, tunc multotiens cæteræ personæ inuidẽt ei. Itẽ, ibi cõmittitur auaritia, quia talia vestimenta nõ habentes, sæpe cõtra Deum affectãt tales vestes, & talẽ pulchritudinẽ, & quod peius est ad malũ finẽ, scilicet ad peccandũ. Itẽ sciendum secundum *Guil. Lug.* quod ducentes choreas quodãmodo faciunt cõtra septẽ sacramenta Ecclesiæ. Primo cõtra baptismum, quia frangunt pactum, quod inierunt cum Christo in baptismo, quãdo patrinus eorum dixit: Abrenuncio diabolo & omnib. pompis eius; pompã enim siue ꝓcessionem diaboli intrant chorizantes. Vnde patrini eorũ possunt timere de illa processione, ne rei inueniantur apud Deũ si nõ admonuerint filios suos diligẽter ne intrẽt choreas. Processio enim diaboli est chorea. Signum huius est hoc, q, procedit ad sinistrã manũ. vnde Prouer. 4. *Vias enim, q̃ à dextris sunt nouit Deus, peruersæ autẽ sunt, q̃ sunt à sinistris.* vnde Guil. Lug. Chorea est circuitus cuiꝰ centrũ est diabolus. Itẽ faciunt cõtra sacramẽtum cõfirmationis, in quo in fronte signum crucis acceperunt, tanquã empti passione Christi. In choreis vero signo crucis abiecto signum diaboli in capite suo ponunt, q, est superbia, ꝙ nõ potest fieri absq; magna contumelia Christi. Item faciũt cõtra sacramentum pænitentiæ, per ꝙ reconciliati erant in Quadragesima

gesima dum pacem illā frangunt, & ¶ ad exercitium diaboli vadunt. Itē faciunt cōtra sacramentū matrimonii, quia multotiens in choreis aliquis cōcupiscit vxorem alterius, & ē cōuerso mulieres cōcupiscūt aliarum fœminarum viros, q̄ est cōtra nonum præceptum, vbi dicitur *Non concupisces vxorem proximi tui*. Quantum ad tertium, sciendum q̄ astātes circa choream quandoq; in tantum peccant, sicut ipsi chorizantes, & ratio est, quia ipsi dāt occasionem chorizandi, quia si circūstantes nō aspicerent, tunc ipsi non chorizarent, vel non tantam diligētiam, & aduertentiam ad gestus, & ad mores suos, quib. se deordinant, adhiberent. Insuper circunstantes peccant in hoc, quod considerant depositiones, verba & mores chorizantium. Et tunc ex his consideratis iudicant chorizantes, q̄ est cōntra Euang *nolite iudicare, & nō iudicabimini*. Item sciendum, quod q̄ magis delectabiliter vidēt choreas, vel cū maiore delectatione audiūt cāt⁹, vel alia musicalia, tales magis horribiliores dæmones videbūt, & audient lacrymabiliores clamores dæmonum, & damnatorū. *per quæ homo peccat, per hæc etiā punitur*. vnde: *Be*. In quo mēbro creator plus offenditur in eodem peccator grauius punietur. Et hoc etiam intelligitur de quinq; sensibus, s. i. visu auditu &c. vnde patet q̄ antiquæ vetulæ, q̄ circumsedent choreas potius deberent intrare ecclesiā, vel camerā suam & cōsiderare peccata sua præterita, in iuuētute commissa, q̄ ibi circa choream sedere, & peccata sua augere, vel augmē ¶ V tare. Vnde legitur, q̄ soror sancti Damiani apparuit post obitū sibi, & dixit se esse in maximis pænis; & ipse S. Damianus q̄siuit ob q̄, causam esset in tātis pænis cū tamē sanctæ vitæ fuisset, respōdit: hāc esse caussam q̄ semel stetisset in camera sua, & audisset in platea cātus chorizantiū cū aliquali dulcedine, & de hoc in præsenti vita nō egisset pænitentiā. ergo ob hāc caussam p quindecim dies deberet puniri i purgatorio. Sed volūt aliqui se excusare in peccatis suis dicentes, q̄ ante centū annos homines chorizauerunt, ergo & hodierna die chorizare possūt. Respōdetur super hoc, q̄ ante cētum annos homines tā bene intrauerunt infernum ꝓpter mala facta sicut hodierna die faciunt, quia mala cōsuetudo nō excusat peccatū, imo quāto ¶ X diuturnior, tanto periculosior: vt habet in dec. 24. q. 1. *scisma*. Aliud exemplum de plaga choreæ. Legitur, quod in quadam villa Colon. diæcese erexerunt arietem vestitum sericis, vt qui melius chorizaret haberet illum. Quod audiens sacerdos illius loci prohibuit publice in ambone, & minatus est eis plagam Dei si non desisterent, sed obstinati propter hoc non omiserunt, ideo cum chorizarent in die festo ecce subito fulgur, & tonitrum, & grando de cœlo venerunt, &

Lucæ 6.

Sap. 11.

comminuerunt omnes segetes, & fructus arborum, & vinearum illius villæ, cum tamen prius esset aeris serenitas, & tota prouincia, ex qua popul' ad illam choreã cõuenerat, plagata fuit eadem plaga in segetibus, & frugibus terræ. Item, grauitas illius peccati patet ex vindicta & plaga, qua chorea est punita, tam in ueteri quam in nouo testamento. vnde: *Cum descendisset Moyses de monte Sinai, & appropinquasset castris filiorum Israel, vidit vitulum, & choreas, iratusque valde proiecit tabulas lapideas digito Dei scriptas, & confregit eas ad radicem montis.* Deinde assumpsit secum filios Læui accinctos gladiis, q occiderunt ex idololatrantibus viginti tria millia hominum. Ex hoc igitur, quod Moyses, qui erat mansuetissimus hominum in terra, adeo fuit iratus & turbatus, q tantam sumpsit vindictam de populo Israel ob hoc, quod Dei honorem vitulo impenderunt, & choreas duxerunt, satis potest esse manifestum quam magnum sit peccatum chorizare, propter quod peccatum Deus permisit tantam plagam in populo Israel. Item in nouo testamento legitur, vt habetur Matt. 13. quod saltatrix filia Herodiadis fecit amputari caput Ioannis Baptistæ, quia petiit illud, qui tantæ sanctitatis fuit quod Christus eum recõmendauit dicens: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* In hoc enim, figuratũ est, quantã potestatem habeant saltatrices, vt scilicet, separare possint eos, in quibus est gratia Dei, qui per Ioannem designantur. Ioannes enim interpretatur, in quo est gratia à capite suo scilicet Christo, quia Christus est caput, nos autẽ membra Nota etiã, hic de plaga chorizantium circa ecclesiam, & cœmiterium, alios impedientiũ volẽtes seruire Deo. Legitur exemplum illud quod in Saxonia quidam presbyter in ecclesia sancti Magni celebrans diuinum officium, audiuit puellas & masculos chorizantes, ipsum & cæteros impedientes in orationibus suis. Et eis maledicens imprecatus est, vt sic chorizantes, & cantantes permanerent. Et factum est, q sic per integrũ annũ permanserunt nõ mãducãtes, nec bibẽtes, sed quotidie chorizantes & cantantes primum vsq; ad genua, deinde vsq; ad femora demersi sunt in terram. Et omnes illuc venientes viderunt plagam mirabilem Dei, nec quisquam poterat eis subuenire, nec liberare ab illa plaga. donec S. Gilbertus pro tunc Colon. Episcopus illuc venit, qui videns plagam Dei, compassus est eis & indixit populo ieiunium, & cõmunem orationem pro eis fieri, & sic absoluit, & liberauit eos. Et quidam ex eis cito obierunt, quidam autem diu superuiuentes pœnam suam tremore ostenderunt vsque ad mortẽ suam. Vltimo, quæritur, quomodo se habere debeant homines, cũ vident vel audiũt mũdanos

Marginalia: Exo. 32. — Math. 11. — ¶ A — ¶ B

danos homines cãtare, & chorizare vel fistulare, vel hastiludere? Respõdetur secundum Apost. Paulũ, ꝗ, *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. v. g.* Cum audiunt cantare, vel fistulare, debent cogitare illum clamorem Christi, quem in cruce habuit. Et insup quomodo iã Christus laudatur in sanctis, & ab Angelis in cœlo, sic & laudandus est â bonis in hoc mundo. Item, cũ vident personas pulchre ornatas, tũc cogitare debent quomodo sancti in cœlo coronabuntur cũ stola claritatis æternæ, & insuper dolere ꝗ, nunquã taliter se ornauerunt Christo spiritualiter, sicut illæ personæ se ornauerũt huic nequã seculo corporaliter. Item quando, vident, vel audiunt mundanos homines hastiludere, vel torneamẽta exercere, tũc boni cogitare deberent, quomodo Longinus cum lancea latus Christi perforauit. & sic de aliis, & sic boni debent habere carnispriuiũ cũ Christo, & sic abstrahere ab hoc mundo, quia nemo potest duobus dominis seruire, & secundũ Apostolum ad Gal. 1. *Si adhuc huic mũdo placerem seruus Dei non essem &* B. Iacob. dicit: *Quicunq; voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei cõstituitur.* Rationes quære infra Sermo. 136. F.

IN DIE CINERVM SERMO. XXXVIII.

De his, quæ signanter & specialiter isto die fiunt.

Ecclesi.

CONuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, vnde Io. de sancto Geminiano. Videmus enim ꝗ quando animal brutũ sentit se vulneratum, solicite quærit, & procurat sanationis remediũ. Hinc est ꝗ, vrsus, vt dicit. *Amb in hexame.* cũ se grauatum sentit, formicas quærit, & comedit, & sic sanatur. Item videmus quando corporaliter homines sunt infirmi, vel vulnerati, solicite quærunt medicos, â quibus curari possunt. Cum igitur vulnera mentis, sc. vitia sint magis periculosa quã vulnera corporis, tũ quia occultiora, tũ qa ad maiorẽ pernicie ẽ finaliter perducũt, quia ad mortẽ animæ non momentaneã, sed æternam; manifestũ est quod quilibet peccator, & vitiosus debet solicite quærere pœnitentiæ remedium, quo omnes morbi animæ sanantur. Vnde nunc in principio quadragesimę, quæ est tempus pœnitentiæ, legitur prophetia Iohel. in qua nos dominus instruit de modo pænitẽdi, dicens: *Conuertimini ad me.* &c. In quibus verbis ostenditur, ꝗ, pęnitentia nostra debet esse recta, & ideo dicit, Conuertimini ad me Est enim peccator similis curuo baculo quem opertet in contrarium flecti, vt dirigatur. Secundo, pænitentia debet esse integra. Ideo dicit, *in toto corde vestro.* Nã de omnibus debet communiter conteri, & confiteri, & satis facere Tertio debet esse aspera Ideo dicit, *in ieiunio*, quo caro ex-

 terius

terius affligitur, & mens interius reficitur. Quarto, debet esse dolorosa, ideo dicit, *in fletu & planctu*, scil. vt peccator doleat de peccato commisso, & de bonis omissis; ergo dicitur in verbis præmissis, conuertimini ad me &c. Carissimi licet omni tēpore debeamus cōuertere corda, & corpora nostra ad seruiendū Deo, sicut bonos Christianos decet; Specialiter tamen mater ecclesia hodie incipit nos hortari ad cōuersionem, quia (heu) peccatores his diebus sunt valde in iniquitatib. suis indurati, ergo vt possint emolliri corda dura ad pœnitentaim, & deuotionem, tunc dominus non solum monet, sed etiam petit dicens: Convertimini ad me &c. vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo de his, q̄ fiunt isto die ab ecclesia, & nō in ceteris tēporibus anni. Secundo. quare ieiuniū quadragesimale feria quarta inchoatur. Tertio, exēplum. Quantum ad primum, sciendū, ꝙ sex sunt, q̄ fiunt illo die, & illo sacro tempore, q̄ in ailis partibus anni non fiunt. primum est, ꝙ ante missam fit consecratio cinerum, & quilibet accedēs ad sacerdotem, audiet tempus futuræ mortis sibi prænuntiari, quando dicit, memento homo, quia cinis es, & in cinerē reuerteris: vnde sciēdum ꝙ hodie monemur ad memoriā mortis, & in signū huius hodie in capitib. nostris cinere aspergimur; ob id ista dies quarta feria cinerum appellatur. Vnde si ab aliquo homine quæreretur, vnde venis? q̄d portas? & quo vadis? posset respondere de cinere, cinerē in cinerem, hoc est, de cinere venio, cinerē porto, in cinerē redigar, ꝓ quo sciendum, ꝙ vtile est & bonū, habere memoriā hui⁹ cineris, & mortis. Primo, sicut cinis terrā fæcundat; sic memoria mortis ad bene operandum nos sollicitat. vnde *Greg.* valde enim se solicitat in bono opere, qui semper cogitat de extremo fine. Secundo, sicut cinis seruat ignē; sic memoria mortis cōseruat in homine gratiā ad bene, & salubriter operandūm. Tertio, sicut cinis lauat maculas; sic & memoria mortis expellit peccata prȩterita, & resistit peccatis futuris. Nā memoria mortis expellit superbiam. *Quid superbis terra, & cinis*? Eccl. 10. Itē, expellit auaritiam. *Nudus egressus sum ab vtero matris meæ, nudus reuertar illuc*, Iob. 1. Itē expellit gulā, & luxuriā: vnde *Gre.* Nihil sic ad domandū desideria carnis valet, q̄ si vnusquisque, quod diligit, quale sit mortuū penset. Eccles. 7. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* vnde sciendū quod homines cum deuotione debēt hodie cineris accipere, quia nesciunt an vsq, ad illud sacratissimū tēpus de cætero viuēt amplius, plures enim defuncti sunt alio anno, q ante annum non crediderunt se morituros, sed adhuc per longum tempus victuros. Secundū est, quod omnib. imaginibus facies cum pānis velamus, & signat ꝙ peccatores non sunt digni ipsos sanctos

in cœlo

in cælo videre nisi pœniteant in hoc præsenti tẽpore, & hoc quilibet cogitare debet, quãdo in hoc sacro tẽpore aliquã ecclesiã intrat, & sic dẽt pænitere, & se corã Deo humiliare, Cũ .n. quis est in gratia, tunc dignus est videre Deũ. B. Virg. ꝓphet. Apost Mart. Confess. Virgines, & omnes Sanctos, & Ange. Dei, immo, & ẽt est heres regni cælestis. Sed quãdo est in peccato mortali, tũc nullo bono est dign⁹ nec pane, nec aqua, imo inferior brutis aialibus, q̃ nunq̃ Deũ offenderũt: vnde Hie. 2. *q̃ vilis facta es nimis iterans vias tuas*. Tertiũ est q, hodie in officio missæ mutam⁹ casulas, vt hoc visibili exẽplo ipsi peccatores inducant̃ ab intra mutare habitũ suorũ peccatorũ, ab extra debemus deponere superbũ habitũ corporis. vnde Christiani, qui sunt veri pænitentes, debent iã ponere lõgas caudas in tunicis, & incisuras, & longas manicas, nec debent portare viridẽ, nec rubeum colorẽ in vestibus, sed debent se induere habitu humilitatis, & pœnitentiæ. Vnde cãtatur hodie: Immutemur habitu, in cinere, & cilicio vnde sciendũ, q, casula quadragesimalis est alba, & habet rubeã crucem. Et in hoc q, est alba, signat castitatẽ, q̃ pęnitens habet seruare in quadragesima, & ẽt illi qui sunt in matrimonio constituti. vnde hodie in missa legitur. Egrediatur sponsus de cubili suo &c. vnde dicit̃ in decret. Cõiuges contineant tẽpore pænitentiæ. 33. q. 5. *q, autẽ*. vnde sicut cõiugati à cibo ieiunant, sic ẽt debẽt ieiunare à delectationib⁹ carnis, q̃ solẽt haberi in actu matrimonii, quia in quadragesima nõ solum est abstinendum ab illicitis, sed etiam à licitis? vnde *Greg. in hom.* Quilibet per hoc conditori suo satis faciat, vt qui prohibita cõmisit, sese abstineat, & à concessis. Et rubea crux, quæ est in casula signat macerationem carnis. Nam in quadragesima quilibet debet corp⁹ suum castigare in cibo. & potu, & asperis vestib⁹, & in aliis bonis exercitiis, vt sic satisfaciat Deo, quem per totũ annum offendit in comedendo, & vestes molles portando, & voluptati carnis satisfaciendo: vnde Hugo *de Sancto Victo*. Gaudeat; qui potest parce viuere. Parca enim vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutem nutrit, roborat mentem, & ad cælestia eleuat. Quartũ est, q, hodie, & isto sacratissimo tempore secundis, quartis, & sextis feriis fit processio per cæmiterium, omnes sanctos inuocando, vt ex hoc instruantur peccatores, isto tẽpore sanctorũ adiutoriũ invocare, & vitã eorũ imitari hic, cũ quib. volunt in cœlo remunerari. Item ex hoc interpellam⁹ sanctos, vt ꝓ nobis intercedãt, quia nos indigni simus apparere in cõspectu Dei, sed ipsi sunt digni, qa sunt amici, & filii Dei, & sic primo & principaliter inuocam⁹ beatã virginẽ Mariã, q̃ est super omnes sanctos. & post hoc sanctos Apostolos Martyres, Cõfessores & virgines, quia scriptum est, quod im

possib.

possibile est multorum preces non exaudiri. vnde dicitur Mat. 8. *vbi duo vel tres consenserint, de quacũque re, quã petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est.* Vnde bonã confidentiam debemus habere ad sanctos Dei, nam ipsi diligunt nos, & optant nobis bonum, & salutẽ nostram, ergo libenter, & fideliter orant pro nobis. cum eos deuote imploramus. Quintum est q. quotidie in missis, quando de tempore celebratur, in prima collecta ad monet nos sacerdos genua flectere, & petere, vt Deus impleat in nobis, q. sacerdos petit in collecta missæ, similiter, & in fine missæ docet nos capita nostra inclinare, & orat pro omnib. peccatoribus, vt possint coram Deo humiliter ceruicem suam in confessione inclinare. Nam sicut se in superbia exercuerunt per integrum annum peccando, ita humiliter in hoc quadragesimali tempore debent se exhibere deuote peccata sua confitẽdo. Sextum est, quod omnes sacerdotes priusquam comedant, Vesperas orant; quasi diceret ecclesia sancta: licet non valeamus sicut dominus noster Iesus Christus quadraginta noctes, & tot dies ieiunare sine cibo & potu, tamen nostram voluntatem sibi exhibere volumus, quod hoc ipsum libenter faceremus, & Deus ex misericordia & bonitate acceptet voluntatẽ pro opere: vnde *August. sup. ps.* Coronat deus intus voluntatem vbi non inuenit facultatẽ. Quod similiter intelligitur de quolibet bono opere, q. quis libenter faceret, si posset: vnde opera nostra cũ magno affectu debemus perficere, sic q. libenter plus faceremus, tũc Deus remunerat opera nostra, secũdum affectum cordis nostri: vnde, dicitur in decre. In operibus accipit Deus plus animũ, quam actum. 15. q. 6. ¶ F *Si à sacerdotibus.* Quantũ ad secundũ quæritur, quare ieiuniũ quadragesimale inchoatur in 4. feria, & nõ in 2. vel 3. feria? Dicitur, q. hoc fit triplici ratione. Prima ratio est vt numerus quadraginta dierũ impleatur, quẽ Christus suo ieiunio cõsecrauit, quãuis solennitas quadragesimalis in sequenti Dominica inchoetur, tamẽ ecclesia hos quatuor dies præcedẽtes addit, vt sic numerus quadragenarius impleatur. Nã à prima Dominica vsq; ad Pascha quadraginta duo dies cõputantur, à quib⁹ cũ sex dies Dominicales subtrahuntur, tunc solũmodo triginta sex dies ieiunabiles remanent, & ideo adduntur illi quatuor dies præcedentes. vt numerus quadraginta dierũ cõpleatur. Secunda ratio est, quia pœnitentiã, & abstinentiã quadraginta dierũ facimus, vt Christo patienti cõpatiamur, & quia mors, & passio eius quarta feria incepit, quantũ ad hoc, quia feria quarta vẽditus fuit. Nã quarta feria post Dominicã palmarum principes Sacerdotum cum senioribus populi congregati sunt in atrium Caiphæ Pontificis. Ad quos accessit Iudas, &

Christum

Christum tradere cõpromisit, & illi pecuniam sibi dare polliciti sunt. Et propterea aliqui boni Christiani in memoriam huius venditionis Christi, abstinent feriis quartis ab esu carnium, & est laudabilis consuetudo. Nihil enim in tantum placet Deo sicut honor passionis eius, neque etiam quidquam bonũ est tam vtile, sicut deuota memoria passionis Christi. vnde *Chr. super Mat.* Omnis salus hominum est in Christi morte posita. Tertia ratio est, qa *sol, luna, stellæ*, & omnia lumina cœli creata sunt quarta feria. In principio enim Deus quandam nubeculam lucidam fecit, quando dixit, *Fiat lux.* Sed quarta feria fecit Deus solem, lunam, & stellas, & ideo dies illa plena claritatis fuit; modo totum tempus nostrum per integrum annum tenebrosum fuit, sed hodie incipim⁹ tempus quadragesimale, quod est tempus lucis, & & pœnitentię: ideo conueniens est, vt tempus tam lucidum, & luciferum, in die, in qua sol, & luna, & stellæ sunt creatæ inchoationem accipiat. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.* Item sciendum, quod totum illud tempus quadragesimale, debemus in seruitio Dei & salute animæ expendere. Nam si per tot annos nos viximus in peccatis, iam in quadrages. debem⁹ Deo seruire. vnde *Leo Papa in ser.* Parum enim religiosus alio tempore monstratur, qui his diebus non religiosior inuenitur.

Gen. 1.

Eph. 5.

Quantum ad tertium, est sciẽdum, quod quilibet homo debet hodie cineres cum humilitate mentis, & corporis super caput suum suscipere, & non irrisoriè. Vnde legitur exemplum in dialo. Cæsarii. Fuit in confluentia carnifex quidam, qui cum tertia feria ante cineres totã pene noctem, vt & (proh dolor) multi vsque hodie faciunt, in comessationibus expendisset, de mane ad absoluendas macellas cum quodam suo collega intrauit tabernam, cumque ad officium missæ pulsaretur, & fideles ad ecclesiam confluerent, nec ipsi ex eadem taberna recederent, sed etiam quasi soli ibidem remanerent, & potarent, ait alter carnifici: Certè modò nimis diu expectamus. Eamus ergo ad ecclesiam propter sacros cineres. Cui ille mysterium cinerum irridendo, dixit. Sedeas, ego tibi cineres, & tu mihi dabis, tollésque cinerem de lare iactauit super caput eius. Et ecce mox pœna irrisionis subsequuta est, nam statim circa caput, & faciem tantum sensit puluerem, ac si follibus ei insufflaretur. Cumque territus clamaret, tantum in ore hausit pulueres, quod penè suffocatus fuit. Accurrunt itaque multi, plagam tam mirabilem in ipso intuentes. ductusque est ad insulam proximã, in qua nulli pulueres erant, sed gramina; sed nihil illi profuit iusto Dei iudicio, nec in aqua, nec in pomario, nec in aliquo loco à turbine

cinerum se defendere potuit. A quibus tandem suffocatus expirauit, & pœnam irrisionis luit.

IN EADEM DOMINICA Quadragesimæ. Ser. XXXIX.

De ieiunio.

C*Vm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit.* Mat. 4. Marc. 1. Luc. 4. Christus ieiunauit nobis in exemplum, & doctrinam, quia secundum *Gre.* Omnis Christi actio nostra est instructio, ideo sicut ipse ieiunauit, ita & nos ieiunare debemus. Vnde præsenti Sermone de ieiunio est dicendum. Pro quo sciendum quod arctius ieiuniũ per annum, est ieiunium quadragesimale, nam illud ieiunium est decima pars temporis. Nam sicut decimas damus de rebus, sic etiam de tempore dare debemus. Istam rationem assignat *beatus Greg. in hom. hodierna* dicens. A prima Dominica Quadragesimæ, vsque ad Pascha sex hebdomadæ veniunt, quarum dies quadraginta duo sunt, ex quibus dum sex dies dominicales in abstinentia subtrahuntur, tunc triginta sex in abstinentia remanent. Cum autem per trecentos sexaginta sex dies annus ducitur, quasi anni nostri decimas damus, vnde si homo per totum annum sibiipsi vixit, modo in isto sacratissimo tempore debet Deo viuere, decimam temporis soluendo. vnde dicitur in decre. Decimam anni damus quadragesimam ieiunando. de consec. dist. 5. *quadragesima.* Nam Deus nouem partes anni nobis reliquit, sed decimam sibi retinuit. Pro quo sciendum, quod totum illud tempus in seruitio Dei, & salute animæ est expendendum. Nam corpus, & omnia membra, cum quibus peccauimus, iam in quadragesima in seruitio Dei exercere debemus. vnde Apostolus: *Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniustitiæ ad iniquitatem &c.* verbi gratia. Caput tuum, quod antea ornasti in superbia, s. peplis, crinibus, caputiis, modo inclinare debes humiliter deponendo omnem ornatum capitis, & humiliando te in pœnitentia coram Deo. Item facies ornata, & colorata, iam cum lachrymis ex contritione cordis debet irrigari. Vnde ps. *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* vnde *Ber.* Facies, quam lachrymis abluis, immarcessibilem decorem acquirit. Item brachia cum longis manicis, & manus cum annulis ornatæ, iam extendendæ sunt ad modum crucis in secreto tui cubilis, & hoc in memoriam passionis Christi, & insuper erigendæ sunt in deuotione orationis. vnde ps. *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Item pedes, qui ad choream iuerunt, modo iam ad ecclesias, & sermonem pro indulgentiis ire debent.

Rom. 6.

Ps. 6.

H 5

bent. Et signanter iam in quadragesima cum homines sunt confessi, tunc enim magis sunt dispositi ad indulgentias percipiendas. Item totum corpus quod ante in voluptate vixit, iam in abstinentia viuere debet, vt qui ante ebrius fuit iam aquam bibat, & qui duos vel tres lectos, sub se habuit, iam in quadragesima in straminibus dormiat, & qui molles camisias habuit, iam induatur cilicium vnde *Bernard. in sermo. de Quadragesima.* Porro si sola gula peccauit, sola gula ieiunet, & sufficit. si peccauerũt cętera mẽbra cur non ieiunent, & ipsa? Vnde sciendum, quod quilibet homo, q voluntariè peccauit, iam in isto sacro tempore per oppositum debet corpus suum castigare. 1. Corin. 11. *Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo,* quia ex quo nullum malum impunitum, melius est hic modicã pœnam sustinere, quam in futuro magnam. vnde dicitur in dec. Pluribus modis peccata dimittuntur, sed non sine pœna de pœ. dist. 1. tunc autem c. medicina. vnde quilibet isto sacro tempore per illa singularia exercitia quæ iam facit, ostendit se esse verum pœnitentem, & verum Christianum. vnde Leo Pap. Parũ religiosus alio tempore monstratur, qui in his dieb. non religiosior inuenitur. vnde veri Christiani, & boni homines consueuerunt hoc sacro tempore sibi aliquod delectabile subtrahere. vnde *Ber.* de sanctificatione ieiunii. Nã in eo q, ab ipsis licitis abstinem⁹, ea nobis illicita condonant, quæ prius cõmisimus. Secũdo, quæritur, an peccet mortaliter qui transgreditur ieiunium quadragesimale, vel aliq, ieiunium, q cadit sub præcepto ecclesiæ? Respon. si quis scienter, & sine causa, & ex contẽptu trãsgreditur aliquod ieiunium ecclesiæ, peccat, mortaliter, secus est si non ex cõtemptu, sed ex causa rationabili solueret. v. g. Si quis in tantum corpus propriũ diligeret, quod contra præceptum ecclesiæ paratus sit comedere in dieb. ieiuniorum, cum tamen bene posset ieiunare, sed non vult corpus suũ intantum grauare, seu castigare, & sic sine causa soluit ieiunium ab ecclesia pręceptum, talis grauiter Deum offendit, parui pẽdendo, & cõtemnendo pręceptum ecclesię. Vnde doctor de schildriz in trac. de septem vitiis capitalib. dicit. Quando aliquis inordinatæ gulæ vel concupiscentiæ inhæret, & ei tanquam vltimo fini seruit sicut de quibusdam dicitur: *Quorum Deus venter est, quorum finis interitus.* Philip. 3. ita quod talis quasi Deum contemnẽs, paratus sit præcepta Dei & ecclesiæ transgredi, vt delectationes gulæ assequatur, talis grauiter peccat. Vnde quilibet debet obedire præceptis ecclesiæ prælatorum suorũ, ieiunare ieiunia ab ecclesia instituta, & festa celebrare, quasi ipsemet Christus præciperet fieri. *Qui vos audit me audit* &cæt. Luc. 10. *Bernar.* Obedientia, quę maioribus prębetur,

 Chri-

Christo exhibetur. Nam ipsi prælati sunt vicarii Christi, ergo non sunt spernendi. vnde dicitur in decre. Qui contemnit vicarium contemnit & illum qui posuit ipsum di. 21. in nouo. *Vnde Ber.* de præla. & dispen. Quicquid homo vice Dei pręcepit, quod sit certum non displicere Deo, hoc omnino est accipiendum, quasi præciperet Deus. Ex iã dictis patet, quod illi periculose stant, qui non ieiunant angarias, & vigilias Apostolorum, nec etiam quadragesimam, sed de facili & quasi ex nulla causa soluunt ieiunia ecclesiæ. Contra quos dicitur in decret: Nullus soluat ieiunia ecclesiæ sine necessitate. de cons. dis. 3. ieiunia. Item, quæritur quando ieiunium cadit in sabbathum, vel quintam feriam, an quis debeat sextam feriam soluere, vel ieiunium ecclesiæ: Respondetur, si ambos dies non potest ieiunare, tunc melius est quod comedat in simplici sexta feria, & ieiunet quintam feriam, vel etiam sabbathum, quando cadit præceptum in vnam illarum dierum vnde *Hie.* Ingratum est Spiritui sancto quicquid ei obtuleris, neglecto eo, ad quod teneris. Tertio, quæritur à quibus cibis ieiunantes debent abstinere? Respondetur *secundum Th. 2. 2. q. 147.* In ieiunio quadragesimali interdicunt vniuersaliter oua, & omnia lacticinia. Vnde etiam dicitur in decret. In quadrage. est ieiunandum à lacticiniis. di. 4. denique. In aliis autem ieiuniis sunt diuersæ consuetudines, quas quisque obseruare debet secundum mores eorum, inter quos conuersatur di. 76. vtinã. & dist. 8. quæ contra. & 12. dist. illa & 42. dist. ca. 1. 2. & 3. Esus autem carnium generaliter est prohibitus, quia generaliter magis delectabilis est, & ad ad humorem luxuriæ magis cooperatur. vnde sciendum, quod quilibet homo tenetur totam quadragesimam ieiunare cum cibo quadragesimali, & hoc. qui sani, & fortes sunt, & vti bene possunt tali cibo. Secus est de illis, qui sunt infirmi, & debiles, vt mulieres prægnãtes, vel in puerperio existentes, quia si necessitas debilitatis corporalis impediat eas, tunc non tenentur. Ex his iam dictis sequitur, quod illi valde periculose stant, qui in quadragesima comedunt oua, vel lacticinia ex mala consuetudine sine omni causa, & ratione cum bene possent vti oleo sed nolunt corpus suum aliquantisper grauare, nec curant pręceptum ecclesiæ obseruare, tales nolunt sequi Christũ per asperam viam ad cœlum, sed diuitem epulantem quotidie splendide. Talis enim nõ est modus pœnitentiæ, sic delicate viuere, nec aliquid asperum pro peccatis suis sustinere. *vnde Bernar. in epistola.* Si vis agere pœnitentiam, & pœnitere, oportet te membra, & corpus affligere, iudicare teipsum, vt non incidas in manus Dei viuentis vnde etiã *Isido.* Nihil aliud agunt, qui vera-

veraciter pœnitent, nisi vt illud, quod male fecerunt, impunitum esse non sinant. Et miror quomodo tales confitentur, & quomodo absoluuntur à peccatis, cum nolunt se abstinere à lacticiniis, cum bene possunt, & tenentur ad hoc, sub præcepto ecclesiæ. Ergo discretus confessor debet districte agere circa tales, & eis conscientiam facere, vt obediant præceptis ecclesiæ, vt oleum comedant, & ieiunent. Nam illo sanctissimo tempore debemus cum Christo crucifigi, vt læti possimus cum eo resurgere. Nam si volumus cum Christo regnare, oportet nos etiam cum eo pati. Bern. super Can. Christus, qui non fallitur, elegit, quod carni molestius est, & illud quod est vtilius magis eligendum est, & quisquis aliud do-M¶cet, vel suadet, ab eo tanquam à seductore cauendum est. vnde circa iam dicta quæritur, vtrum persona, quæ non posset oleũ, vel pisces comedere, debeat oua, vel lacticinia comedere? Respondetur, si talis persona non est prægnãs, vel lactans, sed sana, & fortis, & potest sibi prouidere de aliis ferculis, & bonis pulmentis, & de vino, & de albo pane, nec habet magnos labores, & potest sufferre sic, quod non nimium debilitetur abstinendo à lacticiniis, tunc abstinere tenetur, secus est si prægnans, vel lactans, & alias debilis, vel impediretur in melioribus exercitiis, & nimium debilitaretur, si à lacticiniis abstineret, tunc talis persona debet dispensationem petere ab episcopo, vel ab eo, qui eius autoritatem habet, & sibi indicare causas suas, & tunc sine peccato potest oua, vel lacticinia comedere. ¶N Quarto, dicendum est de his, qui tenentur ad ieiunium & qui non. Et circa hoc sunt aliquę quæstiones mouendæ. Et primo, quæritur si pueri teneantur ieiunare ieiunia ecclesiæ? Respondetur, quod non. Et ratio est, quia in eis est magnus calor, qui multum consumit, & quia nutrimentum eorum, pertinet ad operationem duplicis virtutis, scilicet augmentatiuæ, & nutritiuæ, & etiam quia in eis non est ita necessaria oppressio vitiorum, sicut in perfectis, ad quam maxime institutum est ieiunium. Vnde quæritur de ætate, scilicet in qua ætate teneatur quis ad ieiunium? Respondetur secundum *Beatum Thomam 2. 2. quæst.* 47. quam diu aliquis in statu augmenti, non tenetur ad omnia ieiunia, scilicet vsq; ad finem tertii septennii, id est, vigesimi primi anni. Conueniens tamen est secundum *B. Thom.* vt etiam in hoc tempore se ad ieiunandum exerceant, plus vel minus secundum modum ætatis suæ & posibilitatis. vnde sciendum, quod ille, qui est quatuordecim annorum, plus debet ieiunare quam ille, qui est duodecim annorum; similiter qui est sexdecim annorum, & robustus corpore, iterum plus tenetur, & sic

de aliis. Item quæritur, quid de mulierib. prægnantibus, & lactantib⁹? Respondetur si necessitas debilitatis eas impedit, non tenentur ad ieiunium, imo si timetur probabiliter de periculo earum, vel abortu, non solum possunt, sed tenentur soluere ieiunium; sicut dicit *Guil.* Et ratio, quare mulier prægnans non tenetur, quia debet sumere cibum non tantum pro se, sed etiam pro nutrimento fœt⁹. Item alia causa est, qa prægnantes consueverunt habere varia, & inordinata desideria cibariorum diuersorum, & quandoq; ita intensa, q, non possunt aliquo modo appetitui satisfacere, & sic posset esse periculum fœtus. Circa hoc iterũ quæritur, vtrum mulieres quę O sunt fortes, & bene ieiunare possunt, propter prohibitionem maritorũ debeāt ieiunia dimittere? Respondeo secundum *Iun.* Licet dimittere debeant vota voluntarie suscepta propter prohibitionem virorum, non tamē ieiunia ab ecclesia præcepta. Item quæritur, q, de infirmis, & debilib. & senib. Respōdetur secũdum Gui. q, excusantur sed pro quanta debilitate, arbitrio boni viri standum est, ratio hui⁹ est, quia in ægrotantib. natura debilis est, & ideo si daretur eis vna vice totum insimul, quod est necessarium conuenienti sustentationi suę naturæ, grauaretur forte sua natura, sed si daretur pluribus vocibus, confortatur, & vigoratur; similiter in senib. est virt⁹ debilis, vnde si totus cibus, quem eorum natura requirit p die naturali, ab eis vna vice sumeretur, nimiũ grauaretur in eis calor naturalis, & non possent cibũ digerere cōuenienter. Itē quæritur de peregrinātibus, aut multũ P laborantib. an teneātur ad ieiunia? Respondetur secundum *S. Tho.* Si peregrinatio, & labor congrue possunt differri, aut diminui absq; detrimento, tunc ecclesiæ ieiunia non sunt prætermittenda. Si autem imminet necessitas statim peregrinandi & magnas dietas faciendi, vel etiam multum laborandi, & simul cum hoc nō possũt ieiunia seruare, tunc non obligantur ad ieiunandũ. Videtur tamen in talib. recurrendũ esse ad superiorem dispensationem, nisi forte vbi non est consuetum; qa prælati dissimulantes, videntur annuere. Ex his iam dictis potest elici, q, hoc commune prouerbium secularium; vbi dicitur, quod nulli laboratori indictum est ieiunium, non est vniuersaliter verum; vnde si quis est diues, sic quod habet bonum nutrimentum sufficiensq; emolumentum, ita quod potest se sine labore nutrire, tunc illo die, quo ieiunandum est, debet eo minus laborare, vt cum hoc labore possit ieiunare, & præcepto ecclesię satisfacere, sed si est pauper & necessitas cogit eum ad grauiter laborandum, quia alias nō posset habere cum vxore & pueris necessaria, & si tunc quandoq; ex isto magno, & graui labore exhaustus,

&

& eneruatus non potest ieiunare & sic comedit in diebus ieiuniorum, propterea non peccat mortaliter; signāter cum hoc stat in animo suo, quia libenter vellet obedire præcepto ecclesiæ, & ieiunare, si posset. Item sciēdum, quod aliqui sunt, qui quandoque in quadragesima, hebdomadarum vix vnum diem ieiunare volunt, allegātes labores suos, & quod eis est durum & graue ieiunare. Respōderi potest illis q; meritum ipsorum per hoc augmentatur quando ieiunant, & laborant, quia Deus secundum laborem, & charitatem vult remunerare ieiunia, & opera nostra. Item quilibet secundum posse suum ieiunare debet, & quando non potest ex causis iam dictis, tunc debet illud ieiuniū recompensare per alia bona opera, s. q; det pauperibus prandium, vel alias aliquid propter Deum vel aliquod Pater noster oret, vel aliqua alia bona opera faciat in signū bonæ voluntatis, q; libenter vellet ieiunare si posset. *vnde Aug.* Si ieiunare non potes, magis pasce eum cuius saturitate tibi venia concedetur. Vltimo, quæritur de pauperib⁹, & mendicantib. vtrum etiam teneantur ad ieiunia? Respondetur secūdum *Tho. 2. 2. q. 147.* Si possunt habere in tantum simul de eleemosynis recollectis vel aliis repositis, q; sufficeret eis ad vnum prādium, nō excusantur à ieiunio, si autem non possunt habere in tantum quod sufficiat eis pro comestione totius diei, non tenentur, vel quādo ex præcedēti media debilitati, ieiunio satisfacere nō possunt, excusantur. ¶ Quintum dicendum est, quæ requiruntur ad hoc, quod ieiunium fiat Deo acceptum & nobis fructuosum. Respondetur, quod quinque: Primo, quod ante prandium homo nec debet comedere, nec bibere. Contra hoc faciunt illi, qui de mane vadunt ad medonem, & tabernas intrant, & replent se cum vino pretioso. Item, aliqui diu dormiunt, ne corp⁹ inter vigilandū grauetur à ieiunio, & tales iam dicti minuunt sibi præmium ieiunii; ergo nullus debet quicquam comedere, vel bibere de mane, nisi propter debilitatem capitis quis vnum haustum biberet, vel zinziber, vel muscatū, siue gariophilum ad os suum reciperet propter confortationem in cerebro Secundum, q; requiritur ad ieiunium, est, q; ieiunans non debet præuenire tempus, vel horam prandii debitam, quia qui ante vesperas in quadragesima comederet, grauiter peccaret, vnde dicitur in decre. In ieiunio hora meridiana est seruanda de cons. d. 5. *Non dico*, & 62. di. presbyter. sed quare illo tempore de mane dicuntur vesperæ. Resp. quod antiquitus ieiunauerunt vsque ad vesperas sed iam ecclesia condescendit infirmitatibus hominum anticipando vesperas. Item alia ratio est, q̄a in hoc, q; dicūtur vesperæ ante prandium ostendimus nostram voluntatem Christo, q; etiam libenter, vellemus ieiunare quadraginta dieb. & quadraginta

noctibus sine cibo, & potu sicut Christus ieiunauit, sed non possumus præ debilitate naturæ, & tunc acceptat voluntatem pro facto *vnde Augu/t.* Coronat Deus intus voluntatem, vbi non inuenit facultatem. Item ieiunans, in prandio, non debent quærere nimis delicata cibaria, nam hoc displicet Deo, & minuit præmium, nec nimium debent sumere de cibo, sed ad bonā sufficientiam, ita q; nec nimis modicū nec nimis multū. vnde Ari. Mediū in omnib. laudabile est. Contra hoc faciunt illi, qui nimium replent se, sic quod sæpe ventrem dolent. Contra hoc dicitur in decr. Melius ieiunat, qui sæpius parum comedit, quam qui rarius multum. de conse. dist. 5. Nō dico. Tertium, quod requiritur, est, quod ieiunans, post prandium non debet comedere. Circa quod quæritur qd de confectonibus, & electuariis? vtrū per hoc soluatur ieiunium? Respondetur secundum *B. Tho.* quod per confectiones & electuaria non soluitur ieiunium sicut nec per alias medicinas, nisi quis eas in fraudem ieiunii sumeret, & in magna quantitate per modum cibi. Et in hoc concordat *Inno.* Pro quo sciendum quod de sero in collatione ieiunans non debet sumere aliquod commestibile, quod communiter in prandio consuetus est sumere, sicut panem, vel ficus, & similia, sed tantum de confectionibus, & electuariis est licitum aliquid sumere, & hæc in parua quantitate ad modum nucis, hoc & ideo vt potus eo melius conueniat naturæ, non tamen ideo quis talia sumere debet, vt fortius bibat, sed sumere tanquam medicinam debet, ne potus quem natura exigit pro refocilatione, noceat, & lędat. Cōtra hoc aliqui faciunt, qui quandoque mediam similem pro collatione comedunt, vel intantum replent se de confectionibus, & speciebus quod nimium est, & in hoc offendunt Deum. Item, sciendum, quod si quis solueret ieiunium ecclesiæ, grauius peccat, si ter, vel quater comedit, quam si tātum bis comederet. Quartum, quod requiritur ad ieiunium, est, quod ieiunans illud, quod subtrahit sibi in cibo, & potu debet dare pauperibus. *Vnde Hieronymus.* Quod manducaturus eras, cum non ieiunares id da pauperibus, vt ieiunium tuum sit saturitas animæ, non marsupii lucrum, vnde ieiunans debet esse multum misericors pauperibus & ideo signanter legitur in quadragesima illud: *Frange esurienti panem tuum.* Isa 58. vnde etiam *Aug. in ser.* De tuo ieiunio pauper satietur. Quintum sine quo ante dicta non placēt Deo, est, quod ieiunans debet pœnitere de suis peccatis & sic ieiunium suum offerre Deo. vnde *Isid.* de summo bono. Ieiunia cum bonis operibus Deo acceptabilia sunt, qui enim à cibis abstinent, & praua agunt, dæmones imitantur, quibus esca

Arist. Ethic.

R ¶ S

esca non est, & nequitia semper adest ergō nō sufficit, nec placet Deo, nec meritorium est homini à cibo ieiunare, nisi etiam abstineat à peccatis. Vnde ieiunans debet postponere suam superbiam, & dare se ad humilitatem, vt suum ieiunium sit Deo acceptum. In signum huius, quilibet nostrum recipit cineres super caput suum feria quarta in capite ieiunii, vnde psal. *Humiliabā* ¶ *in ieiunio animam meam.* Item cauere debet se ab ira, & se dare ad mansuetudinem. Nam iracundi, & crudeles imitantur dæmones, qui semper ieiunant, sed tamen suam credulitatem non postponunt. Itē à luxuria ad castitatem. vnde dicitur in decre. In ieiunio seruanda est mundicia carnis distin. 18. *habeatur*, & sic de alijs. Sed circa hoc quæritur, vtrum aliquid valet ieiunium, quod fit in peccato mortali? Respondeo secundum Alphorabium, quod ieiunium in peccato mortali factum valet ad tria. Primo, vt obediens sit præceptis ecclesiæ, vel voto, si vouit ieiunium. Nam si peccator in tali casu non ieiunaret, tūc denuo mortaliter peccaret. Secundo, valet ad castitatem. Nam ignis extinguitur, quando ligna subtrahuntur, sic etiam est de ieiunio in homine, vnde *Hugo. de Sancto* Victore. Parca enim vita occidit vitia & libidinem extinguit. Tertio, valet ad hoc, vt peccator eo citius disponatur ad contritionem, & gratiam recipiendam. Sed quantum ad meritum vitę æternę, tunc ieiunans scienter in peccato mortali, nihil meretur. Ergo consulendum est cuilibet, vt in principio quadragesimæ confiteatur peccata sua, quia vna dies, quam quis in gratia ieiunat, vtilior, & salubrior est, quam si quis totam quadragesimam, in pane, & aqua cum vno peccato mortali ieiunaret.

De Tentationibus Bonorum hominum. Sermo. XL.

ET accedens tentator dixit ei: *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Sciendum ꝙ Christus voluit tentari, vt ostenderet quod nos spiritualiter pugnare oportet, & tētari, vt coronemur. Apost. *Nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* vnde Amb. ¶ A Non est victoria, vbi non fuit difficilis pugna. Ergo si diabolus nos tētauerit, tunc exemplo Christi debemus eum vincere, nec ei consentire. Vnde in præsenti ser. tria sunt dicenda. Primo, quæ sunt illæ tentationes bonorum hominum, per quas diabolus etiam valde sapientes subuertit. Secundo, quam malum sit homini esse sine tentatione. Tertio, exemplum. Quantum ad primum sciendum secundum *Gui.* Parisi. de fide, & legibus, quod diabolus habet septem astutias, siue insidias occultissimas, per quas etiam sapientissimos, & fortissimos Matt. 4.

sæpe subuertit. Prima est, longa fatigatio, & crebra tentatio, per quã non tantum nititur illum, quẽ tentat, superare, sed etiã ducere ad desperationem, videlicet ꝙ se credat ad Deum non pertinere, vel à Deo non curari. Cum .n. instanter petit à tali tentatione liberari, & nõ obtinet, tunc de facili desperat de Dei misericordia, & adiutorio, & credit Deum nõ curare periculum ipsi⁹. Vtrumq; autẽ istorum certaminum pniciosissimum est; quãdo in vtroq; totaliter dat diabolo v.g. Recte sicut in duello, cum vn⁹ dicit, vict⁹ sum, & vltra nõ pugnat tũc se dat in potestatẽ alterius victoris: sic ille, qui sic credit se à Deo derelictũ, & desperat, dat se in potestatem diaboli, cum vltra non vult resistere, & sic desperat de Dei adiutorio, & eius misericordia. Sed hoc est valde periculosum, sic de Deo desperare; vnde *Isid. de sum. bo.* Desperatio est peior omni peccato. *Chr.* Nil.n. Deum intantum offendit, sicut desperatio, sed talis perpẽdere deberet ꝙ Deus ex sua bonitate permittit super ipsum huiusmodi tentationẽ, & propter sui ipsius propriam vtilitatẽ, & salutem; quia tales, vt cõiter crebras tentationes sustinent, ne p elationem mentis, & ꝓpriæ complacentiæ perdant gratiam. vnde *Greg.* dum se quis reminiscendo, q gessit apud se erigit, apud humilitatis autorẽ cadit. Etenim elatio interior periculosior est, quã exterior superbia. Quo autẽ talis posset melius humiliari, & in cognitionẽ suiipsius deuenire, cognoscẽdo, quod nõ à seipso habet quicqd habet per talem crebrã tentationem. Talibus sic cõtinue tentatis semper ad memoriã reducenda est superbia Apostoli, quam ipsemet narrat, inquiens. *Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ. Angelus Sathanæ, qui me colaphizet.* 2. Cor. 12. Si enim tanta sanctitate, & tantis donis gratiarum, & virtutum viro prædito imminebat periculum tentationis superbiæ, & contra illam diuina miseratione alia tentatio carnis super eũ permissa est, quid tunc de nobis fieret, nisi Deus, illã tentationem præueniret, & nos custodiret. Vnde etiam aliqui dicunt, quod Apost. Paulus saluus non fuisset, si illa tentatione caruisset, pro qua ter rogauit dominum; sed non fuit exauditus, sic forte, & tu damnareris, si illa crebra tentatione careres, sed illa crebra tentatio erit tibi occasio salutis. Ergo tales debent se Deo committere, & tentationem hanc patienter sufferre, semperque resistere, & Deum quotidie pro auxilio petere. Secunda astutia est extraneitas, id est, cum diabolus hominẽ cũ inauditis, & inusitatis tentat tentationib. sic ꝙ talis timet se non esse verum Christianum. Cogitat enim quomodo in corde veri Christiani tã pessimæ & inusitatæ cogitationes incidere possunt. Sed diabolus facit, sicut qui volunt vnum ca-

strum

ſtrum expugnare, qui diuerſa iacula immittunt, iam ignes, iam lapides, iam fodiunt Sic diabolus facit, qui nititur expugnare animam, quæ eſt in caſtro corporis noſtri. Similiter facit diabolus, ſicut inimicus capitalis, cum occidit inimicum ſuum. Talis enim non curat an cum gladio antiquo, vel nouo, vel cum fuſte, vel cum baculo eum proſternat; ſic diabolus noſter inimicus capitalis, qui quærit nos occidere, non curat vtrum cum vſitata, vel inuſitata, vel inaudita tentatione nos ſuperet. Pro quo ſciendum, quod tales qui ſic crebram, & inauditam tentationem ſuſtinent, de tribus debent conſolari. Primum eſt, quod diabolus non poteſt nocere, nec tentare, niſi quantum Deus permittit. Vnde *Auguſt.* Diabolus plerumq; vult nocere, ſed non poteſt, quia poteſtas eius eſt poteſtate Dei, imo, quod plus eſt, diabolus non poteſt nocere tibi, niſi in quantum tu vis conſentire. Vnde Greg. Debilis eſt hoſtis, qui non vincit, niſi volentem. Vnde etiam *Aug.* dicit, Diabolus quidem ſuggerit conſilium, ſed, Deo auxiliante, noſtrum eſt vel eligere, vel refutare, quod ſuggerit, eſt enim diabolus ſicut canis latrans, qui ligatus eſt, cui ſi appropinquas, poteſt te lædere, ſi autem effugeris, & non appropinquas ei, non poteſt te lædere, ſed bene contra te latrare poteſt. Secundum eſt quod tentationes pati eſt proprium bonorum hominum, Deo ſeruire volentium. Ergo quandoque vnus bonus homo plures tentationes, & peiores incidentes cogitationes, ſuſtinet quã mille impii, ſed de hoc non debet triſtari, quia ſecundum *Gr.* Non eſt cogitatio tam immunda, quæ mentẽ polluat, ſi ratio non cõſentit. Tertium eſt, ꝙ tentatio erit ei meritoria, ſi ſuſtinuerit, vt debet, & reſtiterit ꝑut põt. Vnde *Ber.* Quotiens reſtiteris, totiens coronaberis. Ergo illi quandoq; cum ſe ſic credunt eſſe inimicos Dei, ſunt amici Chriſti, & quandoq; sũt martyres in conſpectu Dei Vnde. *Gr.* Tentatio, cui non conſentitur, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis. Tertia aſtutia diaboli eſt, ꝙ ſuadet homini mutare ſtatum ſuũ, vt cum quis audit talẽ vitam in tali ſtatu vel in tali monaſterio, tũc ſuadet illi, vt illic ſe transferat. & ſępe contingit, ꝙ homo eſt in bono ſtatu; & ſecurus, ita ꝙ diabolus nõ poteſt illum illaqueare, nec decipere, nec vincere, tũc ſuadet ſibi mutare ſtatum ſuum, & incutit ſibi timorem, ꝙ nullo modo poſsit ſaluari, niſi transferat ſe ad talem alium ſtatũ & diabolus facit ſicut auceps auibus, quæ ſunt in ſpeluncis, & cauernis, ſecuris, & ſicut piſcator piſcib⁹, qui cum concha ſua aquã turbans circumquaque, littus pulſans, timorem piſcib. incutit, vt cauernulas, & latibula exeãt ad loca inſecura, vbi & tũc ille rete extẽdit ſuũ, vt capiat eos, ſed ſi permanſiſſent tales

C

aues vel pisces in suis locis eos capere non potuisset, sic & diabolus facit illis, qui sunt in bono statu. Ergo quando homo est in bono statu, in quo saluari potest, non faciliter mutare debet illum statum. vnde
1. Cor. 7. Apost. *In ea vocatione; qua quis vocatus est, permaneat.* Quarta astutia est, quando ad maiora opera bona, & supra vires ipsius aliquem inuitat. Et in hoc exempla sanctorum præcedentium eidem ꝓponens, vel etiam Sanctos homines in mundo adhuc existentes, qui in magnis abstinentiis viuunt tunc talis promittit quandoq; ex instinctu diaboli talem rigorem, scilicet quod etiam sic velit viuere & post votum tandem quandoq; retrocedit, quia videtur sibi nimis graue, & signanter, quando feruor charitatis tepescit, & sic tunc erit deterior, hæc ei est astutia, per quam simiæ capiuntur. Accipiunt enim venatores, calceos magnos, & ponderosos, & calceant se, vbi hoc simiæ videre possunt; alligant autem, & astringunt sibi fortiter calceos huiusmodi, vt hoc videntes similiter faciant. ꝓpter q; volentes huiusmodi calceos de pedibus ibi dimittunt, indeque recedentes præstolantur, quousque simiæ illis calciauerint, & eosdem sibi forti; allegatione astrinxerint, irruunt in eas, ipsasque sic capiunt, quia non solum non effugere, sed, nec ambulare queunt præ magnitudine, & ponderositate calceorum. Tu autem audisti, quod calceamenta in sacra scriptura exempla sanctorum vocantur. quæ cum propositis, & voluntate ab infirmis hominibus sæpe assumuntur, ad quæ etiam votorum vinculis se sæpe alligant sed propter imbecillitatem in eis ambulare non valentes, aut eadem portare, à venatoribus infernalibus capiuntur ab assumpto voto, & proposito apostatantes; & sic postea aliquando deteriores fiunt, quam ante fuerunt. Quinta astutia diaboli est, quæ sub prætextu boni suadet periculum. Species huius astutiæ innumerabiles sunt, vt cum sub prætextu pietatis erogandarũ eleemosynarum, suadet acquiri diuitias, sciens illud dictum Apostoli:
Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, Similiter ille qui ad Tim. 1.
inclinatus est ad luxuriã, suadet bene comedere, vt Deo diutius seruire possit, quod in delitiis periclitatur castitas. vnde *Hie.* in vino luxuria est, & vbicunque saturitas, & ebrietas est, ibi libido dominatur. Aliquibus suadet ieiunia, & abstinentias, sciens eos ad iracundiam; & impatientiã labi sic, quod quandoque maledicant cum esuriunt. Similiter illis, qui habent debilia capita, suadet ieiunia; & dura exercitia, vt sic nimium debilitentur, & in bonis operibus impediantur, vt vel sic etiam insanire incipiant, vel etiam postquam exhausti sunt per indiscreta exercitia, tunc recreationes quærunt, demum dissolutiores.

riores omnibus erunt. Sexta astutia diaboli est, quando vitium suadet sub prætextu virtutum, & sub nomine boni occultat. virtutum. verbi gratia. Sicut cum ille, qui in potestate est constitutus, suadet, quod non debet vitia corrigere, sed dissimulare, quia est misericordia, quo ad proximum. Et hoc ideo facit, quia scit secundum dictum quod iudicium durissimum fiet his, qui præsunt, quia non solum pro suis peccatis, sed etiam pro peccatis subditorum reddituri sunt rationem, quæ hi dissimulauerunt, & non correxerunt. Item, auaritia sic occultatur sub nomine prouidentiæ. Item, superbia vestimentorum honestas & garrulitas, affabilitas vocatur. Item, astutia mercatorum prudentia nominatur. Septima astutia, & omnium periculosissima est ipsa pax, id est cessatio tentationum, quam multi imperiti vehementissime concupiscunt, & instãter poscunt, hæc autem est adeo pernitiosa, vt de ea dicat omnis ecclesia sanctorum. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Et contra hoc dicitur *Omnes gaudium æstimate fratres mei, cum in varias tentationes incideritis.* &. *Tentatio est vita hominis super terram.* Igitur priuatio, & carentia tentationis, mors est. Non enim viuit, qui non tentatur. Quantum ad secundum principale huius sermonis, est sciendum, quod quinque mala ex illa pace proueniunt cum homo caret omni tentatione. Quorum primum est, securitas, quia timor Dei expellitur, qui est custos virtutum & omnium meritorum. vnde dicitur: *Nisi instanter tenueris te in timore domini, cito subuertetur domus tua.* Et è contra dicit *Aug. li. 10. confess.* Nemo securus debet esse in hac vita, quæ tentatio nominatur, vt qui fieri potuit ex deteriori melior, non fiat è conuerso de meliori deterior. vnde *Gr. li. 2.* Sæpe quem tentationis certamen superare non valuit, sua securitas deterius strauit. Et ratio huius est, quia talis securitas expellit timorem, & expulso timore homo est quasi ciuitas sine muro, & domus sine ostio, & ideo facillime capitur diabolo. *vnde Ber.* Connexa sunt quidem religio, & timor, nec manere potest alterum sine altero. *Timenti Deum, non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit, & liberabit à malis.* Secundum malum est, desidia siue pigritia, qua etiam non solum ad fugam, sed ad pugnam tardi sumus, quia per iacula tentationum boni excitantur ad bonum opus, & in tentationibus constituti quærunt adiutorium domini, & suffragia sanctorum, orant, ieiunant, genua flectunt, & sic de aliis. Sed qui in pace & sine tentatione sunt, desides efficiuntur. Et illa pax recte comparatur rubigini, quia nihil intantum consumit ferrum sicut rubigo, sic otium mentem hominis. Sed quando cum

Sap. 6. Iac. 1. Iob. 1. Eccl. 27. Eccl. 33.

ferro operatur, tunc mundatur, & splendidius redditur. Sic boni per tentationes à rubigine peccati purgantur, & ad debitum candorem pariter & splendorem perducuntur. Tertium malum est elatio, quia tales, qui non tentantur, quandoq; putant se tam sanctos esse, quod diabolus non audeat eis appropinquare, cum tamen contrarium potius deberent cogitare & credere se debiles & adeo infirmos, quod omni tentationi succumberent, & propter hoc omnipotens, & misericors Deus eos tentari non sinit. Quartum est, contemptus fratrum, & proximorum. Cum enim talis, qui in pace & sine tentatione, audit alios tam inconsuetas & inauditas tentationes pati, cõtemnendo proximos dicit, quod tales cognitiones non deberent in Christianum cadere, nec.n. Christianus deberet talia cogitare, & q; ille vilissimus est, q talia cogitat, & sic spernit alios tentatos, credẽs eos esse malos, & se ob id, quia non tentatur æstimans bonum, cum è conuerso ipsi tentati sunt filii Dei, & ipsi qui non tentantur fortassis inimici Dei, & filii diaboli. Quintum malum est, duritia cordis, & immisericordia ad proximos, qui sic tentantur. Nam adeo illi qui non tentantur in eos obdurantur, vt etiam eis nec condolendum, nec commiserendum putent. Dicunt.n. quod excoriandus vel comburendus esset, qui talia cogitat. Quis vnquã audiuit tales inconsuetas, & inauditas tentationes. Et quando quis sic obduratur contra proximos, & non cõpatitur eis, est signum quod ille nõ est bonus, neque perfectus. Sed quando quis ex corde compatitur, est signum bonitatis. vnde *Gr.* In quanto quis perfectus est, in tanto plus sentit dolores alienos. Quã-
tum ad tertiam partem istius sermonis, nota exemplum de continua tentatione diaboli. Fuit quidã monachus filius sacerdotis idolorum, qui cum paruulus esset, & tẽpore quodam, cum pater eius intraret templum idolorum, vt sacrificaret idolis, intrauit & ipse post eum occulte, & vidit Sathanam in solio sedentem, & omnem militiam eius astantem. Et ecce repente vnus ex principibus eius veniens, adorauit eum. Cui dixit diabolus. vnde venis? Ait ille: Fui in illa prouincia, & suscitaui bella, & effusiones sanguinum. Et dixit ad eum diabolus, in quanto tẽpore hoc fecisti? Et respondit: In triginta diebus. Et iussit eum flagellari dicens, solum tanto tempore hoc fecisti? Et ecce alius venit, & adorauit eum, & ab eo interrogatus, vnde veniret? Respondit, fui in mari, & suscitaui ventos, & commotiones, & submersi naues cum hominibus, & dixit ei diabolus: In quanto tempore hoc fecisti? Respondit ille: in viginti diebus. Et hũc similiter flagellauit. Et tertius venit similia nunciauit, dicens: In nuptiis feci dissensiones, & & i-

& ipsum sponsum occiderunt, & hunc similiter misit flagellari. Et alius venit dicens: ecce quadraginta annis quendam monachum impugnaui, & vix ista nocte præualui, & feci eum fornicari, quod diabolus audiens mox surrexit, & osculatus est eum, & tollens coronam quam habuit posuit in capite eius, & fecit eum sibi considere, & ille cum hoc vidit, intra se dixit, vere magnus valde est ordo monachorum, & statim fuit factus monachus.

DOMINICA II. QVADRAGESIMÆ. Ser. XLI.

De viginti quatuor generibus hominum, qui falsificant fidem.

Mat. 15. Mar. 17. Ar. 7. Phy. O *Mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Aristoteles: Illud est prius, quo non existente, non sunt alia; sed sine fide aliæ virtutes nihil sunt quantum ad vtilitatem aliquam, ergo fides est prima virtutum, prima via ad

Heb. 11. cœlum ducens. vnde Heb. *Impossibile est sine fide placere Deo.* Ergo si saluari volumus, præ omnibus oportet nos habere fidem exemplo istius mulieris Chananææ, quam Christus laudauit in verbis præmissis dicens: *O mulier magna est fides tua.* Vnde sciendum quod fides est frequenter prædicanda Christi fidelibus. Vnde dicitur in decret. Fidei symbolum est publice prædicandum laicis, de conseeratio. distinctio. 4. Symbolum. Insuper fides à Christi fidelibus diligenter est seruanda, & custodienda, tum quia necessaria est ad salutem, vt bona opera sint meritoria, tum quia, diabolus ei magis insidiatur, quam bonis operibus, quia bona opera non saluant sine fide. *Vnde Aug.* Sicut rami ex ariditate radicis arescunt, ita & quælibet opera, licet videantur bona, nulla tamen sunt, si à soliditate fidei disiunguntur. Vnde minimum opus in fide & in gratia factum, plus placet Deo, quam omnia opera vnquam facta ab hominibus infidelibus. Ex hoc patet quod fides est homini valde vtilis. Ipsa enim facit hominem filium Dei in baptismo. *Omnes filii Dei estis per fidem.* ipsa Gal. 3. enim impetrari potest à Deo quicquid quis vult vnde Mat. *Sicut credidisti fiat tibi.* Ipsa .n. fundamen- Mat. 8. tum omnis meriti. de quo Apostolus dicit. *Fundamentum aliud nemo* 1. Cor. 3. *potest ponere præter illud, quod positum est, quod est Christus Iesus,* id est, fides Christi. *Vnde Aug.* Fides est bonorum omnium fundamentum fides est humanæ salutis initium. Nam extra fidem non est salus. Vnde omnes iudæi hæretici, & pagani sunt in statu damnatorũ. Vnde Mar. *Qui crediderit, & baptizatus* Mar. 16. *fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.* Vnde etiã *Aug.* Nemo liberatur à damnatione quæ facta est per Adam, nisi per fidẽ domini nostri Iesu Christi. vnde omnes, qui saluati sunt ab initio mundi, in fide saluati sunt quia illi,

qui

qui ante tempus Christi vixerunt, crediderunt Christum venturum, redempturum genus humanum, sicut nos, qui post Christum venimus, credim⁹ hoc esse factum. *vnde Bernard.* Multi ante saluatoris aduentum Deum omnipotentem timentes, & diligentes, suæ salutis grauissimum promissorem credētes in promissionem fidelem, sperātes certissimum redemptorē, G∫ in hac fide, & expectatione saluati sunt. vnde in præsenti sermone dicendum est, quomodo Christiani multipliciter falsificant fidem in maximum periculum animarum suarum. Nam quicunque vult saluari oportet eum veram integram, & certam fidem cum bonis operibus approbatam habere. Primi igitur sunt qui dubitant de fide, & tales solent dicere, si sic est, sicut scriptura dicit, & fides catholica tenet, magnum quid est. Non enim simpliciter contradicunt scripturæ, & fidei, sed tamen non firmiter tenent, & credunt. Et tales si sic decedunt damnabuntur, quia fides christiana debet esse fortis in homine, vt si etiam angelus de cœlo descenderet, & aliam fidē prædicaret, sibi credendum non esset, vt patet per Apostolum. Ga. 1. Sed hoc non est intelligendum de his, qui tentantur cum amaritudine cordis de fide. Tales enim resistere debent, quia secundum *Gr.* in pastorali, humanum est in corde tentationem perpeti, dæmoniacum vero est in certamine tentationis superari, vnde quæritur, Si quis tēpore Antichristi, vel alias in persecutione fidei, fidem conseruaret in corde, sed propter timorem mortis, vel amissionem rerum temporalium, ore consentiret Antichristo vel aliis hæreticis, vel interrogatus obticeret fidem propter istum timorem iam dictum, an talis qui stat in tali proposito sit in via salutis? Resp. quod non; quia christian⁹, qui est in via salutis non solum debet habere fidem in corde, sed etiam profiteri ore, vnde Apost. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Rom. 10. Ergo qui fidem seruare volunt in corde, & ore nolunt confiteri, tales sine dubio sunt in statu damnationis. Et in signum huius confirmationis sacramentum datur in frontibus, vt quilibet Christianus libere audeat nomen Christi nominare, & confiteri, etiamsi propterea deberet omnibus temporalibus spoliari, & quod magis est, etiam deberet mori, & maxime illa quæ sunt de necessitate fidei, & concernunt honorem Dei, & ad salutem proximi. vnde dicitur in decre. Constantia debet esse tanta, vt prius auferatur vita, quam fides. q. 28. *conuentor.* Secundi sunt, qui articulos fidei addiscere negligunt, cum possunt eos discere, & debent eos scire, quilibet enim christianus cum ad annos discretionis peruenerit, tenetur addiscere, & scire symbolum

lum Apostolorum, nisi esset impossibilitas ingenii sic, quod nullo modo addiscere posset, ergo quicunq; articulos fidei friuole, & ex cõtemptu addiscere nollet, cum addiscere posset, peccaret mortaliter. vnde dicitur in decret. Paruuli facti adulti tenentur ad fidem, quam pro eis spoponderunt, offerentes eos ad baptismum, & illi debent eos docere symbolum, & orationem dominicam. de consecratio. distinct. 4. vos ante omnia. Tertii sunt, q præsumtuose fidem perscrutari volunt; & nihil credere, nisi quod possit eis ratione liquida demonstrari, qui plerunque in errorem labuntur, & tales mortaliter peccant & meritum fidei perdunt, quia secundum *Gre.* Fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Impossibile est enim fidem per rationem perscrutari. vnde *Greg.* in homil. Fides est earum rerum, quæ apparere non possunt, quæ enim apparent fidem non habent, sed agnitionem. Quarti sunt, qui tempus, & dies ægyptiacos obseruant. Vnde quæritur vtrum liceat aliquando tempus obseruare. Respondetur, si tempus obseruetnr in his actibus, qui dependent à causa naturali, puta ab influentia planetarum, & cursu syderum, sicut potionis sumptio in medicinalibus, agrorum seminatio, arborum plantatio, & sic de aliis, hoc non est idololatriæ, sed sagacitatis, & prudentiæ, & nullum peccatum est. Si vero obseruentur tempora, & dies in aliis actibus, qui solum dependent à libero arbitrio hominis, puta, mercatio, vxoris ductio, herbarum collectio, & sic de aliis similibus, in talibus, obseruare tempus & dies ægyptiacos, est peccatum mortale. vnde dicitur in decre. 26. quæst. 5. Non licet Christiano elementa colere, nec lunæ, nec stellarum cursum obseruare in coniugiis sociandis, in herbis colligendis. nec incantationes licet attendere, ergo reprehensibiliter peccant, qui in nocte natiuitatis Christi, & Ioannis Baptistæ incantationes suas faciunt. Pro quo sciendum, quod quotiescunque contingit aliquẽ Christianum aliquo ire, vel aliquod opus inchoare, primo signo crucis debet se præmunire, & orationem dominicam, Aue maria, & symbolum dicere, & sic de adiutorio Dei confidere, quod sibi prosperabitur in his quæ ad salutem suam pertinent. vnde *Aug.* Omnis dies bona est, quia sicut Deus primam diem fecit, sic secundam diem, & tertiam, & cæteras fecit, ergo nullus obseruet, qua die de domo exeat, vel aliquod opus inchoet. In contrarium faciunt illi, qui obseruant diem innouationis & innocentiũ, & alios plures dies ægyptiacos. Vnde Aug. non obseruentur dies ægyptiaci. Quinti sunt, qui obseruant somnia, & qui seruant auguria; contra quos dicitur: *Non augurabimini, neq; obseruabitis somnia* *Leuit. 19.*

nia. Nam somnia quandoque accidunt naturaliter, quandoque ex præcedentibus cogitationibus & occupationibns. vnde Eccle. *Multas curas sequuntur somnia*, & frequenter accidunt ex illusione diabolica. vnde dicitur in decre. Somnium deceptorium quandoque dæmones immittunt. 20. quæst. 3. *sciendum*. Item qui volunt exponere somnia, illi dupliciter peccant primo in hoc, quod putant somnia esse vera. Secundo, quod alios informant. Vnde Christianus non debet somnia curare, sed omnia Deo committere. vnde *Cato*. Somnia ne cures, nam fallunt somnia plures. Sexti sunt, qui per ferrum candens, vel aquâ bullientem, vel duellum, tentant Deum, quod est grauiter prohibitum. Septimi sunt, qui ad phitonissas accedunt, & quædam occulta ab eis requirunt, scilicet furta, & huiusmodi, quod stricte prohibitum est, vt patet. 26. q. 5. non liceat. Vbi dicitur quod qui talib. credunt aut ad interrogandum eas domos earum introeunt, aut ad suas proprias domos introducunt, sciant, se fidem, & baptismum præuaricasse, ac paganum, & apostatam, & Dei inimicum esse, & iram Dei in perpetuum grauiter meruisse. Et nota q, omnes, qui ad tales phitonissas accedunt, mortaliter peccant, quia non licet consilium à diabolo quærere quia noster est mortalis inimicus & semper habet malam voluntatem cōtra nos, quomodo impediat nos à salute nostra. Et insuper nō eis credendum est, quia diabolus, qui per eas loquitur, secundum dictū Christi: *mendax est, & pater eius*, scilicet mendaci. Et per hoc nititur multotiens innocentes diffamare; quia sunt sibi magis contrarii. vnde exemplum. Quidam Comes in vna ciuitate sui dominii habuit talem phitonissam, quæ occulta, & secreta manifestabat, ad quam accesit tentans eam, & quæsiuit ab ea de duobus equis, dicens eos sibi esse furatos, & ipsa indicauit ei, vbi, & quo venissent. & Comes, O quam grande mentita es, & illos de quibus dicis innocenter inculpas quia equos adhuc in stabulo meo habeo. Octaui sunt, qui fatum tenent, & tales grauiter peccant. Dicunt enim, quando homo male moritur, siue suspenditur, siue comburitur, sic oportuit fieri, quia Deus sic voluit, & sic ordinauit & in tali hora natus est, quod talia facere, & sic pati debuit, hoc est contra honorem Dei loqui, quia Deus est summe bonus, & non vult nisi bonum. vnde Apost. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra*. Ergo ascribi debet propriæ malitiæ hominis, & non ordinationi diuinæ. Vnde tales, qui hoc credunt, & dicunt grauiter offendunt, de hoc quære ser. xxj. S. Noni sunt, qui augurium obseruant, quod augurium attenditur in gestu, & cantu, ac volatu auium. v.g. Quando gallina cantat, & canis

Eccl. 5.

Ioan. 8.

1. Thess. 4.

nis latrat, & corui super domum se locant & lepus, vel lupus per viam currit, & cuculus clamat, & sic de aliis, quæ omnia sunt vana & superstitiosa. Decimi sunt, qui falsificant fidem, qui necrumanciam exercent, quæ fit per mortuos suscitatos. Sed ista necromantia nō est apud vulgares homines visitata, ergo de ea in præsenti non loquimur. Sciendum tamen quod circa mortuos plures homines vanitates attendunt. Primo, enim dicunt, quod quando agonizans sudorem emittit, quod sit baptismus, quia sicut in ingressu est baptizatus, & sic egressu exudat eundem baptismum, quod est erroneum. Item, aliqui dicunt, quod anima recedens à corpore non habeat requiem, donec ei pulsatum fuerit. Item, aliqui dicunt quod interim, quod fit pulsus cum campanis, anima eorum confiteatur quod est valde erroneum. Item similiter aliqui dicunt, quod quando anima egressa est à corpore tunc prima nocte pernoctabiit cum beata Virgine, alias cum beata Gertrude, secunda cum beata Michaele archangelo, tertia nocte vadit ad secundum quod diffinitum est de ea, quod est erroneum. vnde peccatoribus dicitur. *Ducunt in bonis dies suis, & in puncto ad infernum descendunt.* Iob. 21. Similiter dicendum est de bonis, & perfectis, & innocentibus, quod immediate volant ad cœlum, sed qui sunt mediocriter boni, immediate ducuntur ad purgatorium. Item aliqui dicunt quod sabbato animæ exeant de purgatorio & requiem habeant vsque ad secundam feriam, & tunc reintrabunt cum aliquis primo cœperit laborare. Et ex hoc volunt inferre quod sit peccatum feria secunda mane surgere. Sed qui sabbato diu laborant de nocte, hoc pro nullo reputant, cuius oppositum verum est. Quod autem animæ non exibunt de purgatorio ante plenariam purgationem; *Non exibis inde donec reddas nouissimum quadrantem*, Matt. 5. vnde etiam *Humber.* Nequaquam facies Dei videbitur ab aliquo, donec per pœnam venialium peccatorum, quadrans minimus persoluatur. Item, aliqui exercent superstitionem cum acu, qua cadauer mortuum est consutum. Vndecimi sunt qui volunt frangere liberum arbitrium, vt illi, qui volunt facere illicitum amorem, vel odium inter homines. ¶L Vnde aliqui dicunt ille est deceptus, illa fecit sibi, quod non potest ab ea separari. Sed respondeo, quod est mala consuetudo, & propria voluntas ipsius hominis, nam nullus hominum, nec omnes dæmones possunt frangere liberum arbitrium hominis, vt de necessitate eū oporteat aliquod malum facere. vnde *Aug.* & ponitur etiam in decr. Peccatum adeo volūtarium est, q, nullo modo esset peccatū, nisi esset voluntariū. 15. quæst.

1. cap. 1. Vnde quilibet cum Dei adiutorio potest huic tentationi resistere. Apostolus. *Omnia possum in eo qui me confortat.* Duodecimi sunt, qui circa sortes, & circa varias inspectiones psalmorum, euangeliorum, & aliarum scripturarum futura prænosticare volunt. Item, qui ponunt cumulum salis, & schedulas scriptas vel non scriptas in occulto repositas, dum consideratur, quam quis accipiat; vel ex festucis inæqualibus propositis, quis maiorem vel minorem accipiat; vel ex taxillorum proiectione in libro, qui vocatur liber sortium; vel etiam considerando quid aperto libro sibi primo occurrat, & sic de aliis vnde dicitur in dec. Futura non sunt inquirenda ex inspectione quarumcunque scripturarum. 26. q. 5. Aliquanti. Tertii decimi M¶ sunt, qui lunam adorant, sic plures homines inueniuntur, qui cum nouilunium viderint adorant flexis genibus & deposito caputio, aut pileo, & capite inclinato, honorant suspiciendo, & alloquendo, imo etiam plures illo d e ieiuuant in honorem nouilunii, siue sit dies dominica, in qua secundum ordinationem ecclesiæ non est ieiuninandum propter resurrectionis Christi lętitiam, siue etiam quacunque alia die, cum viderint nouilunium exortum, quæ omnia habent speciē idololatriæ ab idololatris relictæ, de quibus dicitur. *quod fecerunt placentas reginæ cœli*, scilicet lunæ, offerendo eas ei. Item aliqui venerantur solem. Exemplum de vna vetula, quæ credidit solem esse Deum, vocans eam dominam sanctam, & aliquando solem benedixit, cum certis verbis, & cum quadam obseruantia superstitiosa. Quæ dixit se plusquam quadraginta annos hoc credidisse, & multas per hoc infirmitates curasse, sed postea compuncta in quodam sermone, cognoscens errorem suum, respuit, & sic amplius seruiuit creatori suo & pœnituit. Item reprehenduntur homines, qui stulta vota promittunt, & eis fidem adhibent verbi gratia. Vt illi qui cancros non comedunt propter oculos & credunt quod oculi remaneant in eadem sanitate, sicut tunc fuerant illa hora, quando vouerunt illud votum. Item abstinentes à capitibus animalium, & volucrum, & piscium, ne capite infirmentur. Item, qui in quinta feria quatuor temporum nolunt comedere carnes, & credunt quod pestilentiam propter hoc possunt euadere. Item, qui tertia feria non intrant balneum, & dicunt, quod hoc valeat cōtra febres. Item, incendentes lumina sancti Blasii consecrata, & cum his mensurantes, vel etiam cū stola consecrata, vel crucē faciunt cum palmis consecratis tempore, quo legitur passio, non alio die, vel etiam, qui palmam consecratam glutiunt. Item, qui sabbatho non præscindunt crines, nec caput lauant.

ad Phil. 3. — Hier. 7.

nāt, nec balneum intrāt. Itē, aliquę mulieres, quę illo die non filant, nec fimum de stabulo exportant, & sic de aliis. Cum secundum hosti. Sabbatis diebus debemus plus laborare, ne nos Christiani debeamus iudaizare Item qui in Natiuitate, vel die Paschæ, vel Pentecostes abstinent à carnibus, & quia talia vota, vt frequenter sunt superstitiosa. Ergo tales homines proponere debēt confessoribus suis vel aliis sacerdotibus discretis, & literatis intentionē, finem & causas, quare vouerūt, eorū iudicio relinquentes, vtrū debeāt ea seruare vel in alia meliora opera commutare. Quartidecimi sunt, qui cum mulieribus prægnantibus & parientibus superstitiones exercent. verbi gratia. Sicut mulierem cum difficultate parientem circuncigunt cingulo viri, vt eo leuius pariat. Item, qui dicunt mulieres morientes in partu, vel puerperio non posse clare faciem Dei videre, sed per velamen. Et dicunt, quod mulieribus nocet, quod in partu periclitantur, quod est falsum, nisi essent culpabiles, quod abortum parerent. Puero vero sic morienti in vtero nocet, quia nunquam videbit faciem Dei. Item, aliqui simplices dicunt quod puer, qui moritur sine baptismo, ille moritur sine anima, quod est falsum, quia puer, qui viuit in vtero matris, habet anim m. Aanima enim dat vitam corpori, & si moritur ante baptismum, tunc anima illius pueri descendit ad limbum puerorum, & ibi non habet pœnam sensus, quia non esurit, neque sitit, neque frigus patitur, & sic de aliis passionibus, & pœnis. Sed habebit pœnam damni, id est, quod æternaliter carebit Dei visione. Ergo dicendum est, ille puer obiit sine sacramento baptismi, & sic ille puer nō moritur sine anima, quia si moritur, vtique habuit animam. Item, qui mulieres faciunt steriles, illi tot homicidiorum rei esse videntur, quot conceptus conati sunt impedire. Item, qui occidunt pueros in vtero matris scienter, sicut illæ meretrices, quæ gerunt se pro virginibus, tales cum impregnatæ fuerint, fœtus in vtero occidūt. De eis, & etiam illis antiquis vetulis, quæ dant talib. auxilium, & consilium ad occidēdum tales pueros in vtero matris, quod est maximum peccatum, quia aliquo modo exuperat homicidium cuiuscunque Christiani baptizati, & ratio est, quia in puero isto occiditur anima cum corpore, sed & in homine baptizato solum corpus occiditur. vnde *Aug.* Maius periculum, ac damnū est in amisione vnius animę, quam mille corporum. Item, qui cum gladio euaginato benedicunt mulieres in puerperio, & exufflant candelam incensam ante faciem eius, quod omnino est, superstitiosum. Item aliqui ponunt scrobem infra stramina, vbi mulier iacet in puerperio. Item aliqui ponunt pue-

ros ante baptismum infra scamnũ, quæ oĩa sunt vana & superstitiosa, & religioni christianæ contraria, sed si ibi thus adoletur, & lumen consecratum accenditur, vel aqua benedicta aspergitur, vel signum crucis ibi habetur, talia essent licita, & deificata. Quindecimi sunt, qui literas circa se ponunt, vel portant, & talem fidem adhibent illis literis, vel orationibus, vel caracteribus in eisdem scriptis, quod quando inspiciunt, vel orant, vel circa se portant, credunt, quod non possunt cõburi, vel submergi, vel vulnerari. Item qui scribunt literas contra dolorem dentium, vel oculorum, vel aliarum infirmitatum, omnes tales grauiter peccant; & similiter, qui portant, & qui docent. Item litera, quæ dicitur longitudo Christi, reprobatur, quia in ea scribuntur nomina incognita, & etiam omnes literæ, quæ tenent, quod quicunque circa se portauerit easdem, non possit comburi nec submergi; & mulieres, quæ eas circa se portant, non possunt periclitari in partu; quæ omnia sunt superstitiosa. Decimisexti sunt, qui carminant homines vel pecora, senes vel iuuenes. Et hoc fit multipliciter. Primo, caput infirmi hominis cingunt, & mensurant cum cingulo proprio, & tunc ponunt cingulum sub pedibus eius, & infirmus dicit, melius te calco quam porto. Item oculos bene dicunt, & manu terram tangunt, & cum tali manu oculos infirmi contingunt, aliqua verba scilicet superstitiosa addentes. Item aliqui lauant oculos ex lotione pedum, quod est oculis magis nociuum, quam proficuum. Item aliquos infirmos ponunt ad terram ad modum crucis, & cum filo eos mensurant, & tale filum comburunt, & cinerem dant infirmo ad potandum cum aqua, quæ est tacendo allata. Item quidã superstitiose quosdam per aquam fluidam ducunt. Item aliqui quandoque vertunt se contra ortum solis. Item quidam quosdam ducunt infirmos ad arbores, & faciunt eos quassare arborem. Item quidam carminant equos, vel alia animalia; ne cum ad pascua vadunt, à lupis lædantur, quod est diabolicũ. Vnde legitur exemplum, quod quidam deuotus homo pergens ad syluam, vidit diabolum in specie humana custodire porcos & fuit in autumno, cum porci pelluntur ad syluam, & cõmedunt glandes. Quem iste deuotus eremita interrogauit, quid ibi faceret, & ipse respondit: Custodio istos porcos, ne à lupis & feris deuorentur, quia carminatrices carminauerunt eos. Vt ergo illis carminibus fides adhibeatur, & homines isti in isto errore permaneant, ideo illos cum diligentia custodio. Item quidam sunt incantatores serpentum & eos carminantes. Item qui gladios portant, ne eos lædere posint, carminizant, cum homo cruentat,

fat, & vulneratus est, vel læsus. Item qui canes, & lupos cum vulneribus Christi carminizant. Item qui inimicos, & alios qui damna intulerunt, ne possint limites terræ suæ, vel septa locorum exire, carminizant. Item qui amicos, consanguineos; vel alios dilectos bellum ineuntes, vel iter peregrinationis arripientes, carminizant. Item quidam dicunt, quod beata virgo Maria Ioannem Euangelistam carminizauit, cum semel caput suum doluit, quod falsissimum est. Et sic ex hoc volunt inferre, quod licitum sit carminare, & sic conãtur se excusare, & defendere cum falsitate, vt possint in peccatis suis manere. Sciendum, quod omnes isti, qui sic carminant alios, vel se permittunt carminare, vel suos pueros portant ad carminatrices, grauiter peccant, maxime quando antea sunt moniti, nec tamen desistere volunt. Nota etiam, quod talia carmina non habent efficaciam sanandi, quia sanare hominem sine medicina est miraculum, quod conuenit soli Deo, & sanctis, qui ex diuina operatione hoc impetrant hominibus, quod sine medicaminibus curantur, vel sanantur. Quæritur, quare videntur talia quandoque iuuare? Respondetur, quod hoc fit principaliter propter firmam fidem, quam homines habent ad talia carmina, & ad tales carminatrices, quia tunc Deus permittit aliquando, quod homini videantur quandoque iuuare, cum tamen de se nullam efficaciam habeant. Vnde dicitur in decret. Carmina, vel sortilegia nihil præstant infirmitatibus. 26. q. 7. Admoneant. Si enim non haberent fidem, & fiduciam ad talia, tunc nil iuuarent. Et quicunque talibus carminibus credunt, & confidunt, & à Deo recedunt cum fiducia cordis sui incidũt in maledictionem Dei. Hie. 17. *maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.* Gl. 5. Irrefragabiliter à Domino recedit cor eius. Decimiseptimi sunt, qui sortilegia cum sacramentis exercent, vt quandoque cum baptismo, & quandoque cum sacramento Eucharistiæ. Item aliqui simplices ex quadam simplicitate adorant calicem in eleuatione missæ, tanquam ibi sepulchrum Christi, & non sacramentum. De hoc quære infra ser. ¶ P lxxx. C. Decimiooctaui sunt, qui dicunt, quod aliqui homines eis in nocte appareant, & quasi inter opprimendum ponant se super eos, sed falsũ est, quia est propri⁹ sanguis in homine, & hoc ex eo apparet, quia vt frequenter contingit, quando homo dure iacet, & in dorso, & quam cito se vertit, tunc nihil plus sentit. Item aliqui dicunt, quod quando sonitum audiunt in sinistra aure, sit signum, quod aliqui detrahant illis. Sed si sentit in dextra aure, tunc credunt, quod aliqui

loquan-

loquantur bene de eis; item aliqui quandoque sentiunt pustulas in lingua, & dicunt aliquos mentiendo detraxisse eis. Decimi noni sunt, qui credunt, quod Diana cũ exercitu suo de nocte ambulet per multa spacia. Item aliqui de nocte præparant mensam, & vasa discooperiunt, vt manes debeant illa replere, & ipsis hominibus fortunium præbere, & sic sacrificant maðmonæ, vt diuites fiant. Item aliqui dicunt, quod manes, vel penates de nocte equitant equos suos, vel portant pueros suos super rectum. Vicesimi sunt qui sciunt chyromantiam, & sunt illi, qui manum hominis ab intra inspiciunt, & ibi per quandam crucem in manu existentem cognoscere volunt, quam cito talis homo mori debeat. Item aliqui inspiciunt vngues hominis, & sic agnoscere volunt vtrum aliquid nouitatis illi homini contingat. Vigesimiprimi sunt, qui cum simul in matrimonio conueniunt, & qui primus obdormiat, quod illum citius mori contingat. Vigesimisecundi sunt, qui credunt quando ipsis de mane vna vetula veniat obuiam, quod illa die nõ habebunt fortunium. Et tales cum proposito faciunt sibi puerum obuiam venire, quando aliquod arduum opus volunt inchoare. Item aliqui credunt, quod si emant equos à presbyteris, vel religiosis, quod tunc non habebunt fortunium cum illis. Item aliqui credunt, quod si de mane surgant à sinistro latere, vel etiam sinistrum calceum primitus arripiant, vel etiam tunicam, vel etiam camisiam indirecte induant, quod illa sint signa infortunii. Vigesimitertij sunt, qui spem suam totaliter non ponunt in Deum, sed in aliquod creatum. Pro quo sciendum, quod spes est duplex, scilicet spes salutis, & spes auxilii, spes salutis solũmodo ponenda est in Deum, sed spes auxilij ponenda est in beatam virginem Mariam, & in Sanctos, & in bonos homines, qui possunt nos iuuare, intercedendo pro nobis ad Deum. Et signanter sancti in cœlo existentes sunt à nobis venerandi, tanquam nostri fidelissimi intercessores, & mediatores apud Deum. Vigesimiquarti sunt, qui aliquid æqualiter Deo, & aliquid supra Deum diligunt. Et hoc idem erit eorum Deus Aug. hoc ab homine plus colitur, ¶Q quo præ cæteris plus diligitur. Circa quod sciendum, quod sicut pagani diuersos colebant deos, sic iam Christiani diuersos colunt deos. Nam superbus colit pro Deo vanam gloriam. Quicunque enim plus diligit, & maiorem complacentiam habet in ornatu, & pulchritudine corporis sui, quam in Deo, & omnem solicitudinẽ suam ordinat in hũc finem, quomodo exaltari & honorari, in præsenti vita possit, & quomodo possit placere huic mundo in verbis moribus, & gestis, plus quam Deo talis vanam glori-

gloriam colit. Item cupidus pecuniam pro Deo colit. Nam auarus potius delectatur audire de temporalibus quã de spiritualibus, & potius videre florenum, quam sacramentum, & remotius vadit ad nundinas, quam ad indulgentias, & plura ardua sustinet pro temporali lucro, quam vllo modo sustineret pro Deo, hoc manifeste patet in illis, qui in diebus ferialibus pro temporali lucro acquirẽdo mane surgũt. Sed in diebus festivis, in quibus lucrum animæ acquirendum est diu dormiunt, & sic seruitium Dei, & salutem animę negligunt. Item gulosus ventris ingluuiem pro Deo colit, vnde Apostolus ad Phil. *Quorum Deus venter est.* Item luxuriosus extra matrimonium peccans, voluptates carnis pręponit Deo, Mariæ, & omnibus sanctis. Item aliqui præponũt Deo, & colunt pro Deo vxores proprias, pueros, domos pulchras, agros, pecunias, vestes, & sic de aliis: vnde Hier. Quodcunque vnusquisque supra Deum, vel æqualiter Deo diligit, hoc sibi pro Deo cõstituit.

IN DOM. III. QVADRAGESIMÆ. SER. XLII.

De iuramentis.

E*Rat autem Iesus eiiciens dæmonium & illud erat mutum. Luc.11* Matth.12 *Io.* de Sancto Geminian. videmus natura licet quod lux habet expellere tenebras. Christus autem est lux, vt habetur Ioan, 8. *Ego sum lux mundi*, & dæmones sunt tenebræ, Igitur sicut lux expellit tenebras à corporibus: sic Christus dæmones expellit ab hominibus: vnde dicitur: Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quare permittat Deus dæmones intrare in corpora humana. Secũdo, de ¶ R iuramẽtis, quæ fiunt contra secundum præceptum. Tertio, in quibus casibus est licitum, iurare, Quantũ ad primum, est sciendum, quod Deus propter quinque causas permittit dæmones intrare corpora humana, & ea vexare. Primo, potest hoc accidere ratione superbiæ & enormitatis cuiuscunque peccati vt patet de Saul, de quo habet. 1. Reg. 15. ad quẽ domin⁹ dixit: *Cũ esses paruulus in oculis tuis, cõstitui te regẽ super populũ meũ, Israel.* Sed post quã superbus, & inobediens fuit voci domini, non solũ abiectus fuit à regno, sed spiritui maligno traditus qui eũ exagitauit, ꝓpter peccata sua. Itẽ legitur de quodã beghardo qui alium beghardũ petiuit, vt sufflaret in eum spiritum Sanctum, vt etiam sciret dulciter & affabiliter loqui coram hominibus vt sic ab hominibus honoraretur. Et sic in sufflando accepit dæmonẽ pro spiritu sancto, ergo quando nimis superbe se ornat quis causa alliciendi quenquam, vel superbiendi, ex permissione diuina talis superbus quandoque possidetur à diabolo, quia omnes superbi-

perbi sunt sub Dominio diaboli, Ioann. 14. *Ipse est rex super omnes filios superbiæ.* Secundo, hoc accidit ex misericordia & bonitate diuina, vt in bonis hominibus, qui quandoq; propter parua peccata, q deus ex sua misericordia hic statim punit, à diabolo possidētur, vt patet in collationibus patrū de Abbate Moyse, qui contra Beatum Macharium in modico verbo ex sua opinione quædam dura verba protulit, quem statim dęmon arripiens vexauit, & postmodum per orationem Beati Macharii liberat⁹ fuit. Item scribit B. Gregor. in dialogo, quod quædam virgo lactucā sine signo crucis comedit, & sic diabolus in eam intrauit, Item etiam legitur, q quidam conuersus bibit vinum sine licentia superioris, & signo crucis non adhibito, & sic diabolum cū vino bibit. Et ista tamen nō sunt nisi venialia peccata. Sic Deus ex sua bonitate punit talia in præsenti, propter bonum illorum deuotorū hominū. Aposto. Rom. 8. *Scimus quoniam diligentibus Deū omnia cooperantur in bonū.* Ergo S. Th. & Bonau. dicūt, quod quandoque homo possidetur à diabolo ad peccati punitionē. Tertio quandoque, accidit propter maledictionem, quam quandoque optat, vel imprecatur quis alteri, vel etiā quādoque sibi ipsi. Vnde legitur, q filia cuiusdam mulieris ex ira noluit cōmedere, & mater coegit eam, quæ dixit ad matrem, Cōmedam in nomine diaboli; & immediate obsessa fuit. Ita legitur in dialog. Cæsarii, quod quidam maritus dixit vxori suæ ex ira: Vade in nomine diaboli, & sic diabolus intrauit in eam. Quarto secundum *Bona*, Deus permittit hoc fieri ad nostram eruditionem, vt terreamur Deum scienter offendere. Ergo quando superbus homo videt vel audit aliquem, ꝓpter suam superbiam obsessum, terreri, & humiliari debet coram Deo, ne fortassis sibi cras hoc eueniat, quod hodie huic accidit. Similiter, quando ebriosus, luxuriosus, vel vsurarius audit aliquem obsessum, debet timere, & se humiliare, & pænitere. Quinto accidit ad gloriam Dei, & sanctorum ostensionē, quādo ipsi sancti inuocantur, & liberationem à Deo impetrant. Vnde sciendum, quod secundum *Nic. de Lira.* Ex quo istarum rerum rationes, & causę nos latent ꝓpter hoc, quod occulta sunt Dei iudicia, nos non debemus iudicare, nec condemnare obsessos, quia filios & filias regni cœlestis Deus misericorditer quandoque hic in præsenti punit, & pręparat eas ad vitam æternam. Quātum ad secundum, sciendum, quod quilibet debet se cauere ne assuescat iurare; vnde: *Vir multum iurans, replebitur iniquitate.* Ecclef. 23. Et ergo dicitur: *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Exod. 20. Et est secundum præceptum, contra quod faciunt, decem genera hominum. Primi sunt, qui iurant per Deū, & sanctos, & quādo tales

do ta.es

do tales, qui sic iurant, peccant mortaliter, vel venialiter, quære infra ser 142. ¶ Secundi sunt, qui iurant sub dubio, cum quis iurat de quo dubitat. Et si ex proposito, & deliberato animo sic iurat mortale peccatum est, quia discrimini se exponit, etiam si postmodum cognouerit, quod verum fuit, quod sic sub dubio tunc iurauit, tamen grauiter peccauit. Ergo si nunquam sic sub dubio iurasti, vel aliquid sub fide tua asseruisti, de quo tamen certitudinem, non habuisti, de hoc confiteri, & pœnitere debes. Tertii sunt, qui execrabiliter iurant, blasphemando, & de his iuramentis quære infra ser 122. quasi per totũ. Quarti sunt, qui plena voluntate se disponunt solemniter, & manifeste periurare, & antequam iurent, videntur periuri censendi, quia Deus non iudicat ex operibus, sed ex cogitationibus vt patet. 22. q. 5. *qui peierare*. Ergo si vnquam ad iudicium accessisti in illa intentione, quod peierare velles, pœnitere, & confiteri debes, quia coram Deo periurus es. Exemplum de duobus ciuibus, quorum vnus concesit alteri summam pecuniæ, sed quando terminus solutionis aduenit, tunc ipse debitor simpliciter negauit pecuniam, Qui citatus, & productus ad iudicium, iterum constanter negauit, & iurare pro pecunia vtiq; voluit. Et cum flectere genua, obmutuit, & nil loqui potuit, sed erectus è cõuerso loquelam reaccepit, qui iterũ secundario genua flectit, & peierare voluit & tunc iterũ obmutuit. Et hic manifeste omnib. innotuit, q̃ peierare voluit, & iã periurus coram Deo fuit. vnde in decr. Paratus iurare falsum, iam periurus est. 22. q̃ *qui peiare*. Quinti sunt, q̃ iurant se aliquid facturos, q̃ est illicitum, sicut proximum verberare vel se vindicare de isto quocunque modo posint, vel ẽt, q̃ bonũ, q̃ faciendum esset ꝓ deo & salute propria non velint facere, vt eleemosynam dare, vel aliquem hospitari, & sic de aliis. Qui ex certa malitia sic iurat, peccat mortaliter, sic iurãdo, sed non peccat cõtraueniendo. Vnde *Isid. de sum. bo.* In malis ꝓmissis rescinde fidẽ, & in turpi voto muta decretũ. Si autẽ ex abrupto sic iurauerit, peccat venialiter. Et in vtroq; frangendũ est iurametũ tale. Sexti sunt, qui iurant creditorib. soluere ad certũ terminũ, & hoc eis infringunt; tales periuri sunt, & grauiter peccant. Circa q̃ quæritur, vtrũ qui sic iurat creditorib⁹. sit periurus? Respondetur secundũ Hostiẽ. si quando iurabat, credebat se non posse soluere, peierabat, si vero credebat se posse soluere, non peierabat. Et si postea fecit posse suum, nõ est periurus, vel si postea elapso termino, posset, & nõ solueret, periurus esset. O quã grauiter & multoties illi mẽdaces delinquunt, qui proximis suis soluere super certũ terminũ promittũt, q̃ tñ nõ intendũt, vel si intẽdunt tñ postea posse suũ non faciunt, &

sic promissum infringunt, & sic solutionem de die in diem contra voluntatẽ creditoris producunt. Sed tamen sciendum, quod si aliquis pauper alicui creditori promitteret se soluturum super certum terminum, & posse suum faceret, si tunc impedimentum aliquod interueniret, quod super illo termino soluere non posset, tunc tali pauperi prolongatorio, propter Deum est concedenda, & creditur cum tali charitate, & cum passione posset sibi terminum prolongare, quod Deus in extremis sibi tempus vitæ suæ prolongaret, vt sic posset pœnitere, & gloriam Dei promereri. Ergo multum reprehensibiles sunt illi, qui suos debitores angustiant termino adueniente, & cum damno ipsorum solutionem extorquent, cum tamen alias libenter eis soluerent, si possent, & talibus immisericordibus sine dubio remetietur eadem mensura. Gregor. Dei misericordiã non potest mereri, qui misericors proximo non fuerit. *Beda super epistolam Iacob.* sine misericordia iudicabitur ille, qui cum facere posset non fecit misericordiã, quo maiorem misericordiam quis à Domino cõsecut⁹ est, eo iniustius indigenti proximo misericordiã negat. Septimi sunt, qui verba maledicta proferunt, quãdo tales peccãt mor-
B ¶ taliter, hoc quære infra ser. 95.
L. Octaui sunt, qui iurant per Deum & sanctos, & cum hoc obligant se ad aliquam pœnam, vt dicendo per Deum, & sanctos, si hoc non fecero vel si hoc non est, sicut ego dico, tũc illud accidat mihi, vel filiis meis, vel sic dicẽdo. Nunquam ab oculis tuis viuus discedam, si mentior, vel Deus nunquam misereatur animæ meæ, si non fecero, & sic de aliis. Et secundum *Aug.* ille, qui sic iurat, obligat se Deo, vt hoc sibi, vel aliis, quos in iuramento assumpsit eueniat, si secus est, quam dicit, & satis est horribile se, vel suos mendaciter sic obligare. Nec etiam homo faciliter debet se obligare, etiã in causa vera, nisi esset ibi magna necessitas, vel notabilis vtilitaes, quia stultum est, se sic obligare sine causa, & magna necessitate. vnde exemplum legitur, quod quidam vsurarius in morte compunctus, rogauit duos suos amicos, vt pecuniam, quam eis tradidit, restituerẽt, & primus obligauit se hoc facturum, sub imprecatione ignis sancti Antonii. Secundus obligauit se sub imprecatione lepræ, qui post obitum suum, negligentes in hoc negotio fuerunt, volentes prius cũ ista pecunia aliquid lucrari, & tunc demum restituere. Et mox in istis infirmitatib. in quib. se obligauerũt cõsumpti sunt. Noni sunt, qui cum solemnitate periurũ permittunt, & est peccatum ¶ C. mortalissimum; vnde per tres digitos, quos ponunt super sanctos designatur, q corpus, & animam & res ponunt in potestatem diaboli vnde secũdum *Guil. Lug.* in summ. vitiorum. Qui scienter falsè iurat, diabolo

diabolo illā manū dat, cum qua tāgit Euangeliū, vel reliquias sanctorū, & donec ipse pœniteat de periurio, manus illa ad diabolū pertinet, & quando se cum illa manu signat, tunc cū manu diaboli se signat & nō potest pœnitere, vel absolui à peccatis, nisi restituat damnū illi, cui peierat. Et tales periuri, quādoq̃ confunduntur in præsenti. Vnde legitur, q̄ quidā super sepulchrum sancti Pancratii martyris peierauit, & mox manū ratrahere non potuit & sic omnib. sua malitia innotuit, & corā omnib. stantibus cōfusus fuit. D ¶ Decimi sunt, qui scienter recipiunt falsum iuramentum: Vnde quicunq; scit veraciter aliū falsum iurare, & sic recipit friuole falsū iuramentū peccat mortaliter. vnde dicitur in decre. Cogens hominē ad periurium, & qui peierat, vterq; reus est. 22. q. 5. *qui cōpulsus*. Et si quis diceret, ex his sequeretur, q̄ nullus posset aliquē cogere ad sibi soluendū, si nullus debet recipere iuramētum. Respondetur, q̄ ad iudiciū debet eum citare, & iustitiā ab eo exigere, & si negauerit, quomodo potest ipse scire vtrū recepturus est iuramentū ab eo, vel non, quia secūdum *Arist.* De futuris cōtingentib⁹ nō est determinata veritas, quando aūt cōsideras, q̄ aliter nō potest & nil ampli⁹ p̄ōt tibi fieri, nisi iuramentū, quid tūc tibi prodest illud iuramentū, q̄ sic friuole recipis ab eo? Nōne vna mensura vini plus valeret tibi. Et ergo quādo omnino vult iurare, tūc iam est periurus corā Deo, & si moritur, æternaliter damnatur. Vnde dicitur in decre. Paratus iurare, q̄ falsum est iam periurus est. 22. q. 5. *qui peierare*. Et si pertinaciter recipis ab eo iuramentum, quem scis falsum iurare, tunc animam tuam cum anima ipsius damnas, & sic animas duas perdis, scilicet animam propriam, & animam proximi, vt patet 22. q. 5. *ille*, &c. *qui exigit*. Ergo si quæritur à te, an supportare velis eum à iuramento, tunc Deo offerre debes ista bona p̄ quib⁹ ille tibi iurare intēdit, & Deus remunerabit te, & tamē adhuc ille tenetur tibi soluere illa debita, si vult saluari. Sed diceres, ex hoc sequeretur cōfusio mea, quia homines crederēt me iniustā causam habere, cū nollē iuramentū ab eo recipere. Respon. quod p̄pter malos homines, q̄ vt frequenter malum iudicant, nō debes Deum offendere, nec animā tuam perdere, recipiendo sic falsum iuramentū ab eo. Et si vn⁹ malus, ideo malum de te iudicat, tunc sex, vel octo boni ē conuerso de te iudicant bonum, & te propterea commendant, quod Deū, & animā tuā honorasti, & eum falso iuramento supportasti: q̄ sicut mali ex omnib. iudicant malum, sic boni bonum. Vnde *Chry. super Mat.* Sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui bonus est: sic difficile aliquē suspicatur bonū ipse, qui malus est. Quātum ad tertium, sciendum, est q̄, q̄ E in sex casib. licitū est iurare, & iura-

mentum ab aliis recipere. Primo cũ alicui suadetur aliq, bonum, quod est ei vtile, & nõ credit verbo simplici, tunc cõceditur iurare, q patet 22. quæst. 1. *non est contra.* vnde etiã *Isidor.* plerumq; sine iuramento loqui disponimus, sed incredulitate eorũ, qui nõ credunt q dicimus, iurare cõpellimur. Secundo, quis potest innocentiã suam purgare cũ iuramento, quando iniuste, & mendaciter à malis infamatus est, & in hoc casu debet sibi credi, nisi contrariũ per testes posset conuinci. vnde dicitur in decret. Licite fit iuramentũ ꝓ infamiæ purgatione. 2. q̃stio. 4. *presbyter.* imo quilibet tenetur famam suã defendere. Vnde dicitur in decret. Famã suã negligens crudelis est. 12. q. 1. *Nolo.* Et tales, q sic infamãt innocenter proximos, grauiter peccant, & tenentur reuocare, si volunt indulgentiã consequi peccatorũ. Tertio, ad cõfirmationẽ debitorũ, vt cũ quis non habet fideiussores ponere, & alias sibi credere nolunt, tunc potest iurare se velle in illo termino soluere, & si intẽdit, & suũ posse facit non peccat iurãs, nec ẽt recipiens iuramentũ. vnde *Aug. de verbis Apostoli, ser. 23.* Qui exigit iuramentũ, si nescit aliũ falsum iuraturũ, & ideo dicit iura mihi, vt ei fides fiat, non a deo dicere, ibi esse peccatũ, tamen humana tentatio est &c. Quarto ad dubitationis remotionem, vt quando ꝓre litigiosa iuraretur verbi gratia. Si duo ꝓ aliqua re ligitarent, & vni eorũ pro certo constaret quo modo se totũ factum haberet, tunc talis sine omni peccato posset iurare, & certitudinẽ illius dubii enarrare, vt sic altercatio cessaret. Quinto, promittendo suis superiorib⁹ obedientiã, vel ẽt prælatis fidelitatem, vel etiã aliqu cõmunitati vel ex parte officii, vel aliis de causis licitis. Vnde sciendũ, q qui ꝓpter officiũ, q sibi à prælatis, vel a cõsilio ciuitatis cõmittitur, iurat, si intendit sic facere, vt iurat, tunc non est periurus, sed valde solicitus debet esse quo ad illud, q iurauit & ꝓmisit, quod hoc secundũ exigentiã iuramenti ad effectum perducat, alias fraudem faceret exequendo hoc, quando iurando promisit, totiens periurus efficeretur, quotiens sciẽter hoc transgredit, ergo valde magnũ & terribile est, sic aliquid recipere, super iuramentũ, q a talis animã suam pretiosam ꝓ pignore ponit. Si autẽ ꝓ aliquo officio vel artificio iurat, & hoc iuramẽtũ nõ intẽdit à principio seruare, sed ꝓpter lucrũ vel officii acquirendũ iurat, ipso facto est periurus. Et quotiescunq; postea istud iuramentũ transgreditur, totiens mortaliter peccat. O quot iuramenta fiunt, q̃ iurantes adimplere non intendunt. Itẽ qui scienter dat occasionẽ talib⁹ sua iuramẽta transgrediendi, rogando, vel etiã solum modo cõsentiendo eis ꝓpter lucrũ proprium, tales Deum grauiter offendunt, quia plus debent diligere salutem proximorum q̃ propriũ lucrũ, vel cõmodum. Item sciendum

endum, quod cautius, & salubrius esset talia officia committere ipsis officialibus & mechanicis sub pęna pecuniaria quinque, vel sex talētorum argenti, vel auri, & melius seruarent, quia heu plures magis soliciti essent, cauere damnum temporale quam damnum spirituale, q; tamen tangit pretiosam animam hominis, de qua dicit *Bernard.* Totus mundus ille precio, vnius animę æstimari non potest. Similiter qui iurant fidelitatem proprio domino, diligentiam facere debent, vt iuramento satis faciant. Sexto, propter necessitatem, vt cum quis te vellet capere; vel spoliare vel occidere tanquam inimicum de illa ciuitate, vel de dominio illius domini, & tu nen esses inimicus, nec de dominio illius domini, tunc cū iuramento posses asserere, te alterius esse dominii sine omni peccato: Vnde quæritur, q coactus iurat alicui, vtrum ad hoc obligatur? Respondetur secundū. *Thom. 22. quæstion.* 98. Non excusatur à peccato mortali non implens quod coacte iurauit. *Et Raym.* dicit quod talis quantumcunque fuerit metus nihilominus obligatur, dū modo sit de re licita, secus est de illicita, sed talis soluens, quod coacte promisit, potest illud repetere, & alius coram Deo tenet semper restituere quicquid extorsit contra Deum, si saltem remissionem peccatorū consequi voluerit. Vltimo, nota exemplū, in quo cognoscere potes quomodo Deo displiceat, & homini noceat, scienter falsum iuramentum recipere, & hoc illi attendere debēt, qui audent dicere: Si quis tres denarios teneretur ipsis soluere, quod vellent propter istos tres denarios iuramentum ab eo recipere, vnde legitur, quod quidam homo citauerat quēdam ad iudicium propter quendam summam pecuniæ, & ille instanter negauit, & se ad iuramentum exhibuit, quod alius ab eo recepit, licet sciret eum scienter falsum iurare. Mox consequenti nocte raptus ad iudicium, vidit Christum sedentem in sede maiestatis suæ, exigentem ab eo rationem de anima illius, qui iurauit ei, & de anima sua propria, qui cognouit ambas esse damnandas, tunc iudex quæsiuit cur iuramentum ab eo recepisset, & ait illi quia ipse mihi meum negauit. & iudex: Nonne potius debuisti perdere talem substantiam, quam ipsius, & tuam animam? Nonne anima melior est quam omnis substātia temporalis. Tunc iudex fecit eum flagellari. Qui euigilans omnia quæ sibi acciderant, enarrauit. Et in signum huius plagas in corpore, & in dorso suo ostendit, quæ nullo modo potuerunt curari, donec pænituit, & Deus sibi illud indulsit.

In Dominica IV. Quadragesimæ Ser. XLIII

De contritione & confessione

EST puer

EST puer vnus, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces. Ioan. 6. Mat. 14. Ioan. de sancto Geminiano dicit, quod totum officium præsentis dominicæ continet quasi quædam noua & læta. Nam matutinale officium agit de liberatione Israelitici Populi ab Aegyptiaca seruitute. Introitus missæ hortatur ecclesiam ad exultationem lætitiæ, cum dicit. *Lætare Hierusalem.* Et epistola loquitur de cœlesti matre illa quæ sursum est Hierusalem. Euangeliũ de refectione, & satietate turbæ. Ergo ista dominica dupliciter nominatur. s. dominica de panibus, & dominica de rosa. Et ratio huius est, quia hodie consueuit dari Romano præfecto à Papa, quando Romæ est rosa aurea H¶ plena musco & balsamo. Sic mortaliter pœnitentia, quam sacro isto tempore facimus, omnia ista operatur in nobis, videlicet liberationem à peccato, lætitiam gratiæ, apertioné cęlestis ianuæ, & refectionem gloriæ. At ipsa pœnitentia etiam conuertit spinas vitiorum in rosas virtutum. Vnde hodie lætari debent peccatores, quia Deus parat⁹ est eos recipere ad gratiam. Nam ipse dicit per Prophetã: Nolo morté peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Item lætari debẽt pœnitentes, qui sunt confessi, quia Deus indulsit eis omnia peccata eorũ ex sua misericordia. Item iusti lætari debent, quia Deus illo sacro tempore vult eis gratiam augmentare. Itẽ tribulati debent lætari, quia Deus vult cũ eis esse in tribulationib⁹ ipsorũ. Vnde psal. cũ ipso sũ in tribulatione, eripiã eum, & glorificabo eũ: vnde Ioan. *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Iohan. 16. Sed ex quo præsens tempus, est tẽpus pœnitẽtiæ, in quo debemus satis facere ꝓ omnib. nostris peccatis, quæ per totum annũ cõmisimus; ergo in præsenti sermone tria dicenda sunt: Primo. de cõtritione. Secundo de cõfessione. Tertio de satisfactione. Quantũ ad primũ, quæritur quid sit cõtritio? Respõ- ¶ I detur secundum *Beatũ Thom.* Est dolor voluntarie assumptus ꝓ peccatis cum ꝓposito confitẽdi, & satisfaciendi. Vbi quæritur vtrum cõtritio debeat esse maximus dolor; Respõdetur, quod quantum ad dolorem interioré, & displicentiã debeat esse maximus dolor, quod ꝓbatur ꝑ tria. Primo, quia in nulla re debemus habere tantã complacentiã sicut in Deo, modo hoc totũ perdit cũ vno peccato mortali, & quia contraria cõtrariis curant, ergo de peccato cõmisso maximum doloré, & displicentiã habere debemus. Secundo probatur, quanto quis offẽdit aliquem dilectum, tanto plus de hoc dolet, quanto magis eum dilexit; sed Deum super omnia digere debemus quem peccando offendimus, ergo &c. Tertio probatur, quando enim quis aliquam rem perdit, tanto plus dolet, quanto melior res ipsa fuit, quia homo plus dolet de floreni perditione quam

quam denarij, sed Deus est summum & infinitum bonum, quem peccando offendimus, & perdimus igitur &cæt. Ex quibus sequitur, quod dolor contritionis quantum ad interiorem displicentiam debet esse maior omni dolore, qui potest homini temporaliter accidere, etiamsi omnia bona temporalia perderet, vel si pater, mater, vxor, & filij morerentur. Et hoc est intelligendum quantum ad interiorem dolorem, & displicentiam. Sed ex quo sine vera contritione nullum peccatum dimittitur, quia multi conteruntur, & non vere, tunc quæritur quæ sunt signa veræ contritionis, sic s. quod spes haberi possit, quod Deus indulgeat ipsi contrito peccata sua per contritionem? Dico quod huiusmodi contritionis veræ quatuor sunt signa. Primum signum est, si de peccatis præteritis dolet, & in futurum cauere se firmiter proponit, sic quod potius vellet subire omnem pœnam, in generali loquendo, quam amplius scienter peccare mortaliter. vnde Apostolus: *Quis nos separabit à charitate Christi, an persecutio, an fames?* &c. Secundum signum est, si ipse pœnitens paratus est satisfacere læsis, siue in rebus, s. restituendo omnia iniusta, siue in fama, s. reuocando quod false & mendaciter suum proximum infamauerit, siue in corpore vulnerando, siue virginitatem virginis corrumpendo, & sic de aliis offensis. Et in quibus nō

Rom. 8.

potest satisfacere, doleat, & propositum habeat satisfaciendi, cum aliquando post hoc prosperiori arridente fortuna poterit. *Bern.* Qui veraciter pœnitet, quicquid sibi pro culpa, quam odit iniungitur, tacita conscientia patienter amplectitur. Tertium signum est, quod parcat offensoribus quomodocunque à quibuscunque, quantuncunque, & quam grauiter sit offensus, siue in rebus, siue in persona, vel in fama, vel etiā si grauior offensa accidisset, vel in futuro acciderit, paratus sit in animo suo propter Deum indulgere, vt Deus sibi sua peccata indulgeat, sed qui nō vult indulgere suis inimicis, non habet veram cōtritionem, nec est verus pœnitens. vnde *Aug.* Vnusquisque talem indulgentiam est accepturus à Deo, qualem & ipse dederit proximo. Ergo illi qui adhuc stant in rancore, & nolunt indulgere, non sunt absoluēdi, nec cum sacramento Eucharistiæ communicandi. Quartum signum est, si officiū, K vel negotium, quod sine peccato mortali non potest exercere, paratus est resignare. Ergo illi, qui habent talia officia, quæ nullo modo sine peccato mortali possunt perficere, sicut traditores, vel lenones, & huiusmodi, & pro quibus eis inhibetur communio, semper sunt in peccato mortali, & in potestate diaboli die noctuque, & insuper sunt priuati omni bono totius ecclesiæ, & nihil possunt in isto statu facere,

Ii quod

quod sit eis meritorium vitæ æternæ, & licet quandoque confiteantur, tamen nil valet eis talis confessio, ex quo desistere nolunt à tali officio. Sed hoc non intelligitur de illis, qui habent artificia & officia honesta & vtilia, quæ licite possunt fieri, sicut sutores, sartores, calciatores, piscatores, & sic de aliis. Et tales quando fideliter laborant, & & sunt sine peccato mortali, tunc omnis eorum labor erit eis meritorius. Psalm. *Labores manuum tuarum, quia manducabis* &cæt. Item quæritur, vtrum contritio possit tollere totum reatum pœnæ? Respondetur secundum Petr. de Tharant. Contritionis intentio potest attendi dupliciter, vel ex parte charitatis, quæ causat displicentiam peccati, vel ex parte doloris, quæ sensitiua excitatur. Et in vtroque potest tantum intendi contritio, quod tota pœna dimittitur, sicut patet de latrone, qui cum Christo pependit in cruce. Quantum ad secundum quæritur de confessione, quid sit confessio. Respondetur secundum Raynald. Confessio est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio. Vnde quæritur, vtrum confessio sit de necessitate salutis? Respondetur, quod sic. Omnis enim fidelis saltem semel in anno tenetur ex præcepto ecclesiæ, postquam ad annos discretionis peruenerit, confiteri omnia peccata sua, & communicare saltem in Pascha, vt patet extra de pœniten. *omnis*. Non enim sufficit contritio, nisi sequatur confessio. Vnde *Ambro. libro de Paradiso*. Non enim quisque peccato iustificari poterit, nisi peccatum ante confessus fuerit. Sed quæritur, qualis debet esse confessio? Respondetur, quod primo debet esse præmeditata. Sed diceres, quantam diligentiam debet habere homo ad rememorandum peccata sua? Respondetur, quod maiorem, quam vnquam in aliqua re transitoria habuit. Et hoc probatur, quia si quis rationem regi terræ deberet dare de multis & arduis causis sub pœna priuationis oculorum vel aliorum membrorum, si in ipsa ratione deficeret, tunc magnam diligentiam adhiberet, vt debite rationē redderet. Sed maiorem rationem reddituri sumus in confessione; & sub maiori pœna, quia de tota vita nostra, & sub pœna damnationis æternæ. Item quilibet pœnitens debet ad memoriam reducere in quibus locis fuit, & quid in quolibet loco deliquit, & quotiēs quodlibet peccatum commisit. vnde *Aug. in lib. de pœniten.* Vere pœnitens considerat qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseuerantia, in varietate personæ, & qua tentatione hoc fecerit, & in ipsius vitii multiplici executione. Vnde sciendum, quod nō sufficit in confessione dicere, hoc peccatum sæpius cōmisi, quia confessor nescit intelligere,

Psal. 127.

vtrum

vtrum decies, vel vigesies, vel centies commiseris; Et quilibet confitens, si certum numerum scit, dicat, si autem non, dicat sub indeterminato numero, prout æstimatione sibi videtur, vt dicendo hoc peccatum commisi decies, vel vigesies, vel centies, vel plus vel minus, quia certum numerum ignoro. Tunc confessor potest eum secundum hoc expedire, & pœnitentiam iniungere, quia maior pœnitentia iniungenda est illi qui aliquod pctm̄ decies cō misit q̄ qui semel, vel ter cōmisit. Secundo, confessio debet esse nuda, & integra, quia Deus dimidiam confessionē nō acceptat, nec vnū pctm̄ mortale sine alio remittit, vnde. *Dei perfecta sunt opera.* Tertio, confessio debet esse propria, & accusatoria, s. q. sua propria peccata confiteatur, & nō aliorum, nec aliquem debet nominare in confessione, nisi in tali casu, in quo sine nominatione personæ non posset ipsum peccatum exprimere, vt si peccaui cum sorore, vel cum matre Item confitens non debet se excusare, sicut aliqui dicunt in confessione dicendo: Deus ordinauit mihi hoc, quod hoc malum commisi quod omnino est falsum, & cum hoc magnum est peccatum credere, vel dicere quod Deus malum fecerit, sed est ipsius hominis voluntas mala, & malitia propria. Vnde Apostolus: *hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.* Item aliqui dicunt, diabolus decepit

Deut. 32.

me. Item alii dicunt, coactus sum ab hominibus. *Sen.* Dimitte excusationes, quia nullus inuitus peccat, & tales sic se excusantes, non sunt absoluendi, quia confessio debet esse propria, & accusans. Quarto, debet esse lachrymosa, q a cum dolore, & amaritudine cordis peccata sunt confitenda, vt misericordia consequatur, vnde *Gre.* Illum quem conspicis delicta cum fletu & dolore in conspectu deitatis flere non dubites, consequi misericordiam. Contra hoc faciunt, qui peccata sua quasi fabulam sacerdoti proponunt, nullam verecundiam de peccatis habendo. *Ber.* Sunt quidam, qui confitēdo, sicut fabulam peccatorum suorum narrant historiam, & ægritudines animæ suæ sine confusione dinumerant. Sed vere confitentes cum verecundia debent confiteri peccata sua. vnde *Bernar.* Ideo iubemur confiteri peccata, vt erubescentiam habeamus pro pœna *Aug.* in li. de pœnitentia. Erubescentia namque magna est pœna, ideo qui erubescit pro Christo, dignus fit misericordia. Quinto confessio debet fieri cum spe, & cum magna humilitate. Perhumiliter confitenti peccatum, remittit Deus, & diabolus eum quem in corde hominis inuaserat amittit principatum. Item, pœnitens debet habere bonam fiduciam firmiter sperando se posse indulgentiam consequi. vnde *Aug.* Pœnitentia quæ ex fiducia non ꝓcedit

 cedit

quod sit eis meritorium vitæ æternæ, & licet quandoque confiteantur, tamen nil valet eis talis confessio, ex quo desistere nolunt à tali officio. Sed hoc non intelligitur de illis, qui habent artificia & officia honesta & vtilia, quæ licite possunt fieri, sicut sutores, sartores, calciatores, piscatores, & sic de aliis. Et tales quando fideliter laborant, & & sunt sine peccato mortali, tunc omnis eorum labor erit eis meritorius. Psalm. *Labores manuum tuarum, quia manducabis* &cæt. Item quæritur, vtrum contritio possit tollere totum reatum pœnæ? Respondetur secundum Petr. de Tharant. Contritionis intentio potest attendi dupliciter, vel ex parte charitatis, quæ causat displicentiam peccati, vel ex parte doloris, quæ sensitiua excitatur. Et in vtroque potest tantum intendi contritio, quod tota pœna dimittitur, sicut patet de latrone, qui cum Christo pependit in cruce. Quantum ad secundum quæritur de confessione, quid sit confessio. Respondetur secundum Raynald. Confessio est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio. Vnde quæritur, vtrum confessio sit de necessitate salutis? Respondetur, quod sic. Omnis enim fidelis saltem semel in anno tenetur ex præcepto ecclesiæ, postquam ad annos discretionis peruenerit, confiteri omnia peccata sua, & communicare saltem

Psal. 127.

in Pascha, vt patet extra de pœniten. *omnis*. Non enim sufficit contritio, nisi sequatur confessio. Vnde *Ambro. libro de Paradiso*. Non enim quisque peccato iustificari poterit, nisi peccatum ante confessus fuerit. Sed quæritur, qualis debet esse confessio? Respondetur, quod primo debet esse præmeditata. Sed diceres, quantam diligentiam debet habere homo ad rememorandum peccata sua? Respondetur, quod maiorem, quam vnquam in aliqua re transitoria habuit. Et hoc probatur, quia si quis rationem regi terræ deberet dare de multis & arduis causis sub pœna priuationis oculorum vel aliorum membrorum, si in ipsa ratione deficeret, tunc magnam diligentiam adhiberet, vt debite rationē redderet. Sed maiorem rationem reddituri sumus in confessione; & sub maiori pœna, quia de tota vita nostra, & sub pœna damnationis æternæ. Item quilibet pœnitens debet ad memoriam reducere in quibus locis fuit, & quid in quolibet loco deliquit, & quoties quodlibet peccatum commisit. vnde *Aug. in lib. de pœniten.* Vere pœnitens considerat qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseuerantia, in varietate personæ, & qua tentatione hoc fecerit, & in ipsius vitii multiplici executione. Vnde sciendum, quod nō sufficit in confessione dicere, hoc peccatum sæpius cōmisi, quia confessor nescit intelligere,

vtrum

vtrum decies, vel vigesies, vel centies commiseris; Et quilibet confitens, si certum numerum scit, dicat, si autem non, dicat sub indeterminato numero, prout æstimatione sibi videtur, vt dicendo hoc peccatum commisi decies, vel vigesies, vel centies, vel plus vel minus, quia certum numerum ignoro. Tunc confessor potest eum secundum hoc expedire, & pœnitentiam iniungere, quia maior pœnitentia iniungenda est illi qui aliquod pctm̃ decies cõmisit q̃ qui semel, vel ter cõmisit. Secundo, confessio debet esse nuda, & integra, Xquia Deus dimidiam confessionẽ nõ acceptat, nec vnũ pctm̃ mortale sine alio remittit, vnde. *Dei perfecta sunt opera.* Tertio, confessio debet esse propria, & accusatoria, s. q. sua propria peccata confiteatur, & nõ aliorum, nec aliquem debet nominare in confessione, nisi in tali casu, in quo sine nominatione personæ non posset ipsum peccatum exprimere, vt si peccaui cum sorore, vel cum matre Item confitens non debet se excusare, sicut aliqui dicunt in confessione dicendo: Deus ordinauit mihi hoc, quod hoc malum commisi quod omnino est falsum, & cum hoc magnum est peccatum credere, vel dicere quod Deus malum fecerit, sed est ipsius hominis voluntas mala, & malitia propria. Vnde Apostolus: *hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.* Item aliqui dicunt, diabolus decepit

Deut. 32.

me. Item alii dicunt, coactus sum ab hominibus. *Sen.* Dimitte excusationes, quia nullus inuitus peccat, & tales sic se excusantes, non sunt absoluendi, quia confessio debet esse propria, & accusans. Quarto, debet esse lachrymosa, q. a cum dolore, & amaritudine cordis peccata sunt confitenda, vt misericordia consequatur, vnde *Gre.* Illum quem conspicis delicta cum fletu & dolore in conspectu deitatis flere non dubites, consequi misericordiam. Contra hoc faciunt, qui peccata sua quasi fabulam sacerdoti proponunt, nullam verecundiam de peccatis habendo. *Ber.* Sunt quidam, qui confitẽdo, sicut fabulam peccatorum suorum narrant historiam, & ægritudines animæ suæ sine confusione dinumerant. Sed vere confitentes cum verecundia debent confiteri peccata sua. vnde *Bernar.* Ideo iubemur confiteri peccata, vt erubescentiam habeamus pro pœna *Aug.* in li. de pœnitentia. Erubescentia namque magna est pœna, ideo qui erubescit pro Christo, dignus fit misericordia. Quinto confessio debet fieri cum spe, & cum magna humilitate. Perhumiliter confitenti peccatum, remittit Deus, & diabolus eum quem in corde hominis inuaserat amittit principatum. Item, pœnitens debet habere bonam fiduciam firmiter sperando se posse indulgentiam consequi. vnde *Aug.* Pœnitentia quæ ex fiducia non p-

 cedit

cedit, est inutilis, & sterilis, & manet sine misericordia, vnde etiam *Ambro*. Non potest bene agere pœnitentiam, qui non sperat indulgentiam. Quæritur vtrum confessio in aliquo casu sit iteranda. Respondetur, quod sunt quatuor casus communes vsitati, in quibus doctores dicunt confessionem esse iterandam. Primus est propter peccati enormitatem, ob quam oportet peccatorem ad superiorem remitti, qui confessionem remissi audiat, & eum absoluat, tunc talis peccator tenetur illa peccata iterare, pro quibus missus est ad superiorem pro absolutione. Sed primus confessor debet eum absoluere ab aliis peccatis à quibus eum absoluere habet, nisi pœnitens siue confitens sit excommunicatus maiori excommunicatione, quia tūc talis confitens à nullo peccato potest absolui, nisi ante sit absolutus à tali excommunicatione. vnde dicitur in dec. Excōmunicatio absolutionem impedit. 24. q. 1. *audiuimus* & ca. *quicunque*. Secundus casus est, propter ignorantiam sacerdotis, vtpote quando sacerdos est ignorans tunc debet quæri sacerdos qui sciat ligare, & soluere & cum hoc discernere differentiam peccatorum & ei iterum confitendum est de licentia proprii sacerdotis, vel autoritate superioris. Ex hoc patet quod illi sæpius dicipiuntur, qui ignaros, & illiteratos quærunt cōfessores. Tertius casus est, si confessio non fuit integra. vt quia scienter obiicuit aliquod peccatum mortale, aut etiam si accesiit cum voluntate vlterius peccandi. Quartus, si contempsit, aut neglexit satisfacere, & oblitus est satisfactionem sibi iniunctam nam si scire, & etiam implere vellet, & cum vera contritione, & bono proposito cōfessus esset, non oporteret reiterare confessionem. Et intelliguntur duo vltimi casus, quando mutat sacerdotem. Si autem ad eundem sacerdotem reuertitur, tunc distinguendum est, quia aut recenter, & nouiter confessus est, aut de memoria sunt elapsa ipsi sacerdoti propter diuturnitatem temporis. In primo casu, scilicet quando peccata confessa adhuc sunt in memoria sacerdoti, tunc non tenetur omnia reiterare, sed solum illud peccatum, quod scienter obticuit, aut illam fictionem, quātum voluntate amplius peccandi ad confessionem accessit. Sed in secundo casu, quando scilicet peccata elapsa sunt memoria sacerdotis, tunc tenetur omnia reiterare, etiam si decies cōfessus esset, & semper aliquod peccatum scienter tacuisset, tunc omnes istæ confessiones sunt iterandæ, quia confitenti, vnum peccatum mortale, non dimittitur sine alio. Item quæritur de peccatis scienter commissi, & postea oblitis, vtrum requiratur pœnitentia, & cōfessio de his? Respondetur, si homo ita est oblitus, q; nullo modo

recordatur, tunc non tenetur ad pœnitentiam, nisi in generali, sed tamen tenetur laborare, & diligentiam facere recordando scilicet, & orando Deum; vt reuelet ei peccatũ oblitum, & audiendo sermones cum maiori diligentia, vt sic possit ad memoriam reducere peccatum huiusmodi oblitum. Si autem potest recordari, tunc tenetur in speciali confiteri, si autem omnino non recordatur, tunc tenetur in generali confiteri; dicẽdo: se Deum in multis offendisse peccatis, de quibus non recordatur, & libenter vellet scire, & hoc est confiteri in generali; & etiam pœnitere debet O de negligentia, per quam venit in hanc obliuionem. Sed quantum ad tertium, scilicet de satisfactione, sciendum, quod satisfactio semper debet fieri per contrarium, vt superbo iniungenda est humilitas, & prostratio, & vestium ornatus depositio. Item auaro iniustarum rerum restitutio, & de iustis rebus eleemosynarum destributio. Item gulosis, & ebriosis abstinentia, & ieiunium, quia vt dicitur Sap. 11. *Per quæ quis peccat per hæc etiam punietur*. Item luxuriosis, & adulteris iniungendæ sunt afflictiones corporis, vt scilicet, duræ iaceant, vestes asperas induant, & disciplinas cum virgis recipiant; & sic de aliis. vnde *Gre*. Nequaquam satisfacimus, si ab iniquitate non cessamus, & nisi voluptates quasque, quas dilexerimus, è contrario oppositis lamentis insequamur. Item accidiosis, & pigris iniungendæ sunt vigiliæ, scilicet vt mane surgant, & ecclesias frequentent; & etiam quandoque peregrinationes faciant. Item iracundis, & rancorosis, vt cum suis inimicis se reconcilient, & omnem vindictam, & iracũdiam pœnitentes ex corde dimittant, & cum inimicis amicabiliter loquantur, & erga eos se charitatiue teneant, & sic de alijs. ¶ P Quæritur vtrum satisfactionem iniunctam, & completam in peccato mortali necesse sit iterare. Respondetur secũdum *S. Tho.* in 4. di. 15. Aliquæ satisfactiones sunt, ex quibus manet aliquis effectus in satisfaciente, postquam etiam actus satisfactionis transit, sicut satisfactionibus ex ieiunio sequitur debilitatio corporis, & ex eleemosynis largitis substantiæ diminutio, & sic de aliis. Et tales satisfactiones factæ in peccatis non oportet quod reiterentur, quia quantum ad istud quod de eis manet, per pœnitentiam sequentem acceptæ fiunt. Satisfactiones autem quæ non relinquunt aliquẽ effectum in satisfaciẽte postquam actus transit oportet, quod reiterentur sicut est de oratione, & similibus. Actus enim interior, qui totaliter transit, nullo modo viuificatur, sed oportet, quod iteretur. Item *Albertus magnus* addit, & *Gui*. quod talis tenetur ad suscipiendum postea pœnitentiam, siue satisfactionem, tamen nõ est ei im-

ponenda tanta pœnitentia, quanta si nulla prius fuisset imposita, quia præsumendum est, quod propter illam prius iniunctam, quam fecit licet extra charitatem, dominus maiorem contritionem ei dederit. Et nota, quod non est in peccato mortali, qui est contritus, hæc ille. Ergo laudabilis consuetudo est, quando homo vult perficere pœnitentiam iniunctam sibi, vt prius conteratur de peccatis suis, & in contritione pœnitentiam perficiat. Vltimo notandum est exemplum in quo magna Dei misericordia cognoscitur super pœnitentes. Legitur in dia: Cæsarii, quod tempore Innocentii Papę erat mulier quędam igne libidinis incensa, quæ proprium illecebriter adamauit filium, de quo concepit, & peperit alium filium. Terrore igitur compulsa, timens se Sathanæ tradi, vel morte subitanea interire, Deo miserante de satisfactione anxiari cœpit. Præhabito igitur consilio sacerdotis sui, infantulum secum tollens, Romam venit, & cum magna importunitate, & magna contritione domini Innocen Papæ oculis se ingessit, cum tantis lachrymis & clamoribus cunctis audientibus, faciens confessionem, vt omnes verterentur in stuporem. Gestauit enim in brachiis infantem commissi facinoris testem. Videns dominus Papa in muliere tantam contritionem, & quia vere pœnitens esset, misericordia motus super eam sicut prudens medicus volens infirmitatem plene & cito curare, & medicinam vere contritionis probare, præcipit vt in tali veste ibi coram eis appareret, in quali venerat ad filium cum peccaret. at illa confusionem æternam temporali anteponens, mox exiuit, vestes exuit, & in camisia rediit, & quam paratissima foret ad omnem satisfactionem in tali obedientia ostendit. Considerans vir beatissimus tali obedientiæ, tali verecundiæ, tali pœnitentiæ nullius, peccati pœnam posse resistere, coram omnib. dixit ad mulierem. Dimissum est peccatum tuum, vade in pace, & nihil amplius iniūxit ei. Audiuit hoc quidam de Cardinalibus, qui murmurādo Papam reprehendit, & dixit ad tantam culpam tam breuem pęnitentiā non sufficere; qui respōdit: Si ego iniuste egi cum ista muliere, & si insufficiens est ei, ista pœnitentia coram Deo, tunc diabolus habeat potestatem ingrediēdi corpus meum, & coram omnibus me vexet: Si vero iniuste me reprehendis, simile tibi fiat. Statim diabolus eundem Cardinalem vexare cœpit, per cuius vexationem perfectam pœnitentiam mulieris Deus palam ostendit. Tandem communi liberatione liberatus Cardinalis diuinæ misericordiæ de cætero contradicere non præsumpsit.

D

De Eadem Dominica Ser. XLIV.

De pœnitentia vera, & falsa.

Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Arist. *Omnis motus tendit ad aliquem terminum per debita media.* Terminus motuum nostrorum, est regnum cœlorum ad quod perueniemus per veram pœnitentiam, ergo dicitur in verbis præmissis. *Pœnitentiam agite* &c. Ex quo est iam tempus pœnitentiæ, in præsenti ser. dicēdum est de illis, qui agunt veram pœnitentiam, & qui falsam. Pro quo sciēdum, q, decem genera hominum agunt pœnitentiam, quorum solum vnū genus hominum veram pœnitentiam agit, & alia nouem genera hominum falsam, & infructuosam agunt pœnitentiam. Primi, qui falsam pœnitentiam agunt, sunt, qui confitentur, & tamen nō integre omnia peccata, sed aliqua scienter occultant illam confessionem Deus non acceptat, quia oportet hominem pœnitentem omnia peccata confiteri, quæ cognoscit se commisisse, si vult remissionem peccatorum consequi à Deo, qua Deus vnum peccatum sine alio non dimittit, vnde Deut *Dei perfecta sunt opera.* Deus enim non potest dimidiare gratiam suam ita quod partē dimittat, & partem, reseruet. vnde versus. *Larga Dei pietas veniam non dimidiabit. Aut nihil, aut totū, te lacrymante, dabit.* Circa quod sciendum, quod confitens debet duo facere; Primo debet rememorari omnia peccata sua, & omnes, & posse suum facere audiendo sermones, & ad memoriā reuocando quibus locis, & quibus temporibus, & quotiens per totum annum contra Deum fecerit. Secundo, debet Deum rogare, vt sibi reuelet, & cor suum illuminet ad cognoscendum peccata sua, & sic accedere ad confessionem, & omnia peccata sua nude & aperte cōfiteri, sic quod confessor intelligat, nullum ex humana verecūdia palliando, vel obticendo, & sic habere summam spem de indulgentia omnium peccatorum, quia si quis centum peccata mortalia commisisset, & suam diligentiam faceret, audiendo sermones, scrutando suam conscientiam ad recognoscendum sua peccata, & non posset plura peccata, quā decē recognoscere, & illa integraliter confiteretur, & libenter vellet omnia alia confiteri, si ea cognosceret, tunc Deus omnia peccata tam cōfessa, quam oblita sibi indulgere.: sic contrario, si quis decem peccata mortalia commisisset, & solum nouem confiteretur, & vnum de his scienter obticeret, nullam veniam consequeretur. Vnde Ambrosius. Non enim quisquam à peccato iustificari poterit, nisi peccatum ante confessus fuerit. Vnde nota exemplum. Erat quidā qui habuit filiam deuotam, & castam, quæ semper habuit vnum

Matt. 3.

Arist. 5. Phys.

Deut. 32.

num-

ponenda tanta pœnitentia, quanta si nulla prius fuisset imposita, quia præsumendum est, quod propter illam prius iniunctam, quam fecit licet extra charitatem, dominus maiorem contritionem ei dederit. Et nota, quod non est in peccato mortali, qui est contritus, hæc ille. Ergo laudabilis consuetudo est, quando homo vult perficere pœnitentiam iniunctam sibi, vt prius conteratur de peccatis suis, & in contritione pœnitentiam perficiat. Vltimo notandum est exemplum in quo magna Dei misericordia cognoscitur super pœnitentes. Legitur in dia: Cæsarii, quod tempore Innocentii Papę erat mulier quędam igne libidinis incensa, quæ proprium illecebriter adamauit filium, de quo concepit, & peperit alium filium. Terrore igitur compulsa, timens se Sathanæ tradi, vel morte subitanea interire, Deo miserante de satisfactione anxiari cœpit. Præhabito igitur consilio sacerdotis sui, infantulum secum tollens, Romam venit, & cum magna importunitate, & magna contritione domini Innocentii Papæ oculis se ingesit, cum tantis lachrymis & clamoribus cunctis audientibus, faciens confessionem, vt omnes verterentur in stuporem. Gestauit enim in brachiis infantem commissi facinoris testem. Videns dominus Papa in muliere tantam contritionem, & quia vere pœnitens esset, misericordia motus super eam sicut prudens medicus volens infirmitatem plene & cito curare, & medicinam vere contritionis probare, præcipit vt in tali veste ibi coram eis appareret, in quali venerat ad filium cum peccaret. at illa confusionem æternam temporali anteponens, mox exiuit, vestes exuit, & in camisia rediit, & quam paratissima foret ad omnem satisfactionem in tali obedientia ostendit. Considerans vir beatissimus tali obedientiæ, tali verecundiæ, tali pœnitentiæ nullius, peccati pœnam posse resistere, coram omnib. dixit ad mulierem. *Dimissum est peccatum tuum, vade in pace,* & nihil amplius iniūxit ei. Audiuit hoc quidam de Cardinalibus, qui murmurādo Papam reprehendit, & dixit ad tantam culpam tam breuem pęnitentiā non sufficere; qui respōdit: Si ego iniuste egi cum ista muliere, & si insufficiens est ei, ista pœnitentia coram Deo, tunc diabolus habeat potestatem ingrediēdi corpus meum, & coram omnibus me vexet: Si vero iniuste me reprehendis, simile tibi fiat. Statim diabolus eundem Cardinalem vexare cœpit, per cuius vexationem perfectam pœnitentiam mulieris Deus palam ostendit. Tandem communi liberatione liberatus Cardinalis diuinæ misericordiæ de cætero contradicere non præsumpsit.

D

De Eadem Dominica Ser. XLIV.

De pœnitentia vera, & falsa.

Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Arist. *Omnis motus tendit ad aliquem terminum per debita media.* Terminus motuum nostrorum, est regnum cœlorum ad quod perueniemus per veram pœnitentiam, ergo dicitur in verbis præmissis. *Pœnitentiam agite* &c. Ex quo est iam tempus pœnitentię, in præsenti ser. dicēdum est de illis, qui agunt veram pœnitentiam, & qui falsam. Pro quo sciēdum, q, decem genera hominum agunt pœnitentiam, quorum solum vnū genus hominum veram pœnitentiam agit, & alia nouem genera hominum falsam, & infructuosam agunt pœnitentiam. Primi, qui falsam pœnitentiam agunt, sunt, qui confitentur, & tamen nō integre omnia peccata, sed aliqua scienter occultant illam confessionem Deus non acceptat, quia oportet hominem pœnitentem omnia peccata co fiteri, quæ cognoscit se commisisse, si vult remissionem peccatorum consequi à Deo, qua Deus vnum peccatum sine alio non dimittit, vnde Deut *Dei perfecta sunt opera.* Deus enim non potest dim idiare gratiam suam ita quod partē dimittat, & partem, reseruet. vnde versus. *Larga Dei pietas veniam non dimidiabit. Aut nihil, aut totū, te lacrymante, dabit.* Circa quod sciendum, quod confitens debet duo facere; Primo debet rememorari omnia peccata sua, & omnes, & posse suum facere audiendo sermones, & ad memoriā reuocando quibus locis, & quibus temporibus, & quotiens per totum annum contra Deum fecerit. Secundo, debet Deum rogare, vt sibi reuelet, & cor suum illuminet ad cognoscendum peccata sua, & sic accedere ad confessionem, & omnia peccata sua nude & aperte cōfiteri, sic quod confessor intelligat, nullum ex humana verecūdia palliando, vel obticendo, & sic habere summam spem de indulgentia omnium peccatorum, quia si quis centum peccata mortalia commisisset, & suam diligentiam faceret, audiendo sermones, scrutando suam conscientiam ad recognoscendum sua peccata, & non posset plura peccata, quā decē recognoscere, & illa integraliter confiteretur, & libenter vellet omnia alia confiteri, si ea cognosceret, tunc Deus omnia peccata tam cōfessa, quam oblita sibi indulgeret: sic contrario, si quis decem peccata mortalia commisisset, & solum nouem confiteretur, & vnum de his scienter obticeret, nullam veniam consequeretur. Vnde Ambrosius. Non enim quisquam à peccato iustificari poterit, nisi peccatum ante confessus fuerit. Vnde nota exemplum. Erat quidā qui habuit filiam deuotam, & castam, quæ semper habuit vnum

Matt. 3.
Arist. 5. Phys.
Deut. 32.

num.

Tq numerum pauperum viduarum, & pupillorum, quos propter Deum nutrierat, quæ proposuit intrare religionem, & Papam consultum habuit. Qui audiens, quod tot bona fierent ab ea in mundo pauperibus, dissuasit ingressum quæ postmodum oculos suos in quendam scriptorem iniecit, qui ei ministrabat ad mensam, & ex tali visione, & concupiscentia cecidit in lapsum carnis, & concepit puerum, quæ territa propter hoc factum timens de honestate totum regnum, & totam parentelam, cõsuluit quandam vetulam antiquã, quæ fecit ei abortum, & ex hac re filia regis contristata est, & perturbata, sic quod amplius nunquam, vel raro visa est ridere, vel gaudere. Ad quam pater ait. Tu semper es perturbata, nec delectaris in his, quæ sunt mundi. Ecce mihi placet, vt intres aliquam religionem, quæ ingressa religionem, ita seriose vixit, quod raro visa est cum cæteris puellis conuersari, vel lætari, sic quod ipsa fuit exemplum omnibus virginibus; quæ tandem infirmata grauiter, defuncta est, & infra triginta dies apparuit Abbatissæ dicens, se esse damnatam. Et Abbatissa ait, quomodo hoc factum est, cum tu tam religiose vixisti, quod fuisti speculum nostrum omnium? Respondit, se quoddam peccatum commisisse in seculo, quod propter verecundiam humanam nunquam confessa fuit, quamuis semper propter hoc doluisset, & semper tristis fuisset, & est istud: Perdidi meam virginitatem, & insuper puerum, quem concepi, occidi. Et si hoc peccatum confessa fuissem, Deus mihi indulsisset, etiamsi millesies hoc commisissem, & quia obticui, ideo æternaliter damnata sum. Secundi sunt, qui omnia peccata, quæ in memoria habent, confitentur, sed retinent vnum; vel plura de volũtate iterum faciendi. Istis non proficit talis confessio, quia sicut nullum peccatum reseruandum est in actu, sic etiam nec in voluntate, & quilibet pœnitens debet habere voluntatem amplius non peccandi, si vult consequi remissionem peccatorum. Signum autem, quod quis habeat voluntatem amplius non peccandi est, quando non solum postponit peccata, sed etiam occasiones peccatorum, hoc in illis apparet, qui veraciter conuertuntur, & firmum propositum habent se emendandi, quia tales proijciunt superbum habitum, scilicet caputia magna, crinalia, & pepla, cum quibus peccauerunt, quia vere pœnitens debet abijcere, & postponere illa, quibus ad peccandum vtebatur. Ergo si confessor, quærit, an ipsa confitens plus talia committere velit, & si respondet vere pœnitens, nunquam vsque ad mortem, tunc debet dicere confessor, habes adhuc illa ornamenta, cum quibus peccasti? ad quid valent

¶V

valent tunc, si amplius non vis vti illis ad peccandum, nec talia debes dare filiis, vel filiabus tuis, ne des eis occasionem peccandi, alias reus eris omnium peccatorum, quæ ipsi committunt? Ergo verus pœnitens debet abiicere non solum actum, sed etiam voluntatem & occasionem peccandi. Vnde si quis illicite chorizasset, & actum luxuriæ extra matrimonium commisisset, vel inebriatus fuisset, vel etiam suam propriam vxorem sine causa & ratione percusisset, quamuis illa omnia confiteretur, tamen si haberet firmum propositum amplius talia dimittendi, confessio sua sibi nihil proficeret, ergo oportet te cũ tali proposito ad confessionem accedere, quod amplius non velis illicite chorizare, nec superbire, nec ad tabernas ire & inebriari, nec vxorem tuam legitimam, nec alios homines verbo vel facto molestare. Tertii sunt, qui dolent de peccatis, & confitentur peccata sua, sed ablata non restituunt, illis confessio nihil proficit, quia secundum *Augustinum:* Peccatum non dimittitur nisi ablatum restituatur. Et in hoc non potest ille excusari, qui habet facultatem restituendi; sed si non habet, & non potest, sufficit voluntas. Sciendum autem, q; quilibet statim restituere, & proximo suo satisfacere tenetur, antequam ad cõmunionem accedat, si cõmode potest. Sed si diceres, quomodo debet fieri restitutio? Respõdeo, si furtum commissum per te fuerit occultum, restitutio debet fieri per sacerdotem, vel per confessorem sine expressione tui nominis, ne teipsum infamet, vel alia notificatione, quæ vel directe, vel indirecte duceret in tui cognitionem. Vel si iam commode non potest fieri restitutio, tunc per eundem sacerdotem debes petere dilationem ab alio; vel si iam manifestum est tunc per te ipsum debes restituere, vel per te ipsum dilationem petere, & si nolit tibi dare tũc teneris recedere ab omnibus bonis tuis vsque ad extremam necessitatem, vt ei indilata restitutio fiat. Sciendum autem, quod qui debita tenetur soluere proximis, si terminus solutionis aduenerit, & possunt soluere, & nolunt, tales nõ debent absolui à peccatis, nec ad communionem accedere, nisi omnia soluant. Item sciendum, quod non solum magna ablata sunt restituenda, sed etiam parua, verbi gratia. Si ad pratum proximi tui iuisses, & ei contra voluntatem suam vnum pannum plenum graminibus abstulisses, vel ei alias in fructibus, vel segetibus scienter damnum cum pecoribus tuis intulisses, vel botros, pira, poma, accepisses; tunc teneris secundum consilium confessoris pro his omnibus satisfacere. Vnde sciendum, quod qui sic diuersis hominibus parua damna intulisset, sed ignorat quibus hominibus damnum intulit, tunc

talis debet facere vnam summam de omnibus illis paruis rebus, & tunc cum consilio sui sacerdotis, vel confessoris debet illam summam dare ad structuram alicuius ecclesiæ. Et finaliter ad illam ecclesiam, in cuius parochia illa damna fecit, aut potest illam dare pauperibus, cum consilio tamen sui sacerdotis. Item notandum, quod vsurarius, qui vsuram accepit, & lusores, qui ex auaritia, & propter lucrum luserunt, & mercatores, qui emendo, vel vendendo, proximos deceperunt, & mechanici, vel laboratores, qui in laboribus suis scienter fraudem commiserũt, & serui, & ancillæ qui bona dominorum suorum abstulerunt, omnes isti non possunt absolui nisi restituant. vnde dicitur in decret. Falsa pœnitentia est, cum aliena nõ restituunt. 54. distinct. *Generalis* 14. quæst. 5 *Si res &c.* vnde *August.* & ponitur in decret. Non dimittitur peccatum, &c. Item sciendum, quod ista restitutio non solum de rebus iniustis debet fieri, sed etiam de fama, & honore hominis. Grauius enim peccamus auferendo proximo famam bonam, quam si auferamus ei quascunque res temporales, quia fama est melior, quam res temporales possunt esse. Salomon. *Melius est nomen bonum, quã diuitiæ multæ* Ex quo patet, quod detractores bonę famæ peiores sũt, quam fures, & raptores rerũ temporalium. *Amb.* Tolerabiliores sunt fures, qui bona temporalia diripiunt, quam detractores, qui bonam famam nostram dilacerant. Ergo qui false proximum infamat, tenetur erga illos, ad quos dixit, reuocare, si vult consequi veniam suorũ peccatorum, ergo detractores illi difficulter satisfaciunt. vnde *Her.* Non facilis veniam praua dixisse de rectis. Similiter illi grauiter peccant, qui detractores libenter audiunt. vnde *Ber.* Detrahere, aut detrahenté, audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim. vnde inter omnia peccata difficilius dimittuntur illa duo peccata, scilicet detractio, & iniusta rerum ablatio. & ratio est, quia ibi non sufficit contritio, nec confessio, nisi fiat bonæ famæ, & rerum ablatarum restitutio. Quarti sunt, qui confitentur peccata sua nec tamen suis offensorib. ¶ A indulgere volunt, & talis confessio non est confessio, quia nequaquã Deus dimittit suam offensam, nisi & nos nostris offensoribus dimittamus. Vnde *August.* Vnusquisque talem indulgentiam accepturus est à Deo, qualem ipse dederit proximo. Sed diceres, qualiter oportet me indulgere inimicis meis? Respondetur, quod sic oportet te indulgere, vt videlicet non velis te ex vindicta, vel rancore vindicare, nec verbo, nec facto. Item vt nec vindictam petas à Deo super ipsum euenire in futurum. Item vt omnia signa cõmunia charitatis exhibeas, quæ aliis hominibus

Prou. 13.

nibus præbere, consueueras, scilicet loquendo, vel salutando, & sic de aliis. Sed contra hoc faciunt, qui nolunt aliquibus loqui, nec ad domos eorum ire, nec eos in via salutare nec salutantibus respondere, quæ omnia sunt signa rancoris in corde quamuis dicant ore se eis indulsisse. vnde *Haymo.* super Matt. Nil prodest ore dimittere, si seruant iram in corde. Ergo vere pœnitens non solum ore, sed etiam corde debet indulgere. Vnde & tanta posset esse iniuria & offensa, & ex tanto feruore posset quis indulgere, & ignoscere eam in se delinquenti, quod per hoc consequeretur remissionem omnium peccatorum. vnde *Gregor.* Qui in se peccanti clementer indusit, nullum peccati vestiginm in eius anima remanebit. Exemplum: Erat quidam miles, qui occidit patrem alterius militis &c. quære infra sermo. 130. S. Sciendum tamen, quod quando quis alteri iniuriam facit, tunc ille tenetur offensam dimittere sed iustitiam potest ab eo exigere, vt ei satisfaciat. & damnum recompenset secundum q, iustitia dictauerit. Quanti sunt, qui etsi vere pœniteant, & confiteantur peccata sua omnia tamen immediate recidiuant, talis pœnitentia erit inutilis. vnde *Aug.* Inanis est pœnitentia, quam sequens inquinat culpa. Item nil valet à malis veniam poscere, & mala denuo iterare. Sciendum quod recidiuans, postquam est consecutus remissionem omnium peccatorum, & denuo peccat peior efficitur, quam antea. *Erunt nouissima illius hominis peiora prioribus.* Luc.11. Item tales Deum grauiter offendunt propter ingratitudinem. vnde *Isid.* de sum. bono: Derisor, & non pœnitens est, qui adhuc agit propter quod pœnitet. v.g. ebriosus de ebrietate sua confitetur, & tamen statim è conuerso post Pascha inebriatur. Similiter blasphemus, iracūdus, superbus, luxuriosus, & sic de aliis. Ergo pœnitentia vera debet esse perseuerans, hoc est, vt semper doleat se peccasse, & in tantum ei peccatum displiceat, vt nunquam ei libeat iterare. *Hugo de sancto Vict.* Quando Deus per contritionem absoluit hominem à peccatis, ligat eum vinculo perpetuæ detestationis, vt peccatū de cætero semper detestetur C ¶ *Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.* Mat.10. Sexti sunt, qui confitentur, tamen propter multitudinem peccatorum, vel propter malā consuetudinem peccandi diffidunt se facere posse pœnitentiam, nec per consequens veniam consequentur. *Aug.* Pœnitentia, quæ ex fiducia non procedit, inutilis est, & sterilis manet, & sine misericordia. vnde *Amb.* Non potest bene agere pœnitentiam, qui non sperat indulgentiam. Sic Cayn egit pœnitentiam dicens: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Sic etiam Iudas egit pœnitentiam

talis debet facere vnam summam de omnibus illis paruis rebus, & tunc cum consilio sui sacerdotis, vel confessoris debet illam summam dare ad structuram alicuius ecclesiæ. Et finaliter ad illam ecclesiam, in cuius parochia illa damna fecit, aut potest illam dare pauperibus, cum consilio tamen sui sacerdotis. Item notandum, quod vsurarius, qui vsuram accepit, & lusores, qui ex auaritia, & propter lucrum luserunt, & mercatores, qui emendo, vel vendendo, proximos deceperunt, & mechanici, vel laboratores, qui in laboribus suis scienter fraudem commiserũt, & serui, & ancillæ qui bona dominorum suorum abstulerunt, omnes isti non possunt absolui nisi restituant. vnde dicitur in decret. Falsa pœnitentia est, cum aliena nõ restituunt. 54. distinct. *Generalis* 14. quæst. 5 *Si res &c.* vnde *August.* & ponitur in decret. Non dimittitur peccatum, &c. Item sciendum, quod ista restitutio non solum de rebus iniustis debet fieri, sed etiam de fama, & honore hominis. Grauius enim peccamus auferendo proximo famam bonam, quam si auferamus ei quascunque res temporales, quia fama est melior, quam res temporales possunt esse. Salomon. *Melius est nomen bonum, quã diuitiæ multæ* Ex quo patet, quod detractores bonę famæ peiores sũt, quam fures. & raptores rerũ temporalium. *Amb*, Tolerabiliores sunt fures, qui bona temporalia diripiunt, quam detractores, qui bonam famam nostram dilacerant. Ergo qui falsè proximum infamat, tenetur erga illos, ad quos dixit, reuocare, si vult consequi veniam suorũ peccatorum, ergo detractores illi difficulter satisfaciunt. vnde *Her.* Non facilis veniam praua dixisse de rectis. Similiter illi grauiter peccant, qui detractores libenter audiunt. vnde *Ber.* Detrahere, aut detrahenté, audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim. vnde inter omnia peccata difficilius dimittuntur illa duo peccata, scilicet detractio, & iniusta rerum ablatio. & ratio est, quia ibi non sufficit contritio, nec confessio, nisi fiat bonæ famæ, & rerum ablatarum restitutio. Quarti sunt, qui confitentur peccata sua nec tamen suis offensorib. ¶ A indulgere volunt, & talis confessio non est confessio, quia nequaquã Deus dimittit suam offensam, nisi & nos nostris offensoribus dimittamus. Vnde *August.* Vnusquisque talem indulgentiam accepturus est à Deo, qualem ipse dederit proximo. Sed diceres, qualiter oportet me indulgere inimicis meis? Respondetur, quod sic oportet te indulgere, vt videlicet non velis te ex vindicta, vel rancore vindicare, nec verbo, nec facto. Item vt nec vindictam petas à Deo super ipsum euenire in futurum. Item vt omnia signa cõmunia charitatis exhibeas, quæ aliis hominibus

Prou. 15.

nibus præbere, consueueras, scilicet loquendo, vel salutando, & sic de aliis. Sed contra hoc faciunt, qui nolunt aliquibus loqui, nec ad domos eorum ire, nec eos in via salutare nec salutantibus respondere, quæ omnia sunt signa rancoris in corde quamuis dicant ore se eis indulsisse. vnde *Haymo.* super Matt. Nil prodest ore dimittere, si conseruant iram in corde. Ergo vere pœnitens non solum ore, sed etiam corde debet indulgere. Vnde & tanta posset esse iniuria & offensa, & ex tanto feruore posset quis indulgere, & ignoscere eam in se delinquenti, quod per hoc consequeretur remissionem omnium peccatorum. vnde *Gregor.* Qui in se peccanti clementer indusit, nullum peccati vestiginm in eius anima remanebit. Exemplum: Erat quidam miles, qui occidit patrem alterius militis &c. quære infra sermo. 130. S. Sciendum tamen, quod quando quis alteri iniuriam facit, tunc ille tenetur offensam dimittere sed iustitiam potest ab eo exigere, vt ei satisfaciat. & damnum recompenset secundum q; iustitia dictauerit. Quanti sunt, qui etsi vere pœniteant, & confiteantur peccata sua omnia tamen immediate recidiuant, talis pœnitentia erit inutilis. vnde *Aug.* Inanis est pœnitentia, quam sequens inquinat culpa. Item nil valet à malis veniam poscere, & mala denuo iterare. Sciendum quod recidiuans, postquam est consecutus remissionem omnium peccatorum, & denuo peccat peior efficitur, quam antea. *Erunt nouissima illius hominis peiora prioribus.* Luc. 11. Item tales Deum grauiter offendunt propter ingratitudinem. vnde *Isid.* de sum. bono: Derisor, & non pœnitens est, qui adhuc agit propter quod pœnitet. v.g. ebriosus de ebrietate sua confitetur, & tamen statim è conuerso post Pascha inebriatur. Similiter blasphemus, iracūdus, superbus, luxuriosus, & sic de aliis. Ergo pœnitentia vera debet esse perseuerans, hoc est, vt semper doleat se peccasse, & in tantum ei peccatum displiceat, vt nunquam ei libeat iterare. *Hugo de sancto Vict.* Quando Deus per contritionem absoluit hominem à peccatis, ligat eum vinculo perpetuæ detestationis, vt peccatū de cætero semper detestetur C ¶ *Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.* Mat. 10. Sexti sunt, qui confitentur, tamen propter multitudinem peccatorum, vel propter malā consuetudinem peccandi diffidunt se facere posse pœnitentiam, nec per consequens veniam consequentur. *Aug.* Pœnitentia, quæ ex fiducia non procedit, inutilis est, & sterilis manet, & sine misericordia. vnde *Amb.* Non potest bene agere pœnitentiam, qui non speret indulgentiam. Sic Cayn egit pœnitentiam dicens: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Sic etiam Iudas egit pœnitentiam

dicens, heu quia tradidi sanguinem iustum, & sic desperans seipsum suspendit. vnde *Leo Papa* in quodam serm. Sceleratior omnibus ô Iuda, & infelicior extitisti, quem non pęnitentia duxit ad dominum sed desperatio traxit ad laqueum. Vnde verus pœnitens debet cum fiducia bona confiteri, & pœnitentiam agere, etiamsi mille millia peccata mortalia commisisset. Vnde *Ber.* Maior est Dei pietas, q̃ quæuis iniquitas 26. q. 6. his qui Sicut. n. scintilla in medio maris, ita omnis iniqtas hominis ad Dei misericordiam, imo nulla est comparatio, quoad peccata hominũ, quę sunt finita, & quoad misericordiam Dei, quæ est infinita. vnde *Arist.* 8. phy. Finiti ad infinitum nulla est proportio.
Ezech. 18. Vnde dominus dicit per *Ezech. In quacunque hora peccator ingemuerit* &cæt. Item. *Nolo mortem peccatoris* &c. Septimi sunt, qui confitentur peccata sua, & tamen non resignant officia prohibita, quæ sine peccato mortali perficere non possunt. De hoc quære in sermo. 14. R. Octaui sunt, qui confitentur ex consuetudine, & timore humano, non ex gratia, vel charitate, & talis confessio non est Deo accepta, nec homini salutifera, quia non ex charitate procedit, sed solum ex timore humano, & ex verecundia, vt se aliis Christianis conforment, & ne ab aliis hominibus despiciantur. Et illorum, qui solum ex timore, & verecundia humana confitētur, sunt duo signa, per quæ cognoscuntur. Primum est, quod tales differunt suã confeſsionẽ vsq; ad vltimam septimanam quadragesimæ, & tunc quia vltra differre non possunt, confitentur ex quadam verecundia, ne videantur esse hæretici, vel pagani, & ne post mortem priuentur ecclesiastica sepultura, quia secundum ius canonicũ, qui nõ confitentur in quadragesima, nec communicant in Pascha, non debent sepeliri in cœmiterio, vel in aliquo loco sacrato, sed in campo; sed si liceret, & non esset verecũdia, tunc tales, qui sic distulerunt confessionem suam ad vltimam hebdomadam, cum tamen bene habuissent tempus, & oportunitatem confitendi vlterius differrent, & raro, vel nunquam confiterentur, si homines non timerent, & hoc est signum, quod non habent gratiam & charitatem, quia secundum *Greg.* Gratia Dei non est otiosa, operatur enim magna si est. vnde Ber. O bone Iesu, non est amor tuus ociosus, qui te diligunt non torpescunt, non est amor tuus transitorius, sed æternus. Ex his sequitur, quod si tales haberēt gratiam, & charitatem, tempestiue fuissent moti ad confessionem, & ad pœnitentiam agendam, vt digne possent communicare, & sacramētum accipere, & vt opera eorum essent Deo accepta, quia vnum pater noster, vel vna dies ieiunii post confessionem, & contritionem plus,

plus valet, quam mille pater noster, vel totam quadragesimam ieiunasse in vno peccato mortali. Secundum signum est, quod tales tã cito post Pascha recidiuant, & in nullo vitam suam emendant, quia immediate post Pascha viuunt sicut ante vixerunt, & eadem peccata iterato committunt, quæ antea confessi fuerunt. Et hoc est signum, ꝙ non sunt vere pœnitentes, sed ficte, & quod non ex charitate, sed ex consuetudine pœnitentiam egerunt, nec firmum propositum emendandi habuerunt; & de hoc quære exemplum de illo, qui triginta duos annos orauit pro patre suo defuncto, vt infra serm. 92. O. Noni sunt, qui confitentur, & pœnitentiam suscipiunt, sed eandem pænitentiam non perficiunt, & talis confessio non proficit ad salutẽ; hoc patet ex eo, quia est vnus casus de quatuor casibus, de quibus confessio est iteranda, hoc quære ante sermone. 94. N. Decimi sunt, qui Eq vere pœnitent, & quorum pœnitentia est salubris, & proficua, vt sunt illi, qui dolẽt de omnibus peccatis suis, & confitentur omnia peccata sua integre, in quibus cognoscãt se deliquisse, & habent firmum propositum amplius nunquam velle peccare; & parati sunt satisfacere secundum consilium sui confessoris, & secundum suam possibilitatem, & quia ista habent, illi remissionem peccatorum suorum consequentur, etiamsi tot peccata commisissent, quot sunt guttæ in mari, quia misericordia Dei super omnia opera eius. Et de ista materia quære supra. serm. 20. N. Item 14. F. Item serm. 43. Q.

Dominica In Passione Domini Ser. XLV.

Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Aristo. 8. Eth. vera amicitia habet reamationem. Et quia Christus vere nos dilexit. secundum illud: *Maiorem charitatem nemo* &cæt. Ideo de iure debemus eum reamare, & specialiter in hoc, vt passionem eius semper in mente habeamus, ac gratias ei referamus. Igitur in verbis præmissis passio Christi nobis ad memoriã reducitur, vbi dicitur. *Tulerũt ergo lapides*, &c. Notãdũ ꝙ hæc Dominica vocatur Dominica in passione, quia occasione resuscitationis Lazari Iudæi celebrauerũt consilium in sabbatho, sicut heri, & diffinierunt omnes conscientes in necẽ Domini firmiter conspirando. Igitur ecclesia domino suo Christo compatiens, incepit, sicut heri in nocte, cantare de passione Christi, & singulis diebus continuat vsque ad Parasceuem. Vnde in præsenti serm. de passione Domini tria sunt dicenda. Primo, quare ecclesia cum luctu præuenit passionem Christi. Secundo, quot modis Iudæi quæsierunt Iesum interficere. Tertio, in quibus Christus passus est pro nobis.

Ioan. 8.

Ioan. 15.

bis. Quantum ad primũ est sciendũ ¶ quod ecclesia hodie incepit legere & cantare de passione Christi; volens in hoc seruare modum antiquorum, qui longo tempore flebant in veteri testamento mortem alicuius reuerendæ personæ & præcipue si fuit sanctus homo. Vnde Ioseph cum Aegyptiis septem diebus fleuit patrem suum Iacob. *Gen. 50.* Et filii Israel in campestribus Moab triginta dies fleuerunt Moysem defunctum. *Deut. 33.* Sed ecclesia, quia non vult flere Christum iam resuscitatũ, ideo præuenit eũ deflere ante diem mortis, vt sic multis diebus flere possit. Et merito, quia ipse est sanctus sanctorum. Et propter hoc legitur etiam in ep. hodie de effusione sanguinis Christi, & de redemptione humani generis, per ipsum facta. Secundo, vt qui per circulum anni non compatiuntur Christo, saltem modo illo sacratiss. tempore incitentur ad compatiendum Christo. Tertio, vt si aliqui adhuc non susceperunt crucem pœnitentiæ, si saltem modo, prouocati, passione Christi accipiant crucem pœnitentiæ. Qui .n. à peccatis alio tẽpore non cauebant, saltem hoc tẽpore cauere debent. Et qui ante nõ erubescebant de suis peccatis, saltem illo tempore debeant erubescere, quoniã sol irrationabilis creatura, compatiendo creatori suo, sacco tenebrarum se operuit, quasi erubesceret, quod pro peccato creaturæ suæ creator moreretur, quia prius non timebat, nec dolebat de suis peccatis modo debet dolere, & timere, cum passionem creatoris & saluatoris, sui audit ad quam terra tremuit, alioquin terra ponderosior esse videtur, & durior saxis, quæ scissa sunt tempore passionis Christi vnde *Gregor.* Cum saxa in passione Christi scissa sunt, duriora corda illa vidẽtur, quæ audita passione Domini non scinduntur. Item qui prius non confitebatur peccata sua, modo saltem debet ea confiteri, cum ad mentem ei reducitur passio Domini ad quã monumẽta aperta sunt. Alioquin labia eius tenacius conglutinata videntur, quam lapides in monumentis cemento ad inuicem compacti. Itẽ qui prius nolebant Deo seruire, saltem debent ei seruire illo sacratiss. tempore, in quo dominus noster Iesus Christus seruiuit nobis, sustinendo amaram mortem pro salute animarum nostrarum. Esaiæ. 44. *Seruire me fecisti pro peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Vnde etiam *Bern.* Vniuersi siquidem Christiani sacra hac septimana, aut pro solito, aut præter solitum pietatem colunt, modestiam exhibent, humilitatem sectantur, induunt grauitatem vt Christo patienti quodammodo compati videantur. Quis enim tam irreligiosus, vt non compungatur, quis tam insolens, vt nõ humilietur, quis tam iracundus, vt non indulgeat, quis tam deliciosus, vt non

non abstineat, & ieiunet, quis tam flagitiosus, & luxuriosus, vt non contineat? quis tam malitiosus, vt non pœniteat his diebus. Mirabilis passio tua Domine Iesu Christe, quæ passiones omnium ꝓpulsauit, propitiata est omnibus iniquitatibus, & nulla vnquam pesti nostræ inuenitur inefficax, quis enim tam vulneratus est ad mortem, qui non tua morte saluetur? Quantum ad secundum, sciendum, quod Iudæi Christo quatuor mortes volebant inferri. Primo, volebant eum occidere, cum esset paruulus cum gladio, vt Herodes, qui occidit innocentes pueros in Bethleem, & in omnibus eius finibus. Sic eum occidimus cum istos persequimur, qui sunt nouiter ad Christum reuersi. Similiter, cum damus illis pueris, qui vsque adhuc innocentiam seruauerunt, malum exemplum & occasionem peccandi. Similiter derisores bonorum hominum in bonis operibus, qui quādoque bona opera extingunt, & bonas voluntates in talibus bonis hominibus, quos sic derident, & subsannant. vnde psal. *Qui habitat in cælis, irridebit eos.* Lucæ. 6. *Eadem mensura, qua mensi fueritis remetietur vobis.* Hi omnes iam dicti similes sunt Herodi. Secundo compatriotæ Christi de Nazareth tentauerunt eum occidere præcipitio. Lucæ. 4. *Duxerunt illum vsque ad supercilium montis, vt præcipitarent eum.* Nazareth, interpretatur flos & significat cor hominis, in quo Christus delectatur habitare tanquam in sua ciuitate, quia delitiæ eius sunt esse cum filiis hominum, sic educūt eum indigne accedentes ad sacramentum Eucharistiæ de Nazareth, id est de flore scilicet de manibus mundi ipsius sacerdotis, & præcipitant eum in fœdissimum stabulum cordis sui quod plenum est spurcitiis peccati, hoc figuratum est in Hier. missione in lacū lutosum. Sed audi quid hic dicat cœlestis Hiere. scilicet Christus: Ecce ego in manibus vestris sum, facite mihi ꝙ vobis iustum videtur. Et indigne communicantib. dicit Apost. *Quicunq; manducauerit panem, & bibe ca. dom. indi. reus erit cor. & san do.* Tertio, Iudæi tentauerunt eum occidere lapidibus, vt in hodierno Euangelio dicitur: Tulerunt ergo lapides. Isti sunt, qui cū malis cogitationibus, & peruersis voluntatib. eum lapidant. Similiter & isti lapides tollunt contra eum, qui scilicet, ingrati sunt de eius beneficiis, & tales non solū sunt ingrati, sed etiam insensati, vnde etiam *Aug.* de ciuit. Dei: quisquis Dei beneficia non videt, cæcus est, nec laudat, ingratus est, & quisquis in laudando reluctatur, insanus est. Quarto, occiderunt eū crucifigendo ipsum, & tales sunt, q iā Christū blasphemant iurando per vulnera, & sanguinem, & mortem ipsius. De quibus dicit Apostolus *Rursum crucifigētes filium Dei* & id pecca-

Matt. 2. Psal. 1 Cor. 11 Hebr. 6.

peccato blasphemiæ quære inferius sermo. cliiij. O. Quantum ad tertium sciendum, quod Christus pati voluit in omnibus, in quibus nos peccamus. Peccamus enim in tribus, scilicet corde, corpore, & in rebus. In his omnia peccata, quæ committimus, includuntur. Quia autem, vt Esaias dicit, *Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrorum*: Ideo & in his omnibus pati voluit. Primo, passus est in corde, quia plenum erat omni tristitia. vnde ipse Christus dixit in monte Olіueti ad discipulos: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Pro quo sciendum, quod tristitia Christi ante passionem eius principaliter ex tribus causabatur. Primo, quia omnia, quæ pati voluit pro redemptione generis humani sibi præsentia fuerunt. Cognouit enim suam amaram passionem, & sua debilia membra. Ergo quando rogabat patrem in monte Olіueti dicens: Pater mi si potest fieri transeat à me calix iste, tunc cœpit tristari, pauere, & tædere, & sanguinem sudare, vt guttæ per vestem ipsius vsque ad terram decurrerent, quod alias nunquam auditum fuit. Et ex hoc perfecte cognoscitur, anxietas, & tristitia cordis Christi. Secundo ex hoc, quod cum mors sua pretiosa esset sufficiens redimere infinitos mundos, & tamen in tam multis peccatoribus frustrata esset, & adhuc in futuro frustrabitur, nam Christus cognouit in alia hora mortis suæ omnes homines, qui saluandi, & qui damnandi essent. Ideo conqueritur de damnandis per Esa. dicens: *In uanum laboraui, sine causa fortitudinem meam consumpsi.* Tertio, super omnia tristabatur super blasphemiam, qua deitas patris sui sprera, & blasphemata est; vnde licet multum dolores in flagellatione, & coronatione, & crucis affixione, & sic de aliis tamen ille luctus, & dolor intrinsecus, quem habuit de hoc, quod inhonorabatur deitas, excessit omnes alios dolores, sic exemplo Christi in nobis esse deberet quod in nulla re in tantum tristaremur, sicut de iniuria Dei. Secundo, Christus passus est in suo sanctissimo corpore. Sed quis hoc ad plenum penetrare sufficit, quanta & qualia pro nobis in suo sanctissimo corpore sustinuit? Fuit enim pœnosum Iesu Christo martyrium ex hoc, quod omnes artus sui vulnerati sunt, ita quod à planta pedis vsque ad verticem in eo non fuit sanitas, vbi punctus acus posset infigi. Sed quæritur, quare Christus sic fuit vndique ¶I afflictus in toto corpore, & in omnibus membris; Respondetur primo, ideo, quia pro omnibus passus est, & homines in omnibus sensibus, & membris peccauerunt ideo ad satisfaciendum in omnib. passus est artubus. Et hoc esset cogitandum, cuilibet homini in memoria passionis Christi, ne amplius peccaret in illis membris, in quibus Chri-

Christus pro eo passus est. Secundo propter vniuersalem mancipationem. vnde Apostolus *Pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.* Totus igitur mortuus est, vt totus homo esset suus, & sibi seruiret cum toto corpore, & omnibus membris. Et ad hoc quilibet etiam tenetur: vnde Apostolus: *Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Tertio ratione integræ dilectionis, quam nobis ostendit cũ totum corpus suum, & omnia mẽbra morti exposuit. vnde *Bernard.* Si dominus noster Iesus Christ⁹ habuisset, tot membra in corpore suo quot sunt stellæ in firmamento, & vnumquodque membrum vitam habuisset, omnia singulatim morti exposuisset, anteq̃ vnã animã in faucibus diaboli dimisisset. Tertio passus est in rebus per paupertatẽ. Nam paup fuit, pauperior, pauperrimus. Pauper, quia vestibus denudatus coram notis suis, & omni populo in cruce nudus extensus est. Pauperior quia haustum vnum habere nõ potuit, quando dixit in cruce: *Sitio.* vbi nec vinum, nec medonem, nec cereuisiã nominauit, sed dixit simpliciter. Et pro tunc ipse creator mundi de omnibus liquoribus in extrema hora vitæ suæ vnum haustum habere non potuit. Pro quo sciendum, quod Christus triplicem sitim habuit. Primo habuit sitim naturalem propter pœnas quas sustinuit, nec mirum si sitiuit, quia minuti naturaliter sitiunt. Ipse enim Christus ex omnibus membris, & omnibus venis sui sanctissimi corporis sanguinem emisit, propter quod corpus suum sanctissimum iam totaliter à sanguine exsiccatum fuit in cruce, & ideo naturaliter sitiuit. Secundo, habebat sitim salutis nostræ, & hoc propter maximam charitatem suam, qua nos dilexit. vnde etiam *Ambros.* Christus propter inflammatam dilectionem sui cordis sitiuit nostram salutem spiritualiter. vnde etiam *Bernard.* O bone Iesu, cur de cruce taces, & de siti clamas? aut sitis te plus cruciat, quã crucis supplicium Et quid tu bone Iesu sitis? Et respõdet *Bernard.* in persona Christi: Sitio plane, sed plus sitio vestram salutẽ, fidem, pœnitentiam, & compassionem. Tertio, sitiuit ideo, vt pœnam sustineret in lingua sua, ¶ L sicut in cæteris membris suis. vnde ps. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Psal. 21.

1. Cor. 6.

K ¶

Tertio, passus est Christus in rebus quia pauperrimus fuit. hoc patet quia non habuit, vbi caput suum reclinaret. Quis vnquam tam pauperrime & exul mortuus est sicut Christus? Nam omnes, qui moriuntur in terra, vel saltem habent stramina, aut stropodia, seu lectisternia. Iesus autem Mariæ filius creator, redemptor, & saluator noster his omnibus caruit in cruce. Item si pauperes non habent vti lecti-

sterniis, super quibus leniter quiescere possunt, tamen ad caput eorũ possunt linteum vel lapideũ facere ceruical, aut stropodium, sicut legitur de S. Dominico, quòd pernoctãdo in Ecclesiis, reclinauit caput suum ante altare super vnũ lapidẽ. Similiter de S. Francisco. Sed Christus Iesus non habuit in cruce, vbi caput suũ reclinaret, Matth. 8. *Vulpes foueas habent, &c.* sed ex hoc te compũgat super oĩa ad lachrymas fundendas amarissimas, q, si etiam habuisset omnia mollia mũdi stramenta, non alleuiassent eius dolorem capitis, nec totius corporis, ex eo, q, caput suum dirè infixum & compunctum, & cruentatum, portauit coronam spineam, & si cum corona voluisset & potuisset alicubi molliter reclinasse, plus ipsum læsisset, & cruentare fecisset. Quãdo ergo aliquem dolorem capitis senserimus, ad memoriã debemus reuocare hanc coronationem Iesu Christi. Et qñ etiam suauiter dormimus in lectis mollibus, tunc durum lectũ Christi in cruce pendentis extensis mẽbris & venis recordemur. Sicut quidã devotus amator passionis Iesu Christi solebat nocturnis temporibus singulis mediis noctibus surgere ad memorandam dominicã passionẽ, & genibus flexis, protensisq; manibus in cœlum, ita orare consueuerat multis annis: *O mi Domine Iesu Christe, tu pro me & omnib. peccatorib. iam passus es, & nullus iam tecũ vigilat,* *aut tibi dignatus est compati.* Hæc & similia orabat, & demum in bono fine salubriter moriebatur. Sic & nos facere deberemus, quando dormitum iremus, vt memoriam dominicæ passionis ad lectũ quietis nobiscũ portaremus. Vltimò nota exemplum: Legitur, quòd quidam erat assuetꝰ, quòd quoties lectũ intrabat, & quoties de eo surgebat, deprecabatꝰ, vt ille, q est rex Iudæorũ, i. e. cõfitentium, daret ei de hoc seculo migrare cũ vera confessione suorum peccatorum, & dicebat illum titulum: *Iesus Nazarenus rex Iudæorũ, miserere mei*: imprimendo crucem cum pollice super caput suum, & super faciẽ, & sub pectus. Et quoties illa verba dicebat, semper conclusit in fine: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen.* Cùm autem, Deo permittente, subitanea morte præuentus esset, & dœmones vellent eum rapere, vir lucidus eos ab eo fugauit. Et cùm duceret eum per medias tenebras, subitò disparuit. Et vbi signũ crucis imprimere cõsueuerat, inde nimius splendor egrediebatur, qui eum in mediis tenebris illuminauit. Dum aũt dœmones ascenderẽt de abysso, eum rapere volentes, splendor crucis ita eos terrebat, quòd nõ audebant ei manus imponere. Tunc prædictus vir lucidus & splendidus subitò à longè apparuit, & accedẽs dixit ei, quòd summus iudex licet esset condemnandus secundũ suorum peccatorum exigentiam, tamen pro-

Matth. 8.

men ꝓpter deuotionem quam habuerat circa eius passionem & nominis ejus triumphalis tituli inuocationem, & crucis impressionem, ei parcebat, volẽs vt rediret ad pristinam vitam, & confiteretur peccata sua, & si vellet, vitam in melius emendaret, quod factum est: & laudabiliter postea vixit, & in in Domino quieuit.

De Eadem Dominica in Passione.

Qui ex Deo est, verba Dei audit, &c. Istum sermonem quære ante serm.35. V.

In Dominica Palmarum, Sermo XLVI.

De indignè communicantibus.

B*Enedictus qui venit in nomine Domini*, Matt.21. Mar.11. Luc.19. Ioan.12. Hodie sancta mater Ecclesia duas processiones recolit. Prima fuit, quando Iudæi se Christo à monte Oliueti vsq; in Hierusalem cum ramis palmarũ & oliuarum magnis canticis associauerũt, de qua agitur in Euangelio hodierno. Secunda processio fuit, quæ à Hierusalem vsq; ad locum Caluarię ignominiosè fuit ductus. De qua habetur in passione, q̃ hodie legitur solenniter in Ecclesia, vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primò quomodo differunt illæ duæ processiones. Secundò, de illa sanctissima septimana, in qua singulis diebus Christus opera nostræ salutis exercuit. Tertiò, de indignè communicantibus. Quantum ad primum sciendum, q̃ illæ duæ ꝓcessiones differunt. ¶N Primò, q̃a sicut hodie cum honore Iudæi Christo obuiauerunt, & eum in Hierusalem introduxerunt, sic è conuerso quinta feria post cœnam ministri Principum & Sacerdotum obuiauerunt sibi cum gladiis & fustibus, vt apprehẽderent eum. Item sicut hodie cum honore à discipulis suis super asellum est positus, ita in sexta feria à Iudæis ignominiosè est eleuatus in crucem. Item sicut hodie vestimẽta sua strauerunt in via, ita sexta feria spoliauerunt eum vestimentis propriis. Item sicut hodie cum palmarũ ramis eum honorauerunt, ita sexta feria cum virgis eum flagellauerunt, & cum spinis eum coronauerunt. Item sicut hodie regem & saluatorẽ eum appellauerunt, dicentes: *Osanna filio Dauid*, sic econtra sexta feria eum regem & saluatorem negauerunt, dicentes: *Non habemus regem, nisi Cæsarem*. Item, *Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potest*. Item hodie benedictum eum nominauerunt, dicẽtes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini*: sic econtra sexta feria nominauerunt eum malefactorem & seductorem, & ¶O dignum morte, clamantes: *Crucifige, crucifige eum*. Item, *Si non esset hic malus, &c.* Quantum ad secundum, sciendum, quòd in illa sanctissima septimana singulis

dieb. Christus opera nostræ salutis exercuit, vnde propter exercitium, & officia, quæ fecit singulis diebus, vnum speciale nomen est sibi sortitus, nam heri scilicet, in sabbatho palmarum fuit hospes amicabilis vnde hesterna die venit ad Bethaniam ad Martham suam hospitem, & dilectam suam Mariam Magdalenam, quæ fecerunt ei cænam, in qua Lazarus resuscitatus cum Christo comedebat in signum veræ resuscitationis, Tunc multi Iudæi, qui de diuersis mundi partibus Hierusalem venerant ad festum Pascæ, vt sanctificarent iuxta præceptum Domini. Hic cum audissent, quod Iesus hoc miraculum famosũ in resuscitatione Lazari fecerat, etiam habetur Ioan. 12. tunc venerunt in Bethaniam, eo quod Christus esset tibi, vt eum viderent & etiam Lazarum, quem à morte suscitauerat, sicut legitur in crastino euangel. Item Christus hodie nominatur rex humilis, & mansuetus, sicut in processione hodierna audistis cantare, & insuper cum super asinam hodie sicut regem vidistis equitare. Item cras scilicet, in secunda feria post palmarum Christus nominatur iudex misericors, quia feria secunda diluculo iterum venit de Bethania in Hierusalem, & intrauit templum, tunc Scribæ, & Pharisæi adduxerunt adulteram volentes Iesum capere in sermone, vt accusarent eum, dicentes: Magister hæc mulier deprehensa est in adulterio, in lege autẽ, Moyses mãdauit nobis huiusmodi lapidare, tu ergo quid dicis? Tunc dixit eis, *Qui sine peccato est vestrũm primus in illam lapidẽ mittat: hoc autem audientes, vnus post alium exibat de templo, incipientes à senioribus*, & remãsit Iesus solus, & mulier in medio stans: & sic Iesus dissipauit insidias Pharisæorũ, & Scribarum, & mulierẽ peccatricem non solum de manibus eorũ liberauit, verum etiã à peccato absoluit, dicens: *Nec ego te condẽnabo, vade & amplius noli peccare.* Item tertia feria nominatur Christus Propheta sapiens, quia tunc destructionem Hierusalem prædixit, quãdo discipuli ostenderunt ei ædificium templi dicentes: Ecce magister, quales lapides, & quales structuræ? Respondit. Non relinquetur lapis super lapidẽ, qui non destruatur. Item prædixit diem iudicii dicens: Cum venerit filius hominis, statuet oues à dexteris, hædos autem à sinistris. Item prædixit mortem suam, dicẽs, Adhuc modicum tempus Vobiscũ sum. Item. quarta feria mansit Christus in Bethania, nec illo die iuit in Hierusalem. Et tunc Iudas iuit ad Principes Sacerdotum & ad seniores populi, dicens: Quid vultis mihi dare & ego eum vobis tradam? Et sic Christus illo die venditus fuit per triginta denarios, vnde eadem die legitur in prophetia missæ. Ecce venient es eius cum eo. Item quinta feria Christus nominatur panis viuus, quia post esum agni Christus sacramentum

Ioan. 11.

mentũ Eucharistiæ instituit, vnde ipse dicit, vt habetur. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.* Item sexta feria nominatus agnus occisus, in cruce immolatus, vnde dicitur: *Sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus corã tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.* Itẽ sabatho Christus nominatur granũ frumenti in terra mortuũ. i. sepultum. vnde *Si granũ frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, multũ fructũ affert.* Itẽ in die Paschæ Christ⁹ nominat͛ Leo. vnde Apo 5. *Ecce uicit leo de tribu Iuda.* Nã Christ⁹ illo die mortem vicit, diabolũ superauit, & claustra inferni destruxit, & sanctos patres inde liberauit. Quantũ ad tertiũ, sciendũ, ꝙ sicut quilibet homo illo sanctissimo tẽpore Paschæ debet cõmunicare, tunc iã dicendum est de periculis indigne cõmunicantium. Quorum primũ est, ꝙ tales indigne cõmunicantes, homicidæ sunt Christi. vnde 1. Corint. 11. Quicunq; manducat panẽ, & bibit c. dñ. indigne, re⁹ erit corp. & s. n. dñ. Amb Qui indigne Christum sumit, idem est, ac si Christũ interficeret. vnde dicit Gui Lu. Si quis sciret, qui fidem haberet, se semel Christũ crucifixisse, ipse vellet nudis pedib. toto tempore vitæ suæ penitentiã agere. Quid ergo deberẽt illi facere, qui setã multoties indigne cõmunicauerunt, & peccatũ simile illi peccato toties cũ miserunt, vnde *Gr.* Magis peccat, q spernit regnantẽ in cælo ꝙ, qui crucifigit degentem in terra. Secũdo tales quandoq; puniũtur in corpore, quia interdũ infirmantur post indignam conditionem. vnde Apo. *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles.* & insignum huius post Pascha tales indigne cõmunicãtes cum infirmitatib. à Deo plagantur, imo, ꝙ maius est, quandoq; post indignã cõmunicationem, morte subitanea moriuntur. Vnde legitur ꝙ quidã sacerdos prohibuit quendam peccatorem à cõmunione, qui confusione humana ductus accessit ad cõmunionem cum cęteris hominibus. Et ꝙ cito corpus Christi ad inquinatũ os suũ accepit, tã cito infelicem animam suã tradidit, & exspirauit morte subitanea coram omni populo. Tertio, peiores sunt tales Iudæis. Primo in hoc, ꝙ iudæi ignoranter Christum crucifixerũt. vnde Apost. *Si cognouissent, nũquã dominum gloriæ crucifixissent.* Sed ipsi Christiani indigne cõmunicantes peccant scienter, quia ibi credũt esse creatorem suum, sc. Iesũ Christum, Mariæ filium. Et quanto grauius est peccare scienter, ꝙ ignoranter, tãto peiores sunt indigne communicantes ipsis Iudæis. Et in signũ istius, Christus non potest orare ꝓ talibus patrem suum, sicut orauit pro iudæis dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Secundo, quia contumelia crucifixionis Christo tantum semel à iudæis est illata, sed ab indigne communicantibus totiens quotiens indigne ad sacramentum accesserunt, vnde

Ioan 6.
Esa 53.
Ioan. 12.
1. Cor. 11.

Apost. *Rursũ crucifigentes filiũ Dei.* Quartò, quia tales iudiciũ sibi mãducant & bibunt, vnde Apostolus: 1.Cor.11. *Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Et sic consequenter incidunt in illam sententiam, quam Dominus dicturus esset in extremo iudicio ad illos qui à sinistris ejus erunt, Matt. 25. *Ite maledicti in ignẽ æternũ.* Quintò tales indignè communicãtes similes sunt Iudæ, & eis contingit sicut Iudæ; de quo legitur, quòd Satanas in eum introiuit, & Christum tradidit, & desperauit, & postmodum seipsum suspendit. Sic indignè communicans incidit in maiorem potestatem diaboli, q̃ antea fuit. Secundò, Iudas Christum tradidit, & Iudæis vendidit, sed indignè cõmunicãs pejus facit. Vnde Remig. *Væ tradentibus Christum ad crucifigendum, sed væ cum maligna conscientia sub sacramento sumentibus illum. Etsi nõ tradant Iudæis ad crucifigendum, tradunt tamen ipsum membris inimici ad sumendũ.* Vnde etiam Aug. *Magis peccant, qui tradunt Christum peccatoribus, quàm qui tradidit eum Iudæis crucifixoribus.* Ergo Christus potest dicere secundùm *Gr.* de quolibet sumente corpus suum indignè, sicut dixit de Iuda. Veruntamẽ ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Sicut Iudas tradidit Christum persecutoribus, sic sumens corpus suum indignè tradit illum, in quantum in se est, dœmonibus, dum ponit eo in loco, qui est dœmonũ. Sextò, quia est magna ingratitudo, quæ ibi cõmittitur. Nam in sacramento illo mors Christi figuratur, quam pro 1.Cor.11. hominibus sustinuit. Vnde Apost. *Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortẽ Domini annunciabitis, donec veniat.* Vnde etiam Christus, quando hoc sacramentum instituit, dixit: *Hoc facite in mei commemorationẽ.* Valde enim magna ingratitudo est, ei cõtumeliam inferre, & eius vulnera renouare, quẽ recordatur mortuum pro suo amore & salute. Vnde Dominus potest dicere indignè communicanti illud Ps. *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Item magna ingratitudo est, quia ibi venit diuina majestas visitare hominem in sacramento altaris, & hoc cum plenitudine charismatum & gratiarum. Vnde illud sacramẽtum vocatur Eucharistia, id est, bona gratia: & miser homo non timet ei contumeliam inferre, quem pro posse tenetur honorare: satis admirari possumus in hoc diuinam bonitatem, & inhumanam peruersitatem. Vnde bene potest dici de Eccl. 29. Domino nostro Iesu Christo illud: *Pascet,* sc. cum proprio corpore, *& potabit,* sc. cũ sanguine suo pretioso ingratos, *& adhuc amara audiet.* Septimò, quia tales indignè cõmunicantes infeliciores videntur esse cæteris peccatoribus. Ipsum enim summum bonũ est eis noxium, & ex ipsa medicina infirmantur, & ex ipsa vita moriuntur, quia sicut ex illo sacramento dignè cõmunican-

tes acquirunt sibi vitam æternam, secundùm illud Ioan. 6. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Sic ex eodem sacramento, indignè communicantes incurrunt æternam damnationem, vnde *Chrysost. super Ioann.* Sicut corporalis cibus cùm ventrem inuenerit à diuersis morbis occupatum, amplius lædit, magis nocet, & nullum præstat auxilium: ita spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdit non sua natura, sed accipientis vitio. ¶ Q Vnde sciendum, quòd quilibet cum deuotione, & reuerentia, & timore ad hoc sacramentum debet accedere. Et ad hoc incitant nos diuersa exempla sacræ scripturæ. Nam sanctus Ioannes Baptista in vtero matris sanctificatus, à pueritia in eremo conuersatus, inuitatus à domino, vt eum baptizaret, timuit tangere verticem Domini. Vnde cantat Ecclesia: Baptista cõtremuit, & non audet tangere sanctum DEI verticem, sed clamat cum tremore, Sanctifica me saluator. Quanto magis nos timere debemus, quando totum corpus sumimus? ex quo Ioannes in tantum timuit verticem Domini tangere, qui tantæ sanctitatis fuit, & Christus de eo in Euangelio testimonium perhibet, dicens: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Item B. Marcus abscidit sibi pollicem, vt ineptus esset sacerdotio, tantum enim verebatur corporis Domini consecrationem. Item quidam senior inter eremitas, cùm ab illis eligeretur in sacerdotem, & ab Episcopo esset ordinatus, ait: *Licet ego sacerdos sim ordinatus, tamen in vita mea nunquam conficiam*, reputans se indignum cõficere corpus Christi. Vnde centurio dixit Christo, dicenti ei: *Ego veniam, & curabo puerum tuum. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Sic quilibet cum vera humilitate & reuerentia ad hoc sacramentum debet accedere, cogitando sic: O Deus ad illud venerabile sacramentum non sufficerent mille anni ad præparationẽ condignam. Quanto magis ego miser indignus sum, quia quotidie pecco, & heu impræparatus accedo, quamuis enim non sum dignus, tamen bene sum necessarius hac salubri medicina. Vnde Ambr. *Qui vuln⁹ habet, quærat medicinã, vulnus est, quia sub peccato sumus, medicina est cœleste & venerabile sacramentũ.* Vlt. nota exemplũ de dignè & indignè cõmunicantib. ¶ R Legitur in lib. *de donis*, q. quidam sanctus Episcopus in festo Paschæ Dominũ rogauit, vt sibi reuelaret merita tunc cõmunicantiũ: & Dñs ostẽdit ei, & vidit aliquos quasi picem nigros, aliquos quasi ferrũ ignitos, aliquos verò sanguinolentos, cæteros verò vt solem fulgidos. Et dixit ei Angelus Domini: Nigri sunt luxuriosi, & superbi igniti auari, sanguinolẽti iracundi, & blasphemi, qui omnes sunt indigni, & in-

Matth. 8.

& in digne accesserunt, quamuis e nim sunt contriti & confessi, non tamen habent firmum propositum in futurum abstinendi. Cæteri vero qui sunt lucidi sunt, isti, qui digne accesserunt cum firmo proposito abstinendi, & emendandi vitam suam.

In Cæna Domini.
Sermo. XLVII.

Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1. Cor. 11. Arist. de anima. Simile à simili nutritur sic patet in cibo digesto, a quo corpus nutritur. Cum autem cibus iste sc. corp⁹ Christi, sit mundissimus cibus, exigitur, q̧ anima, quæ nutriri debet ab isto cibo, sit munda, alioquin nō nutriret sed potius corrūperet, ergo in verbis permissis admonet vnusquisq; nostrum, vt se ipsum probet, &c. Ex quo est tempus cōicandi, tunc in præsenti sermone tria sunt dicenda, primo ponendæ sunt aliquæ quæstiones de accessu ad sacramentum Eucharistiæ, Secundo, q̄ bonum sit communicare digne. Tertio, quomodo & per q̄ homo debet seipsum probare. Quantū ad primum tunc quæritur, vtrum omnis homo teneatur illo sacratissimo tēpore cōmunicare? Resp. q̧ sic. Nam ecclesia statuit, q̧ omnis fidelis, saltē semel in anno tenetur ex præcepto, postquam ad annos discretionis peruenerit, confiteri omnia peccata sua, & communicare saltem tēpore Paschæ, & qui non communicat in Pascha, viuens ab ingressu ecclesiæ prohibeatur, & mortuus careat ecclesiastica sepultura, vt patet ext. de pæ. & re ca. *Omnis vtriusq;*. Circa q̧ quæritur, vtrum pueris, & in qua ætate sit dandum sacramentū eucharistiæ? Resp. secundum *S. Thom. in 4 di. 9*. Pueris carentib. vsu rationis, q̧ non possunt discernere inter cibum spiritualem, & corporalem, non debet corpus Christi dari, quia ad ipsū exigitur actualis deuotio quam tales pueri habere non possunt, sed pueris incipientib. habere discretionem etiam ante perfectam ætatem, puta cum sunt decem, vel vndecim annorum, potest dari, si in eis discretionis signa, & devotionis appareant. Hæc ille. Et ratio huius est, quia ad percipiendū sacramentū eucharistiæ requiritur deuotio actualis, & tales pueri quandoque maiorem discretionem, deuotionem, & affectum habent ad sacramentum, quā alius, qui est quandoq; viginti ¶ T annorum. vnde exemplum legitur in dialog. Cesarii, q̧ cum quidā puer infirmaretur vsq; ad mortē spiritu sancto afflatus, corpus Domini sibi dare petiit. Cumq; parentes eū cōpescerent, fortiter clamauit: date mihi corpus Domini, date mihi, hoc tertio repetens; delatum est igitur hoc verbum ad sacerdotem, qui dū diceret nō esse securum tali puero, qui non intelligit quid sacramentū sit, dare corp⁹ Domini, & cum puer nollet quiescere, sed semper & instanter peteret corpus Domini, tūc sacerdos detulit sibi hostiā non benedictam,

nedictã, q̃ cũ ei porrigere vellet, & diceret: ecce hoc eſt corpus Dñi, vt Dñus ex ore infantium perficeret laudem, & deſtrueret perfidiam multorum, qui de eodem ſacraméto male ſentiunt, inſpirauit puero, vt reſponderet, quare vultis me decipere? non eſt corpus Domini, q̃ mihi offertur. Ad quod verbum ſacerdos admirans, & puero aliquid diuinum inſpiratum arbitrans, ei ſacram communionem attulit, quam puer deuote ſuſcepit, & ſic vitam ſuam in bono finiuit: ergo parentes debent pueros informare, quod cõfiteri debent de decem præceptis, & de ſeptem peccatis mortalibus, ſi ſaltem rei ſunt, & quomodo debent habere firmum propoſitum amplius abſtinendi à peccatis, & quæ bona eueniunt ex digna communicatione. Item quæritur, vtrum corpus Chriſti debeat dari amentibus? Reſpon. ſecundum *B. Thom. in 4. di. 9.* quod diſtinguendum eſt, quidam enim dicuntur large amentes, quia debilem habent mentem, tamen ſunt aliquo modo dociles eorum, q̃ ad fidem, & deuotionem ſacramẽti pertinent, & talibus non debet corpus Chriſti denegari. Quidam vero ſunt omnino carentes iudicio rationis, & iſti, ſi fuerint tales à natiuitate, non debet eis dari, quia non poſſunt ad deuotionem induci, quę requiritur ad ſacramentum. Si vero inciderunt in amentiam poſt fidem & deuotionem ſacramenti, tũc debet eis dari, niſi timeretur periculũ de vomitu vel de expulſione, vel aliquo huiuſmodi. Item quæritur, vtrum corpus Chriſti tantũ q̃ à ieiunis percipi debeat? Reſp. quod ſic, quia poſt ſumptionem aquæ, vel alterius cibi aut potus, vel etiam medicinæ in quantacunque parua quantitate, non licet hoc ſacramentum recipere, & ideo ſi poſt mediam noctem ſumpſerit aliquid per modum cibi, aut potus, non debet ea die hoc ſacramentum ſumere, & *Ioan. de San. Gemi.* dicit: Ad hoc ſacramentum debent homines accedere ſobrii. Primo quidem, vt *Auguſt.* dicit, in honorem huius ſacramenti, vt ſcilicet, nullus alius cibus intret in nos ante iſtum, ſicut etiam in vtero virginis Mariæ nullus alius fuit præconceptus, nec in ſepulchro Chriſti aliquis fuit ante poſitus. Secundo, propter figurationem vt ſcilicet, detur intelligi, q̃ Chriſtus, qui eſt res huius ſacramenti, & charitas eius, debet ante omnia primo fundari in cordibus noſtris. Vnde Matth. ſexto. *Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius.* Tertio, propter periculum vomitus, qui quandoque prouenit ex inordinato cibo, & potu, & etiam quia ieiunus magis eſt diſpoſitus ad deuotionem: ſed ab hac regula excluduntur infirmi, qui ſtatim communicandi ſunt, etiam poſt cibum, ſi de eorum periculo dubitatur, ne ſine communione decedant, quia neceſsitas non habet legem vt habetur de conſ. d. 2. presbyter. Item

quæritur, vtrũ post factam cõmunionẽ liceat statim comedere? Resp. secundum *Th. de Aquin.* ꝙ non licet immediate cõedere, sed aliqua mora debet esse inter sumptionem Xꝗ eius, & reliquos cibos. vnde etiam dicitur in dec. Nullꝰ statim post cõmunionem sumat cibũ materialem. de conse. d. 2. *trib. gradibus*. Et in signum huius tũc in missa oratio gratiarũ actionis dicitur post cõionẽ: sic & illi, qui cõicant, suas priuatas orẽs dicere debent, & regratiari Deo de sua maxima charitate, & memorare deuote pasſionẽ Christi, quia hoc sacramentũ institutum est ad memoriã pasſionis Christi, vnde ipse Christus ad discipulos suos dixit. qñ hoc sacramentũ instituit, hoc facite in meã cõmemorationẽ vnde etiã Apo. in hodierna epi. *Quotiescunq; manducabitis panem hũc, & calicẽ bibetis, mortẽ domini annunciabitis donec veniat.* Item aliqui in die cœnæ non ieiunãt ꝓpter cõmunionẽ, cũ tñ bene possent ieiunare, & in hoc quidẽ peccãt, quia singulis dieb. per totam quadragesimã tenetur quilibet ieiunare, qui potest præter dies dominicales. Itẽ aliqui in die cœnæ cũ cõmunicant, vtuntur lacticiniis cum tñ per totã quadragesimam alias ab his abstinuerunt: & in hoc Deum grauiter offendũt, quia tenentꝰ in illo die abstinere sicut in cæteris dieb. Itẽ sciendum, ꝙ post communionem immediate non debet quis expuere, sed post comestionẽ aliorum ciborũ potest expuere; sed si necesſitas cogit, tunc ad locum honestum seorsum debet expuere. Item sciendũ, ꝙ aliqui simplices reputant hoc esse peccatum, si quis in illo die quo communicauit, cruentauerit, vel nudis pedibus terram tetigerit: itẽ sciendum, ꝙ pueri informandi sunt, ꝙ credere debeant, quod Christus, qui est de virgine natus, & pro nobis passus, in hoc sacramento cõtineatur, & quod non est ibi panis, sed solummodo species panis, quia in consecratione tunc panis transubstãtiatur verũ corpus Christi, & in qualibet parte hostiæ est verus Christus, etiam in minima, quamdiu manet species panis. Item scien. ꝙ laicis solum sub vna specie datur sacramentũ Eucharistiæ, s. sub specie panis: & hoc primo propter periculum, quia flamma posset inde oriri, quia posset effundi de calice, quia sub minima gutta est totus Christus, & si tũc aliquid effunderetur de calice super terram, tota terra posset perire. qñ Deus vellet exercere suam iustitiã. Secundo, ad ostendendum quod sacerdotes spãliter debent esse mundiores aliis hominib. ergo ipsi in missa sumũt illud sacramentum sub vtraq; specie. Tertio, ne simplices crederent sub specie vini esse solum sanguinem, & sub specie panis esse solum corpus Christi. Nam quilibet Christianus credere debet quod totus Iesus Christus secundum corpus, & animam, & deitatem est sub vtraque

quę ſpecie conſecratus; & quia ipſi laici ſumunt totũ Ieſum Chriſtũ ſecũdum corpus & animã, & deitatẽ ſub ſpecie panis. vnde *B. Th. ſuper 4. d. 10.* Licet ex virtute ſacramenti ſub ſpecie panis ſit tantũ corpus, & ſub ſpecie vini tantũ ſanguis: tñ ꝓpter naturalẽ concomitantiam ſub vtraq; ſpecie eſt totus Chriſtus ſc. ſecundũ corpus, & animã, & diuinitatẽ, qa hæc tria ſeparata nõ ſunt. Itẽ quæritur quare Chriſtũ ſumim⁹ velatũ in hoc ſacramẽto? Reſp. primo, ꝓpter fidei meritũ. nã per hoc Aꝗ meremur ꝙ ſub ſpecie panis credim⁹ totum Chriſtũ contineri, quia hoc per rõnem non poſſumus cõprehendere vnde dicit in dec. Fides cõprehẽdit, ꝗ ſunt ſupra rõnẽ 24. q. 1. *non turbatur*. vnde etiã *Gre. in ho.* Fides eſt earum rerũ, quæ apparere non poſſunt, quæ. n. apparent, fidẽ non habent, ſed agnitionem. Nec fides habet meritũ, vbi humana rõ præbet experimentũ. Secundo ꝓpter crudelitatẽ, qa ſi viuum hominem, & carnẽ crudam ſumere deberemus, natura hominis abhorreret. Tertio, ꝓpter imbecillitatẽ, quia ſi deberemus Chriſtum videre in ſua claritate, ſenſus viſus ſuſtinere non poſſet, quia milleſies eſt Bꝗ ſole clarior. Vltimo quæritur quamdiu manet Chriſtus ſub ſpecie panis? Reſpondetur quamdiu ſpecies panis non digeſtæ ſunt, tandiu manet in ſtomacho ſub dictis ſpeciebus, & in qualibet parte viſibili, & ſi ipſe, qui communicauit, eſt bonus & bene diſpoſitus, tũc poſt digeſtionem manet effectus, i. gratia ſacramenti: ſi autẽ malus, tũc poſt digeſtionẽ recedit Chriſtus ab eo. Nam in os Iudæ Chriſtus in ſacramento intrauit, & ſi mundum cor habuiſſet, tunc Chriſtus cum gratia ſua cum eo manſiſſet, ſed quia immundũ, & pollutum cor habuit, ideo Chriſtus cũ gratia ſua ab eo receſsit. Simile eſt ſi in ignẽ vel in aliquam immunditiam caderet: tunc adhuc maneret ſacramentũ quamdiu maneret ſpecies, quia in os ipſius peccatoris pollutum intrat, & tamen nullum fructũ conſequitur, ſed incurrit maximum periculum. Vnde canitur in ſequentia de corpore Chriſti: *Sumunt boni: ſumunt mali: ſorte tamen inæquali.* Vnde de ſacramento dicit *Damaſ.* Dum ſpecies ſentitur, ſacramẽtum eſt: dum autem deſinit ſentiri, ſacramentum non eſt. Quantum ad ſecundũ ¶C principale, ſ. quã bonum ſit ſe digne præparare ad percipiendum ſacramentũ Euchariſtiæ, poſſumus elicere, ex his particulis, quæ ibi ſumũtur in hoc ſacramento. Pro quo ſciendum, ꝙ quinque ſumuntur in hoc ſacramẽto. Primũ eſt, ipſũ corpus ꝙ ſumpſit de Virgine, ꝙ Spiritus ſanctus de puriſsimo ſanguine Marię formauit. Secundũ eſt, ſãguis ipſius quẽ fudit in cruce. Tertiũ eſt, ipſa anima Chriſti, ꝗ pater miſit in corp⁹ in vterũ virginis. Quartũ eſt, vita cũ corpore. Quintum eſt, ipſa ineffabilis deitas. In primo cum

digne accipis corpus Christi, efficeris particeps omnium bonorum, q̃ Christus operatus est in vita sua ieiunando, discurrendo, prædicando, orando, vigilando, & sic de aliis, Insuper totius meriti passionis. nam *S. Tho. de Aquin.* dicit, quod in qualibet missa invenitur omnis fructus, & vtilitas, quem, vel quam Christ⁹ in die parasceues operatus est in cruce cum morte sua. Et in eandem gratiam, & fructum quilibet deuotus, qui digne communicat, percipit. Item accipis ibi in hoc sacraméto participationem omnium meritorum totius ecclesiæ, & sanctorum in cælo; hinc est quod in symbolo fidei catholicæ dicimus. Credo sanctorum communionem. vnde *Albert. magnus*: Per verum corpus Christi omnes nos omnibus Christi gratiis, & omnium fidelium communicamus: propter quod etiã communio dicitur. Ideo autem bonorum Christi, & omnium sanctorum meritis facit nos communicare, vt si quis deficit in singulis, per omnium sanctorum abundantiam suppleatur. Ibi in hoc sacraméto habemus virtutes Patriarcharum, reuelationes, & illuminationes Prophetarum, dignitates Apostolorum victorias Martyrum, sanctitatem Confessorum, munditias virginum charitatem Angelorum, & consequenter bona opera, & merita omnium electorum, quæ omnia à Christo in corpus eius mysticum fluxerunt, & de quolibet in quemlibet per charitatem Spiritus S. redundant. Vnde Iesus Christus potest dicere ad quemlibet digne communicantem illud, quod Iacob ad Laban dixit vt habetur Gen. 13. *Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es benedixitque tibi dominus ad introitum meum.* Secundo, cum accipis ¶ D sanguinem, mundaberis à peccato. vnde ad Heb. 9. *Sanguis Christi emundat conscientiam nostrã ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti*: quoniam si sanguis hircorum, & taurorum in veteri lege Iudæos mundauit, quanto magis sanguis Christi, qui effusus est pro peccatis nostris emundabit animas nostras, quanto est maior, & preciosior, & carior? Quæritur, vtrum in hoc sacraméto deleantur peccata venialia? Respon. secundum *Tho. in 4. di 12.* quod sic. Non tamen oportet, quod semper omnia venialia deleãtur, sed secundum mensuram deuotionis. Posset tamen tantus feruor esse, quod omnia venialia deleret. Item quæritur, vtrum per hoc sacramentum deleantur mortalia? Respon. secundum *B. Tho.* vbi sup. quod non deleantur mortalia, nisi oblita. vnde dicitur, quod absolutio scelerum dupliciter potest intelligi, scilicet, vel quod sic crimina absolueret, in quantum ea impedit, vel de his, quæ nõ sunt in hominis conscientia, vel memoria. Quod autem per hoc sacramentum scilicet, sumendo corpus, & sanguinem Christi

sti peccata deleantur, ostendit Chr. dicens: Honorabilis sanguis Christi quando cum bona voluntate sumitur, omnem ægritudinem animæ extinguere poterit, *Amb*. Debeo semper illud accipere vt mihi semper peccata dimittãtur. vnde etiam *Ber*. Eucharistiæ sacramentum potens est peccata consumere, debellare obuias potestates, & inferre cœlis animas reuertentes de terra. Tertio quando accipis animã Christi, tunc recipis pignus vitæ æternæ, si sic in tali statu decedis, vnde canitur de hoc sacramento, & futuræ gloriæ nobis pignus datur, quia hoc sacramentum dat vitam gratiæ in præsenti. Ioann. 6. *Qui manducat me, ipse viuet propter me.* In futuro dat vitam gloriæ, vnde etiam Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam.* vnde *Bed. in hom.* Pro obtinenda salute æternæ beatitudinis beatissima illa caro, & sanguis sumitur Saluatoris. Quarto accipis ibi spiritum Christi, id est vitam Christi & accipiendo sic vitam cum corpore mutaberis in Deum, sicut cibus, & potus mutatur in te. Vnde vox diuina ad *August.* dicit, Non tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me. Sic Christus dicit cuilibet digne communicanti. Non tu me mutabis in te &c. quia quicquid Deus est ex natura, hoc homo fit per gratiam, qui digne communicat. Cum autem Deus habeat potentiam infinitam, & sapientiam æternam, & immensam bonitatem, ex eius potentia homini in hoc sacramento communicata, erit homo potentior tam ad operandum, quam ad impetrandum, ex eius sapientia efficitur sapientior ad electionem boni, refutationem mali, ex eius bonitate homo fit magis pius, & charitatiuus, & pacificus. Quinto, recipiendo eius deitatem anima hominis impletur gratia, & dulcedine, quia nullus potest animam hominis satiare, nisi solus Deus, vnde *Bernar.* Ad imaginem Dei quippe facta est anima rationalis, ceteris omnibus occupari potest impleri omnino nõ potest. Capax enim Dei est & quicquid Deo minus est, non eam implebit. vnde psal. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Quantum ad tertium sciendum, quod licet nemo sciat certitudinaliter, vtrum dignus sit accedere ad eucharistiam, tamen de hoc sunt quædam signa, in quibus coniecturaliter potest homo seipsum probare, & sic confidens de misericordia Dei, secure accedere. Primum signum est, si quis de præteritis peccatis dolet, & de futuro cauere intendit, & paratus est satisfacere, & bonam voluntatẽ habet Deo à modo seruiendi. Secundum signũ, cum quis se promptum inuenerit ad bona opera, Vnde *Gr.* sup. Ezec. Habere charitatem Dei & gratiam, testis est bona operatio, quæ si fortassis defuerit profectò certum est, nec cognouisse Deum, nec diligere ipsum. Ergo

§ E

pigri, & diu dormientes non habẽt signum promptitudinis ad bona opera. vnde Gr. Amor Dei nunquã est otiosus, operatur enim magna, si est; si verò operari renuit, amor nõ est: ergo si sentis te ab intra moueri ad bona exercitia, & ad emendationem vitæ, quamodo velis sic viuere & sic vitam tuam ordinare, & sic Deo seruire: hoc bonum signum, quod Deus cum gratia sua illud operatur in hoĩe. Tertium signum, si quis verbum Dei libenter & delectabiliter audit, quia Deus est cibus animæ. vnde Io. 9. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Vnde Gr. Interroget se vnusquisq; si verba Dei aure cordis percipiat, & intelliget, vnde sit. Vnde quilibet cum magna reuerentia, & deuotione, & attentione debet verbũ Dei audire. vnde August. & ponitur etiam in decret. Non minus erit, qui verbũ Dei negligenter audit, q̃ ille, qui corpus Christi sua negligentia in terra cadere permiserit, *1. quæst. 1. interrogo.* Quartum signum, si quis inuenerit in se sitim temporalium rerũ diminutam: vt si quis inuenerit in se, quod ante carnisprivium desiderabat sex vel septẽ tunicas, & multas diuitias, & domos pulchras, agros plurimos, &c. & iam inuenerit in se, quod contẽtatur in his, q̃ Deus sibi administrat, & nihil cõtra Deum habere desiderat, sed confidit Deo, quod nunq̃ eum derelinquat, sed necessaria sibi prouideat, si ei fideliter seruiat. vnde Matth. 6. *Primùm quærite regnũ Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicietur vobis.* vnde etiam Psal. *Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet,* quod .n. gratia extinguit sitim tẽporalium rerum, ostenditur Ioan. 4. *Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, nõ sitiet in æternum.* vnde etiam Chr. *Non est super terrã, quod amat, qui donum Dei in veritate gustauerit.* Quintum signum est, si ex corde parcit læsoribus sic, quod nullam amaritudinem contra aliquem habeat, cui malum vellet fieri, & insuper in tali proposito stat, quod si grauius offendisset, etiã sibi indulgere vellet, vt sibi Deus propria peccata sua ignosceret, vel etiamsi aliquæ aduersitates sibi occurrerent, quod illas patienter vellet ferre, quia talia sine gratia habere non potest. vnde Arist. 8. Eth. *Triste fugit natura.* Insuper, si habet animum paratũ satisfacere proximis, quos læsit, siue in rebus, siue in fama, siue in corpore. Ista sunt quinq; signa, in quibus vnusquisq; cõmunicaturus, probare se potest. Item sciendum, quòd quilibet debet castè viuere ante communionem, & post cõmunionem. de consi. di. 2. *Oĩs homo ante sacrã cõmunionẽ à propria vxore abstinere debet trib. diebus, 4. aut 5. 6. 7.* ¶ Vnde legit̃, quod qdã in sabbatho sancto Paschæ propriã cognouit vxorẽ, à cuius ore, qñ in die Paschæ cõmunicare voluit, corpus Christi resiliit. Vnde confusus & contritus, postea confessionẽ fecit, & pœnitentiã egit, & dignè cõmunicauit.

Item

ITem pro secũdo sermone in hac die sunt tria dicenda. I. quomodo quatuor genera hominũ spiritualiter sumunt hoc sacramentũ, hodierna die institutũ, hoc q̃re inf. serm. 80. Q. II. quare hoc sacramẽtum hodierna die institutum sit quære infr. serm. 79. I. III. exemplum de milite, qui singulis diebus orauit quinque Pater noster, hoc quære infr. serm. 80. V.

IN DIE PARASCEVES. Sermo XLVIII.

De memoria Passionis Christi.

O *vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus*, Tr. 1. vnde Io. de S. Ge. Conueniens est, vt sentiat membrum, quod sentit caput, vt non sit distinctio in corpore. Si quidem patitur vnum membrum, cõpatiuntur oĩa membra: hoc aũt contingit, si non sunt paralytica. Nam membrũ paralysi occupatum, alterius membri dolorem nõ sentit. In verbis igitur ꝓpositis imitamur sentire in nobis, quod Christus sensit in sua passione, quia ipse est caput nostrũ, & nos sumus membra eius. vnde dicit ad nos: *O vos omnes, &c.* Vnde præsenti serm. dicendũ est de fructib. quos quis cõsequitur ex deuota meditatione passionis Christi. Primus fructus est cõuersio ad Deum, & auersio à peccatis, quia homo per meditationẽ passionis Christi disponitur ad contritionẽ, cõfessionẽ, & satisfactionem. Primo, ad contritionẽ, & in signũ huius petræ scissæ sunt, & terræ motus factus est: sic & peccator moueri debet ad contritionẽ, ne videatur esse durior lapidibus & immobilior terra. Item ad cõfessionem & in signum huius, sepulchra tẽpore passionis Christi apta sunt. Item disponitur ad satisfactionẽ, q̃ consistit in ieiunio, eleemosyna, & orõe, Nã Christus pro nobis ieiunauit, vt nos exẽplo ipsius pro peccatis nostris ieiunemus. Similiter eleemosynam largã dedit. vnde Ambr. in ser. *Autor pietatis in cruce pendens, testamentũ condidit, singulis opera pietatis distribuens, Apostolis persecutionẽ, Iudæis corpus, Patri spiritũ, virgini paranymphũ, latroni paradisum, peccatori infernũ, Christianis pœnitentibus crucẽ.* Similiter & orauit in cruce pẽdens, vt nobis orandi daret exemplũ. vnde Aug. *Tota vita Christi in terris, quã per hominẽ gessit, disciplina morũ fuit.* vnde et Greg. *Omnis Christi actio, nostra est instructio.* Ergo quicunq; cupit ad statũ veri pœnitentis peruenire, ad passionẽ Christi, debet recurrere, & sic in illa deuota meditatiõe misericordiam Dei implorare, vnde peccatores obstinati & indurati, si volunt misericordiã consequi, tunc debet se dare ad meditandũ passionẽ Christi. Secundus fructus est, K quod Christus de hoc hoĩe vitioso vult facere hominem virtuosum, qui libenter meditatur passionem suam: & hanc virtuosam vitam

vnusquisq; appetere debet, quia secundũ Arist. *9. Eth.* Virtuositas beatissima vita est. Vnde si es superbus, & appetis fieri humilis, tũc cogita passionẽ Christi, & humilitatem ipsius, tũc Deus dabit tibi humilitatem, & auferet à te superbiam. Similiter si auarus, tunc cogita paupertatẽ Christi: si iracundus, tunc cogita mansuetudinẽ Christi, & sic de aliis. Nam passio Christi est remedium cõtra oĩa alia vitia. Quod probatur sic. Nam primò cõtra inobedientiæ mãdatũ respice coronã spineam, cerebrũ perforãtem. Item contra superbiam & ingratitudinẽ, vide caput inclinatũ: Contra malitiam & liuorẽ, attẽde lachrymas & gemitus Christi: Contra detractiones & insidias, attẽde maxillas colaphizatas, & linguam pro inimicis orantem. Contra gulã, fel, & acetum: cõtra auaritiam, Christi nuditatẽ, paupertatem: contra inuidiã, brachiorum extensionẽ, & præcipuam charitatẽ: contra luxuriam, flagella, & vulnera: cõtra irã, lateris apertionẽ: contra acediam, clauos pedũ: quæ remedia, & alia infinita: contra bella vitiorũ reperiuntur efficacissima in speculo passionis Christi ꝓ nobis crucifixi. Vnde qcunq; vult vitia deponere, & virtutes acqrere, passionẽ Christi debet meditari. Tertius fructus est, ꝙ Christus vult facere firmam pacem inter hominẽ illum, & patrẽ suum omnipotentẽ, quia per mortẽ Christi pax inter Deũ & humanũ genus est facta. Et illa renouabitur per deuotam meditationẽ passionis Christi, sanctificationem in anima illius hominis facientem. Vnde Bonau. *Nihil ita in homine operatur vniuersalem sanctificationẽ, sicut meditatio passionis Christi.* Quartus fructus est, quòd omnis tribulatio erit hominis leuis ad portandũ, & quoties homo tristis rememorabitur passionem Christi, toties à Christo consolabitur, in quacunq; tribulatione vel necessitate fuerit. Vnde ipse dixit per Psal. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Ergo spirituale refugiũ tribulatis debet esse memoria passionis Christi. Nam si cui dolet caput, cogitare debet dolorẽ Christi, quem habuit, quando cum spinis coronatus fuit: si oculus vel facies vel manus, vel pes dolet, cogitare debet dolorem Christi, quem habuit in consimilibus. Similiter, si quis patitur sitim, frigus, vel aliàs tristatur, cogitare debet, ꝙ Christus eadem sustinuit. Vnde Isid. de sum. bon. *Si passio Christi ad memoriam reducitur, nihil tam durũ, quod non æquo animo tolleretur.* Vnde etiam Bern. *Quid est, ꝙ tibi suaue non videtur, si collegeris & memoratus fueris oẽs passiones & amaritudines Saluatoris?* Quintus fructus, ꝙ tali homini volũtas Dei notificabitur, ad cognoscẽdum, quid Deus velit, & cũ hoc datur, homini posse ad perficiendum agnitam DEI voluntatem. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere,

facere; ergo qui in dubiis est implicatus, recursum debet habere ad bonos & discretos viros, & principaliter ad passionem Christi, & debet dicere cum Propheta Dauid. *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Sextus fructus est, quod Christus vult dare tali homini deuotionem, & cum hoc vult exaudire ipsius orationē. Vnde quando quis est aridus ab omni deuotione, tunc debet habere recursum ad passionem Domini. Ibi enim potest haurire deuotionis dulcedinem. vnde August. in lib. de vigi. Inspice vulnera pendentis, sanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices resurgentes: caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexā dum, totum corpus expositum ad redimendum; heu quanta sunt, cogitare hæc, in statera cordis vestri appendite, vt totus vobis figuretur in corde, qui totus pro nobis fixus fuit in cruce. Similiter sciendum, quod quando quis aliquid seriose petere vult à Deo, siue sit pro seipso, siue pro aliis, siue etiam pro defunctis; tunc prius debet se dare ad meditandum passionem Christi, & sic in illa deuota meditatione debet Christo supplicare, & tunc omnino exaudietur, si aliqui salubre, & vtile petit. Septimus fructus est, quod Christus talem scripsit in triplici parte sui corporis, scilicet in manibus ad auxiliandum ei in omnibus angustiis, & necessitatibus in pedibus ad secum manendum, in corde, vt nunquam obliuiscatur sui; sed semper ei bonum optet. vnde Esa. 49. *Si obliuisci potest mater filii vteri sui, & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.* Octauus fructus est, quod homo per deuotam, & continuam meditationem passionis Christi, maiorem potest à Deo impetrare gratiam, quam si tota ecclesia, & omnes homines in hoc mundo existentes pro eo orarent. vnde Chry. super Matth. Nulla .n. res est, quæ magis ad salutem hominum pertineat, quam mors Christi. Nonus fructus est, quod præcellit ita meditatio alia bona opera, & exercitia corporalia; quia nihil est Deo tam acceptum & homini tam meritorium, post quam pœnitentiam egit de suis peccatis, sicut passionis Christi memoratio. vnde Albertus magnus: Simplex recordatio passionis Christi, *sicut quando homo cogitat lignum vel lapidem* tantum, plus valet, quam si integrum annum ieiunaret quis in pane, & aqua, vel si quotidie virgis, & flagellis cederetur vsque ad effusionem sanguinis, vel si quotidie legeret integrum psalterium. Decimus fructus est, quod continua, & deuota meditatio passionis Christi, est homini magis salutifera, quam si beata Maria cum omnibus sanctis pro eo intercederet, & hoc respectu passionis Christi, quæ infinita

nitæ est efficaciæ. Nam in orationibus sanctorum non consistit principaliter salus hominum sed in passione Christi. vnde Chry. super Matth. Omnis salus hominum in morte Christi posita est. Vndecimus fructus est, quod si homo aliquis negligenter vixisset, & tandē passionem Christi deuote recolerer, & pertractaret, per hoc tantum præmium adipiscitur, sicut alius qui non habuit tantam deuotionem ad passionem Christi, sed in aliis seruitiis & exercitiis Deo à iuuentute seruiuit, ergo qui negligenter vixit, recuperare debet neglectum ex vulneribus Iesu Christi. Vnde Bern. Scio, quod merita mea mihi non sufficiunt: ergo confidenter quod ex merito mihi deest, vsurpo mihi ex vulneribus Domini. Duodecimus fructus est, quod Christus illū, qui continue & deuote meditatus est passionem suam, in hora exitus sui vult ipsum lætificare in æterna consolatione. Et post mortem, æterna regna, & gloriam sempiternam sibi dare, & hoc est vnicuique homini summe necessarium: quod Christus sibi astet in tempore suæ mortis: quia tūc instat maxima tentatio homini. Vnde quilibet homo debet mori in meditatione passionis Christi & debet illa quinque habere, quæ Christus moriendo habuit, de hoc quære infra serm. cxxxv.D. Vnde nota exemplum, quod quilibet homo debet mori in meditatione passionis Christi. Vnde legitur, ꝙ quidam magnus peccator in agone constitutus, fuit percussus in repercussione peccatorum suorum, & in tali angustia dedit se ad meditandum passionem Christi, & singulis membrorum Christi in passionibus suorum membrorum iniquitatem adiunxit: vt puta, quando cogitauit suorum crinium ornatum, ad genas euulsas domini Iesu comparationem fecit, & vultus sui compositionem ad domini Iesu consputam faciem æquiparauit, & oculorum suorum vagam, & dissolutam visionem ad Christi Iesu oculorum, vel læsionem comparauit, & luxuriam, & delitias corporis flagellationibus Christi assimilauit, & gulam, & ebrietatem suam felli & aceto adiunxit, & sic de aliis, reddendo singula singulis. Et non est ambigendum quin salutem cum latrone obtinens, ab hac luce emigrauit. Postremo, quæritur vtrū homo plus teneatur regratiari Deo beneficiis creationis, quam de beneficio redemptionis. Respondetur, ꝙ homo tenetur plus regratiari Deo de redemptione, quam de creatione. vnde Amb. in libr. de virgin. Plus enim domine Iesu debeo tuis iniuriis, quibus redemptus sum, quam tuis virtutibus, quibus creatus sum. Non enim hoc prodesset, nisi & redimi profuisset. vnde Chry. super Matt. Nec est aliquid aliud, propter ꝙ magis Deo gratias agere debeamus

mus, quim propter mortem ipsius Quod autem Deo nihil sit tam acceptum, & homini tam saluti ferũ sicut deuota meditatio passionis Christi ostenditur in illo exemplo. Legitur enim; quod quidam eremita extitit sanctissimæ vitæ, qui instantissime dominum exorauit, vt sibi ostẽderet quod seruitium inter omnia seruitia sibi magis placeret, sed quia multum valet precatio iusti assidua, contigit quadam vice cum idem eremita esset in cella sua, & orando Deum honoraret, audiuit cuiusdam pauperis vocem, de quo multum admiratus surrexit tentãs quid hoc esset. Et cum exiisset, vidit hominem nudũ & pauperem frigore trepidantem & crucem magnum super se baiulantem, quem cum vidisset, dixit: Quisnam es, & vnde venisti? At ille respondit. De cœlo veni. & ille quis es tu? Respondit Iesus Christus Mariæ filius ego sum. Cui ille ait. Quid ô bone Iesu hic facis coram me miserrimo peccatore? Respondit. Tu me huc tuis orationibus compulisti. Nam diu me rogasti vt ostenderem tibi ꝙ seruitiũ inter omnia seruitia maxime acceptarem & nunc veni hoc tibi indicare: nam vides magnam crucem quã porto in humeris meis, & hoc est mihi acceptissimum seruitiũ, quod tu & quilibet homo mihi exhibere poteris, vt tollas crucem meam semper meditãdo quotidie passionem meam deuote, hoc N seruitium est mihi acceptissimũ. Sed diceret aliquis. Quem honorem debeo exhibere passioni Christi? Pro quo sciendum secundum Iord. Quicunque quotidie dixerit quindecim pater noster, per vnum annũ continuum, hic completo anno cuilibet vulneri Christi dixit vnum pater noster: ita quod quindecies tot sunt vulnera Christi, quod dies in anno accipiendo quamlibet plagam flagellationis pro vno vulnere, & puncturam cuiuslibet spinæ ꝓ vulnere vno. vnde versus. Septuaginta quinque quatercentum milia quinque. Tot fertur Christus pro nobis vulnera passus. Quæ quidem oratio multum efficax esse perhibetur. vnde Ber. nos ad deuotionem incitans dicit. Volue & reuolue huc, & illuc dominicum corpus, vbique inuenies dolorem, vbique cruorem. Vnde etiam Aug. Iesus dominus, qui cœlum diuersis vestiuit syderibus, nudus ventis, & ardorib⁹, & ad maioris pudoris cumulum per iudiciis ministros est cruci diris & magnis clauis affixus. vnde Ber. Christus ostendit nobis manus, vt faciamus, quæ fecit; lat⁹, vt sentiamus, quæ sensit; pedes vt ambulemus, quo perrexit. vnde idẽ Ber. in persona Christi in quodam serm. O homo vide, quæ pro te patior, nõ est dolor, sicut dolor, quo crucior; ad te clamo, qa pro te morior: vide pœnas, quib. afficior, vide clauos, quib. confodior, cũ dolor est tantus exterior interior est planct⁹ grauior, cũ te tã ingratum experior.

In Die Eadem Parasceues. Sermo. XLIX.

De Passione.

INclinato capite, emisit spiritum. Ioa. 19. Io. de S. Gemi. Mors Saluatoris charissimi, quam hodie recolimus, fuit vltima cõclusio dominicæ passionis, & fuit consummatio nostræ redemptionis, & fuit ostensio immensæ dilectionis, Siquidem completo certamine dominicæ passionis consummatoque opere nostræ redemptionis inclinauit caput, & emisit spiritum. Ergo dicitur in verbis præmissis: Inclinato capite &c. Ex quo in præcedenti sermone dictum est, quam salubre, & vtile est habere memoriam passionis Christi, tunc iam in sermone præsenti dicendum est, quod homo cogitare debet, dum videt crucifixi imaginem, & sic ex passione Christi deuotionem hauriat. Pro quo notandum, quod Christus pendẽs in cruce, quatuor habuit. Primo, habuit caput inclinatum. Secundo, habuit manus perforatas & extensas. Tertio, pedes confixos & affixos. Quarto, latus apertum. Caput habuit inclinatum primo in signum reconciliationis, tanquam osculaturus hominem, ad gratiam eum recipiendo. Multis enim annis Deus pater homini fuit inimicus, sed Christus per passionem reconciliauit hominem Deo patri Rom. 5. *Cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii eius.* Ergo in signum reconciliationis, Christus caput suum inclinauit in cruce, præbendo nobis osculum, imo etiam petit à nobis osculari dicens ad quemlibet peccatorem illud. Gen. 27. *Accede, & da mihi osculum fili mi*; & hoc fit per pœnitentiam, & emendationem vitæ; ergo peccator, quondam fuisti Dei inimicus, nunc per contritionem poteris Dei filius fieri, quondam à Deo per peccatũ recessisti, nunc autem accede per contritionem, & pœnitentiam: quia ipse est paratus te ad gratiam recipere, & tibi omnia peccata tua indulgere. Et hoc figuratum est nobis Lu. 15. de filio prodigo redire volente ad patrem: *cum adhuc longe esset, vidit eum pater suus, & misericordia motus est, & occurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Secundo, Christus habuit caput inclinatum tanquam nos salutaturus, bonum nobis optando. Solent autem homines salutando quadrupliciter bonum sibi inuicem optare, scilicet bonam diem, noctem, & bonum mane, & bonum vesper. Sic Christus de cruce optat homini bonam diem æternitatis; quam diem dedit latroni, cum dixit ei vt habetur Lu. 23. Amen dico tibi hodie me cũ eris in Paradiso. Item bonam noctem optat homini tempore præsenti aduersitatis, cum sibi dat gratiam & virtutem patientiæ, vnde Matth. 5.

Bea-

Beati eritis, cum maledixerint vobis homines & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me: gaudete, & exultate in illa die, quia merces vestra copiosa est in cœlis. Ergo ô homo noli timere aduersitates huius seculi, quia, & Christus propter te aduersitates sustinuit. Item optat homini bonum mane, scilicet operationis. vnde Ca. 7. Mane surgamus ad vineam; ô homo cogita quid Christus sustinuit tota nocte & mane hora prima pro te, & surge, & regratiare ei. Item optat homini bonum vesper, & hoc contingit in agone mortis; istud figuratū est Ioan. 20. vbi Christus, cum sero factum esset, venit ad discipulos suos, & dixit eis. Pax vobis. Sic, si deuo e eruis Christo passionem eius portans in corde tuo, veniet ad te per gratiam suam vltima hora mortis tuæ, & faciet tibi pacem, & defendet te, quod dæmones tibi nocere non poterunt. V. de Greg. Aliquando in consolationem egredientis animæ ipse apparere solet autor, & retributor vitæ. Tertio, habuit caput inclinatum tanquam pius dominus volens exaudire preces hominis. Solent enim principes seculi, quando aliquem pauperem petentem volunt exaudire, caput inclinare, & attente aduertere. Sic Christus rex gloriæ, volens hominem exaudire, caput inclinauit in cruce. vnde psal. *Inclinauit dominus aurem suam mihi, & in diebus meis innocabo eum.* quasi diceret. Ex quo video caput in cruce inclinatum certus sum, quod exaudiet me, & ideo confidenter inuoco. Quarto, habuit caput inclinatum tanquam gratias agendo, & Deum patrem benedicendo, ps. *In populo graui laudabo te.* Popul⁹ grauis fuit popul⁹ Iudæorū, qui grauis fuit Christus ad puniendum eum, inter iustum populū, Christus laudauit Deum patrem. Sed diceres. O Christe quomodo poteras gratias dicere Deo patri, qui tot pœnis te exposuit, nec ab illis te eripuit? Respondetur quod Christus gratias egit in tempore mortis sua principaliter propter duo. Primo, quia humanum genus redemit per suam amaram mortem ab æterna morte, & damnatione. Secundo, vt exemplum nobis daret, vt & nos Deo patri gratias ageremus, in tribulationibus nostris. vnde Grego. Rectæ mentis est Deum non solū in prosperis benedicere, sed etiam in aduersitatibus collaudare. vnde Cassio. super illud ps. *Voluntarie sacrificabo tibi.* Voluntarie Deo sacrificant qui inter angustias passionum iugiter Deo gratias agunt. Secundo, etiam Christus habuit manus perforatas & extensas; & hoc ad dandum, & protegendum, & ad vocandum, & ad percutiendum. Primo, ad dandum; vnde Prouer. vt Manum suam aperuit inopi. Quando enim diues extendit manus ad pauperem, signum

Nn 3 est,

est, quod sibi aliquid vult dare, sic Christus in cuius domo sunt diuitię & gloriæ extendit manus apertas, & perforatas ad nos in signum q; vult nobis omnia necessaria largiter ministrare, si boni serui ipsius fuerimus. vnde ps. *Nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem.* Vnde ipse etiam dicit. Matt. 6. *Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? scit. n. pater vester, quod his omnib. indigetis.* Ergo cõfidere debem⁹ Christo, qui vult nos nutrire de iustis bonis, & cauere nobis de rebus iniustis, cũ quib. saluari non poterimus. Secũdo habet manus extensas ad protegendum nos ab insidiis diaboli, & ab omni malo. Vnde ps. *Et in velamento alarum tuarum exultabo.* Nam sicut gallina pullos suos protegit sub alis, sic Christus sub laceratis brachiis nos protegit à cunctis periculis. Tertio, extendit manus ad vocandum hominem peccatorem ad se. Pro quo sciẽdũ q; Christus reuocat de cruce peccatoré ad se sicut auceps nisum suum, quando auolauit ab eo, tunc enim extendit manum & clamat, & si non redit, tunc accipit carnem sanguinolentam, & eam ostendit niso, vt visa carne redeat. Sic Christus vocans peccatorem, crucem ascendit, manus extendit, valide clamauit, & tandem sanguinolentas manus expandit, vt sic saltem peccator viso sanguine Christi, quẽ pro eo fudit, citius reuertatur. Sed heu, absurdũ est q; auis indomita in quatuor septimanis domatur, & instruitur, q; ad manum domini sui volat, sed peccator indomitus, quandoq; in viginti, & triginta, annis non potest domari cum omnibus beneficiis, vt ad Christum realiter, & veraciter redeat. vnde ipse conqueritur de multis peccatoribus, quos diu vocauit, & quibus multiplicia beneficia exhibuit dicẽs illud Prou. 1. *Vocaui, & renuisti, expandi manus meas, & non fuit, qui aspiceret.* Quarto, manus extẽdit ad percutiendũ peccatores induratos, & obstinatos, qui nolũt ad ipsum redire iam tempore gratiæ, nec possunt emolliri per beneficia Dei, nec per passioné Christi, nec pœnam inferni, nec per gaudiũ cœli. vnde ps. *Nõ est illis*, scilicet peccatorib. obstinatis, *commutatio.* gl. quia non commutantur in melius & non timent Deum. Extendit manum suam in retribuẽdo, sed qualis ista erit retributio? Respon. Sententia æternæ damnationis, cum qua percutientur à Christo in extremo iudicio, cũ dicturus est malis, & obstinatis illud Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Tertio, Christus habuit pedes confixos. psal. *Foderunt manus meas & pedes meos.* Pro quo sciendum, q; primo habuit pedes cruci affixos, in signum, quod vult manere nobiscum. vnde Matth. vlt. *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationẽ seculi*, ideo vocatum

catum est nomen eius Emanuel, id est, nobiscum Deus. Secundo, vt pedes nostros inferiores, id est affectiones cordis nostri, cruci Christi affigeret dicens ac si de cruce ad hominẽ diceret: Vide pedes meos corporaliter cruci affixos, vt exemplo meo interiores pedes tui cruci cõfigãtur, vt crux Christi nunquã à tuo affectu separetur, vt posis dicere illud ad Ga.2. *Christo confixus sũ cruci*. Tertio, vt nos perseuerãtiã in bono doceret, propter q, cum Iudæi clamauerũt: Si filius Dei es descende de cruce, noluit descendere, sed vsq; ad finem vitę in ea permãsit, vt nobis exemplum daret, vt perseuerare debeamus in bono vsque ad finẽ Greg. in li. 1. mo. Incassum bonũ agitur, si ante vitę terminũ deseratur. vnde Isid. de sum. bon. Tunc placet Deo nostra cõuersatio, quãdo bonũ, q inchoamus, perseuerãti fine cõplemus. Quarto, vt nobis viam ad cœlum ostenderet. Si .n. aliquis vulneratis pedib. procedit, & sanguine de pedib. eius fluente, via signatur, adeo q sequens errare nõ põt, si saltẽ vult inspicere vestigia: Sic Christus pedes suos transfigi fecit, vt ostenderet nobis viam ad cęlum, quæ non est alia nisi tribulatio. vnde Actuum.14. *Per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum cœlorum*. vnde Mat.7. *Arcta est via, quæ ducit ad vitam*. Quarto, dico, quod Christus habuit latus apertũ. Primo, vt dilectionẽ suam nobis exprimeret, vnde Ioan.15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam, vt animam suam ponat, quis pro amicis suis*. Non enim Christus cor sibi aperiri voluit in cruce, vt nobis ostenderet suam intimam dilectionẽ, ac si diceret. Ex corde hominem diligo, & hoc in apertione cordis ostendo. Circa q notandum est, q Christus valde accensus fuit in passione sua in amorem nostrum, quod per quatuor ostendit. ¶Q Primo, quia valde sudauit. Luc.22. *Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*. Quãdo.n. aliquis est circa paruũ ignem, tunc sudat in facie, sed quando stat circa magnum ignem, tunc sudat in toto corpore. Igitur magnus ignis in Christi pectore erat, quia toto corpore sudauit. Secũdum signũ est, quia valde sitiuit. Ideo dixit, vt habetur. *Ioan.19. Sitio*. homo enim valde inflammatus, consueuit esse sitibundus multum. Bernar. Sitio ait non debeo. O. domine, quid sitis? Et respondit in persona Christi: fidem vestram, salutem vestram, & gaudium vestrum, & plus salus animarum vestrarum, quam cruciatus corporis mei me tenet. Et si nõ mei, saltem vestri miseremini. Tertium signum est, quod totus in corpore rubuit ex eo quod totus sanguine rubens erat; homo.n. stans ad paruũ ignẽ rubet in facie, sed stãs ad fornacẽ rubet in toto corpore. Sed qa magnus feruor in corde Christi ar sit, ideo in toto corpore rubuit. & insuper vestes in cruce ferre non

potuit

potuit sed nudus crucem ascendit, ac si ipso facto diceret: Tanto igne charitatis ardeo, quod vestes ferre non valeo. Quartum signum est, quod latus apertum habuit ad ostendendum, vt nos ex corde, & feruenter diligeret. Secundo, latus apertum habuit, vt nobis sufficientiam satisfactionis pro omnibus peccatis ostenderet. vnde psalm. Apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio, Attende quam sufficienter Christus satisfecit. Nam quædam peccata sunt manifesta, quæ apparent exterius, quædam occulta, quæ latent in corde interius, vt ergo Christus ostenderet se sufficienter satisfacere tam pro manifestis, quam pro occultis peccatis; ideo exterius de corpore fudit sanguinem, & interius etiam de corde. Tertio, vt nos ad aperiendum sibi cor nostrum alliceret. vnde Can. 5. Vox dilecti mei pulsantis aperi mihi soror mea, columba mea, immaculata mea, quasi dicat: Aperi mihi cor tuum in deuotione, qui tibi cor meum aperui in passione. Nota quod Christus animam fidelem appellet sororem suam, propter naturæ suæ conformitatem, amicam propter sinceram charitatem, columbam propter operum fœcunditatem, immaculatam propter peccati immunitatem. Quarto, Christus latus apertum habuit vt homini refugium præpararet. Can. 2. *Veni columba mea in foraminibus petræ*: foramina petræ, sunt vulnera Christi. Columba secundum Greg. solet nidificare, in cauernis petræ, & cum videt miluum, refugit ad nidum, ne rapiatur à miluo: sic anima debet nidificare in vulneribus Christi, vt ad illa refugiat, cum diabolus vult eam ad peccatum trahere. Quod autem valde bonum sit ¶R homini venerari passionem Christi prætereundo imaginem crucifixi, ostenditur in iusto sequenti exemplo. Legitur de quodam eremita, qui longo tempore duxit asperam vitam, & cum quidã latro ad eum venisset, qui per multos annos homines spoliauerat, & latrocinia perpetrauerat, facta confessione nullam ab eremita voluit recipere pœnitentiam, nisi valde breuem. Tandem eremita iniunxit ei, vt quotiens in via aliquam crucem videret, flexis genibus dominicam orationem diceret, & ille latro dixit hanc pœnitentiam libenter accipiam. Et cum hanc pœnitentiam suscepisset, & paululum à cella eremitæ discessisset, tũc vidit hostes suos eum insequentes, quorum consanguineos iugulauerat & videns eos cœpit immediate fugere. Qui fugiens statim vidit crucem in via erectam, & sic flexis genibus cœpit orationem dominicam dicere. Et cum effugere, potuisset, mori maluit, quam pœnitentiam sibi iniũctam præterire. Et sic obtulit vitam suam Deo, & recomendauit, sibi animam suam, vt illam

illam pœnitentiam pro omnibus peccatis suis acceptaret, & cum sic in eodem loco ab inimicis suis occisus fuisset, tunc eremita vidit q. angeli Dei animam latronis susceperũt, & cũ magno gaudio immediate ad cœlũ deduxerunt. Quantum ad secundã partẽ istius sermonis, sciendũ est q. Christi passio fuit valde amara, imo amarissima propter nouem causas, & rationes. Prima ratio fuit, ex parte corporis, quia delicatioris naturæ fuit, quam cæteri homines, ex eo quod de purissimo sanguine Mariæ corpus ipsius à Spiritu sancto formatum est. Et hæc est vna ratio, quare Christus fuit pulcherrimus hominum sine omni deformitate, quia secundum Prophetã, Dei perfecta sunt opera, Spiritus sanctus operatus est corpus Iesu in vtero virginis. Igitur, &c. immo Christus delicatior fuit & tenerior in omnibus membris, imo etiam in pedibus & plantis suis, quam alius homo sit in facie sua, in qua tamen est tenerior caro in homine. Ergo sua passio fuit amarissima præ cæteris passionibus hominum. Hoc etiam probatur naturaliter, q. a si est aliquis homo grossæ naturæ, sicut rusticus, qui quandoq; tangit vrticas, vel vepres, minus inde læditur, quam alius homo delicatioris naturæ. Idem etiam patet ex hoc, quia aliqui qui sunt teneræ natura, valde & supra modum dolent quando cum virga verberantur, quod tamen aliqui, qui sunt grossioris naturæ modicum curant. Secunda ratio, propter animæ lympiditatem; quia Christus omnia sua vulnera sensit singulariter. In nobis autem non est sic, quia quando vnus nostrum habet quatuor vulnera, tunc vulnus in quo est maior dolor, magis sentit, & de eo plus conqueritur, & de aliis quasi nihil curat, quia hoc vulnus attrahit sensationem ad se; ergo de cæteris minus sentit. Modo vulnera in corpore Christi fuerunt quinque millia quadraginta & septuaginta quinque, accipiendo quamlibet plagam flagellationis pro vno vulnere, & puncturam cuiuslibet spinæ pro vulnere vno, & quodlibet vulnus intulit Christo singularem dolorem. Ergo passio Christi fuit amarissima. Tertia ratio, quia Christus fuit omni consolatione priuatus. Nam pater dereliquit eum. Ergo clamauit in cruce, heloy heloy &c. hoc est De' meus vt quid dereliquisti me. Vnde dicit per prophetam Ozee 13. *Consolatio est abscondita ab oculis meis.* Notandum, quod passio Christi excedit passionem aliorum sanctorum quantum ad dolorem, & amaritudinem, & signanter in hoc q. gaudium animæ non redundabat in corpus propter nimietatẽ passionis; sed oppositum est factum in aliis martyribus, in quibus interior consolatio redundabat in corpus exterius, & per hoc passio eorũ dulcorata fuit. Item à nullo ho-

minum habuit Christus aliquã cõsolationem exteriorem. vnde dicit. per Psal. *Quæsiui, qui consolaretur, & non inueni*, imo super hoc improperia, & opprobria sustinui, vnde Ps. *Improperium expectauit cor meum, & miseriam*. Hoc etiam patet in homine tribulato, qui quãdo consolatur ab aliis, tunc est sibi quædam subleuatio suæ tribulationis, sed quando super hoc deridetur tunc multo plus aggrauatur sua tribulatio. Quarta ratio est, sua innocentia. 1. Petr. 2. *Qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius*. Hoc patet, quia cum homo iniustæ læditur, & innocenter patitur, tunc plus dolet. Quinta ratio est, ex parte illorum, qui sibi martyrium intulerunt, quia Christus multa beneficia contulit eis in veteri, & nouo testamentis. Quia liberauit patres eorum de Aegypto, & eduxit eos per mare rubrum, & pauit eos manna in deserto quadraginta annis, & postremo introduxit eos in terram promissionis. Item in nouo testamento, scilicet in humanitate sua mortuos eorum suscitauit, cæcos eorum illuminauit, leprosos mundauit, & saluberrima documenta ipsis dedit, vnde Psal. *Retribuebant mihi mala pro bonis*. Sexta causa est, vtilitas mortis. vnde scriptum est. *Morte turpissima condemnemus eum*. Quia nullum genus mortis turpius tunc fuit quam mors crucis. Etiam circumstantiæ aggrauantes dolorẽ Christi fuerunt, societas, quia in medio duorum latronum fuit suspensus. Esa. 53. *Cum sceleratis reputatus est*. Item in conspectu matris, & aliorum præsentium nudus in cruce pependit. Item in tẽpore Paschali, cum alii homines habuerunt ¶T gaudium, ipse occisus est. Septima, est multitudo passionum. Nam in locis neruosis, & in omnibus sensibus, & in omnibus membris passus est. vnde Esa. 1. *A planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas*. vnde etiam Ber. in sermone. Caput quod spiritibus angelicis tremebundum est, dẽsitate spinarum pungitur. Facies pulchra præ filiis hominũ sputis Iudæorum deturpatur. Oculi lucidiores sole caligant in morte; Aures, quæ audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus; Os, quod docet angelos, felle & aceto potatur; Pedes quorum scabellum adoratur cruci clauis affiguntur; Manus quæ formauerunt cœlos, extensæ sunt in cruce, & clauis affixæ; Corpus verberatur, latus lancea perforatur. Et quid plura? non mansit in eo nisi lingua, vt pro peccatoribus exoraret & matrem discipulo commendaret. Octaua causa, propter laboris sui vacuitatem, quia tempore passionis cognouit, quod in pluribus hominibus frustraretur amara mors eius, cum tamen omnes redemit, & omnes cupit saluari. Psal. *Quæ vtilitas in sanguine meo?* vnde etiam Esa. 49. *In vanum laboraui &c*. & hoc heu

iam

iam patet in multis hominibus, qui raro cogitant de passione Christi, & ingrati sunt ipsi Christo, immo, quod peius est, plures peccatores ipsum Christum iterato crucifigunt cum suis peccatis, & blasphemiis. De quibus dicit Apostolus ad Heb. 6. Rursum crucifigentes filium Dei. Nona causa, quæ est super omnes causas iam dictas, est quod Iudæi se intromiserunt de honore, & potestate Dei patris. Item quod sapientiam filii reputabãt Iudæi insipientiam, & stultitiam. Item quod dulcedinem Spiritus sancti cõmutabant in amaritudinem, q̃ ipsi Iudęi spreuerũt opera Spiritus sancti.

V ¶ Quantũ ad tertiam partem huius sermonis, tunc quæritur, quot sunt documenta, quæ Christus docet nos in sua passione? Respondetur, q̃ septem. Primo, docet nos sibi gratias agere ꝓpter bona, quę consecuti sumus ex passione ipsius. vnde Aug. Nihil acceptius & laudabilius Christo offerre possumus, quam quod ei gratiarũ actiones referamus. Et merito, quia pro nobis pati voluit, qui sine peccato conceptus, & natus fuit, vt nos à nostris voluptatib. per suam passionem retraheret. Item in omnibus membris passus est, vt nostra mẽbra sibi seruire quodammodo deberent. Item totum sanguinem ꝓ nobis obtulit in pretium & lauacrũ, vt nos sanguinem nostrum & vires corporis nostri in eius seruitio cõsumere deberemus, Secundo, docet nos ipsũ diligere, quia ipse super omnia dilexit nos, & hoc ostendit in tribus, sc. in dignitate creationis, in assumptione carnis, & in tolerãtia passionis. De hoc quære infra ser. cij. O. Tertio, quantum odiat peccatum, ad quod delendum tam amaram passionem sustinuit. vnde Ber. Grauis animæ casus, qui non nisi morte Christi poterat expiari. Vnde Amb. Tantum fuit peccatum nostrum vt saluari non possemus, nisi vnigenitus Dei pro nobis moreretur. Imo adhuc in tantum odit peccatum mortale, quod hominem peccatorem, quem tam care redemit, in æternũ condemnat. O quam graue onus, & grauis offensa est peccatũ, quod quidam homines tã leue reputant, & tam parum formidant. Quarto, docet nos cognoscere quã gloriosum est regnum cœlorum, quia parua res non emitur care, sed vna gutta sanguinis Christi pretiosior est toto mundo. Quinto, docet nos fortificari ad sustinendum aliquod durum in corpore nostro ad honorem Dei propter salutem animarum nostrarum. vnde Isido. de sum bon. Si passio Christi ad memoriã reducitur nil tam durum, quod nõ æquo animo toleretur, parua. n. tolerantur si recordentur, quid ille sustinuit, qui nos vocat ad cœlum. Ille opprobria, derisiones, cõtumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam, crucemque sustinuit, & nos miseri ad nostram confusionẽ vno modico sermone fatigamur,

& vno solo verbo deiicimur. vnde si volumus cum Christo regnare, debemus cum eo hic pati, vt Apost. Corin. 1. Si socii passionum, erimus, & consolationum. Sexto, docet nos per quam viam itur ad cœlum, quia per tribulationem, & passionem. vnde: *Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam*? Et vbi caput intrauit, per eandem viam & portam oportet membra sequi. vnde Act. *Per multas tribulationes, & passiones oportet nos intrare in regnum cœlorum*. vnde August. Non putet quisquam vt sibi prosit Christi passio, nisi illis, qui sequuntur vestigia eius. vnde Gregor. *Si dulcia quærimus, necesse est, vt amara toleremus*. Septimo, docet nos Christus in passione sua largos esse, qa Christus quamuis in vita sua largus fuit, & multa beneficia dedit, tamen in morte quodammodo prodigus fuit, quia nihil sibi retinuit, sed omnia dedit, etiam vsque ad vestes. Nam Petro dedit ecclesiam, quando eum vicarium suum instituit, & regimen ecclesiæ sibi cōmisit. Ioanni Euangelistæ dedit matrem suam quando dixit in cruce: Ecce mater tua. Latroni Paradisum, cum dixit, hodie mecum eris in Paradiso. Patri cœlesti dedit animam suam, dicens: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Nicodemo, & Ioseph ab Arimathia corpus suum ad sepeliendum. Nobis sanguinem suū & omnia merita sua dedit. Et crucifixoribus dedit vestimenta sua. *Diuiserunt sibi vestimenta mea &c.* Non enim homo debet ad eleemosynas esse auarus, quando considerat, quod Christus in passione sua sic largus fuit. Vltimo sciendum, quod quilibet libenter debet venerari passionem Christi, & semper ei aliquid orare, & humiliter inclinare, quandocunque pertransit aliquam imaginem crucifixi; Vnde de hoc legitur vnum exemplum. Quod quidam Prior de ordine regularium, tempore quodam tanto sopore cœpit affici, vt nisi cito dormiret, moreretur, qui cum in lecto se reclinasset, mox quidam conuersus affuit, dicens: Domine cum licentia vestra vado. & ille quo vadis? Respondit conuersus: vado ad Deum, quia mortuus sum hac hora. Et Prior; cum multi perfecti transeunt ad purgatorium, quid est quod tu tam absolute dicis te statim iturum esse ad Deum? at ille: Habebam cōsuetudinem, vt quotiens transirem coram crucifixo, hanc dicerem orationem: domine per illam amaritudinem passionis, quam sustinuisti in cruce, & maxime, quando anima tua egressa est de corpore tuo, miserere animæ meæ in egressu suo, & exaudiuit orationem meam dominus, meique misertus est. Et ait Prior: Quomodo fuit tibi morienti? Respondit: Videbatur mihi in agonia, quod totus mundus esset lapis vnus & premeret pectus meum. Item,

Marginalia: Luc. 24. — Act. 14. — Greg. super Ezech. X. — Psal. 21. — ¶ Y — In Dialo. Cæsarii.

rem, si quis in meditatione passionis Christi primitus non sentiret dulcedinem, tamen propter hoc non debet desistere, sed perseueranter continuare. vnde de hoc legitur aliud exemplum. Quod in quodam claustro fuit iuuenis quidam bonæ indolis, huic iuueni erat studium in die ad minus semel percurrere passionē Iesu Christi, in quo studio tantam per medium annum circiter passus est difficultatem, vt quasi sibi non valeret huiusmodi meditationem, passionis domini nostri Iesu Christi arbitraretur. vnde cum postmodum quodam tempore in angulo chori conuersorum diutius, ac deuotius orationi incubuisset, diuinum implorans auxilium; Et cum ab oratione cessasset, surrexit & transiuit ante altare, & ecce dominus Iesus ibi stetit ante altare quasi pendens in cruce qui piissima brachia sua abstrahens à cruce, seruum suum amplexatus est & tanquam præcordialem sibi in signum mutuę familiaritatis eum ad pectus suum attrahendo strinxit, qui in illa hora tantam accepit à domino gratiam lachrymarum, vt infra matutinas vix aliqua hora oculi eius siccarentur. Ita, quoque in Christi postmodum seruiebat passionis meditatione, & tantam sensit in ea dulcedinem, vt & ipse palmam martyrii plurimum affectaret. Item, nota aliud exemplum de dulcedine passionis Christi. Erat quidam bonus homo qui multum dilexit Deum, & ob reuerentiam quinque vulnerum Christi, quotidie dixit quinque *Pater noster*. & huic apparuit dominus Iesus, & dedit ei de singulis suis vulneribus miram dulcedinem, ita quod omnia gaudia mundi despexit, & solummodo Deo seruire studuit, & in bonis operibus & virtutibus valde profecit, & sic vitam suam tandem in bono finiuit, & post mortem, cœlum intrauit. Item tertium sermonem de passione domini, quomodo Christus assumpsit decem defectus humanæ naturæ, quære supra sermon. 27. A. Item exemplum de passione domini de milite illo, qui quotidie quinque Pater noster orauit, quære infra sermone. 88. V.

In Dialo. Cæsarii.

IN DIE SANCTO PASCHÆ. Serm. L.

Quinquagesimos.

HAec est dies, quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea *Sciendū, q. præsens festiuitas præcellit alias festiuitates in solennitate, & iucunditate. vnde canitur per integram hebdomadam singulis diebus. *Hæc est dies, quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea &c.* Licet omnes dies fecit dominus, tamen singulariter istam dignificauit, & lætificauit per suam resurrectionem. vnde Augu. Quomodo glori- *Psal. 117.* ¶A *Aug. in ser. de reb. Dominis.*

osa virgo mater Christi inter omnes mulieres principatum tenet, ita inter omnes cæteros dies hæc dies resurrectionis omnium dierum mater est, vnde etiã Amb. *Resurrectio Christi defunctis est vita pœnitentibus est venia, sanctis est gloria.* Vnde merito dicitur: *Hæc est dies, quam fecit Dominus &c.* Lętari debemus hodie, quia superiores, id est, angeli lætati sunt de redemptione humani generis, & de reparatione suę ruinę, & de glorificatione Christi, nam omnes angeli superiores, inferiores, & mediocres multũ gaudent, & magnum gaudium habẽt de nostra redemptione, maius de sua reparatione, sed maximum de Christi glorificatione. vnde Greg. *Redemptoris nostri resurrectio nostra festiuitas existit; quia nos ad immortalitatẽ reduxit, & angelorum festiuitas existit, quæ nos reuocando ad cœlestia numerum eorum adimpleuit.* Item inferiores, id est, patres in limbo existentes gauisi sunt, qui erãt in magna desolatione, & erant in infimo loco, qui esse debebant in supremo, scilicet in cœlo. Item qui erant in caligine, qui esse debebant in aperta visione, hi lætificati sunt per descensum Christi, & resurrectionem eius. *Gaudium, & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus.* vnde canitur. *Aduenisti desiderabilis, quem expectabamus in tnebris.* vnde Aug. in serm. Ad imperium domini, ac saluatoris omnes ferrei confracti sunt vectes, & subito innumerabiles sanctorum populi, qui tenebãtur in morte captiui, saluatoris sui genibus obuoluti, lachrymabili obsecratione deposcunt, dicentes: Aduenisti Redemptor mundi, aduenisti, quem desiderantes quotidie expectabamus, aduenisti, quem nobis venturum lex annunciauerat, & Prophetæ, aduenisti donans in carne viuis indulgentiam peccatorum, soluens defunctos, & captiuos inferni. Et hi oẽs hodie in die resurrectionis valde exultauerunt, quia Christus eos de loco infimo extraxit, & in sua ascensione eos in cœlum deduxit, & suam beatam visionem eis æternaliter ostendit. Et consequenter mediæ creaturæ, id est, homines in terra existentes, hodie lætari debent; Primo, quia frater noster, id est, Christus, qui mortuus fuerat, reuixit. *Fili gaudere oportet, quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit.* Sic pater cœlestis dixit ad quemlibet Christianum quod enim fratres Christi sumus, ostenditur in euangelio. vbi Christus post resurrectionem suam dixit ad Mariam Magdalenam. *Vade ad fratres meos, dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum.* Secundo, quia peccata nostra nobis indulsit per illud sacrum tempus quadragesimale, & hoc per pœnitentiam quã egimus. Tertio, lętari debem⁹, quia suo pretioso corpore & sanguine nos hodie cibauit, & potauit in quo vniti sumus

Amb. super. Mat.

Greg. in Homilia Pascha.

Isa. 35.

Luc. 15.

Ioan. 20.

ſumus Deo. vnde merito gaudere debem⁹ quia dicit Apo. *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete.* Ad Phil. 4. Nā ad gaudium incitant nos hodie creaturæ. In Christi .n. reſurrectione omnia florent & gaudent. Iuxta ꝙ canitur. *Venit dies tua, in qua florent omnia.* Nam ſol maiori luce ſplenduit. vnde Maximus: In Christi reſurrectione elementa omnia gloriātur. Nam & ſolem ipsū arbitror clariorem ſolito in hac die. Neceſſe eſt .n. vt in eius reſurrectione gaudeat, in cuius paſsione condoluit. Itē iam illo tempore cœlum ſeruatur, terra arbores & flores incipiunt florere, ſimiliter, & aues incipiūt cantare, quæ oīa debent nobis eſſe incitamētum exultationis, & lætitiæ. Sciendum, ꝙ reſurrectio Christi eſt exemplar noſtræ futuræ reſurrectionis, quia ſicut Christus 1. Cor. 15. reſurrexit, ita nos reſurgemus. Sed quęritur, in qua ætate reſurgemus? Reſpondetur, ꝙ omnes reſurgem⁹ in ætate Christi, ſicut ipſe tempore paſsionis fuit, ſcilicet triginta triū annorum. Ratio huius eſt, quia tunc homo eſt in meliori, & perfectiori ſtatu. Sed omnes reſurgemus in perfectiori ſtatu. Item quæritur de quantitate reſurgentium. Reſpond. quod quilibet reſurget in ea quantitate corporis, ſicut creuiſſet, ſi ad perfectam ætatem perueniſſet, & nullum impedimentum ſui augmenti habuiſſet. Et ergo nō omnes reſurgemus in æquali quātitate, quia in præſenti vnus naturaliter maior eſt alio, ſecundū curſum naturæ; & omnia ſuperflua, ſicut quandoq; homines naſcuntur mōſtruoſi cum duobus capitibus, & vndecim digitis, hæc omnia per diuinam potentiam reſecantur, & hi defectus per eandem diuinam potentiam ſupplebuntur in his hominib⁹, qui defectuoſa corpora habuerunt. ſcilicet, qui caruerunt aliquib. membris. Vnde Amb. *In illa reſurrectione nulla alicuius remanebunt indicia læſuræ, nulla penitus apparebunt veſtigia vlcerum, aut debilitatū in carne.* Aug. *Reſurgent corpora ſanctorum ſine vllo vitio, ſine vlla deformitate, ſine vlla corruptione.* Sed in charitate etiam differunt, quia ſicut ſtella differt à ſtella in claritate, ſic vnū corpus glorioſum differt ab alio corpore in claritate. ſecundum ꝙ homo in pręſenti fuit perfectioris vitæ; quia claritas animæ redundabit in corpus. Et ſicut non oēs ſunt æquales meriti, ſic nec erunt æquales in claritate. Sciendū, ꝙ omnes reſurgemus tam boni, quā mali, cum eiſdē corporibus, & animab⁹, ſicut viuimus ſed erit magna diſtantia inter bonos & reprobos, quoad claritatem corporū, quia iuſti fulgebūt vt ſol, reprobi autē denigrabuntur ſuper carbones. Sed quo ad claritatē corporū electorum, tunc quatuor poſſunt cōſiderari in ſole, quæ quilibet iuſtus in corpore debet habere poſt diem, iudicii poſtquam reſurrexerit à mortuis. Primum, quod conſideratur

ratur in sole, est pulchritudo, vel claritas. Inter omnes creaturas, quas Deus creauit in mundo nihil est communiter ita clarum, & pulchrum vt sol, quia ipse est fons, & origo omnium luminum, hanc autem claritatem debent habere iusti post diem iudicii in corporibus suis. Corpus enim illud, quod modo est pallidum, & deforme, erit postmodum septies pulchrius, qam sol iam est; quia sol septies clarior fuit, quã iam est, antequam primus homo, peccauit Sed postquam Adam, & Eua perpetrauerunt peccatum, tunc perdidit sol suæ claritatis septem partes, & nisi octaua pars remansit sibi. Sed post diem iudicii erit vt prius fuit, & luna ita lucida,
Isa 30. sicut sol iam est. Vnde Esaiæ. *Erit lux lunæ sicut lux solis.* Vnde dico. Sicut sol fuit olim antequam primus homo peccaret, ita pulcher debet esse quilibet iustus homo in suo corpore vt dicit dominus in E-
Matt 13. uangelio *Tunc fulgebunt iusti sicut sol &c.* Secundum, quod consideratur in sole est agilitas, siue celeritas, quia ita agilis est sol, quod quã cito de mane oritur, emittit splendorem suum quasi per totam terram, & in vno breui tempore percurrit spatiosum, & latum mũdum; hanc agilitatem habebit quilibet iustus. Nota quod corpus nostrum quod modo graue est, & pigrum ad seruiendum Deo, & ad bona opera, & ad laborem, tunc erit ita agile, vt modo cogitationes sunt, verbi gratia. Ego cogito iam ad finem mundi, & quam cum iam illud cogitaui, tam cito cum corpore, & anima potero tunc esse in fine mundi, si voluero, vel vbicunque locorum. Vnde Aug. Vbi vult spiritus, ibi protinus erit & corpus, quia sicut iam potest videre homo cœlum, & immediate visum declinare ad terram: ita velox erit corpus glorificatum, quia similes erimus angelis, qui in ictu oculi possunt à terra ad cœlum volare, & è conuerso redire. vnde Ansel. In illa vita pulchritudo iustorum solis pulchritudini, qui septemplicitet, quam modo est, fuit splendidior, adæquabitur. Velocitas siue agilitas tanto nos concomitabitur, vt angelis Dei æque celeres simus, qui à cœlo ad terram citius, quam in ictu oculi dilabuntur, & è conuerso. Tertium, quod consideratur in sole, est subtilitas, sol enim tam subtilis est, quod nullum vitrum tam spissum est, quin splendor eius penetret. Et tam subtilis est, quod nulla christallus tam dura, & tam magna est, quin per ipsam splendeat. Et eandem subtilitatem habebit tunc quilibet iustus. Corpus enim, quod modo est ineptum, & grossum, tam subtile tunc erit, quod nulla res tam dura est vel forma, quin posit eam pertransire sine vllo impedimento. Vnde si posibile esset, quod murus ferreus de cœlo ad terram contingeret, per hunc posset homo iustus transire cum

corpo-

corpore & anima, ita facile, ac si ibi nihil esset. Quod hoc verum sit in testimonium habemus in Euangelio, q; Iesus ianuis clausis hodierno die ad discipulos introiuit, & *stans in medio eorum, dixit eis: Pax vobis.* Per hoc ostenditur, quòd nulla res tam dura & firma est, quin homo iustus possit pertransire cum corpore & anima post iudicium, quia eandem gloriam, quam Christus habuit in suo corpore post resurrectionem, quilibet iustus habebit post diem iudicii. Vnde Apostolus: *Saluatorem exspectemus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Quartum, quod consideratur in sole, est impassibilitas. Splendorem enim, qui à sole procedit nullus potest lædere, siue verberetur in ipsum, vel lapidibus iaciatur, hoc nihil potest ei nocere. Eandem impassibilitatem habebit pro tunc quilibet iustus. Nam illud corpus, quod iam ita fragile est, quod ipsum fames, sitis, æstus, frigus lædere potest, quod & mortale est imo, & quod mori oportet, tunc erit ita subtile & securum, & impassibile, quod ei nihil nocere potest. Nam si omnes gladii accipe-rentur, qui à principio mundi fabricati sunt, & percuterentur in vnum corpus glorificatum, nihil hoc lædere possunt. Nam omnes homines cum omnibus armis non possent ei nocere, quia corpus glorificatum erit immortale & impassibile, quod nec esuries, nec fames, nec sitis, nec frigus, nec aliquod incommodum poterit ei nocere, vnde, *Non esurient, neque sitient, neque cadet super eos Sol, neque vllus æstus.* Item: *Neque luctus, neque clamor, erit vltra.* Item corpus, quod iam est mortale, tunc erit immortale. Et Apostolus dicit de Christo: *Mors illi vltra non dominabitur.* Sic similiter intelligitur de quolibet iusto. Ergo nec mortem, nec quicquam mali timebunt amplius: *Præcipitabit Dominus mortem in sempiternum.* Quis tam stultus inter omnes, qui hanc gloriam & beatitudinem non quærat, vbi inuenitur omne bonum, & nullum malum, vnde Bern. Non surget ibi malitia, non carnis miseria, nulla ibi ægritudo, nulla necessitas, non ibi fames, nec sitis, nec frigus, nec lassitudo jeiunii, nec vlla tentatio inimici, nec peccandi voluntas, nec delinquendi facultas, sed tota lætitia, tota exultatio, homines Angelis sociati, sine vlla carnis infirmitate venerabuntur. Hoc iam dictum est de corporibus saluandorum. Nunc autem restat enucleare conditiones corporum condemnandorum. Pro quo sciendum, quod corpora damnatorum in resurrectione habebunt principaliter quinque conditiones. Primò, erunt valde difformia, quia sicut corpora electorum sunt valde clara, & lucida, sic corpora damnatorum erunt valde nigra & ob-

Ioan. 20.
Philip. 3.
Apoc. 7.
Apoc. 21.
Roman. 6.
Esaia 25.

ratur in sole, est pulchritudo, vel claritas. Inter omnes creaturas, quas Deus creauit in mundo nihil est communiter ita clarum, & pulchrum vt sol, quia ipse est fons, & origo omnium luminum, hanc autem claritatem debent habere iusti post diem iudicii in corporibus suis. Corpus enim illud, quod modo est pallidum, & deforme, erit postmodum septies pulchrius, qam sol iam est; quia sol septies clarior fuit, quã iam est, antequam primus homo, peccauit Sed postquam Adam, & Eua perpetrauerunt peccatum, tunc perdidit sol suæ claritatis septem partes, & nisi octaua pars remansit sibi. Sed post diem iudicii erit vt prius fuit, & luna ita lucida, sicut sol iam est. Vnde Esaiæ. *Erit* Isa 30. *lux lunæ sicut lux solis.* Vnde dico. Sicut sol fuit olim antequam primus homo peccaret, ita pulcher debet esse quilibet iustus homo in suo corpore vt dicit dominus in Euangelio *Tunc fulgebunt iusti sicut* Matt 13. *sol &c.* Secundum, quod consideratur in sole est agilitas, siue celeritas, quia ita agilis est sol, quod quã cito de mane oritur, emittit splendorem suum quasi per totam terram, & in vno breui tempore percurrit spatiosum, & latum mũdum; hanc agilitatem habebit quilibet iustus. Nota quod corpus nostrum quod modo graue est, & pigrum ad seruiendum Deo, & ad bona opera, & ad laborem, tunc erit ita agile, vt modo cogitationes sunt, verbi gratia. Ego cogito iam ad finem mundi, & quam cum iam illud cogitaui, tam cito cum corpore, & anima potero tunc esse in fine mundi, si voluero, vel vbicunque locorum. Vnde Aug. Vbi vult spiritus, ibi protinus erit & corpus, quia sicut iam potest videre homo cœlum, & immediate visum declinare ad terram: ita velox erit corpus glorificatum, quia similes erimus angelis, qui in ictu oculi possunt à terra ad cœlum volare, & è conuerso redire. vnde Ansel. In illa vita pulchritudo iustorum solis pulchritudini, qui septempliciter, quam modo est, fuit splendidior, adæquabitur. Velocitas siue agilitas tanto nos concomitabitur, vt angelis Dei æque celeres simus, qui à cœlo ad terram citius, quam in ictu oculi dilabuntur, & è conuerso. Tertium, quod consideratur in sole, est subtilitas, sol enim tam subtilis est, quod nullum vitrum tam spissum est, quin splendor eius penetret. Et tam subtilis est, quod nulla christallus tam dura, & tam magna est, quin per ipsam splendeat. Et eandem subtilitatem habebit tunc quilibet iustus. Corpus enim, quod modo est ineptum, & grossum, tam subtile tunc erit, quod nulla res tam dura est vel forma, quin posit eam pertransire sine vllo impedimento. Vnde si posibile esset, quod murus ferreus de cœlo ad terram contingeret, per hunc posset homo iustus transire cum

corpore & anima, ita facile, ac si ibi nihil esset. Quod hoc verum sit testimonium habemus in Euangelio, q. Iesus ianuis clausis hodierno die ad discipulos introiuit, & *stans in medio eorum, dixit eis: Pax vobis.* Per hoc ostenditur, quòd nulla res tam dura & firma est, quin homo iustus possit pertransire cum corpore & anima post iudicium, quia eandem gloriam, quam Christus habuit in suo corpore post resurrectionem, quilibet iustus habebit post diem iudicii. Vnde Apostolus: *Saluatorem exspectemus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Quartum, quod consideratur in sole, est impassibilitas. Splendorem enim, qui à sole procedit nullus potest lædere, siue verberetur in ipsum, vel lapidibus iaciatur, hoc nihil potest ei nocere. Eandem impassibilitatem habebit pro tunc quilibet iustus. Nam illud corpus, quod iam ita fragile est, quod ipsum fames, sitis, æstus, frigus lædere potest, quod & mortale est imo, & quod mori oportet, tunc erit ita subtile & securum, & impassibile, quod ei nihil nocere potest. Nam si omnes gladii acciperentur, qui à principio mundi fabricati sunt, & percuterentur in vnum corpus glorificatum, nihil hoc lædere possunt. Nam omnes homines cum omnibus armis non possent ei nocere, quia corpus glorificatum erit immortale & impassibile, quod nec esuries, nec fames, nec sitis, nec frigus, nec aliquod incommodum poterit ei nocere, vnde, *Non esurient, neque sitient, neque cadet super eos Sol, neque vllus æstus.* Item: *Neque luctus, neque clamor, erit vltra.* Item corpus, quod iam est mortale, tunc erit immortale. Et Apostolus dicit de Christo: *Mors illi vltra non dominabitur.* Sic similiter intelligitur de quolibet iusto. Ergo nec mortem, nec quicquam mali timebunt amplius: *Præcipitabit Dominus mortem in sempiternum.* Quis tam stultus inter omnes, qui hanc gloriam & beatitudinem non quærat, vbi inuenitur omne bonum, & nullum malum, vnde Bern. Non surget ibi malitia, non carnis miseria, nulla ibi ægritudo, nulla necessitas, non ibi fames, nec sitis, nec frigus, nec lassitudo jeiunii, nec vlla tentatio inimici, nec peccandi voluntas, nec delinquendi facultas, sed tota lætitia, tota exultatio, homines Angelis sociati, sine vlla carnis infirmitate venerabuntur. Hoc iam dictum est de corporibus saluandorum. Nunc autem restat enucleare conditiones corporum condemnandorum. Pro quo sciendum, quod corpora damnatorum in resurrectione habebunt principaliter quinque conditiones. Primò, erunt valde difformia, quia sicut corpora electorum sunt valde clara, & lucida, sic corpora damnatorum erunt valde nigra & ob-

Ioan. 20.
Philip. 3.
Apoc. 7.
Apoc. 21.
Roman. 6
Esaia 25.

obſcura. vnde Aug in lib. de natura Dei, ſic dicit: Si ignis iſte omnia lucida & decora deturpat & denigrat, quanto magis ignis infernalis vi eſt deturpans, obſcurans, & denigrans? vt exemplariter patet in igne ſancti Antonij, qui in præſenti valde deturpat & denigrat membrum, in quo eſt. Et idem etiam patet in ſole, qui ſic denigrat facies & corpora Æthiopum, quanto magis ignis infernalis denigrat facies & corpora ſuperborum, & reproborum: Iohel 2. *Omnes vultus redigentur in ollam.* Secundò erunt debilia, Iob. *Conſumet mors fortitudinem eius.* Exemplum poſſumus videre in debilitate præſentis vitæ, quæ ſic debilitat fortiſsimos in agone mortis, quòd nec ſtare, nec ambulare poſſunt, quanto magis illa mors amara, quæ eſt æterna, reddet illa corpora debilia ad reſiſtendum, & ad ſe mouendum. Tertiò, erunt valde grauia, quia eis datur locus infimus: Exod. 15. *Deſcenderunt in profundum quaſi lapis.* Vnde etiam Iob loquitur de peccatoribus in delitiis viuentibus, dicens ſic: Iob. 21. *Ducunt in bonis dies ſuos, in puncto autem ad inferna deſcendunt.* Quartò, erunt nuda ad confuſionem: Naum. 3. *Oſtendam in gentibus nuditatem tuam.* Et ſignanter illi peccatores, qui hic ſuperbiam cum veſtibus exercuerunt, & ſe ad complacendum hominibus ornauerũt, vnde: Sap. 11. *Per quæ homo peccat, per hæc & torquetur.* Quintò, erunt valde paſsiua, & plena omni miſeria, & tamen incorruptibilia: *Dabit Dominus ignem, & vermes in carnem eorum*, vt vrantur, & viuant, & ſentiant pœnas vſque in ſempiternum, Iudith. 16. habebunt enim fletum in oculis, ſtridorem in dentibus, fœtorem in naribus, vincula in pedibus & manibus, ignem in toto corpore. Pſal. *Repleta eſt malis anima mea*: Pſal. 87. & ſignanter in illo membro peccator maximè torquebitur, cum quo creatorem ſuum plus offendit: vnde Bernar. *In quo autem membro creator plus offenditur, in eodem peccator grauius torquebitur*: & hæc dicta ſunt de reſurrectione reproborum. ¶F Vlterius quæritur, quare Chriſtus primò reſurrectionem ſuam oſtendit mulieribus? Reſpondetur primò propter dignitatem, vt in hoc nobis exemplum daret, vt ob reuerentiam glorioſæ virginis Mariæ omnes mulieres honoremus, ſiue ſint maritatæ, ſiue viduæ, ſiue virgines, quia mortem, quam fœmina Eua intulit, fœmina Beata Virgo fugauit. vnde canitur: Paradyſi porta per Euam cunctis clauſa eſt, & per Virginem Mariam iterum patefacta. Secundò, quia voluit, quod reſurrectio eius manifeſtaretur aliis, ſed quia mulieres vix aliquid celare poſſunt, ſed quicquid audiunt, hoc ſtatim aliis manifeſtant: igitur &c. Exemplum legitur de quibuſdam monialibus in quodam monaſterio conſtitutis,

quæ

quæ inter se deliberauerunt, vt duæ ex ipsis deberent accedere ad Dominum Papam, & eis impetrare, quòd sibi mutuò possent confiteri, æstimantes indignum, quod sua secreta, & suas infirmitates vni viro, id est, sacerdoti, publicare deberent. Cùm autem ad Papam venissent, summus Apostolicus intelligens earum simplicitatem, & Diaboli fraudem, dedit eis vnam pixidem clausam, dicens, vt illam secum ad hospitium portarent, & de mane eam sibi sic clausam reportarent, & sic obtinerent, quod peterent. Quæ venientes ad hospitium pixidem diligenter inspexerunt, & eam libenter aperuissent, tandem vna dixit: Aperiamus eam, & videamus, quid in ea sit. Alia dixit: Non audemus, quia summus Pontifex Apostolicus nobis inhibuit. Tandem per tentationes victæ, aperuerunt eam, volentes simili modo recludere, & sic auis in ea reclusa aufugit, quæ perterritæ sunt, & cùm de mane redirent ad Papam, & ipse cognouisset factum, dixit eis: In hoc cognoscitur vestra instabilitas & infirmitas, sic faceretis vobis mutuo, si deberetis alterutram audire confessiones vestras. Cùm enim vna audierit aliam, illa nullo modo culpam alterius sibi confessæ obticeret. Et sic vacuæ redierunt ad sorores suas.

IN SECVNDA FERIA PAschæ, Sermo LI.

De signis dignæ communionis.

M*Ane nobiscum Domine:*) Hæc verba canit Ecclesia per illud sacrũ tempus Paschale vsque ad Ascensionem. In quibus verbis quilibet homo deuotè Christum petere debet, quem hodie in Sacramento sumpsit, vt secum maneat, quia non sufficit, quod quis Christum in sacro sumpsit, nisi secum eum retineat. vnde deuotè dicere debemus: *Mane nobiscum Domine.* Sciendum, quòd si quis Christum petere vult, vt secum maneat, necesse est præcognoscere, vtrum eum secum habeat, vt tunc dicere possit: *Mane nobiscum Domine.* Pro quo sciendum, quòd sunt septem signa, per quæ cognoscitur, vtrum quis dignè cõmunicauit, & quamdiu Christum apud se teneat, quia sicut vita corporalis cognoscitur, ita spiritualis, quam Christus præbet in hoc sacramento. vnde: *Qui manducat me, ipse viuet propter me.* Primum signũ est gemitus cõpunctionis, qa rectè, sicut fit de infirmo in agone constituto, cùm nõ scitur, vtrũ anima adhuc sit in corpore, tunc pennã ponunt ante os infirmi, & si anhelitũ trahit & emittit, est signũ, ꝙ anima adhuc sit in corpore, & ꝙ adhuc viuit. Sic si gemis de peccatis tuis cũ dolore cordis, signũ est, ꝙ dignè cõmunicasti, & Christus adhuc in te viuit, imò non solùm homo debet gemere pro peccatis suis in quadragesima, sed etiam debet dolere & pœnitere, quando recor- Luc. 24. ¶C

datur de peccatis suis, secundùm August. vsque ad mortem. Vnde etiam Hugo de sancto Vic. *Quando Deus in contritione absoluit hominem á peccatis, ligat eum vinculo perpetuæ detestationis*, vt peccatum semper de cætero detestetur; quæ videlicet detestatio non est aliud nisi pœnitentia. Quando autem homo desinit gemere, & delectationem de peccatis præteritis habere incipit, signum est mortis. Modò considera, quòd quandocunque gemis, & quandiu displicentiam habes, quando occurrunt tibi tua peccata præterita, signum est vitæ spiritualis, quæ est à Christo. vnde Bernard. Quanto magis homo peccata sua intelligit, tanto amplius suspirat & gemit. Qualiter autem gemendum est pro peccatis suis, Basilius ostendit, dicens: *Grandia peccata, grandia lamenta desiderant*. Secundum signum est color bonæ conuersationis, quia quandiu videmus hominem bene coloratum, dicimus, quòd non sit dispositus ad mortem: sic quandiu homo bene conuersatur, timens alios scandalizare, & DEVM offendere, signum est, quòd CHRISTVS adhuc est in anima eius: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui est in cœlis*. Ex quo sequitur, quòd quandiu conaris, verba, & facta, & mores tuos tempore & appetitis prodesse proximis ad gloriam DEI, CHRISTVS adhuc in te viuit. Et hoc homini multum fructuosum, & DEO valde acceptum est. Vnde Gregor. *Nullum omnipotenti Deo tale sacrificium, quale est animarum zelus*. Sciendum, quòd bonum exemplum in Ecclesia DEI est valde vtile, quia multi mali homines, qui DEVM non multum diligunt, in quadragesima jejunant, quia vident alios ieiunare, qui aliàs nunquam ieiunarent, quia inimici DEI sunt, nec de DEO multum curant. Item ad opera misericordię aliquando prouocantur: scilicet, quando vident alios eleemosynas dare, vel opera misericordiæ exercere. Item ad audiendum Missas, & verbum DEI, & sic de aliis bonis operibus. Vnde propter exemplum bonorum multi à peccatis conuertuntur, & sic saluantur, qui aliàs damnarentur, si exempla bona in aliis non vidissent. vnde Gregor. Nunquam peccatores ad lamentum pœnitentiæ redirent, si nulla essent bonorum exempla, quæ mentem eorum retraherent. Insuper mali prouocantur ad virtutes per bona exempla, sc. ad humilitatẽ & misericordiam, & sic de aliis. Ergo diues existens humilis, multa meretur propter exemplum, quia pauper ex hoc habet verecundiam in seipso, dum diues humiliter incedit, qui est potens, pulcher, bene natus, & bene posset superbiam exercere, & non vult, sed

Matth. 5.

Gregor. super Ezech. homil. 12.

sed humiliat se propter Deum & talis humilitas est valde laudabilis. Sic è conuerso superbia pauperis, qui nec habet diuitias, nec potentias, nec pulchritudinem est multũ reprehensibilis. vnde Ambr. non omnis paupertas est sancta, neque omnes diuitiæ criminosæ sunt, vnde Cass. Si pauper superbiat, non est Dei pauper; Et si locuples humilitatem diligat non est seculi diues. Voluntates talium sunt inspiciendæ non nomina. Item sciendũ, quod Deus multum diligit eos, qui dant bona exempla aliis, vt beata virgo Maria, quæ dedit exemplum humilitatis mulieribus, & virginibus exemplum castitatis, quia ipsa est speculum mulierum. Item Iob dedit exemplum patientiæ, Abraham obedientiæ, Ioseph & Susanna resistentiæ, beatus Nicolaus, & Dominicus dederunt iuuenibus exemplum deuotionis, & abstinentiæ; & sic de aliis. Vnde Chrysosto. in epistola: Benedicta anima illius cuius humilitas confundit alterius superbiam; cuius patientia proximi extinguit inuidiam. Amb. Sanctorum vita cæteris norma est viuendi. Item sciendum, quod homini valde est meritorium aliis hominibus dare bonum exemplum, quia ex hoc meritum, & gaudium eorũ augmentabitur continue in cœlo. vnde Cæsarius dicit. Quantis exemplum veræ humilitatis, & perfectæ charitatis ostenderis, cum tantis & pro tantis æterna præmia

Amb. super Ps. 118.

Cas. super Ps. 7.

possidebis, imo quantum hic præ cæteris tales per bonum exemplũ lucent, tantum præ cæteris in futura gloria lucebunt iuxta illud: *Fulgebunt iusti sicut sol.* Quantum enim hic sol lucet prę stellis, tantum tales lucebunt præ cæteris in cœlo. Ideo solicite dicit Apostolus. *Exemplum esto fidelium in verbo & conuersatione.* Non enim solum dicit in verbo, sed etiam in conuersatione. vnde Leo Papa in sermone. *Validiora sunt exempla, quam verba, & plenius docemus opere, quam voce.* vnde etiam Arist. Optimus est ille, qui non vtitur bonitate ad se solum, sed etiam ad alios. Item sciendum quod tria bona sequuntur ex bona conuersatione nostra. Primo, angelos lætificamus. vnde Apostolus dicit, quod mulier debet habere velamen super caput eius, & hoc propter angelos, quia pudicitia, & honestas multum placet angelis, sed impudicitia, & inhonestas multum displicet eis. vnde Ber. In quouis angulo, & quouis diuersorio, angelo tuo reuerentiam exhibe, nec audeas illo præsente, quod me vidente, non auderes. Secundo, ex hoc gratia conseruatur in homine. Tertio, quia proximus ex hoc emendatur & melioratur. Exemplum est de hoc, vt narrat Ia. de Vitri. quod quidam princeps latronũ, regionem in qua habitabat totam deprædabat, hos spolians, illos iugulans. Audiens hoc quidã Abbas, & ad eum accedens, sta-

Mat 13.

Apost 1. ad Tit. 5.

Arist 5 Ethic.

tim ab eo, & sociis suis capt⁹ est, & Abbas quæsiuit quid vellent? Illis respondentibus, equũ vestrum, & vestes vestras, Abbas dixit. Bona Dei sunt communia, ego iam his pluribus annis vsus sum, iustum est vt & vos eis nunc vtamini. Tunc dixit princeps latronum: Hodie totum vendemus, & ememus necessaria ad victũ. Tũc Abbas: Fili, quare tãtum laboras, & exponis te periculo pro victu tuo, veni mecum ad monasterium ego bene procurabo tibi. Cui ille: Ego non possum comedere fabas vestras, & olera, nec bibere cereuisiam vestram. Respondit Abbas, ego dabo tibi bonos pisces, carnes, & bonum vinũ. Tandem acquieuit ire ad probandum quid ei Abbas faceret Qui fecit ei præparare pulchram camerã, & pulchrum lectum assignans ei monachum, qui ei seruiret, & omnia, quæ desideraret, præpararet ei. Et die postquam latro comederat, monachus ex pręcepto Abbatis coram eo tantum panem, & aquam comedebat. Cum ergo ille monachus pluries hoc fecisset, latro quæsiuit ab eo: Frater quid fecisti quod omni die sic te affligis, interfecisti ne homines? Cui monachus, absit domine, quod unquam contristauerim hominem. Rursum latro: Si fornicationem adulterium, sacrilegium commisisti? Tunc monachus præ admiratione se signans ait: Domine quid dicitis? à pueritia hoc monasteriũ introiui, & fœminam non tetigi. Cui latro. Quare ergo te affligis? ait: vt habeam Deum mihi propitium. Tunc latro intra se compunctus, dixit: quã miser, & infelix ego sum, ꝗ tot mala, furta, homicidia, adulteria, & sacrilegia feci, & nunquam ieiunaui, & vocato Abbate, cecidit ad pedes eius, & petiit vt reciperetur ab eo. Qui postea in monasterio adeo se afflixit, ꝗ in abstinentia & religione omnes alios superaret. Tertium signum est per tactum, id est, per patientiam in aduersis. Medicus tactu sentit an infirmus dispositus sit ad mortem, item si homo tangitur ad venas tribulationis, sentitur per patientiam, an viuat. vnde Greg. *Qualis vnusquisque apud se lateat, illata contumelia probat*. Deus enim omnipotens tangit homines per tribulationem & infirmitatem, vt probet, an sit vas plenum gratiæ, & virtutum, vel vacuum; quia vas plenum non remurmurat, sed vacuũ cum tangitur, reclamat: Sic similiter est de hominibus gratiam habentibus, & ea carentibus. vnde Aug. Afflictione mali Deum detestantur, atq; blasphemant, boni vero Deum precantur, & laudant. Itẽ Deus tãgit hominem cum tribulationibus, & probat vtrum sit filius eius, an non. Vnde dicit Isaac ad Iacob filium suum: Accede, vt tangã te, & probem vtrum sis filius meus, an non. Sic Deus potest dicere ad quemlibet hominem tribulatum. Sciendum, quod melius est

Aug. li. 1. de Ciui.

Gen. 27.

est infirmitates ferre, quã bona opera operari. Item sciendum, q, sunt aliqui, qui se æstimãt esse bonos, & vix vnum verbum contrarium sibi, patienter sustinere volunt, sed immediate commouent se, & alios pertu bant, & hi veraciter boni nõ sunt. vnde Gregor. Quia status patientiæ per linguarum vulnera corruit, ipse sibi testis est, quod contra manifestæ persecutionis gladium non subsisteret. Quartum signum fit per gustum diuinæ dulcedinis, quandiu enim homo potest comedere, & bibere, & habet saporem, est bonum signum vitæ, sanitatis corporalis. Sic est de gustu spirituali, qui est prægustatio vitæ æternæ, & earum rerum, quæ perducunt ad cœlestem patriam. Ergo signum dignæ communionis est, si dulce est tibi cogitare de gaudiis æternis, & de visione diuina *Quoniã mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna &c.* Item cogitare de beata Virgine, & Apostolis, & cæteris sanctis, quomodo ibi à quolibet habebimus spirituale gaudium. Item de passione Christi, qua Christus nos redemit, cuius & memoriam nobis in sacramento eucharistiæ reliquit. Item si dulce est tibi audire verbum Dei, & ea, quæ sunt salutis: Gregorius. Cibus mentis est verbum Dei. Ista omnia ostendunt sanitatem animæ. Sed si nõ sapiunt tibi æterna, nec verbũ Dei nec passio Christi, nec alia spiritualia, signum est, quod te repleuisti mundanis & corporalibus voluptatibus. *Animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt.* Ergo quando das te ad illicita mundi gaudia, & ad voluptates corporis, tunc Christũ expellis Ber. Quomodo ignis, & aqua simul esse nõ possunt, sic spirituales, & corporales delitiæ in eodem se non cõpatiuntur. Gaudium diuinæ dulcedinis non degustas, si carnali delectatione cor n aculas, sed aliqui vellent libenter ambas habere scilicet carnis delitias, & spiritualem dulcedinem. Non enim libenter carent delitiis corporis, sed corpus mollibus, & preciosis, & superbis vestibus vestire volunt, & bene comedere, & diu dormire appetunt, & cum hoc Christum, quẽ in sacramento sumpserunt, in se retinere volunt. Sed non sic, quia nemo potest duobus dominis seruire. *Et si secundum carnem vixeritis, moriemini,* Ambr. *Impossibile est hic implere ventrem, & ibi mentem:* Item per gustum illum etiam intelligimus. si visa, vel audita proximi sunt sibi dulcia id est, quod omnia interpretatur in bonum, quæ audit, vel videt à proximis. Hoc est signum bonum quia Iesus Christus, qui adhuc in illo homine viuit, & conuertit sibi ora, verba, & opera in mel dulce, sed quando quis dicta, vel facta proximi interpretatur in peius: malum signum est propriæ iniquitatis. vnde Chrysostomus. Omnis homo secundum se æstmat alterum.

Greg. 16. Moral. — *Ps. 89.* — *1. Cor. 2.* — *Aug. 2. Confess.* — *Rom. 8.* — *Chry. super Matt.*

Item

Item Christo. Sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui bonus est, sic difficile suspicatur aliquẽ bonum ipse, qui malus est. Quintum signum fit per verbum rectæ locutionis, & per auditum. Nam cum infirmus adhuc perfecte, & plene loquitur, spes est de vita ipsius, sed cum vix, & imperfecte loquitur, timetur de eius morte: sic spiritualiter intelligendum est de homine. Vnde locutio recta est libenter orare, & Deo gratias agere vnde August. Oratio tua est locutio ad Deum, quando legis, Deus tibi loquitur, quando oras, cum Deo loqueris. Item recta locutio est libenter loqui de diuinis, & spũalibus, & honestis rebus. *Ex abundantia cordis os loquitur.* Et hoc patet in bonis hominibus, qui frequenter nominant Iesum, & Mariam, & alia spiritualia, & honesta verba, quia habent bona, & pudica corda. vnde Chrys. Quale cor habet vnusquisque, talia verba loquitur, & opera facit, sed quando infirmus impedite loquitur, signũ est mortis, sic cum quis loquitur verba detractoria, verba scurilia & impudica, signum est mortis spiritualis in anima, quia sicut homo habet se ab intra in corde, sic se ostendit ab extra in verbis, & opere Vnde Arist. Qualiscunque vnusquisque est, taliter dicit, & taliter operatur, & taliter viuit. Similiter intelligendum est, de auditu, quia cum homo appropinquant morti, tunc non habet clarum auditum, & perfectum; sic spiritualiter si libenter audis verbum Dei, & cætera bona, quę sunt salutis signum est dignæ communionis, & vitæ spiritualis. vnde Io. *Qui ex Deo est, verba Dei audit*, sed quando homo libenter audit verba detractoria, verba scurilia, & luxuriosa, signum malum est. Sextum signum est, motus bonæ operationis. Exemplum de muliere imprægnata, quæ sentit se grauidam per motum pueri, sic si agilis es in bona operatione. *Si spiritu viuimus spiritu ambulemus*, quia sicut agilitas in mẽbris est signum sanitatis, sic si es agilis in bona operatione, signum est dignæ cõmunionis. Sed cum incipit homo tepescere, & mane, diu dormire, & breue est sibi tempus sedere in tabernis, & potare, sed in his, quæ Dei sunt tædium habet, malum signum est. vnde Leo Pap. in sermone. *Non prouenit dormientibus regnum cælorum, nec otio, & desidia torpentibus, beatitudo, æternitatis promittitur.* Sciendum, quod Iesus Christus ab intra monet illos, qui digne communicauerunt, qualiter amplius debeat se regere & à peccatis cauere. Ergo si si tu sentis hoc in te, quod moueris ad bona opera, signum est dignæ communionis. Chrys. Qui habent spiritum Dei, non sunt contenti sedere otiosi, sed spiritus, qui est in eis, vrget eos aliquod bonum apprehendere. Gregor. Charitas Dei

Matt. 12. Arist. 4. Ethic. Ioan. 8. Galat. 5.

non

non est otiosa, operatur enim magna, si est, &cæt. Septimum signũ est, calor naturalis, quia quamdiu homo habet calorem naturalem, signum est vitæ, sic spiritualiter, si homo habet calorem spiritualem id est, amorem Dei & proximi, signum est vitæ spiritualis. vnde August. *Vita animæ amor est, qui non amat mortuus est*. Greg. in Homil. *Probatio sanctitatis non est signa facere, sed vnumquemque vt se diligere*. Aug. Dilectio sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli, vnde sciendum quod ex charitate debemus compati fratribus nostris, & proximis, & eos non despicere in defectibus suis. vnde Greg. Omnes fratres sumus, Dei potestate conditi, & eius sanguine redempti, & idcirco fratres nostros quãtumlibet pauperes & abiectos, in nullo despicere debemus; & talis compassio proximi, est signum sanctitatis in ipso homine. vnde Greg. *Tãto quis perfectior est, quanto perfectius alienos dolores sentit*: imo naturale est, quod vnum membrum compatitur alieno membro. *Si patitur vnum membrum, compatiuntur ei & omnia membra*. Ergo qui non compatitur proximo, est tanquam membrum abscissum à mistico corpore Christi; quia Christus est caput, & Christiani in gratia existentes, sunt membra eius. vnde Greg. Non aliter redemptoris nostri membra efficimur, nisi adhærendo, & compatiendo proximo.

Greg lib. 13. Moral.

1. Cor. 12.

Et illam charitatem & compassionem proximis debemus ostendere factis. Greg. Nunquam vere cõpatitur, qui, quod necesse est proximo, negat. vnde Io. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit proximum suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, ¶ quomodo charitas Dei manet in illo? Sed vltimo sciendum est, ex quo charitas Dei, & proximi est signum dignæ communionis, & vitæ spiritualis, tunc oritur quæstio, quæ sit charitas sufficiens, quo ad Deum, & quo ad proximum? Respond. q; ad hoc, quod charitas sit sufficiens quoad Deum, & quoad proximum tria requiruntur. Primo, vt dimittat homo omne mortale peccatum ad minus pro dilectione Dei, si hoc noluerit, saluari non poterit. vnde ps. *Qui diligitis dominum odite malum*, qui enim non odit malum, non habet veram dilectionem ad Deum, sed simulatam. Si enim non dimittis omne peccatum mortale, quicquid pro dilectione Dei facis, non tibi sufficit. Si ergo dicis: hoc vel illud dimittere non valeo. Respondeo; adhuc; vere non diligis Deum. Si enim vnam guttam veræ dilectionis haberes ad Deum, totum mundũ (si Deus præciperet) dimitteres propter eũ quia vt dicit Aug. Vna gutta charitatis maior est oceano. Secundo, necessarium est, vt pro eius dilectione ob contemptum sibi illatum per peccatum, aliquem ho-

Ioan. 3.

Psal. 96.

norem sibi exhibeas per aliqua bona opera & pœnitentiam, aliter dilectio tua tibi nō sufficit, nec est vera
Ps. 30. *Declina à malo, & fac bonum*, quia non sufficit mala dimittere, sed oportet bona facere. Gre. Probatio dilectionis est, exhibitio operis. Vnde cum quilibet terrenus dominus, qui est contēptus & offensus vult, vt sibi aliquis honor exhibeatur, ipse Christus, qui est dominus dominorum, vult hoc idem. Sed sunt quidam, qui pro omni contemptu, & pro omnibus peccatis suis, non solum non magnam satisfactionē, vel gloriam illi exhibere volunt, imo, nec vnam veram contritionē sibi dare dignantur, nam illam acceptaret vbi aliud habere non posset, secundum illud Ps.
Psal. 50. *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies*. Date ergo illi hanc, si non vultis, vt illi magni Sancti, pro dilectione eius mortem pati, mundum relinquere, omnia pro Deo dare, saltem hoc minimum tribuite, vt per hoc sanet omnia vulnera animæ vestræ.
Hier 3. *A vulneribus tuis sanabo te*. Psalm.
Psal. 146. *Qui sanat contritos corde*.
Matt 5. *Beati qui lugent*, sed qui nunc non tantum dare volunt pro eius dilectione, vos iudicate, si filium vere diligant. Vere non credo, quod vlla in his scintilla charitatis flagret. Tertio, quod pro eius dilectione ad proximum habeas fraternam charitatem, vt ei bonum appetas, & quicquid vis ab eo supportari hoc illi non facias, & cum læsisti in fama vel in rebus, vt sibi satisfacias, & si in aliquo læsit vel offendit, hoc ei ex corde indulgeas, aliter vere non diligis. *Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem*, 1. Cor. 13.
ad proximum, scilicet, *non habeam nihil mihi prodest*. *Qui non diligit fratrem, manet in morte*. 1 Ioan. 3.
Et hæc illa charitas, sic regulata secundum tria iam dicta, est charitas sufficiens ad salutem, & ducit ad gloriam.

IN EADEM SECVNDA feria, Serm. LII.

De recidiuatione.

MAne nobiscum Domine. In quibus verbis monemur ne ab opere bono iam incepto desistamus, sed vt in bono perseueremus. Luc. 24.
Vnde Chrysostom. *Non incepisse, sed profecisse virtutis est*. vnde Isid. de summo bono: tunc Deo placet nostra cōuersatio quādo bonū quod inchoamus, perseuerāti fine complemus, & hoc fieri non potest, nisi Christus nobiscum maneat, & nos adiuuet. Ergo deuote dicere debemus: *Mane nobiscum &c.* Secundo, quod homo septem magna pericula incurrit, qui post festum Paschæ recidiuat, quæ pericula quilibet diligenter attendere debet, ne recidiuet, & Christum à se expellat. Primum damnum est quod recidiuatio aufert homini fructum præteritæ contritionis, confessionis, & satisfactionis, imo

imo si tot bona opera quis haberet, quot beatus Petrus Apostolus, insuper si tot merita, & bona opera quis haberet, quot sunt stellæ in cœlo, & quot arenæ in litore maris, totum annihilat & omnia perdit, sic quod sibi omnia ista nihil ad salutem proficiũt, si sic decedit. *Si iustus auerterit se à iusti-*
Ezech. 18. *tia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius (quas operatus est) non erunt in memoria*, & hoc intelligitur, si homo sic moritur, sed si post recidiuationem è conuerso resurgit per pœnitentiam, tunc omnia illa merita & bona opera, quæ ante peccatum fecit, reuiuiscunt, & erunt sibi meritoria. Sed illa bona, quę homo fecit interim quãdo scienter fuit in peccatis mortalibus, non reuiuiscunt, sed mortua sunt. vnde versus: Viuere non poterunt, quæ nunquam viua fuerunt. Secundo, recidiuatio vilificat hominem ad modum canis. *Quasi canis,*
Prou. 26. *qui reuertitur ad vomitum, sic homo imprudens qui iterat stultitiam suam*; sic peccator si mala, quæ per confessionem euomuit iterato committit, facit sicut canis, & eis similis erit. Sciendum, quod recidiuans tam miser & indignus est, quod nullius boni nec spiritualis, nec temporalis dignus est, nec est dignus cum pedibus suis terram calcare, nec lumen cœli videre, & sic de aliis, quia indignior est o-
Arist 5. Ethic. mnibus creaturis corporalibus: Prauus homo deterior est bestia; Ergo cũ in gratia es; tunc es dignus omni bono regno cœlesti & vsu creaturarum, quia Deus creaturas propter hominem creauit, vt eis vtatur, & inde Deum laudet. Sed post recidiuationem non es dignus vsu alicuius creaturæ, quia omnis creatura Dei bona est, & cum tu malus sis; ergo &c. Sicut optimum Arist 7. Polit.
animalium est homo fruens lege & iustitia, sic pessimum omnium animalium est homo à lege, & iustitia separatus. Vnde etiam Dominus loquitur ad animam recidiuantem: *quam vilis facta es nimis ite-* Hier. 2.
rans vias tuas. vnde etiam Augustinus: Quid vis rursum ingerere quod noxium fuerit tibi, Canis reuertens ad vomitum suum, & sus in volutabro luti?. Bruta animalia, vagę aues in easdem pedicas, & eadem retia non incidunt. Tertio quia recidiuans in maiorem potestatem diaboli incidit, & postmodum fortius à diabolo possidetur; sicut miles qui amisit castrum, & recuperat illud, postmodum melius custodit; & fortius possidet, ne iterum amittat. Sic diabolus facit, qui hominem per pœnitentiam perdidit, & postea per recidiuationem recuparat. Item recidiuans facit sicut ille, qui euasisset captiuitatem sui maximi inimici, & postmodum traderet se ei sponte in eandem captiuitatem; Sic recidiuãs, qui euasit potestatem diaboli, & etiam infernum per misericordiam Dei, & per pœnitentiam, quã egit

è conuerso dat se sponte per recidiuationem in captiuitatem, & potestatem diaboli, & submergit seipsū in profundum inferni. *In puncto ad inferna descendunt.* Qui peccatum peccato addit, funem nectit, cum quo ligatur. Quarto, recidiuans fit impotens ad resurgēdum, sicut infirmitas iterata, vel vulnus curatū, quando renouatur, postmodū difficilius sanatur, sic similiter est de homine recidiuante. *Erunt nouissima illius hominis peiora prioribus.* In signum cuius dixit Iesus cuidam sanato: *Ecce sanus factus es, caue ne pecces, ne deterius aliquid tibi contingat.* Item est magna crudelitas, quam recidiuans exercet in suam propriam animam. v.g. Si quis vulnera fratris sui carnalis iam sanata renouaret, magna crudelitas esset; maior, si vulnera patris sui vel matris suæ, &c. quanto maior est, quando hoc faciet animæ suæ, quā plus diligere debet quam patrem vel matrem, & hoc propter dignitatem ipsius animæ. Vnde Aug. loquens de dignitate ipsius animæ dicit: Sicut Deus omnem creaturam, sic anima omnem corpoream creaturam natura & dignitate præcellit. Vnde etiam Bernardus. Totus mundus ille pretium vnius animæ æstimare non potest. Non enim Deus pro toto hoc mūdo animam suam id est, vitam suam daret, quā tamen pro anima humana dedit. Quinto, q̃ recidiuans est irrisor diuinæ misericordiæ, quæ sibi fecit pacem cum diuina iustitia Cum enim iustitia voluit eū æterna morte occidere tunc misericordia se opposuit, & pacē fecit. Quomodo ergo talis audet amplius oculos ad Dei misericordiā eleuare, & bonitatem Dei inuocare, cum sit cōtumax, irrisor diuinæ misericordiæ, & bonitatis. Insuper propter illā magna ingratitudinē, Deū grauius offendit. Exemplum huius de seruo, qui percuteret dominum suum ad maxillam, & veniam peteret, & postmodū iteraret percussionē, quando illam primam sibi indulsisset, si tunc iterum rogaret indulgeri sibi, dominus posset dicere, tu subsānas me: sic simile potest intelligi de Christo. Item sciēdum secundum Guil. Lug. q̃ illa ingratitudo multū aggrauat peccatum s. ingratitudo veniç & gratiæ iam datæ in præsenti, & gloriæ in futuro promissç. Cum enim pro peccato mortali peccator sit debitor æternæ mortis, pro dimissione vnius peccati mortalis homo libenter deberet seruire Deo mille annis, si tamdiu viueret; quia sibi maius bonum fecit indulgendo sibi vnū peccatū mortale, quā si sibi vnum regnum, vel etiam totum mundum dedisset, quod manifestum potest fieri ex hoc, quod pro dimissione mortis temporalis quæ est momentanea, seruiret aliquis libenter alicubi omnib. dieb. vitæ suæ multo magis pro dimissione æternæ mortis. Sexto, q̃ recidiuans cōtristat omnes san-

Iob. 21.
Aug. de Verbis Domini.
Matt. 12. Luc. 11.
Ioan. 5.

ſanctos, & omnes Angelos DEI, quantum in ſe eſt: & ratio eſt, quia ſicut tota Trinitas & omnes ſancti, & Angeli gaudium habuerunt in conuerſione vnius peccatoris, ſic è conuerſo recidiuans contriſtat Deum, & beatam virginem Mariam, & omnes ſanctos, & Angelos Dei, quantum in ipſo eſt. Bernard. *Putas placatos habebis in iudicio, quos tanto & tam ſperato vis priuare gaudio?* Et conſequenter ſequitur, quòd talis nō eſt dignus, quòd ſancti, quos hic contriſtauit, amplius intercedant pro eo, imò talis recidiuans paruipendit Deum, & omnes ſanctos, & Angelos DEI, quod oſtenditur in hoc, quia præeligit hoc temporale, ſcilicet honorem mundanum, luxuriam, vel gulam pro merito Chriſti, & omnium ſanctorum. Item pro gaudio viſionis ſanctæ Trinitatis, & ſocietate Mariæ, & omnium ſanctorum, & Angelorum in cœlo exiſtentium,
Apoc. 7. quorum nō eſt numerus. *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* Cùm tamen de quolibet ſancto magnum gaudium habituri ſumus in cœlo, & ſuper hæc omnia maximum à Deo omnipo-
Pſal. 89. tenti: *Quoniā mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna, quæ præteriit.* Septimò, talis recidiuans areſcit, quia ſeparatur à merito Chriſti, & à participatione omnium bonorum, in cœlo & in terra exiſtentium, & priuatur omni gratia Dei, & erit ſicut palmes abſciſſus à vite, vel membrum abſciſſum à corpore. Ergo hic areſcit, vt eo melius ardeat in futuro, quando excidetur, & in ignem mittetur. Sciendum, quod tantum damnum incurrit recidiuans, quod ſi omnes homines flerēt ſanguineas lachrymas, inſuper, & ſi omnia animalia in terra exiſtentia, & omnes volucres cœli, & piſces maris, & omnia ligna, & omnes lapides, imo & omnis creatura, non tamen ſufficienter deflerent damnum, quod incurrit recidiuans per vnum peccatum mortale, imò non eſſet ſibi tam damnabile, ſi centum millia dœmonia in ſe haberet, ſi rotari, ſuſpendi comburi, vel ſubmergi deberet, quia damna iſta ſunt finita & tranſitoria, ſed damnum illud, quod homo incurrit per peccatum mortale, infinitum eſt, & ęternum, vnde: *Finiti ad infinitum* Ariſtot.
nulla eſt proportio. Vnde habemus 4. Phyſ.
exemplum, quomodo quandoque Deus in præſenti punit recidiuantes. Legitur in lib. ſummorū Pontificum, quòd quidam poſt feſtum Paſchæ, & ſacram communionem in ebrietatibus & laſciuiis ſunt lapſi, ſed non impunè. Nam ex ore eorum fluxus ſanguinis fœtidiſſimi emanauit, qui ad interiora eorum retrorſum refluens, illos eoſdem ſuffocabat ſubitò, etiam aqua cum pluuia emanauit, & eorum poſſeſſiones cum omnibus fructibus & ſegetibus penitus extinxit & euertit, vnde exorti dracones

pestiferi, nec ingredi, nec egred. si nebant homines, nisi ad mortem. Pro quibus quidam vir Dei Deum deuotius exorauit. Cui Angelus Domini respondit, dicens: Quæso te, si quis proditoriè filium Imperatoris in fœtidissimo & obscuro carcere concluderet, quid de tali fieri deberet? Respondit vir Dei, quòd talis multum deberet dilaniari, cui Angelus: Sed quid de illo, qui pixidem corporis Christi, coram omnibus in luto fœtidissimo inuolueret? Cui vir Dei: Talis vt hæreticus & sacrilegus cremari deberet. Respondit Angelus: Nunquid non talia commiserunt, pro quibus oras? in die sancto Paschæ sanctam communionem receperunt, & postmodum contra seipsos & sacramentum altaris, vtique in choreis & ebrietatibus, & similibus deliquerunt, quibus compuncti cæteri, pœnitentiam egerunt ad salutem.

IN EADEM SECVNDA Feria.

Sermo LIII.

Quòd sex sunt, quæ hominem retrahunt, ne recidiuet.

Luc. 24. MAne nobiscum Domine. Circa quod sciendum, quòd sex sunt, quæ debent hominem retrahere ab omni peccato mortali, ne recidiuet, & ne Iesum Christum expellat. Primum est, meditatio mortis: *Memorare nouißima tua, & in æternum non peccabis.* Eccles. 7. August. *Nihil sic reuocat à peccatis, quàm frequens meditatio mortis.* Hoc probatur, quia meditatio mortis reuocat hominem ab omni auaritia, quia sicut nudus ingressus est in hunc mundum, sic nudus egredietur: *Nudus egressus sum ex vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.* Iob. 1. Psal. *Reliquerunt alienis diuitias suas.* Quia si quis haberet centum mille florenos, & omnia horrea plena frumentis, & cellaria plena vino, & postmodum moritur, nihil secum portat. In hoc ostenditur, quòd ipsa temporalia non sunt propria ipsius hominis, sed solùm sibi ad modicum temporis, scilicet ad tempus vitæ suæ accommodata, quia non potest secum portare minimum quadrantem. vnde Ambr. Bona hominis non sunt, quæ secum ferre non potest: Sed quæreret aliquis, quæ sunt bona propria ipsius hominis? Respondetur ea, quæ pro salute animæ suæ & propter Deum pauperibus dedit. Amb. Hoc tantum tuum reputa, quod pauperibus erogasti. Contra hoc faciunt illi auari, qui totis viribus anhelant ad congregandum temporalia, & nihil cogitant de futura vita. Illis contingit quandoque sicut accidit illi diuiti, de quo Luc. 12. *Anima mea, habes multa bona in annos plurimos reposita.* Et responsum est ei: *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, & quæ congregasti, cuius erunt?*

Item

Item retrahit à superbia. vnde Eccles.10. *Quid superbis terra & cinis?* Meditatio mortis humiliat hominem ab eleuatione mētis. Cum homo hodie intendit se extollere super alios, forte erit cras sub pedibus aliorum, cùm scilicet in terra sepelietur. vnde Psal.48. *Sepulchra eorum domus eorum.* Item valet contra voluptatem carnis. vnde Greg. Nihil sic ad domandū desideria carnis valet, q̄ vt vnusquisq; hoc vnū, quod diligit, mortuum penset, quid enim est homo voluptuosus, qui carnem suam delicatè nutrit, nisi coquus vermium? Ratio, quia tandem erit cibus eorum, ergo dicitur cadauer, quasi caro data vermibus. Item memoria mortis aufert homini omnia illicita mundi gaudia: Eccl.41. *O mors, quā amara est memoria tua?* quid si habuisses omnia gaudia mundi, & oēs honores seculi, cùm hodie vel cras mori debetres? tunc.n. omnia transirent tanquā membra. Alioqui abhorrent memorari mortē, vel etiam audire de morte & est malū signum, quia tales vitam præsentem nimis diligunt, sicut heu & aliqui sunt, si possibile esset, qui vellent hanc vitam cū diuitiis suis. & sanitate æternaliter habere, vitam ęternā cum gloria sempiterna, & aliis innumerabilibus respuentes. In signum huius tunc illi stulti, & homines mundani depingunt in suis domibus imagines mundanorum hominum, scilicet chorizantium, equitantium, & sic de aliis, quia omne simile applaudit suo simili. Sciendum, quod est signum stultitiæ, quando homo non vult de morte propria nec cogitare, nec audire: & è conuerso est signū prudentiæ, cùm homo libenter cogitat de extremo fine. Greg. Tota vita sapientis debet esse meditatio mortis. Secundū, quod trahit hominem à peccatis, & seruat eum in bonis, est enim deuota meditatio dominicæ passionis. Nam passio Christi est remedium contra omnia peccata. Primò, contra superbiam, quia Christi humilitas reprobat nostram superbiam. Aug. *Erubescat homo fieri superbus, propter quem Christus factus est humilis.* O superbe, qui cum capite tuo superbo ostendis cum peplis, & mitris, & crinalibus, inspice coronatum caput Christi cum spinea corona, quam sustinuit, vt te cum corona gloriæ in cœlo coronare posset. O tu superbe, qui faciem tuam depingis, respice cruentatam & consputam faciem Christi. O superbe, qui cum vestibus superbis Deum offendis, respice & considera albam vestem, quam Herodes Christo induit in derisionem & confusionem. Item respice antiquam purpuream vestem, quam Pilatus CHRISTO induit. Item respice & considera CHRISTVM nudum in cruce pendentem: & hæc oīa propter te sustinuit, vt te stola gloriæ in cœlo vestire posset. O superbe, qui Deum cum cingu-

cingulis argenteis & deauratis offendis, considera funem, cum quo Christus ligatus fuit, cum quo captus fuit, & ad locum supplicii fuit ductus. O superbe, qui Deum offendis cum scissuris vestimentorũ tuorum, considera laceratum, vulneratum, cruentatum corpus Christi, in quo à vertice vsque ad plantam pedis non remansit sanitas, & humiliare cum Christo, si vis exaltari ab ipso: *Vis capere celsitudinem Dei, cape prius humilitatẽ Dei. Dignare humilis esse propter Deum, quia Deus dignatus est humilis esse propter te.* Idem: *Christus humiliauit seipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Si autem in tanta humilitate deprimitur diuina maiestas, superbire in quo audet, & præsumere humana infirmitas? Secundo, Christi passio est remedium contra auaritiam. Nam paupertas Christi redarguit nostram auaritiam, quia in sua passione fuit pauper, pauperior, pauperrimus. Pauper, quia vestibus denudatus. Nudus enim pependit in cruce coram omni populo. Pauperior, quia haustum non habuit, cùm dixit in cruce, *Sitio.* Nec vinum, nec medonem, nec cereuisiam petiit, sed simpliciter dixit: *Sitio.* Creator enim omnium rerum de omnibus liquoribus huius mundi vnum haustum habere non potuit. Pauperrimus, quia non habuit, vbi caput suum reclinaret: *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.* Quis vnquam tam pauper in hoc seculo mortuus est? Nam omnes qui moriuntur in terra, aut gramina, aut stramina, aut aliqua lectisternia, in quibus moriantur, habent: Christus autem nullum illorũ habuit, cùm in cruce pauperrimè pro humano genere obiit, & hanc paupertatem Christus propter nos sustinuit, vt nos ditaret: *Propter nos egenus factus est, cùm esset diues, vt nos illius inopiis diuites essemus.* Tertiò, Christi passio est remedium contra gulam, quia Christus felle & aceto in cruce potatus est: Psal. *Dederunt in escam meam fel, & in siti, &c.* Et hoc gulosi non considerant, qui in cibis & potibus crapulosè viuunt. Quartò, Christi vulnera & liuores & flagellationes debent nobis esse in remedium contra omnem luxuriam. Quintò, charitas Christi, & mansuetudo, & patientia ipsius debent nobis esse remedium contra omnem iram, & inuidiam. Sextò, Christi labor & inquietudo, quam triginta tribus annis, & vltra, pro nobis in terra habuit, impugnant nostram acediam. O tu piger, qui de mane diu dormis, cõsidera qualiter Christus pro te vigilauit, & sæpius in oratione pernoctauit, ergo surge mane, & lauda creatorem & redemptorem tuum, vt laborum & beneficiorum eius gratus videaris. Tertium remedium est memoria præteritorum peccatorum, nam quan-

Aug. de verbis Domini ser. 39.

Aug. de conflictu vitiorum.

Matth. 8.

2. Cor. 8.

Psal. 21.

quandocunque tentaris de aliquo peccato perpetrando, tunc cogita, vtrum antea reus fuisti in illo peccato, si non, tunc Deus præseruauit te ex sua gratia & bonitate vsq; ad hanc horam, & cum perpendis hoc in teipso, tunc lauda, & regratiare Deo, & pete ab eo, vt præseruet te amplius ab illo, & ab omnibus peccatis vsque ad obitum tuum, quia iam non intendis committere illud peccatum, à quo Deus à iuuentute tua te præseruauit. Si autem reus fuisti in illo peccato, & Deus ex sua misericordia tibi indulsit illud per contritionem & cõfessionem, & pœnitentiam, tunc Deus maius bonũ tibi fecit, quam si totum mundũ tibi dedisset, quia secundùm August. magis est peccatorem conuertere, quàm cœlum & terram creare, quia quam citò peccasti mortaliter, tunc ex iustitia Dei immediatè infernum intrasses, nisi misericordia ipsius ad pœnitentiam te suscitasset. Item si peccas iterato, forte tibi Deus nunquam dabit gratiam veræ contritionis, & pœnitentiæ, qui per te potes peccare, sed per te non potes resurgere, sicut pisces per se possunt intrare rete, sed non per se exire. Item si peccas, amittis omnia propria merita, priuas te suffragio totius Ecclesiæ, & separas te à consortio omnium sanctorum, & angelorum Dei, & insuper te subiicis diabolo, qui nihil habet tibi dare, nisi infernum pro salario, & insuper animã propriam interficis, quam Christus proprio sanguine suo redemit, item deles nomen tuum de libro vitæ, elongas te à cœlo, & appropinquas ad infernum: *Appropinquauerunt vsque ad portam mortis.* Psal. 106. Quartum remedium est, consideratio extremi iudicij, de quo dicit Hier. *Siue dormio, siue vigilo, siue aliquid aliud facio, semper illa vox nouissima tubæ sonat in auribus meis: Surgite mortui, & venite ad iudicium Dei.* Hoc iudiciũ timere debemus propter districtam rationem, quam ibi reddituri sumus. Primò reddituri erimus rationẽ de cogitationibus: *De cogitationibus impii interrogatio erit.* Sap. 1. vnde Greg. Sic Deus cogitationes vniuscuiusque considerat, & cunctos gressus dinumerat, vt nec minutissimæ cogitationes, quę apud nos vsu viluerunt, ejus iudicio indiscussæ remaneát. Item reddituri sumus rationem de omnibus verbis: *De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines* super terrã, Matt. 12 *reddituri sunt rationem in die nouissimo*: & talis timor iudicii debet esse custos linguę nostrę, ne loquamur verba otiosa, detractoria, adulatoria, mendacia, iuratoria, scurrilia, & sic de aliis. Item reddituri sumus rationem de omnibus operibus, qua scilicet intentione facta sunt: *Cuncta, quæ fiunt, adducet Dominus ad iudicium.* Eccles. 6. Item: *Redde rationem vilicationis tuæ,* Luc. 16. quasi diceret: Redde rationem de omni gressu, quo vnquam pedibus tuis

 ambu-

ambulaſti. De cogitatu, quo vnquam malè cogitaſti, de tactu quē tuis manibus perpetraſti, & de omnibus, quæ cum corpore tuo perfeciſti, & ſic de aliis. Item quilibet redditurus eſt rationem de temporalibus, ſcilicet, quomodo lucratus ſit, quomodo expendit, quomodo poſt ſe reliquit. Item de tempore: Bernard. Omne tempus nobis impenſum, à nobis exigetur, qualiter ſit expenſum. vnde Greg. Sicut non peribit capillus de capite, ſic non peribit momentum de tempore, de quo non oporteat nos reddere rationem. Item de ſtatu, & officio noſtro reddituri ſumus rationem, ſicut vxorati de ſtatu matrimonii, ſimiliter & virgines, & viduæ, ſimiliter mechanici de ſuis artificiis, vt ſutor de ſua ſutoria, ſartor de ſua ſartoria, & faber, & piſtor omneſque alii de ſuis officiis & artificiis. Quintum remedium eſt. conſideratio pœnæ inferni, de qua dicit Pſal. 10. *Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum, pars calicis eorum, &c.* Dicit enim pluet, quia ſicut guttas pluuiæ non poteſt dinumerare aliquis, ſic nec damnatorū pœnas. Dixit enim Bern. quòd ſcintilla vna gehennæ ignis plus lædit peccatores, quàm ſi vna domina in labore & partu prolis perſeuerando mille annos perduraret. Vnde Ambroſ. dicit, quòd ſi omnes homines nati ab Adam vſque ad hodiernam diem viuerent, & omnes boni prædicatores eſſent, & omnes de minutiſsima pœna inferni prædicarent, illi omnes illam minutiſsimam pœnam propalare non poſſent. Auguſtinus dicit: Si omnes homines nati ab Adam vſque in hodiernum diem, & amplius naſcituri viuerent vſq; ad nouiſsimum diem, & omnia gramina, quæ exorta vnquam fuerunt, eſſent homines, & ſi vna pœna, quam patitur anima pro vno peccato mortali in inferno ex æquo partiretur, ita quòd daretur vnicuique homini pars illius pœnæ æqua, tunc particula quæuis illius pœnæ hominis vnius maior eſſet, quàm omnia tormenta, quæ omnes ſancti martyres, & omnes raptores, & omnes malefici vnquam paſsi ſunt. Gregor. Hoc ſuſpicari non poterit, quod ibi cruciatibus deditum non fuerit. Ergo pœna damnatorum eſt infinita, & inexplicabilis. vnde Ariſt. 2. de generat. *Impoſsibile eſt, infinita pertranſire.* Sextum remedium eſt, conſideratio cœleſtis gaudii. Pro quo ſciendum, quòd in cœleſti patria habebimus ibi fercula magna, quia ibi corpus & anima plenè paſcuntur, hic enim tantùm guttur hominis paſcitur, ſed ibi homo plenè in omnibus ſenſibus corporis & animæ repletur gaudiis. Si enim vnus totum Mundum daret vni pro labore ſuo, ſatis eſſet, quem Devs ſolo verbo creauit, quia dixit, & facta ſunt, quid tunc cùm

tibi

tibi cœlum dabit cum ſuis gaudiis, & vbi apponet diligentiam ſuam, vt magnum gaudium tibi faciat? Vnde dixit diſcipulis ſuis: Vado parare vobis locum. Secundò, habebim⁹ ibi multa fercula, quia tot, quot ſunt ſanct. & Angeli in cœlo, quorum numerus nobis eſt ignotus, quia ſicut nec ſtellas cœli, nec guttas maris, ſic nec numerum ſanctorum aliquis noſtrū numerare potuit. vnde Apoc. 7. dicitur: *Vidi turbam magnā, quam nemo dinumerare poterat.* Et de hoc quolibet ſancto quilibet noſtrum magnum gaudium habebit, quia ibi optimè noſcimus, & diligimus nos alterutrum, ſic quod nunquam mater in præſenti ſic dilexit vnigenitum ſuum. Et ideo ex nimia charitate, ſecundùm Anſelmum, vnuſquiſque noſtrum in tantum gaudet de alterius gaudio, in quantum de ſuo proprio, & conuerſo. Et ergo quicquid vnus non habet in ſeipſo, hoc habebit in alio. vnde Gregor. & illius ſanctæ & perfectæ charitatis merito fiat, vt vnuſquiſque habiturus ſit in alio, quod non habet in proprio merito. Ergo quicquid alii habent, hoc tuum erit ex ſincera charitate. Sicut quicquid vnum membrum habet, condiuidit cum aliis. Item tantum gaudium habebit quis de vno ſancto, quod ſi mille annis Deo ſeruiſſet, per tantum ſpatium temporis Deo non plenè de hoc ſatisfeciſſet, ergo ſi totus mnudus eſſet illius hominis, tunc potius vellet illo carere, quàm gaudio illo priuari, quod de vno ſancto poteſt habere. Tertio, ibi habebimus fercula dulcia ſic, quod talis dulcedo eſt hic ignota. Vnde Pſalmo 30. *Quàm magna multitudo dulcedinis tua, Domine, quam abſcondiſti timentibus te.* Apocalypſ. 29. *Beati, qui ad cœnam Agni vocati ſunt*: hoc patet etiam in ſanctis, qui tanta ſuſtinuerunt pro dulcedine vitæ æternæ. Vnde Apoſtolus Paulus raptus in viſione, vidit gaudia cœli, & poſtmodum dixit Rom. 8. *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam.* Si enim omnes tribulationes, & omnem paupertatem quis ſuſtineret, inſuper, & omni die milleſies moreretur, adhuc condignum non feciſſet. Vnde Chryſoſtomus: Si quotidie oporteret nos tormenta ſufferre, & ipſam gehennam paruo tempore tolerare, pro eo, vt ipſum CHRISTVM videre poſſemus in gloria, & ſanctorum eius numero ſociari, non erit dignum pati omne, quod triſte eſt modò, vt tanti boni, tantæque gloriæ participes haberemur. Quartò habebimus ibi fercula pretioſa, quia DEVS ſemet dabit nobis in præmium. Et ſic creatura à DEO creata poteſt lætificare hominem, v. g. Sicut aurum auarum, honor, & poteſtas, & pretioſæ veſtes ſuperbum, cibus pretioſus

& bonum vinum gulosum, & sic de aliis, quid tunc creator potest? Tanta namque sunt gaudia cœli, quòd si cœlum aperiretur, & minimum gaudium alicuius parui sancti videretur, quamuis remota sint à nobis, tamen totus mundus sufferre non posset hoc gaudium. Si autem possibile esset, quòd sufferre posset, tunc nullum cor est adeò triste, quin ex hoc lætificaretur, imò, si interim in igne arderet, vel in glacie, & maximo frigore staret, vel etiam ipsam mortem corporis sustineret, de his omnibus interim nihil sentiret. Quid tunc erit, cùm nos illuc venerimus, & cum Deo, & cum omnibus sanctis gaudebimus? Item Deum videre est ita delectabile: quòd Aug. dicit, quòd potius vellet esse in inferno, & Deum videre, quàm in cœlo, & eius visione carere. Vnde Angeli quasi iam per 7. millia annorum Deum viderunt, & si ad ictum oculi deberent priuari visione Dei, nimis graue esset eis. Quamuis enim Angeli hic mira operantur, & nobis frequenter seruiunt, tamen Deum semper contemplantur: *Angeli eorũ semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.* Item de hac visione Dei, & de dulcedine eius dicit Ps. *Quoniã mille anni ante oculos tuos, quasi dies, &c.* vbi dicit gl. quòd nunquã aliqua dies tam gaudiosè consumpta est in præsenti, quin mille anni breuiores æstimentur in cœlo. Item in hac visione implebitur desiderium hominis: *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua:* quia in cœlo quilibet satiabitur, siue sit magni meriti, siue parui, sic quòd quilibet contentatur in tantum, quòd non potest plus desiderare. Exemplum de vase magno, quòd potest continere viginti vrnas vini, & cum habet easdem plenum est, & non potest plus recipere. Similiter est de vase, vel vasculo paruo, quòd potest continere vnam solam mensuram: cumque habet illam, & ipsum pariter plenum est, & contentatur ita benè in vna mensura, sicut vas magnum in viginti vrnis: sic est de magnis sanctis, sicut de sancto Petro vel Paulo, vel de sancto Dominico patre nostro, qui habent magna vasa, id est, magna merita, & de nobis, qui sumus parua vasa cum paruis meritis nostris, vnde August. *Ipse Deus erit finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur.* Item dicit in eodem libro: Quod Deus præparauit diligentibus eum, quod fide non capitur, spe non attingitur, charitate non comprehenditur, desideria & vota transgreditur, acquiri potest, æstimari non potest. vnde Bernar. Reuera verum est gaudium, & solum, quòd non de creatura sed de creatore concipitur, quod cùm possederis, nemo tollet à te; cui comparata omnis alia iucunditas, mœror est, omnis suauitas, dolor est, omne dulce, amarum, omne decorum,

Matt. 18

Psal. 89.

Psal. 16.

Aug. lib. 22. de ciuitate Dei.

Bern. sup. Can.

rum fœdum; omne aliud, quod delectari potest, molestum. vnde August. Tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta est iucunditas lucis æternæ, vt etiamsi non liceret in ea amplius manere, quam vnius diei hora propter solum hoc innumerabiles anni huius vitæ pleni delitiis, & etiam cum affluentia temporalium bonorum, recte meritoque contemneretur. Quicunque ista sex iam dicta veraciter cordi suo imprimit, & ea frequenter cogitat, est quasi impossibile, quod scienter vnquam aliquod peccatum mortale committat. Exemplum legitur de quodam rege qui nunquam, vel raro risit. Et principes illius accesserunt ad fratrem regis instigantes eum, vt regem interrogaret de causa suæ tristitiæ, quod nunquam, vel raro rideret, sed semper tristis esse. Et rex respondit fratri suo, quod sibi super hoc illo die respondere vellet? & rex fecit fieri foueam profundam, quam pro medietate repleuit cum ignitis carbonibus, & super illam foueam locauit sedem antiquam, & corruptã vetustate, & supra sedem illam, suspendit gladium extractum cum filo; & locauit mensam prope foueam plenam cibariis preciosis cum vino preciosissimo. Et locauit fratrem suum super mensam illam & fecit quatuor viros cum gladiis extractis fratrem suum circumstare: quorum vnus gladium extractum posuit sibi à retro, alius ante, tertius à dextris, & quartus à sinistris. Et rex fecit accedere viros, qui cantauerunt ante eum in tympanis, & choris, & organis, & in aliis musicalibus instrumentis, & rex ait fratri suo: gaude & lætare, comede & bibe, & sis lætus; & frater ait ad regem, quomodo possum lætari, & ridere, cum mihi sint angustiæ vndique; si video infra me, video carbones ignitos, & si volo me vltra mensuram mouere, sedes vetusta frangitur, & sic ad ignem cadam, si video supra me, video gladium euaginatum, pendentem in tenero filo, si respicio ante me, vel retro me, vel à dextris, vel à sinistris, vndique circundatus sum gladiis euaginatis, cum me sic sentio in angustiis positum, neque delector comedere, neque bibere. Et rex ait fratri suo. Sicut tibi iam est, sic mihi semper est, quia si video supra me, cognosco iudicem meũ, qui iudicaturus est me, & cui oportet me reddere rationem de omnibus cogitationibus, verbis, & operibus: Si video infra me, considero infernalem ignem, & pœnam dãnatorum, cum quibus æternaliter damnabor, si in vno peccato mortali moriar. Si video retro me, cognosco peccata mea, quæ contra Deum commisi, & sic tempus meum inutiliter expendi. Si respicio ante me, cognosco mortem meam, ad quam singulis diebus vnam dietam facio, & nescio tempus nec locum mortis meæ: Si video à sini-

Aug. de Arbit.

ſtr's conſidero dæmones, qui die nocteque quærant animam meam, & impedire ſalutem meam. S. à dextris, tunc cognoſco angelos Dei, qui mihi ſemper bona inſpirauerunt, & à malis retraxerunt quibus, heu, non ſatisfeci, nec eorum bonas inſpirationes ſecutus ſum. Et cum iſta ſemper in me, & circa me perpendo, & conſidero, quomodo poſſem gaudere in hoc ſeculo? & ſic frater regis & cæteri attendentes emendati ſunt.

In Feria Tertia Paschæ. Serm. LIV.

Luc. 24. STulti, *& tardi corde ad credendum.* Sciendum, quod ſecundum dictum Salomo. *Stul-* Eccl. 1. *torum infinitus numerus,* Vnde pro præſenti declarabo. Primo, qui ſunt ſtultiores huius mundi. Secundo, qui ſunt nimis ſapientes, qui plus volunt ſapere quam oportet ſapere, quod eſt contra dictum Apo. Rom. 12. vbi dicit: *Dico enim vobis per gratiam, quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos: non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.* Quantum ad primum, ſciendum quod ſunt quatuor genera hominum, qui ſunt ſtultiores huius mundi. Primi ſunt, qui in tali ſtatu viuunt, in quo mori non auderent. Hoc probatur, quia nunquã habuerũt neq; habẽt certitudinem vnius horæ præſentis vitæ, neſciunt tempus, vtrum mane vel veſpere, vel de die, vel de nocte morituri ſunt; nec locum, an in menſa, vel in lecto, aut in foro, aut in agro morituri ſunt; nec modum, vtrum in igne, vel in aqua, vel in terra: quia quis poteſt cadere in plana terra, & ſic mori. vnde Bern. *Cer-* Bern. Meditat. *tum eſt, quod morieris, incertum eſt quando, aut quomodo, aut vbi; quoniam vbique te mors expectat,* tu quoque ſi fueris ſapiens, vbique eam expectabis. Iſid. in ſinod. Quid in rebus humanis certius morte, & quid incertius hora mortis inuenitur? & ſic in tali ſtatu aliqui viginti, vel quadraginta annis vixerunt, in quo mori nollent. Et tales ſemper ſe periculis maximis expoſuerunt, qui ſic ſcienter in peccatis mortalib. ſteterunt, quia ſemper fuerunt in poteſtate diaboli, ſi Deus eis ſuam miſericordiam ſubtraxiſſet, & ſic in tali ſtatu eos mori permiſiſſet, ſtatim infernum intraſſent. Vnde dicitur de peccatoribus in Pſ. *Appro-* Pſ. 106. *pinquauerũt peccatores vſq; ad portas mortis.* Ergo magnam audaciam oſtendit, qui ſcienter per noctem in vno peccato mortali dormit, niſi ſit ad minus contritus. Auguſt. de verbis domi. Audacior eſt, qui cum vno peccato mortali dormit, quã qui cum ſeptem hoſtibus de morte ſua inuicem obligatis, confligit; heu, hoc non aduertunt adulteri, & alii luxurioſi, & nec ipſi ſuperbi, nec vſurarii, & luſores, nec ipſi guloſi

losi, qui in ebriatatib. viuunt, & sic de aliis, qui sine om i timore Dei, peccant, non ex ignorantia, aut ex infirmitate, sed scienter, & ex certa malitia. Et tales quandoque timent damna rerum, & damna corporis, sed non timent Deum, nec; salutem propriam; contra quos dicit dominus. *Nolite timere eos, qui corpus occidunt*. Glo. multominus, qui temporalia recipiunt, sed timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem, corpus & animam mittere in gehennam; ergo quilibet plus debet timere perdere animam, quam corpus proprium, vel res temporales, & hoc propter pretiositatem animæ, vnde dicit August. Maius est damnum in amissione vnius animæ, quam mille corporum. Vnde totus mundus ille pretium vnius animæ æstimare non potest. Sciendum, quod quilibet prudens homo non vnum diem, nec aliquam horam in tali statu viuere deberet, in quo mori nollet, & hoc propter incertitudinem mortis. *Estote parati quia nescitis diem, neque horam*; ergo quilibet sic viuere deberet, quasi cras mori oporteret, s. se à peccatis cauere, & bona opera facere. Sene. in epistol. Omnes dies velut vltimus ordinandi sunt, quia de felicitate hominis vltima dies iudicat. Secundi sunt, qui quærunt illud, quod inuenire non possuut, scilicet, diu viuere, & negligunt quærere, quod faciliter possunt inuenire. s. bene viuere tam in præsenti, quam in futuro. Sen. in epistola. Nemo quam bene viuat sed quãdiu curat, cũ omnib. posit contingere, vt bene viuãt, diu nulli. Quod nullus longam vitam in præsenti habere potest, ostendit Iob dicens: *Breues dies hominis sunt*: *Item*; *Homo natus de muliere, &c.* hoc iam nostris temporibus verum est, quod sumus breuis vitæ, hoc enim patet respectu antiquorum patrum. Adam vixit nongentos triginta annos. Noe tempore diluui fuit sexcentorum annorum: & post diluuium trecentorum quinquaginta. Sed iam nostris temporibus pauci perueniunt vsque ad septuagesimum, vel octuagesimum annum, immo forte plures moriuntur infra triginta annos, quam vltra illum numerum attingunt. Item vita nostra respectu æternitatis, nihil est. Remigi. Tempus nostrum in comparatione æternitatis nihil est, aut hora breuissima, sic patet quod vita natura breuis est, & nullus longam vitam acquirere potest: sed bonam vitam quilibet acquirere potest, qa Deus semper est paratus indulgere, & dare gratiã quia nullum spernit, q venerat peccatores redimere, & ideo expectat vt misereatur nostri. Chr. Non .n. cũ peccauerint homines, statim punit eos, sed expectat p multas generationes, & Deus vult misereri cuilibet peccatori, etiam quantumcunque peccatis magnis sit inuolutus, si vere conteritur, & gra-

Matt. 10.
Luc. 12.
Iob. 14.
Iob. 13.
Chry. super Matt.

& gratiam quærit. Ber. *Maior est Dei pietas quam quæuis iniquitas.* Eze. In quacunque hora peccator ingemuerit &c. O quam stulti sunt illi, qui multa faciunt, & quærunt peritos medicos, & magnam pecuniam libenter expendunt, pro prolongatione vitæ corporalis, qui vix vnum denarium audent propter Deum erogare. Item aliqui parati essent vltra quadraginta, vel quinquaginta miliaria ire, vbi possent longam vitam adipisci, sed propter bene viuere nolunt ad proximam ecclesiam, vel sermonem accedere. Tertii sunt qui habent malam vitam & volunt habere bonam mortem, quia tales non intelligunt, quod vita mala, & mors mala, concordãt, & cõcomitentur simul. Sunt heu plures, qui dicunt malam vitam, sed communiter omnes volunt habere bonam mortem. Hoc patet, quia si peruersi, & pessimi interrogarentur, vtrum saluari, vel bene mori vellent? Responderent omnes, quod sic, quia est naturale. *Arist. 1. Ethic.* Omnes bonum appetunt. vnde etiam Boc. *Boet. de consol. Phil* Mentibus hominum naturaliter inserta est cupiditas boni veri. Sed raro contingit, quod *Aug. de disciplina Christia.* quod illi, qui peruersam vitam ducunt, bene moriantur. August. Non potest male mori, qui bene vixerit, & vix bene moritur, qui male vixit. *Arist. 3. Ethic.* *Qualis vnusquisque est, talis videtur sibi finis.* Ex quibus sequitur, quod illi stulti sunt, qui ducunt malam vitam, & volunt habere bonam mortem. Quarti sunt, qui intendunt bene facere, & non tamen ad effectum illam bonam intentionem perducunt, sicut multi sunt, qui dicunt se habere bonam voluntatem bene faciendi, & emendandi se adhuc ante mortem, sed differunt quandoque viginti, quãdoque triginta annis, antequam incipiant hoc bonum propositum perficere, & quãdoque sic moriuntur, quod nunquam incipiunt. Sed tales stulti sunt, quia Christus, qui dedit eis bonum propositum, in hoc exhibuit eis cœleste regnum, & paratus est eis dare executionem boni propositi, & consequenter regnũ cœli, et si resistunt, ei & suffocant hoc propositum. Nonne stultus esset pauper ille, cui rex exhiberet regnum vnum, & ex negligentia, & pigritia nollet accipere: sic tales sunt. Quantum ad secundum, sciendum, quod quatuor sunt genera hominum nimis sapientum. Primi sunt, qui hoc quod est inscrutabile, volunt perscrutari, videlicet ipsam sanctam Trinitatem: scilicet, quomodo hoc sit, quod Deus est trinus in personis, & vnus in essentia: & quomodo similes sunt tres personæ, & vna non est maior alia, nec vna minor omnibus tribus simul sumptis: & quomodo Pater est æternus, similiter, & Filius, & Spiritus sanctus: & quomodo Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus sanctus, non sunt tres Dii,

sed v-

sed vnus Deus, & vnus Dominus. Talia perscrutari periculosum est. *Qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Altiora te ne quæsieris, sed quæ præcipit tibi Deus, illa cogita semper.* Sed tamen sciendum, quod sæpius cogitare de sancta Trinitate bonum est, scilicet quomodo beati iam exultent in conspectu Trinitatis, & quomodo hoc erit gaudium nostrum essentiale, cognoscere Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & quomodo omnia cognoscemus in Deo. Bern. Quid nō videt qui omnia videntem videt? Vnde etiam magister sent. Qui claritatem Dei videt, nil in creatura agitur, quod videre non possunt. Item tam delectabile est Deum videre, quod damnati potius vellent esse in inferno, & Deum videre, quam in cœlo, & eius visione carere. Fulgētius. Si Dei faciem omnes in carcere inferni inclusi viderent, nullam pœnā, nullū dolorem, nullamque tristitiam sentirent. vnde Ps. *Quoniam mille anni ante oculos tuos quasi dies hesterna &c.* Hæc & similia cogitando de Deo alliciunt affectum hominis ad desideria æternorum & cœlestium. Sed perscrutari diuinitatem sæpius in errorem ducit. Ber. *Scrutari, temeritas est, credere, pietas, nosse, vita æterna est.* Secundi sunt: qui contra præcepta ecclesiæ, occulta per dæmones inuestigare volūt, quæ alias scire non possunt, vt furta, vel futura contingentia, quod

Prou. 25.

Eccl. 3.

Ps. 89.

stricte ab Ecclesia prohibitū est: vt patet. 26. q. 7. Vbi dicitur. Qui talibus credunt, aut ad interrogandū eas earum domos introeunt, aut eas ad proprias domos ducunt, sciant se fidem catholicam, & baptismum præuaricasse, & paganum, & apostatā, & Dei inimicum esse, & iram Dei in perpetuum grauiter meruisse. Sciendum etiam quod omnes, qui ad tales phitonissas accedunt, mortaliter peccant, quia non licet consilium à diabolo requirere, quia inimicus mortalis noster est, & semper habet malam voluntatē contra nos, quomodo nos impediat in salute nostra. Insuper nec est eis credendum, quia diabolus, qui per eas loquitur, secundum dictum Christi, *Mendax est, & pater eius.* s. mendacii. Et per hoc quandoque nititur innocentes diffamare, qui sibi sunt magis contrarii. vnde exemplum: Quidam Comes in vna ciuitate sui dominii habuit vnam phytonissam, quæ occulta, & secreta manifestabat. Ad quam accessit tentans eam, & quæsiuit ab ea de duob. equis, dicēs sibi eos esse furatos; & ipsa indicauit ei vbi essent, & qui eos furati fuissent. Et ille: O quam grandè mentita es, & illos de quibus dicis innocenter inculpas, quia equos adhuc in stabulo meo habeo. Tertii sunt, qui volunt cum ratione inuestigare fidei veritatem, seu articulos fidei, s. quomodo virgo à Spiritu sancto concepit, & quomodo virgo peperit, & quomodo

cap. non obseruatis.

Ioan. 8.

modo resurgem⁹ cũ corpus nostrũ est in cineres redactum, quomodo Christ⁹ potest corporaliter esse sub tã parua specie panis, & sic de aliis, & talia inuestigare est cõtra fidẽ pugnare Grego. in ho. Fides est earũ rerum, quæ apparere non possunt. Quæ enim apparent fidem non habent, sed agnitionem. v.g. quod lapis sit durus, hoc palpatur, ꝙ hoc sit album, vel nigrum, hoc videtur; & ergo nõ est ibi fides, sed agnitio. Vnde Arist. & alii philosophi dicũt mundum ab æterno fuisse, ꝙ est contra fidem & sacram scripturã. *In principio creauit Deus cælum & terram.* Ratio huius est, quia nihil crediderunt, nisi quod cum ratione comprehendere potuerunt; nec potuerunt cum ratione comprehendere, quod Deus ex nihilo creauit mundum, quia dicit Arist. *Ex nihilo, nihil fit.* Sed fides Christiana est super omnem humanam rationem, vnde dicitur in dec. Fides comprehendit, quæ sunt supra rationem. 33. q. 1. vnde etiam Gre Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Quarti sunt, qui occulta cordium iudicare volũt, quod est solius Dei, qui solus est scrutator cordium; ergo tales peccant contra hoc præceptum Dei, vbi dicitur: *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Pro quo sciendum, quod aliquis potest iudicare de proximo multipliciter Vno modo ex euidentia facti; vt cum aliquis iudicat aliquem homicidam, quia vidit eum interficere hominem, & hoc nullum est peccatum. Alio modo ex signis euidẽtibus, vt si aliquis iudicet fornicatorem, quia vidit aliquem nudum cum nuda, solum cum sola, & hoc similiter non est peccatum. Tertio, ex signis leuibus, & in hoc iudicio, triplex est gradus. Primus est, quando aliquis ex leuib. signis incipit dubitare de bonitate fratris, & hoc est peccatum veniale, & non vocatur iudicium proprie, sed suspicio. Secundus gradus est, quando ex talibus signis firmiter tenet in animo, quod frater sit malus, & hoc proprie dicitur iudicium, quia iudicium importat firmam sententiam, & hoc est peccatum mortale, si malum, quod iudicat de fratre ex leuibus signis, sit de genere peccati mortalis; peccatum enim mortale est, quando contrariatur charitati, quod autẽ aliquis prædicto modo iudicat fratrem, potest esse contra fraternam charitatem, Tertius gradus est, quando ex leuibus signis non solum prædicto modo iudicat, sed etiam procedit ad punitionem fratris, sicut de facto, & hoc est grauius, quia non solum est contra charitatem, sed etiam contra iustitiæ æquitatem. Et multum periculosum est sic iudicare proximum de incertis, & occultis, quia quilibet tenetur omnia dubia in meliorem partem interpretari. *Quo n. iudicio aliũ iudicas, teipsum cõdemnas.* Exemplum, quod non debemus

Gen. 1. — Arist. 1 de Diuinat. — c. nõ turbatur. — Luc. 6. — Rom. 2.

bemus faciliter iudicare proximũ, legitur in legenda Ioannis Eleemosinarii: quod cum quidam iuuenis quandam sanctimonialem rapuisset, & clerici coram Bea. Ioanne exprobrarēt; & eum excommunicandum fore dicerent, vt puta quia duas animas perdiderat, scilicet suam, & illius monialis, compescuit eos beatus Ioannes dicens: Non sic fratres, non sic ostendo vobis, quod duo peccata committitis. Primo, contra præceptum Dei facitis, qui ait in euangelio: *Nolite iudicare &c.* Secundo, quia nescitis pro certo, si vsque hodie peccent, vel pœniteant.

QVARTA FERIA PASCHÆ. Serm. LV.

De laboribus.

Ioan. 21. VAdo *piscari.* Ex quo hodie est vltima dies celebris, præsentis festiuitatis Paschę, & modo homines redire solent ad pristinos labores suos, tunc hodie legitur euangelium de septem discipulis, qui ad piscationem iuerũt, & tota nocte nihil prehenderunt, sed de mane, quando Christus apparuit eis, & dixit; *Mittite in dexteram nauigii rete, & inuenietis,* tunc multitudinem piscium comprehenderunt. Ex illa piscatione debemus sumere exemplum laborandi. *Homo ad laborandum nascitur, sicut auis ad volandũ,* Vnde Ber. dicit. Homo ad laborem natus est, si laborem refugit, non facit ad q, natus est, & ad quod in mundum venit. Quid ergo respondendũ est illi, qui misit illum? quod autem laborare sit proprium non solum ipsius hominis, sed etiam omnium animalium, ostendit Arist. dicens: *Nullum ens naturaliter est otiosum.* vnde sequitur, q, homo otiosus non est dignus pane, quo vescitur. Si quis non vult operari, non manducet. Ergo laborare debemus exemplo B. Petri Apost. qui dixit ad condiscipulos suos, vado piscari. Sciēdum, q, laboratores, & mechanici, famuli & famulæ, septem debent habere in suis laboribus, vt saluentur. Ex his potest quis cognoscere, qui laboratores damnentur, & qui saluentur. Primum, vt fideliter laborent suos labores, siue suum artificium, vt vendant secundum institutionem ciuitatis suæ sine fraude, & hi merentur cũ suis laboribus cœlum. Sed contra hoc faciunt, qui infideliter laborāt sua artificia, & tanti solent vendere quasi bene laborassent, & nõ seruant iuramenta sua, quæ singulis annis faciunt, vel in principio fecerunt. verbi gratia. Pistores, quod velint panem cum tanta quantitate præparare: Pincernæ, quod velint vinũ cum tali puritate propinare, & non miscere, qui autem vinũ aliter præpararet, ex quo hominib. bibentibus damna infer-

Iob 5. Ber. de cõtemp. mundi.

Arist. 11. de animalibus.

2. Thes. 3.

¶ V

rentur, omnia damna illa ipse intulisset, & corā Deo reus esset; Multi namque bibunt quandoque de talibus vinis, ita quod nocet eis in vita & signanter mulierib. imprægnatis; q, si ipsum vinum mansisset sicut Deus creauit, nulli obfuisset: Item, qui mensuram non rectā, vel non plenam proximis dāt, grauiter peccant, & tenentur ad restitutionem: Item sutores, qui promittunt se facturos calceos, siue ocreas de bono corio, & oppositum faciunt: Item sartores, qui nouitates inueniunt inscissuris vestimentorum, qa secundum Hen. de Hassia super Gen. Non licet tales nouitates, & vanitates excogitare, & multominus licet eas facere, & præparare nisi causa expostularet; Ratio huius, est quia nullus prouocare debet proximum ad peccandum, vel iuuare ad vanitatem. Ergo qui excogitāt, & faciunt tales nouitates, quibus homines omnino non vtūtur, nisi ad peccandum, participes erunt illorum peccatorū; Quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur: Item faber, qui ferrum corruptum, & fragile vendit pro bono: Item pannifices, qui pannum lanis nimis extendendo, vel nō satis latū, vel longum præparāt, vel vlnam nimis breuem habent, vel cum vlna vera male mensurant, & sic de aliis: Item institores, q hoc, q, bonum est, supra ponunt, & illud (q, deterius est) infra immiscēt, & sic simul totum pro bono vendunt, vel etiam male mensurant cum pondere, vel cum libra: Item mercatores fallaces, qui proximos cū mendaciis decipiunt: Itē carnifices, qui carnes fœtētes vendunt, & sic de aliis. Quicumq; scienter contra talia prædicta faciunt, suum præmium æternum amittunt, & contra iuramenta sua friuole, & sciēter faciunt, periurium incurrunt, & corā Deo periuri sunt. Ergo tales diligentiam magnā apponere debent, vt suo iuramento satisfaciāt. Sciendum tamen, q, prædicta iuramenta, vt frequenter eis iniuncta sunt cum pecuniaria pœna. Et quādo talem pecuniam persoluunt, absoluti sunt à periurio. Sciendum tñ quod omnib. prædictis, qui sic proximos decipiūt, peccata non dimittuntur, nisi restituant, & damnū proximis recōpensent; Ergo illi sunt primi, qui sic cū suis laboribus damnantur, q sic infideliter laborant, & proximos decipiunt. Ergo si vis, quod labor tuus sit tibi meritorius, tunc fideliter labora: Secūdum est, q, laboratores, & mechanici in solennitatibus & festiuis X diebus abstinere debent à laborib. suis, quia festum institutum est, vt quilibet Deo deuotius, & quietius seruire debeat, scilicet visitando ecclesias, audiendo missas, & sermones, & sic de aliis. Quia in die festiuo homo recuperare debet bona neglecta propter labores p hebdomadam. Sed oppositum faciunt, qui in diebus festiuis plus peccant,

quam

quàm in aliis diebus, sicut qui in diebus festiuis chorizant, vel ad tabernas vadunt, & inebriantur, vel luxuriam exercent, vel lusores, qui ex cupiditate ludũt, & Deum blasphemant, contra quos dicitur: *Memento, vt diem Sabbathi sanctifices,* Exod. 20. id est, summo studio præcipuè peccata mortalia caueas, nihil in eo cõmittendo, quòd sit contra præceptum diuinum, quia multò magis peccatum est, peccare in die festiuo, quàm in alio. Item sciendum, quòd mechanici, & laboratores, qui in diebus festiuis laborant, à Deo quandoque tripliciter puniuntur. Primò, in temporalibus, quia tales ex hoc non lucrantur, quia quicquid lucrantur in temporalibus, hoc perdunt in spiritualibus, quæ sunt bona animæ. Insuper quandoque ex permissione diuina infortunia habebunt in temporalibus, scil. quòd captiuantur, vel à raptoribus spoliantur, vel equi eorũ lædũtur, vel moriuntur, vel domus eorum igne comburuntur, vel alia infortunia talibus accidunt, ꝑ sic depauperantur. Secundò in corpore puniuntur, vt scil. quandoque tales infirmantur per mensem, vel duos, vel cadunt quandoque, & frangunt crura, vel brachia, & sic de aliis, & sic oportet eos tunc festiuare, cum merito deberent laborare, quia antea laborauerunt, cùm festiuare debuerunt, quia: *Per qua quis peccat, per hæc & torquetur.* Sap 11. Tertiò, puniuntur in anima, quod est maximum, quia quoties festum aliquod soluunt, toties mortaliter peccant, & animam propriam occidunt: *Qui polluerit sabbathum, morte moriatur.* Exod. 20. Sed iis qui festiuant, Deus dat prosperitatem corporis & animæ: Ergo mechanici & laboratores in diebus festiuis debent abstinere à laboribus. Sed quæritur, quando debemus festum incipere? Respondetur, quantum ad feriationem à vespera in vesperam. Et intellige vesperam, id est, serò. Tamen festorum initium & finis iuxta eorum qualitatem & regionum consuetudines seruari debent, & sicut magnitudo ipsorum exigit, prius incipere, & tardius terminari, extra de fer. c. quoniam. Ergo hic reprehenditur stultitia quorundam hominũ simplicium, qui non reputant, peccatum esse, sabbathis diebus de nocte diu laborare, & secunda feria de mane surgere & laborare, peccatum reputant, cuius oppositum est verũ. Tertium, quòd laboratores & mechanici debent laborare cum patientia, & tranquillitate cordis, quia sunt in pœnitentia Adæ, & totius humani generis salute constituti: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Genes. 3. Ergo pœnitentia illa patienter est sustinenda, ex quo Deus te sic vult habere, tunc libenter & fideliter & patienter debes laborare, & sic cum labore tuo necessaria quærere, & in futuro vitam æternam possidere. Et hi laboratores cum

laboribus suis cœlum acquirunt, sed illi laboratores cum laboribus suis infernum acquirunt, qui cum impatientia, vel ex nimia auaritia, vel inuidia, vel cum corrupta intentione vires suas cum labore cõsumunt, vel qui blasphemant, vel maledicunt proximis in laboribus ex ira, vel impatientia & vindicta, quando non secundùm voluntatem eorum procedit eis, verbi gratia; Sicut rusticus in agricultura, vectores in vectura, pastores cum pecoribus, & quicunque mechanicus: Similiter serui, & ancillæ, quando aliquid accidit eis, quod est ipsis contrarium, & quandoque ex ira brutis animalibus maledicunt, quod est illicitum, quia omnis creatura DEI bona est. Et si non licet maledicere animalibus brutis, multò minus licet maledicere hominibus. Ergo cùm ex ira, vel ex vindicta quis maledicit proxi-
1. Cor. 7. mo, peccat mortaliter. vnde: *Neque maledici, neque raptores regnum Dei possidebunt*: Licet labor in se sit bonus, licitus, tamen ita laborantes, vt iam dictum est, scilicet cum impatientia & fraude, maledictum & infelicem finem sibi inducunt, & dicuntur martyres diaboli. Et tales habent duplicem infernum, quia hic habent laborem istum, & in futuro æternum supplicium. Sed boni laboratores, qui volunt esse martyres CHRISTI, debent fideliter & cum patientia laborare, nec alia turpia verba ex ira proferre, nec etiam familiam suam permittere blasphemare, iurare, detrahere, & maledicere, & sic de aliis, quia ibi non est fortuna, vbi non est Deus. Sed vbi talia turpia verba proferuntur, ibi DEVS non est, sed diabolus, & quandoque Dominus habebit infortunium propter talem familiam, sicut rustici in equis, & frugibus terræ, & sic de aliis. Ergo cum patientia, pietate, & bonitate laborare debemus, hoc est placitum DEO & hominibus, & nobisipsis meritorium. Quartum est, vt mechanici non sint nouitatum inuentores in vestibus, & in ædificiis, & sic de aliis, vt magis lucrentur, & citius ditentur. Sed quæritur, quid si artifices requirantur, & petantur, vt faciant talem variæ dispositionis vestem? Respondeo secundùm Henricum de Hassia, quòd si non debent artifices talium esse excogitatores, multò magis non debent talium esse factores, nisi forte causa specialis quandoque illud exposcat. Et ratio huius est, quia nullus iam alium ad vanitates debet prouocare, nec quisquam iuuare debet, vt vani homines inuentiones friuolas & nouas, nec non illicitas, vel cogitatus suos noxios expleant. Item alius Doctor dicit, si ille petit, vt nouas adinuentiones sibi facias, & tu ad hoc consilium das, & facis ei, & ille hanc noxiam adinuentionem alios docet, tunc

tu eris particeps omnium peccatorum, & cum illo damnaberis, quia hoc est vnum genus hominum, quorum pœna augetur vsque ad nouissimum diem, scilicet, qui sunt inuentores nouitatum malarum. Quintum est, vt faciant ea, quæ sunt ad vsum licita, & vtilia, & eadem illis vendant, qui eis licitè vti volunt, contra hoc faciunt illi, qui ea præparant, quæ nonnisi ad peccandum sunt apta, scilicet gladios toxicatos, & tela toxicata, & taxillos falsos, & sic de aliis. Et omnia peccata, quæ cum talibus artificiatis rebus perpetrantur, super ipsos deuoluuntur. Item contra hoc faciunt illi, qui illis vendunt vel concedunt res, quamuis licitas, quos sciunt velle abuti, verbi gratia, Gladium facere, est licitum, sed qui venderet, vel concederet illi, quem sciret velle abuti, reus esset illius homicidii. Item bursas facere, vel annulos, est licitum, sed si venderet alicui, qui vellet abuti, scilicet, qui vellet dare alicui personæ ad alliciendum eam ad peccandum, reus efficeretur illius peccati. Similiter mediatrices siue copulatrices, quæ talia dona portant, quæ mittuntur ad alliciendum ad peccata, siue sint licita, siue munuscula, reæ erunt omnium peccatorum illorum. Sextum est, quòd mechanici & alii laboratores debent recipere competens salarium pro suis laboribus. Contra hoc faciunt illi artifices, qui nimium pro salario accipiunt, scilicet, plus quàm meruerunt, & quandoque tales minus ditantur. Item artifices, & laboratores, qui statutum & consuetum pretium accipiunt, sed infideliter laborant, & desidiose, quia aliquando tres dies laborant, quod in duobus perficere possent. Sed hoc est contra DEVM, quia quilibet sic debet laborare proximis, sicut sibi vellet fieri, si ipse laborantes conduceret, Matth. 7. *Quæ vultis, vt faciant vobis homines, hæc facite illis.* Ergo semper laborator cogitare deberet, vtrum sibi placeret, si alius sibi sic laboraret, sicut ipse laborat proximo suo, quia lex naturalis requirit hoc, quod tibi vis fieri, aliis facias. Ergo, si nimium pro salario reciperet, vel infideliter laboraret, contra DEVM & proximum faceret, & de hoc pœnitere, & confiteri deberet, quia vnusquisque redditurus est rationem in die iudicii de suo artificio, & de suo labore. Septimum, sine quo omnia præcedentia non valent, est, quod homo in suo labore habeat rectam & bonam intentionem. Intentio est minimum in opere, & maximum in remuneratione. Ergo laborans intentionem debet dirigere ad DEVM, vt in omnibus suis rebus gloriam DEI quærat, & non solùm corporis, sed etiam animæ suæ salutem à Deo expostulet, pro suis laboribus, & sic in centuplo

laboribus suis cœlum acquirunt, sed illi laboratores cum laboribus suis infernum acquirunt, qui cum impatientia, vel ex nimia auaritia, vel inuidia, vel cum corrupta intentione vires suas cum labore cõsumunt, vel qui blasphemant, vel maledicunt proximis in laboribus ex ira, vel impatientia & vindicta, quando non secundùm voluntatem eorum procedit eis, verbi gratia; Sicut rusticus in agricultura, vectores in vectura, pastores cum pecoribus, & quicunque mechanicus: Similiter serui, & ancillæ, quando aliquid accidit eis, quod est ipsis contrarium, & quandoque ex ira brutis animalibus maledicunt, quod est illicitum, quia omnis creatura DEI bona est. Et si non licet maledicere animalibus brutis, multò minus licet maledicere hominibus. Ergo cùm ex ira, vel ex vindicta quis maledicit proximo, peccat mortaliter. vnde: *Neque maledici, neque raptores regnum Dei possidebunt*: Licet labor in se sit bonus, licitus, tamen ita laborantes, vt iam dictum est, scilicet cum impatientia & fraude, maledictum & infelicem finem sibi inducunt, & dicuntur martyres diaboli. Et tales habent duplicem infernum, quia hic habent laborem istum, & in futuro æternum supplicium. Sed boni laboratores, qui volunt esse martyres CHRISTI, debent fideliter & cum patientia laborare, nec alia turpia verba ex ira proferre, nec etiam familiam suam permittere blasphemare, iurare, detrahere, & maledicere, & sic de aliis, quia ibi non est fortuna, vbi non est Deus. Sed vbi talia turpia verba proferuntur, ibi DEVS non est, sed diabolus, & quandoque Dominus habebit infortunium propter talem familiam, sicut rustici in equis, & frugibus terræ, & sic de aliis. Ergo cum patientia, pietate, & bonitate laborare debemus, hoc est placitum DEO & hominibus, & nobisipsis meritorium. Quartum est, vt mechanici non sint nouitatum inuentores in vestibus, & in ædificiis, & sic de aliis, vt magis lucrentur, & citius ditentur. Sed quæritur, quid si artifices requirantur, & petantur, vt faciant talem variæ dispositionis vestem? Respondeo secundùm Henricum de Hassia, quòd si non debent artifices talium esse excogitatores, multò magis non debent talium esse factores, nisi forte causa specialis quandoque illud exposcat. Et ratio huius est, quia nullus iam alium ad vanitates debet prouocare, nec quisquam iuuare debet, vt vani homines inuentiones friuolas & nouas, nec non illicitas, vel cogitatus suos noxios expleant. Item alius Doctor dicit, si ille petit, vt nouas adinuentiones sibi facias, & tu ad hoc consilium das, & facis ei, & ille hanc noxiam adinuentionem alios docet, tunc

1. Cor. 7.

tu eris

tu eris particeps omnium peccatorum, & cum illo damnaberis, quia hoc est vnum genus hominum, quorum pœna augetur vsque ad nouissimum diem, scilicet, qui sunt inuentores nouitatum malarum. Quintum est, vt faciant ea, quæ sunt ad vsum licita, & vtilia, & eadem illis vendant, qui eis licite vti volunt, contra hoc faciunt illi, qui ea præparant, quæ nonnisi ad peccandum sunt apta, scilicet gladios toxicatos, & tela toxicata, & taxillos falsos, & sic de aliis. Et omnia peccata, quæ cum talibus artificiatis rebus perpetrantur, super ipsos deuoluuntur. Item contra hoc faciunt illi, qui illis vendunt vel concedunt res, quamuis licitas, quos sciunt velle abuti, Et verbi gratia, Gladium facere, est licitum, sed qui venderet, vel concederet illi, quem sciret velle abuti, reus esset illius homicidii. Item bursas facere, vel annulos, est licitum, sed si venderet alicui, qui vellet abuti, scilicet, qui vellet dare alicui personæ ad alliciendum eam ad peccandum, reus efficeretur illius peccati. Similiter mediatrices siue copulatrices, quæ talia dona portant, quæ mittuntur ad alliciendum ad peccata, siue sint licita, siue munuscula, reæ erunt omnium peccatorum illorum. Sextum est, quòd mechanici & alii laboratores debent recipere competens salarium pro suis laboribus. Contra hoc faciunt illi artifices, qui nimium pro salario accipiunt, scilicet, plus quàm meruerunt, & quandoque tales minus ditantur. Item artifices, & laboratores, qui statutum & consuetum pretium accipiunt, sed infideliter laborant, & desidiose, quia aliquando tres dies laborant, quod in duobus perficere possent. Sed hoc est contra DEVM, quia quilibet sic debet laborare proximis, sicut sibi vellet fieri, si ipse laborantes conduceret, Matth. 7. *Quæ vultis, vt faciant vobis homines, hæc facite illis.* Ergo semper laborator cogitare deberet, vtrum sibi placeret, si alius sibi sic laboraret, sicut ipse laborat proximo suo, quia lex naturalis requirit hoc, quod tibi vis fieri, aliis facias. Ergo, si nimium pro salario reciperet, vel infideliter laboraret, contra DEVM & proximum faceret, & de hoc pœnitere, & confiteri deberet, quia vnusquisque redditurus est rationem in die iudicii de suo artificio, & de suo labore. Septimum, sine quo omnia præcedentia non valent, est, quod homo in suo labore habeat rectam & bonam intentionem. Intentio est minimum in opere, & maximum in remuneratione. Ergo laborans intentionem debet dirigere ad DEVM, vt in omnibus suis rebus gloriam DEI quærat, & non solùm corporis, sed etiam animæ suæ salutem à Deo expostulet, pro suis laboribus, & sic in centuplo

tuplo plus meretur. Sed sunt quidam, qui in suis laboribus nec bonum, nec malum intendunt, sed quasi non laborant, illicitum non operantur, nec indebito modo, sed nullam intentionem bonam habeat, sed sicut brutum animal semper, nisi pro terrenis laborant: *Nihil habet homo amplius iumento.* & talis homo brutalis nil vel parum gloriæ cœlestis meretur pro suis laboribus, quia est pecus. Sed diceret, ex quo necessaria est intentio: tunc quæritur, qualis debeat esse? Respondetur, quòd intentio laboratorum debet esse triplex, & sic semper merentur: *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Prima intentio debet esse, vt quilibet ideò laboret, vt de iustis habeat, vnde viuat. Et ne necesse habeat furari, vel iniustè acquirere, scilicet per rapinam & vsuram, vel fraudem, & sic de aliis. Sciendum, quòd bonum est, quòd quis discat aliquid, & aliquod artificium; quia scire laus est. Vnde Octauianus Imperator noluit filias suas sine arte laborandi permittere vacare: Quia inquit, ego possem depauperari, tunc filiæ meæ cum labore possent se nutrire, sed aliqui diuites nostri temporis verecundantur laborare, cùm tamen laborare est proprium hominis: *Homo ad laborem nascitur, sicut auis ad volandum*: vnde Apostolus: *Qui non laborat, non manducet.* Secunda, vt in pœnitentia Adæ sit, & ne caro habeat occasionem peccandi. Ergo quilibet debet laborare, ne incidat in peccatum, & ne scandalizet proximum. Exemplum in vitis Patrum legitur, quòd laborãs habet vnum diabolum, tentans eum, sed otiosus habet mille dœmones, qui eum tentant, & ad peccandum ducere intendunt. Vnde otiosus dat locum diabolo. Vnde sicut in olla tẽpida resident muscæ, & in aqua stante crescunt vermes, sic in anima otiosa oriuntur malæ cogitationes. vnde Hier. *Semper aliquid boni facito, vt diabolus inueniat te occupatum.* Tertia intentio est, vt habeat vnde tribuat, & subueniat necessitatem patienti. Cùm enim omnes laborare non possunt, aliqui propter cœcitatem, quia cœci sunt, aliqui quia claudi sunt, vel quia alias infirmi sunt, & si Deus contulit sibi fortitudinem, vt laborare possit, tunc ea intentione laborare debet, vt pauperibus laborare non potentibus, in omnibus subueniat. Et illa eleemosyna præ omnibus multum placet Deo. vnde Hieron. Quamuis omnem censum tuum in pauperes distribuas, nihil tamẽ apud Christum erit pretiosius, quàm quòd manibus tuis ipse confeceris. Sciendum etiam, quòd quandoque ipsum artificium propter Deum ad pauperes exercendum est, & si tale est, quod pauperibus valeat, sicut sartor in reficiendo tunicam, sutor in reficiendo calceos, & sic de aliis: quia sicut serui-

Eccl. 3.
Sap. 3.
Iob 5.
2. Thess. 3.

seruimus Deo de rebus nostris, & de persona, & de tempore, sic etiam de artificio, quia rationem reddituri sumus de artificio, sicut de tempore, & de rebus. Sed si aliqua diues persona diceret: Laborare non indigeo, quia aliàs satis habeo. Respondeo: Si tu non indiges, tamen adhuc laborare debes propter pauperes, qui pro se laborare non possunt. Exemplo B. Elizabethæ, quæ cũ ancillis suis filabat, & inde vestes pauperibus faciebat. Item legitur exemplum de rusticis & laboratoribus, in collationibus Patrum, quod cùm quidam adduxisset ad Ioannem virum magnæ sanctitatis, & etiam virum miraculis illustratum, hominem habentem dæmonem ferocissimum, adiuratus ab eo, noluit exire, sed eius verba contempsit. Adueniente ergo quodam rustico in habitu seculari, &c. Quære hoc ante, Sermone xxvj. V.

Dominica In Octava, Paschæ.

Sermo LVI.

Quod decem bona confert hominibus bona societas.

T*Homas autem non erat cum eis quando venit Iesus*, Ioan. 20. Notandum, quòd B. Thomas Christum discipulis apparentem non vidit, quia non fuit cum eis. Sed post octo dies eum vidit, quia tunc cum aliis discipulis congregatus fuit. Vnde dicitur in verbis propositis: *Thomas autem non erat cum eis.* Circa quod sciendum, quòd vtile & salubre est, hominem esse in bona societate, quia ex hoc consequitur quis decem emolumenta, id est, decem fructus, quos confert bona societas. Primum bonum, quod consequitur quis ex societate bonorum, est acquisitio sanctitatis. Si n. est tanta virtus societatis cum muliere fideli, quòd sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem. Quantò magis sanctificatur quis ex societate multorum bonorum? *Cum sancto sanctus eris.* Secundum bonum est, sancta in bonis calefactio. Sicut enim carbo frigidus accenditur ex adiunctione cum aliis ardentibus, ita & tepidi, ex adiunctione feruentium calefiunt: *Vnus quomodo calefiet? Et si dormierint duo, fouebuntur mutuò.* Sicut enim lux siue ignis non melius accenditur, quàm ignem igni applicando. Sic serui Dei non melius inflammantur, quàm simul habitando. Tertium est corroboratio: *Frater, qui iuuatur à fratre, est quasi ciuitas firma.* Sicut enim in ciuitate vnus murus corroborat alium, & turris turrim, & sic de aliis. Sic in corpore vnius cõgregationis, vnus ex alio corroboratur in bono. Igitur ex sancta societate tria prædicta sequuntur. Primum est virtutum acquisitio, & hoc, quo ad incipientes. Secundum est virtutum feruor, &

[Margin notes: ¶A; 1. Cor 7.; Psal. 17.; Eccles. 4.; Prouer. 18.]

uor, & hic quoad ꝓficientes. Tertium est virtutum firmitas, & hoc quo ad perfectos. Quartum est, cadentis subleuatio, quæ multis est
Eccles. 4. necessaria: *Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur*: væ soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem se, quia per exemplum aliorum corrigitur vita sua, & etiam propter orationem illorum, cum quibus moratur, Deus illuminat eum, & dat sibi gratiam resurgendi. Quintum, quia vinci nõ possunt faciliter tentatio-
Cant. 6. nes diaboli: *Terribilis, vt castrorum acies ordinata.* Exemplũ patet, quia lupus inuadit vagantem ouem, & rapit, sed si esset in medio gregis, nõ tam citò eandẽ inuaderet. Sextum est, vltionis diuinæ indulgentia: *Si*
Genes. 18. *inuenero in Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.* Si autem ratione societatis bonæ tam modicæ paratus fuit parcere tantæ multitudini in tantis sceleribus, nunquid non parcet paucis, & in culpis modicis propter societatem bonorum? Septimum est præsentia Christi, *Vbi*
Matth. 8. *duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorũ sum.* Christus in medio eorum est per aliquem effectum gratiæ. Sic enim dicitur in hominibus, & inter homines habitare. In signum huius, quando Apostolis dabatur Spiritus sanctus, tunc fuerunt simul cõgregati. Et in signum huius B. Thomas non meruit videre Christum, quia non fuit in congregatione discipulorum. Octauum est precum exauditio, obtinet enim multitudo quod non obtinet alius solus, secundùm illud Hieronymi: *Impossibile est, preces multorum non exaudiri.* Item: *Si duo ex vobis consen-* Matth. 18.
serint super terrã de omni re, quamcunq; petierint, fiet illis à Patre meo. Quantò magis vbi nõ duo, vel tres, sed maxima cõuenit multitudo ad rogãdum aliquid, obtinebit? Ergo illæ omnes orationes, quæ fiunt à communitate, sicut in Ecclesiis cõsuetum est fieri post sermonẽ, siue illæ fiant pro viuis, siue pro defunctis, siue pro quacunq; causa, valde efficaces sunt, & est talis oratio eleemosyna spiritualis, quam quis pro necessitate proximi facit. Talis oratio est valde accepta Deo, cùm quis ex charitate fraterna pro aliis
rogat. vnde Chrysost. Pro se enim Chrys. super Matt.
orare, necessitas cogit; pro aliis autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcior est autem ante Deum oratio, non quam necessitas transmittit, sed quam charitas fraternalis
commendat. Greg. in moral. Quis- Grego. in Moral.
quis pro aliis intercedere nititur; sibi potius ex charitate suffragatur, & pro semetipso tanto citius exaudiri meretur, quanto deuotius ꝗ B pro aliis intercedit. Nonum est, securitas in agone mortis, quia magis securè vadit, quàm si solus esset. Exemplũ de quodam eremita sancto viro, cui cùm reuelata fuisset hora mortis suæ propinqua, accessit ad cœnobium propinquum, petens

tens recipi ibidem, cùm autem Abbas difficultatem in hoc exhiberet, timens, ne eis esset grauamen propter senectutem, & debilitatem suam. Ipse respondit, ne hoc timerent, quia citò moriturus esset, sicut sibi fuerat reuelatũ. Et Abbas, quare ergo vis mutare statum tuum pro tam modico tempore, cum multi possint ex hoc scandalizari, & turbari? Respondit, quòd securius esset transitum periculosum transire in societate, quàm solum; & ideo cùm transitus mortis esset periculosissimus, affectabat se illũ magis transire in societate, quàm solus, expauescens illos inimicos, qui ibi præsentes erunt, & receptus post paucos dies mortuus est intra fratres in eorum societate, securius pertransiens ad transitum mortis. ¶ Decimum, q. maius præmium post hanc vitam habebunt, sed hoc specialiter pertinet ad religiosos. Cùm enim maiori maius præmium datur, viuentibus sub obedientia debetur maius præmium: ideò dicitur: hoc solùm virtuti adiicies, quod propriæ voluntati detraxeris, quia maximum est, frangere voluntatem propriam. vnde Eusebius: *Illum diem te tantùm bene vixisse puto, in quo voluntatem propriam abnegasti, & desideriis restitisti.* Ideo dicitur de CHRISTO: *Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.* Exemplum legitur de hoc in vitis Patrum, quòd cùm essent quatuor ordines cuidam viro sancto ostensi, scil. infirmantium, & de hoc Deo gratias agẽtium, seruientium infirmis in hospitalibus solitariorum, & viuentium in congregatione sub obedientia, & quartus appareret sublimior, quærenti cur hoc esset; dictum est ei, quia omnes alii faciunt secũdùm propriam voluntatem, hi autem, qui sub obedientia Patrum viuunt, non secundùm propriam voluntatẽ faciunt, sed secundùm alterius volũtatem, & ideo maioris virtutis sunt.

Euseb. in Epist.

Philipp. 2.

DE EADEM DOMINICA.
Sermo LVII.
De cicatricibus vulnerum Christi.

INfer digitum tuum huc: Sciendum, quòd CHRISTVS seruauit cicatrices vulnerum in suo corpore glorificato propter nouem. Primò, vt per hoc ostenderet veram resurrectionem, quòd in eodem corpore, in quo passus fuit, resurrexit, sic & nos cum eodem corpore nostro resurgemus, sicut & CHRISTVS, & qui hic plus patitur infirmitates & tribulationes patienter, ille in resurrectione magis lætabitur, sed tamen sicut stella differt à stella in claritate, ita corpora sanctorum, quia qui hic in maiori abstinentia & duritia suæ carnis vixit, & etiã castior fuit, *Ioan. 20.*

ille clarius corpus in resurrectione habebit. Secundò in signum victoriæ seruauit cicatrices: *Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.* Isa. 63. Christus non ex impotentia curandi, cicatrices seruauit, sed vt perpetuæ gloriæ circumferat triumphum: sicut enim honor est militi de prælio reuertenti, deferre scutum fractum: sic hic honor est Christo, secum deferre victoriæ suæ gloriosum triumphũ. vnde August. dicit, quòd in corporibus martyrum manent cicatrices in signum victoriæ & reuerentiæ. Tertiò, vt discipulos in fide confirmaret, & vt nobis fidem resurrectionis astrueret, sicut patet in B. Thoma, qui noluit credere & dixit: *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & immittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.* Et post dies octo iterum apparuit discipulis, & dixit Thomæ: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Et in ergo ad dubitantium corda sananda, cicatrices vulnerum sunt seruandæ. Item Gregor. Egit namq; miro modo diuina clementia, vt discipulus dubitans, dum in magistro palparet vulnera carnis, in nobis sanaret vulnera infidelitatis. Plus enim infidelitas Thomæ ad fidem quam omnium discipulorum fidelitas profuit, quia dum ille ad finem palpando reducitur, mens nostra, omni dubitatione postposita, in fide solidatur. Quartò, vt ad amorem suum nos alliceret, ostensis cicatricibus. Si quis propter dilectum amicũ permitteret sibi manum vel pedem abscindere, vel oculum eruere, & hoc faceret illi amico in subleuationem, quandocunq; talis amicus cerneret in suo amico talem charitatem, alliceretur vtique ad redamandum, & ad regratiandum sibi de his, quæ passus esset pro eo: Sic simili modo cicatrices Christi, & eius gloriosa passio debet nos allicere ad amandum, cùm quia non solùm manum vnam, vel pedem, vel oculum, sed totum corpus suum cum omnibus membris suis exposuit. Quintò, seruauit cicatrices, vt interpellaret pro nobis ad Patrem. Vnde ¶ E sciendum, quòd Christus quadrupliciter orat pro nobis ad Patrem. Primò, verbo: *Ego pro eis rogo &c.* Ioan. 16. Dicitur etiam, quòd sæpius pernoctabat in oratione. Luc 6. Item dicitur, Matt. 14. quòd ascendit in montem solus orare. Modo Christus pro se non indiguit orare, sed pro nobis peccatoribus orauit, & exemplum orandi nobis tribuit. Secundò orauit pro nobis cum lachrymis in cruce pendens: *Cum clamore valido, & cum lachrymis, exauditus est pro sua reuerentia.* Hebr. 5. Sic & nos orare debemus cum clamore & desiderio magno, & lachrymarum effusione pro nobis & proximis, tunc Dominus cuili-

cuilibet nostrum sic deuote oranti dicet illud: *Audiui vocem tuam, & vidi lachrymas tuas. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum &c.* Tertio, orauit pro nobis cum effusione sanguinis sui. Accessistis ad sanguinem melius loquentem, quam sanguis Abel. Sanguis enim Abel petebat vindictam super Cain. sed sanguis Christi petit misericordiam, ergo quoties Christus, sanguinem suum fudit, toties pro nobis orauit cum vulneribus & sanguine suo. Quarto, orat pro peccatoribus, cicatricum ostensione, quia eas patri repræsentat, vt nobis eum reconciliet: Cicatricum enim repræsentatio, est quædam apud patrem pro nobis aduocatio, sicut enim miles metacés ab Imperatore impetrat, quãdo vulnera, quæ pro eo pertulit, demonstrat. Legitur in historia scholastica, quod Antipater Idumæus magni Herodis pater, in quodam prælio in seruitio imperatoris multis vulneribus confossus est, q tandem ab æmulis accusatus, reiectis vestibus dixit. Ego nolo me verbis excusare apud te, sed ista vulnera, quæ suscepi pro te loquẽtur pro me, sic ego diligo te; tunc Cesar ipsum in gratiam suscepit; sic Christus vulnera patri ostendit, vt insinuet quantum nos dilexit Bern. O homo, securum accessum habes ad Deum, vbi habes matrem ante filium, & filium ante patrem, mater ostendit filio pectus & vbera, filius ostendit patri latus & vulnera, quo modo ibi poterit esse repulsa, vbi concurrunt tot charitatis insignia? vnde etiã Apo Qui est ad dextram Dei, qui etiam pro nobis interpellat: Item, *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* vnde Ps. *Respice in faciem Christi tui &c.* Deus Pater respiciens, quam care ecclesia filio suo constitit, parcit ecclesiæ suæ. Sexto, cicatrices obseruauit, vt non obliuiscatur nostri. Scripsit .n. nos in triplici parte corporis: In manibus vt nos velit in omnibus necessitatibus adiuuare; In pedibus, vt nunquam velit à nobis separari, sed semper nobiscũ manere, in corde, & semper memor nostri esse, bonum nobis optare, & si mater obliuiscatur filii sui, quando dormit, vel aliquod aliud opus facit, tamen Christus nunquã obliuiscitur nostri. Et in signum recompensationis, tunc sępius, & frequentius debemus etiam cogitare de Christo, & memorari suam amaram passionem, & sibi compati, quia hoc est ei valde acceptum, & nobis valde meritorium. vnde Albertus Magn. Simplex recordatio, seu meditatio passionis Christi plus valet, quam si integrum annum ieiunaret quis in pane & aqua, vel si quotidie virgis, & flagellis cæderetur vsque ad effusionem sanguinis, vel si quotidie legeret vnum psalterium. Septimo, seruauit cicatrices vt eas in iudicio malis osten-

Isa. 38. Psal. 90. Heb. 12. Rom. 8. 1. Ioan. 2. Psal. 83.

dat vt mali videant, quam iuste sint damnati. vnde dicit eis hæc verba, vt dicit Chryſ. Ego propter vos homo factus ſum, propter vos alligatus ſum, deluſus, cæſus, crucifixus, vbi eſt tantarum iniuriarum mearum fructus? ecce pretium ſanguinis mei, quem dedi in redemptionem animarum veſtrarum, vbi eſt ſeruit' mihi impenſa, quam pro pretio ſanguinis mei mihi debuiſtis? Ego ſuper gloriam meam vos habui, cum eſſem Deus apparens homo, & viliorem me omnibus rebus veſtris feciſtis, nam omnem rem viliſsimam terræ amplius dilexiſtis, quam iuſtitiam meam, & fidem. Sciendum, q̃ demonſtratio ſignorum fiet in publico in extremo iudicio, cum cœleſtis rex, & iudex in valle Ioſaphat patienter deſcendet, paſsionis inſignia, radiis ſolis lucidiora ferens, vt videant omnes reprobi, quam iuſte damnẽtur, quia tantum pretium ſui pretioſi ſanguinis contempſerunt. Aug. Fortaſſe dominus in corpore ſuo cicatrices ſeruauit, vt vulnera cordium diſcipulorũ ſuorum ſanaret, & vt in iudicio hoſtibus exprobraret. Octauo, etiam ſeruauit cicatrices in iudicio propter bonos, & iuſtos, q̃ & ipſi videant, quam miſericorditer ſint redempti per paſsionẽ Chriſti, & ꝓpterea de hoc gaudeant, & Deũ perpetuo laudẽt. Nono, poſt iudiciũ in cœlo cicatrices ſeruauit ad maiorẽ gloriam bonorum, Si nullã gloriam habituri eſſemus in cœlo præter illam quam habebimus de quinq; cicatricib. vulnerum Chriſti, nunquam ſufficienter poſſumus Deo de hoc regratiari & deſeruire, etiamſi mille annos hic viueremus, & Deo fideliter, & laudabiliter ſeruiremus, quia cicatrices ſunt in Chriſto non in deformitatem, ſed ad magnam pulchritudinem & decorem; vnde dicit Chr. quod ſuper radios ſolis erunt lucidiores. Sciendum quod in cœlo habebimus accidentale gaudium de cicatricib. vulnerum omnium martyrum. vnde Auguſt. Neſcio quomodo ſic afficimur amore martyrum beatorum, vt & velimus in illo regno videre vulnerum cicatrices, quas pro Chriſti nomine pertulerunt, & fortaſſe videbimus; non enim deformitas in eis, ſed dignitas & pulchritudo erit.

Chry ſuper Matt. — *Aug. de Ciuit.*

DE EADEM DOMINICA Serm. LVIII.

De iſtis qui ſæpius recidiuant.

Reſpondit Thomas. *Dominus meus, & Deus meus.* Verba prædicta quilibet poteſt dicere, q̃ digne in hoc ſacro tẽpore communicauit, & adhuc non recidiuauit. Sciendum quod illi qui poſt pœnitentiam & ſacram communionem redeunt ad peccata, ſunt ſicut ſerpentes euacuantes venena, & iterum reſumentes, ſunt ſicut canis reuertens ad vomitum ſuum. Et licet omnes homines nequiter

Ioan. 20. — *Prou. 26.*

quiter faciant qui recidiuant, tamen specialiter octo genera hominum sunt, qui præ aliis citius, & peius recidiuare consueuerunt: Primi, sunt tyranni, seu oppressores pauperum, vt magnates, qui postquam consueuerunt subditos & pauperes exactionare, & ab eis seruitia extorquere, difficile est eis hoc dimittere, & tales raro veram pœnitentiam faciunt; licet quãdo Deus permiserit super eos infirmitates, vel aliquam aliam plagam, pœnitentiam agant, & promittant amplius pauperes non grauare, & eis restituere, tamen statim, vt Deus cessat à plaga, & gladium vltionis suspendit, quo eos percusserat, statim obliuiscuntur, & redeunt ad peccata consueta. Quod hoc sit verum patet in Pharaone, quem Deus plagauit propter oppressionem & flagellationem populi Israel, quibus eos angariauit ædificando illas ciuitates Phiton, & Ramasses, & sæpius illis plagis monitus, pœnitentiam egit, sed fictam, quia cessante plaga recidiuauit. Cum autẽ Moyses, & Aaron sibi & terræ suæ vltimam plagam inferrent, dixit Pharao: Ite, & orate pro me, finaliter, eis recedentibus, persecutus est eos, & sic in recidiuo peccati submersus est. Sic timẽdum est de illis, qui sæpe recidiuant, ne & illi submergantur, & moriantur in peccatis: & tales, qui sic subditos suos opprimunt, & indebitas exactiones in eos faciunt, tenentur coram Deo ad restitutionẽ ipsis subditis, si volunt saluari. Secundi sunt vsurarii, lusores, & falsi mercatores, fures, & deceptores, & sic de aliis: illi vix agunt verã pœnitentiam, & sæpius, & frequenter, redeunt ad peccatũ; Tales .n. qui in quadragesima promiserunt restituere, quæ non sunt, illorũ, & iterum post Pascha vsurã, & iniusta lucra recipiunt. Qui enim sic diuitias amãt, similes sunt Iudæ qui vt dicitur, occidit propriũ patrem, & accipiens matrem in coniugem, peccauerat. Et post egit pœnitentiã relictis diuitiis, quas male acquisierat, seruiẽdo Pilato. Postea recidiuauit furando decimam partem de pecuniis Christi, & discipulorũ eius, & sic propter auaritiam vendidit Christum Iesum, & recidiuans desperauit, & laqueo se suspendit. Caueant. n. sibi omnes auari ne sic sine pœnitentia decedãt, & sic damnẽtur cum Iuda; qa si saluari volunt, oportet de necessitate vt omnia bona iniusta restituãt. vnde Au. Peccatũ non dimittitur nisi res ablata restituatur. Tertii sunt, sortilegi, incãtatores, & inuocatores dæmonũ, necromantici, superstitiosi, carminatrices, & phitonissæ, qui vtplurimum reuertuntur ad peccatum: vt patet in illa phitonissa, ad quam accessit rex Saul, rogans, vt sibi suscitaret Samuelem Prophetam, qui mortuus fuerat. Illa enim mulier simul cum aliis mulieribus phitonissis prohibita fuit ab incantationibus; *1. Reg. 28.*

Et tunc

Et tunc ad rogatum regis Saul ipsa recidiuauit. Cum enim Saul desideraret hoc ab ipsa fieri & mutata veste eius, veniens rogaret eam, vt vt suscitaret Samuelem. Tunc respondit mulier: *Ecce tu nosti, quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos, & ariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, vt occidar, & iurauit ei Saul dicens. Viuit dominus, quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem.* Et prius Saul deleuit phitones, & diuinos, & cum dominus recessisset ab eo, dereliquit Deum, & veritatem à mortuis quæsiuit per phitonissam, & incantatricem. Et sic ipse Saul tunc cum filiis suis interfectus est à Philistæis in bello; sic isti digni sunt morte, qui accedunt ad phitonissas contra præcepta Dei, & ecclesiæ, & etiam ipsæ incantatrices, quæ recidiuant, postmodum de facili sine pœnitentia decedunt. Sciendum, quod multi sunt, qui post pœnitentiam, quando infirmantur in corpore, accedunt ad incantatrices, & carminatrices, & faciunt se carminari, quod est grãde peccatum mortale. item aliqui parentes sunt, qui pueros suos infirmos ad tales incantatrices portant; & hi similiter grauiter peccant. Itẽ aliqui cũ infirmantur, accedunt ad iudæos pro medicinis, quod prohibitum est ab ecclesia: ergo qui infirmantur debent accedere ad christianos medicos, & vti medicinis eorum: quia quicquid naturalem effectum habet; hoc licitum est; sic de herbis fit medicina, quia altissimus de terra creauit medicinã Quarti sunt detractores, qui consueuerunt infamare proximos verbis suis: tales vix vere pœnitent, & multoties recidiuant: sicut enim serpens, quando grauatur veneno, tunc sumit herbam amaram, per quam euomit venenũ, licet postea iterum comedat res venenosas, quibus occidit hominem, quem mordet. Sic & isti detractores venenum emittunt, dum pœnitent: sed iterum venenosas cogitationes in cor assumunt, quando mala de proximis iudicant: & tũc iterum linguis venenosis mordent proximos, quando eis occulte obloquuntur: ergo quilibet debet se cauere à detractione proximi vnde Hier. *Noli diligere detrahere, ne eradiceris*: pauci enim sunt, qui huic vitio plene renuntient. Item quia tale peccatum vix dimittitur. Hier. *Non facilis venia, praua dixisse de rectis.* Quinti sunt, luxuriosi, & adulteri, & sodomitæ, qui de facili recidiuant; sicut vxor Loth, quæ delectabatur manere in Sodomis, & ideo præsumitur, quod non ob aliã causam retrospexit, nisi forte quia libenter vixisset vltra cũ eis, & doluit de perditione, & subuersione illorum. Non enim rationabile est, quod Deus mutasset eam in statuã salis propter solam retrospectionem, nisi & animo voluisset rediisse, secundum illud euangel

gelii. *Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro aptus est regno Dei.* Non enim intelligitur ibi corporalis retrospectio; quia homo arando, & retrospiciendo potest regnum Dei obtinere, etiamsi oculo corporali ad diuitias respexerit, quas dimisit. Sed intelligitur de retrospectione mentis & consensus, quo quis affectat redire ad ea, quæ dimisit. Niniuitę voluptuosi, & luxuriosi, licet propter prædicationem Ionæ pœnitentiam egerunt, tamen postea recidiuauerunt. Sed aliqui dicunt se non posse diu continere ab actu luxuriæ, quod est simpliciter falsum, quia ex hoc sequeretur, quod Deus præcepisset nobis aliquid, quod esset impossibile nobis adimplere. vnde Ber. *Maledictus homo, qui dicit Deum præcepisse impossibile.* Vnde si talis haberet tantam voluntatem continendi quantã habet vinum suum in vase custodiendi: & cum tanta diligentia obstrueret sensum corporis, cum sentit se per occasionẽ sensuum tentari carnaliter, cum quanta diligentia, obstruxit foramẽ vasis repleti vino, cum sentit vinum exire, vel stillare, de illo, de facili cõtineret. hoc patet etiam ex hoc, ꝙ si cum vno actu luxuriæ deberet pdere omnia bona temporalia sua, vel scire se amissurum pedem, vel manum, vel ambos oculos, vel sciret sibi præparatum ligneum lectum, in quo deberet cremari sicut Be. Laurentius in craticula: omnino abstineret, & nunquam vsq; ad mortem aliquẽ actum luxuriæ scienter, & voluntarie perpetraret. Sexti sunt, gulosi in delitiis assueti, & nutriti à iuuentute; tales etiam frequenter recidiuant, hoc patet in filiis Israel, quos dominus pauit in deserto manna; & dixerunt: Anima nostra nauseat super cibo isto, da nobis carnes; & etiam murmurantes, dixerunt. *Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto, & peponum, & ceptarum, alii, & porri &c.* Et cupierunt ea, quæ reliquerant exeundo de Ægypto, & ideo occisi sunt in deserto. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos & vocauit Moyses locum illum, sepulturã concupiscentiæ.* Ibi enim sepeliuit Moyses populum, qui desiderauit carnes; sic timendum est de gulosis, qui modo redeunt ad crapulam & ebrietatem suam; sicut illi, qui in quadragesima pœnituerunt, & in Pascha communicauerunt etiã ad tabernas vadunt, & se inebriant & sic Deum expellunt. vnde Ambr. in lib de pæ. *Ebriosus confundit, naturã, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit damnationem æternã.* Septimi sunt, qui assueti sunt iurare, & blasphemare: tales & si quandoque pœniteant, tamen cito recidiuant. vnde Arist. Difficile est resistere consuetudini, quæ assim latur naturæ. vnde idem. Ex actu multoties iterato fit habitus; & tales sic iurãtes, & blasphemantes re-

Num. 11.

Psal. 77.

Arist. 7. Ethic.

Arist. 2. Ethic.

plebitur omni iniquitate; vnde Ec. *Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non recedet à domo eius plaga.* Octaui sunt, superbi, qui etiam vix vel nunquam superbiam deponunt, & si quandoq; ad tempus deponunt, tñ sibi reassumunt. vt patet in illis, qui in quadragesima deponunt superbum habitum, scilicet lõgas manicas, & scissuras, licet post festum Paschæ immediate reassumunt. Vnde dicit quædam mulier ad quendam bonum virũ: Domine ad quid valet confessio mea? ego confiteor de superbo habitu, & tñ easdem vestes adhuc in camera mea retineo, & desinere nõ intendo: & talis confessio nihil prodest, quę non fit cum firmo ꝓposito emendandi. Et ista octo genera hominũ vix, vel raro se emendant.

Eccl. 23.

DOMINICA PRIMA POST octauam Paschæ Ser. LIX.

De prælatis, & subditis.

Ioan. 10.

EGo sum pastor bonus. Sciendum, quod per pastorem in præsenti euangelio intelligitur prælatus, & per oues intelliguntur subditi. Vnde hic tria sunt dicenda. Primo, quid tenentur prælati subditis. Secundo, quomodo omnes homines sunt similes. Tertio, quid subditi tenentur prælatis. Quantum ad primum sciendum, quod prælati tenentur tria subditis. Primum est, vt terram suam, & subditos suos defendant, qa gladius datus est eis ad hoc, vt videlicet populos, & subditos, & terminos à Deo sibi commissos solicite & pro posse defendant, & homines pacifice viuere compellant, defendendo ecclesiam exterius à paganis, & ab infidelibus, ac hæreticis; interius à prædonibus, maleficis, & huiusmodi. Item protegendo viduas & orphanos, & sacerdotes, & religiosos, qui seipsos tueri non possunt; vnde vidit Machabæus extendisse manum Hieremiam, & dedisse gladium aureum Iudæ dicentem sibi: Accipe gladium sanctum à Deo, quo deiicies aduersarios populi mei Israel. Dicit enim gladium sanctum, non quod gladius sit sanctus, sed sanctum facit bene vtentem, vt Gallorum Henricum Lud. & sic de aliis. Sciendũ, q̃ rectores ad hoc statuti sunt, vt vnusquisq; terram sibi subiectã in pace teneat: quia si esset terra alicuius principis ita ampla, q̃ & vltra mare se extenderet, tunc de omnibus peccatis, quæ fiunt in ea ꝑ raptores, & alios malefactores, quib. resistere posset, redditurus esset ratione͂ Deo, vnde si præsidentes possunt prohibere mala, & non faciunt, damnabuntur. Hoc merito aduertere deberent isti prælati, & & præsidentes, qui de sua potentia & dignitate nesciunt nisi gloriari, tota die occupantes se in torneamentis, venationibus, & potationibus, & sic de aliis mundi vanitatibus, nunquam, vel raro se occupantes

2. Machab. vlt.

spantes circa pauperum, viduarum clericorũ, religiosorum, orphanorum, & huiusmodi protectionem. Cum tamen nulla alia de causa Deus eis contulerit potestatem, nisi pro tuitione ecclesiæ, & pauperũ. vnde dicit Dominus ad Moysem: *Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis*, & hoc dico secundum glo. quia vel erant auctores illius peccati populi, vel quia nõ prohibuerunt. Secundum est, in quo tenentur domini subditis si saluari volunt, vt sint ipsis clemẽtes sicut Deum volunt sibi habere clementem, qa si qs cupit Deum sibi esse propitium nõ crudelem, ita ipse suo subdito debet esse. vnde Sen. Sic cum inferiori viuas, quemadmodũ superiorem tecum viuere velis. vnde B. Ioa. Baptist. requisitus à militibus, quid facere deberent. respondit: *Neminem concutiatis, nemini calumniam faciatis, & estote contenti stipẽdiis vestris*. Quæritur, vtrum dominus posit aliquid vltra censum debitum à subditis exigere vel recipere? Respondeo, q, ex causis rationabilibus potest vltra censum debitũ petere moderatum auxilium, & subsidium à subditis, dummodo hoc facit sine coactione. Prima causa est, pro defesione patriæ vt cum patria iniuste ab hostibus inuaditur, tunc enim subditi non solum tenentur res suas impartiri, sed etiã tenẽtur ad hoc corporali et laborare, Secunda, si sit captus in iusto bello. Tertia, si ex iussu principis. vel Papæ debeat ire contra hæreticos, vel paganos. Quarta causa est, si debeat, vel velit filium militare, vel filiam desponsare. In omnib. his, & similibus potest licite à subditis petere subsidium moderatum; sed si dominus vult ludere in aleis, vel se exercere in aliis vanitatibus; propter tales causas non licet quicquam exigere, & si exigit, tenetur restituere, secundum Gu. extra de consuetu. in fi. Sciendum, quod qui vltra debitum censum accipiunt in subditis, nisi in casibus concessis, & iam enumeratis, proditores dicuntur, & ratio est, quia eandem fidem Dominus debet subdito, quam subditus domino; sed subditus, si capi faceret dominum, vel aliud malum ei inferret, diceretur proditor; sic est dominus, quoad Deum: sed diceret, si non esset meus subditus, non facerem; Responsio. Ideo non est tibi commissus à Domino vt eum spolies, & exactiones, sed vt eum protegas; & talis est dominatio diabolica, qua affligũt subditos suos sibi seruientes. Item tales iudicium Dei sine misericordia merentur. quia talem se exhibet eis dominus Iesus, quales ipsi exhibuerũt se suis subditis; vnde Luc. *Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis*. Exemplum Legitur, q, quidã miles habuit patrem, & matrem: qui multũ fuerunt misericordes, & timentes Deum, sed defunctis parentibus filius

Num. 25.

Luc. 3.

Luc. 6.

effectus est oppressor subditorum, & pauperum, & cum argueretur ab amicis & religiosis, quare intantum spoliaret subditos suos? Respondit, oues nostræ sunt, ideo debemus eas tondere & vti eis. Tādem Deus volens eum ab hoc errore reuocare propter seruitium, q̄ in iuuentute Deo exhibuit, misit ad eum angelum, qui rapto eo, ostendit ei pulchrum palatium in quo erant homines vestiti aureis vestibus, & cantabant dulcissime, & omnia genera organorum audiebātur in illo palatio; qui audiens tantum gaudiū, palatium volebat intrare, & repulsus est à custode portæ, dicente. Quomodo vis intrare illud mundissimum palatium, & pulcherrimum cum habes vestem sanguinolentam? qui cum respexisset, vidit se respersum sanguine, cui angelus. Iste sanguis est labor pauperū, quem tu violenter, & sine iure exactionando à subditis accepisti. Si igitur vis intrare illud palatiū, reiicias, à te istā vestem qui ad se rediens, vitam in melius cōmutauit, & omnia iniuste recepta, restituit, & postea in eis multum misericors fuit, & tandē vitā in bono finiuit. Tertium, q̄ debent esse timentes Deum, & humiles ad proximum, dico, q̄ multum debent timere Deum ipsi prælati: quia quando subditi peccant tunc ipsi puniuntur in præsenti pro suis excessibus: sed nullus est, qui dominis, & prælatis audeat veritatem dicere, vel eorū excessus punire, sed omnia durissimo; Dei iudicio reseruantur. *Iudicium durissimum fiet his, qui præsunt*; ratio, quia cum Deus nihil curet de dignitate, aut nobilitate, aut potestate sicut nec de infirmo leproso, quia Deus non est acceptor personarum, sed vnumquemq; iudicat secundum opera sua, & merita; Sed quantum ad proximos, & subditos prælati debent esse humiles, sic quod non debent spernere subditos propter paupertatem. vnde Greg. *Omnes fratres sumus vnius Imperatoris potestate conditi, & sanguine redempti*, & idcirco fratres nostros quantumlibet pauperes, & abiectos, in nullo despicere, debemus. Sed quantum ad secundum, sciendum, quod homines tā nobiles quam ignobiles, tam iuuenes quam senes, sunt similes in quatuor, & ista similitudo debet esse causa dilectionis ad inuicem. Primo, quia Deus nos omnes creauit. *Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* *Psal. 99.* Ergo Deus est pater omnium nostrum secundum dictum Christi, in euangelio, vbi dicit. *Vnus enim est pater vester &c.* *Matt. 23.* Item in euangelio Io. dicitur. Omnes enim vos fratres estis. Item ab Adam omnes nati sumus, & de eodem limo oēs formati sumus. Secundo, quia omnes nudi nati sumus. *Nudus egressum sum de vtero matris meæ &c.* *Iob. 1.* Ditissimus rex mundi pauperior natus est, quam pauperrimus hominū mūdi mortuus sit, hoc, proba-

probatur, quia quantumcunque pauper moritur, aliquid post derelinquit, imò ad minus panniculos aliquos, quibus tegebat nuditatem suam, vel stramina aliqua, super quibus dormiebat, sed ditissimus Rex mundi nullum horum secum portauit, sed nudus de vtero matris hunc mundũ intrauit, ergò omnes, quo ad natiuitatem sumus similes, & consequenter fratres. Tertium est, quòd omnes sumus breuis vitæ:
Iob. 14. *Breues dies hominis sunt*. Hoc intelligitur tam de diuitibus, quàm de pauperibus, quia quantumcunque quis sit diues, siue nobilis, siue potens super alios, tamen non habet securitatẽ vitæ, quamuis quandoque æstimet se habere:
Luc. 12. *Stulte hac nocte repetent animã tuam &c.* Et insuper omnes eundem finem habebunt, quia omnes, tam diuites, quàm pauperes erũt cibus vermium, & vertentur in cadauer fœtidum. Si hoc vis probare, vade ad ossa mortuorum, & ostende mihi, quæ sunt nobilium, vel rusticorum, sed nulla est differentia, quia omnes habebimus eundem finem. Quartum, quòd omnes homines, tam diuites quàm pauperes, tam domini quàm subditi, tam dominæ, quã ancillæ, & domini quàm serui, stabunt ante tribunal Christi:
2. Cor. 5. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque. prout gesßit in corpore suo, siue bonũ, siue malum.* Ex his patet, quòd omnes sumus fratres; ergo fraterna dilectio & fidelitas debet esse inter nos, ex quo omnes fratres sumus. Sed contra hoc faciunt, qui pauperes propter paupertatem despiciunt, vel defectuose subsannãt, quia in hoc Deum offendunt multum: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Matt. 25. Exemplum de quodam diuite, qui spernebat pauperes. Legitur, quòd quidam diues Aduocatus, qui de paupertate deuenit ad magnas diuitias, tantæ superbiæ fuit, quòd ꝓpter suam sublimitatem & superbiam loqui de pauperibus dedignabatur, qui diuino iudicio ad tantam cecidit miseriam, quòd infirmatus, se visitantibus, responsum dabat, se esse catum. vnde etiam semetipsum sub lecto, & sub scamno abscondebat, sicut catus, & quando interrogatus fuit, cur hoc faceret. Respondit; ego sum catus, & sic sine omnĩ contritione & confessione obiit. Sed quantum ad tertium, sciendũ, quòd subditi tenentur tria dominis. Primò, vt sint eis fideles in corpore, ne eos tradant, hoc esset peccatum Iudæ, qui Christum dominum suum tradidit. Item debent eis esse fideles in rebus temporalibus, vt præueniant damna dominorum suorũ, vbi possunt, & bona eorum eis augmentent: Item in anima debent ipsi esse fideles, ne aliquod malũ ipsis consulant: contra quod faciunt illi, qui consulunt dominis, vnde læduntur alii in rebus, & tales tenentur ad restitutionem,

tionem, si aliàs non fuisset factum illud malum sine eorum consilio, etiamsi nullum ex hoc emolumentum consecuti sint, Iob 18. *Præcipitabit impium consilium suum*. Boni consiliarii sunt, vt Angeli, qui semper bona consulunt, & tales boni consiliarii habebunt magnam gloriam cum Angelis in cœlo, quia se eisdem Angelis similes fecerunt, dando bonum consilium. Mali verò consiliarii sunt, vt Angeli mali, qui semper consulunt mala & nociua, & tales mali consiliarii propter talia mala consilia ardebunt cum dæmonibus in inferno. Secundò, quòd subditi tenentur suis dominis, est, vt sint eis obedientes licitè, & in quibus tenentur eis obedire, quia secundùm B. Thom. in seculari potestate obediendum est in licitis, quia *omnis potestas à Deo est, & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit*. Ex hoc sumitur, quòd vxor tenetur obedire marito suo in omnibus licitis, & honestis. vnde Gen. 3. dixit Deus ad Euam: *Sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tibi*. Similiter pueri debent obedire suis parentibus in licitis & honestis, sic etiam serui & ancillæ tenentur obedire dominis suis, & consequenter omnes subditi, siue sint ciues, siue rustici, tenentur obedire suis superioribus in omnibus licitis, & honestis. vnde Bern. Quicquid vice Dei præcipit homo, quòd sit certum non displicere Deo, hoc omnino est accipiendum, qu si præcipiat Deus. Item Bern. Obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur. Tertium, quòd subditi tenentur dominis suis vel superioribus, est, quod de debitis redditibus, siue de rebus dominorum nihil auferre, nihilque detinere debent, sed plenè & integrè persoluere omnia. Contra hoc faciunt illi subditi, qui scientes subtrahunt, & non plenè persoluunt decimas, reditus suis superioribus, & tales mortaliter peccant, & tenentur satisfacere suis superioribus, si volunt consequi remissionem omnium peccatorum, & eucharistiam dignè recipere. Item contra hoc faciunt officiales Dominorum, qui quandoque ex vna parte extorquent à subditis, & ex alia parte non dant Dominis, sed semper partem, vel totum sibi reseruant, & tales etiam tenentur ad restitutionem.

De Eadem Dominica.

Ego *sum pastor bonus*. Hic Christus seipsum commendat. vnde hic est dicendum, quando quis potest se licitè commendare, & quando est veniale, & quando etiam mortale, vel etiam nullum peccatum: hoc quære infra sermone 107 R.

De Eadem Dominica.

A*nimam meam pono pro ouibus meis*. Hic est dicendum de cha-

de charitate DEI, quam habet ad nos, & etiam de charitate, quam nos ad ipsum habere debemus. Istum sermonem quære infra sermone 119. P.

DOMINICA II. POST Octau. Paschæ.

Sermo LX.

Quæres, antiqui Patres quamdiu olim vixerunt?

MOdicum, & iam non videbitis me. Ioan. 16. Hęc verba locutus est Dominus Iesus ante passionem suam post cœnam in illo Sermone, quem fecit discipulis, qui incipit: *Non turbetur cor, &c.* Legitur autem hoc Euangelium hodie, in quo Dominus paucis verbis annuntiat suis Apostolis tria, scilicet mortem, resurrectionem, & ascensionem ad Patrem. De primo ait: *Modicum & iam non videbitis me.* scilicet post mortem, vna die & duabus noctibus, dum fuero in sepulchro: de secundo subdit: *Iterum modicum, & videbitis me.* scilicet post resurrectionem quadraginta diebus, quibus apparebo vobis: de tertio additur: *Quia vado ad Patrem.* Sciendum, quòd in Euangelio septies repetitur modicum, quia in hac vita, & iam nostris tēporibus septem ætates hominis sunt breues & modicæ. Quòd enim vita nostra iam in præsenti sit modica & breuis, ostenditur multipliciter. Primò, per sacram scripturam: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.* Item, *Breues dies hominis sunt.* vnde: *Quæ est enim vita nostra? vapor est ad modicum parens.* Item: *Nos nati continuè desinimus esse.* Secundò ostenditur, quòd vita nostra sit breuis in hoc, quòd vita nostra comparatur rebus, quæ sunt breuissimæ permanentiæ. Primo, comparatur fœno. Ps. *Omnis caro, &c.* Nam sicut hodie fœnum viret, & cras in clibanum mittitur, sic homo hodie viuit, & cras moritur, & sepelitur, & sicut flos hodie floret, & cras decidit, & arescit, sic homo in iuuentute floret, & senio arescit, sed morte decidet, & in puluerem reuertetur. Item, vita nostra tanquam fluuius pertransiens, & tanquam nauis percurrens. Greg in Regist. Nostra vita nauiganti similis est. Is namque qui nauigat, stet, sedeat, iaceat, semper vadit, quia impulsa nauis ducitur. Ita ergo & nos sumus, qui siue dormientes, siue vigilantes, siue iacentes, siue ambulantes, siue nolentes, siue volentes per momenta tēporum semper ad finem ducimur. Aug. Vita nostra nihil est, nisi cursus ad mortem, in quo nemo, nec nec diues, nec pauper, nec nobilis, nec ignobilis stare permittitur, sed semper diætam vnam quolibet die quisque nostrum facit. Item vita nostra comparatur vmbræ, hoc patet, si habeatur respectus ad pœnæ

Iob 13.
Iac. 4.
Sap. 5.

inferni

inferni æternitatem. vnde dicunt damnati in inferno illud: *Transierunt omnia illa tanquam vmbra:* & post subditur: *Nos nati continuó desinimus esse.* Item: *Vita nostra est tanquam ventus.* vnde: *Memento mei Domine, quia ventus est vita mea.* Tertiò ostenditur comparando vitam nostram ad vitam antiquorum Patrum, qui in principio mundi vixerunt. Vnde iam est dicendum, quamdiu Patres antiqui vixerunt, & quare, & quomodo postmodum diluuium exortum sit. Pro quo sciendũ, quòd Adam postquam ipse expulsus fuit de Paradyso, cognouit vxorem suam Euã, & peperit ei Cain, rursum post peperit Abel. Cain agricola fuit, & Abel pastor ouium. Factum est post multos dies, vt offeret Cain de fructibus terrę munera Domino, Abel verò obtulit de melioribus gregis sui: *Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain veró, & ad munera eius non respexit.* Iratus est Cain vehementer, & dixit ad Abel fratrem suum: *Egrediamur foras? Cumq́; essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suũ, & occidit eum. Et ait Dominus ad Cain, Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio. Nunquid custos fratris mei ego sum? Dixitq́; Deus: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Nunc autem maledictus erit terra in opere tuo, quę aperuit os suum, & suscepit sanguinẽ fratris tui de manu tua. Dixit autem Cain ad Dominum: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Et post hoc Adam vixit centum triginta annis, & genuit filium, & vocauit nomen eius Seth.* Legitur in historia Scholastica, quòd post mortem Abel, Adam non voluit amodo vxorem cognoscere, sed Deo iubente per Angelum fregit votum, & cognouit eam, & genuit Seth, *& dixit: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vixit autem Adam postquam genuit Seth, octingentis annis, & genuit filios & filias.* Dicitur autem in Scholastica historia, Adam habuit triginta filios, & tot filias, præter Cain & Abel. *Et factum est omne tempus, quo vixit Adam nongenti & triginta anni, & mortuus est. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & duxit vxorem, cum qua genuit primogenitum suum Enos, vixit quoque Seth, postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitq́; filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Seth, nongenti duodecim anni, & mortuus est. Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Caynam. Post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios, & filias factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus est, vixit quinque Cayna septuaginta annis, & genuit Malalehel, & vixit Cayna postquã genuit Malalehel, octingẽtis quadraginta annis, & genuit filios, & filias, & facti sunt*

Sapient. 5.

Iob. 7.

omnes

omnes dies Caynam nongenti decem anni, & mortuus est. Vixit autem Melalehel sexaginta quinq; annis, & genuit Iared, & vixit Malalehel postquam genuit Iared octingentis triginta annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Malalehel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus est, vixitq; Iared centum sexaginta duobus annis, & genuit Enoch, & vixit Iared postquam genuit Enoch, octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Iared nongenti sexaginta duo anni, & mortuus est. Porro Enoch vixit sexaginta quinq; annis, & genuit Mathusalem, & ambulauit Enoch cum Deo, vixit autem Enoch, postquam genuit Mathusalem trecentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch 365. anni, & ambulauit cum Deo & non apparuit, quia tulit eum Deus. Vixit quoq; Mathusalem centũ octuaginta septẽ annis, & genuit Lamech, & vixit Mathusalem, postquã genuit Lamech, 782. annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathusalẽ 969. anni, & mortuus est. Vixit autem Lamech 182. annis, & genuit Noe. Vixit autem Lamech, postquam genuit Noe, 595. annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech 777 anni, & mortuus est. Noe, verò cùm 500. annorum esset, genuit Cham & Sem, & Iaphet. Et cũ multiplicati sunt homines, & malitia hominum super terram, tunc Dominus iussit Noe fabricare arcam, & cùm Noe esset 500. annorum, iussus est fabricare arcam, & cùm esset 600. annorum, tunc intrauit cum tribus filiis suis, & cum tribus vxoribus filiorum suorum, & cum vxore sua. Tunc aperta sunt cataractæ cœli, & factũ est diluuium 40. diebus & noctibus, & eleuauerunt arcam, aquæ. Operueruntq; aquæ diluuii terras 150. diebus, post 150. dies decrescebãt. Post 40. dies aperiens Noe fenestrã arcæ, emisit coruum, qui non est reuersus, sed mãsit cum cadauere vno, Post emisit columbam, quæ est reuersa, quia nõ inuenit, vbi pes eius quiesceret: Post septem dies iterũ emisit columbam, quæ de sero reuersa est, portans ramum oliuæ in ore suo: iterum post 7. dies emisit columbã, quæ non est reuersa. Tunc intellexit Noe, quód exsiccata est terra, tunc dixit Dominus ad Noe: Egredere de arca tu, & vxor tua, tu, & filii tui, & vxores eorum. Et postea dixit eis: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et ædificauit Noe altare Domino, & obtulit ei sacrificium, tunc Noe plantauit vineam, & cùm creuisset, vinum bibit, & de illo inebriatus est, quia non nouit fortitudinem vini: vixitq; Noe post diluuium 350. annis, & totum tempus Noe fuerunt 950. anni, & ab Adam vsque ad diluuium fuerunt 1242. anni, sed post diluuium homines tamdiu non vixerunt, sicut ante diluuium, quia tunc debilitatæ sunt vires herbarum & fructuum.

Quæritur, quare antiqui Patres tamdiu vixerunt, & iam homines nostris temporibus decrescunt ita, quòd rarò inuenitur aliquis, qui perueniat vsq; ad septuagesimum, vel octuagesimum annum, sed quasi omnes moriuntur in iuuentute? Respondetur, quòd sunt octo causæ. Prima est, secundùm Henricum de Hassia, scilicet super Genesi, quia ipsorum complexio erat propinquior Adæ nobilissimo viro, à DEO solo creato, sed nos sumus concepti de fragili & corrupta materia, Igitur &c. Et cum hoc sumus elongati à principio nostro, id est, ab Adam per multum tempus. Exemplum de fonte & riuulo eius: Nam quanto riuulus est propinquior fonti, tantò magis est aqua recentior & melior, sed in fonte est optima, & quanto remotius fluit à fonte, tanto magis tepida erit. Item, quia Deus est creator Adæ, & DEVS est perfectior in operibus, quàm creatura posit esse in suis operibus: Deuteron. 22. *Dei perfecta sunt opera.* Adam enim fuit pulcher, fortis, & sapiens, quia filius naturaliter assimilatur parentibus, & si natura potest hoc, quid tunc DEVS, à quo Adam immediatè fuit creatus? Imò Adam habuit cognitionem & notitiam Dei, cuius præsentiam quadam interiori aspiratione contemplabatur, non tamen ita excellenter, vt sancti iam in patria, nec ita in ænigmate, vt nos iam modò in via. Item Adam nouit res factas, quia eis nomina imposuit, & secundùm sanctum Thomam de Aquino. Nomina naturis rerum congruere debent. Ergo Adam sciuit naturam omnium animalium & herbarũ. Secunda causa & consimilis, quia plantæ & animalia erant fortioris naturæ, & maioris quantitatis, vnde dicitur: *Erant autem gygantes super terram illis diebus.* & Num. 13. mentio fit de ingenti botro apportato de terra promissionis, ad ostendendum Moysi, & filiis Israel, qui erant in deserto. Et si in botro, cur non in aliis segetibus, & aliis fructibus simile fuit? Manifestè enim apparet iam semper de die in diem fructus decrescere, quia ante centum annos fructus maiores & meliores fuerunt, quod probatur testimonio antiquorum antecessorum nostrorum. Ergo iam finis mundi appropinquat. Apostolus: *Nos sumus, in quos fines seculorum deuenerunt.* vnde etiam Aristot. homo dicitur minor mundus &c. Sicut ergo homo, quando incipit senescere, tunc deficit, sic & mundus quanto magis fini appropinquat, tanto plus incipit deficere in fructibus & segetibus. Tertia causa, quia nutrimentum antiquorum erat simplicius, quale natura optimum fecit, & non tam artificiale, sicut modò fit, quod non tam salubre quàm delectabile fit ex ingenio alicuius artis coquinariæ, cum appetitum effrenem

Gen. 6. — 1. Cor. 10. — Arist. 8. Phys.

frenem ad excessum prouocat, vires eneruat, morbo q; multiplicat, consequenter vitam minuit. Sen. in epist. Multos morbos multa fercula fecerunt. vnde Macrobius ꝓbat per quinq. quòd multiplicitas ferculorum nocet non solùm animæ, sed etiam corpori. Primò probat per hoc, quia animalia vt frequenter sunt sana, quia vtuntur simplici cibo & assueto, suæ naturæ conuenienti. Nullo modo libenter vtuntur illis, q̃ sunt contraria suæ naturæ. Cuius oppositũ homo rationalis sæpe facit, comedendo & bibendo ea, quæ non cõpetunt suæ naturæ, sed solùm vt satisfaciat delectationi & appetitui. Secundò ꝓbat hoc per artẽ medicinalem, quia medici suadent infirmis comedere & bibere simplicem cibum & potum, & non diuersa fercula, scilicet assata, vel frixa. Et ratio huius est, quia simplex cibus & potus magis est digestiuus. Et etiam quia nimis ante repleuerũt se diuersis cibariis, & secundùm Arist. 2. Eth. *Medicinæ fiunt per contraria*: ergo oportet eos postmodum abstinere, & simplicem cibum sumere. Tertiò probat per hoc. v. g. Si duo homines eiusdem cõplexionis biberent eandem mensuram, & vnus biberet diuersa vina simul & semel, tunc citius infirmaretur, & minus competeret suæ naturæ ille multiplex potus, quàm ille, qui biberet simplicem potum, cum tamen eandem mensuram biberunt, quantum ad quantitatem. Sic simile est de cibo intelligendum. Quarto, probat per hoc: Si quis infirmatur, tunc medici possunt eo facilius cognoscere, vnde habet illam infirmitatem, quam si diuersa cibaria comedisset, vel diuersa pocula bibisset. Quinto, probat per hoc, quia natura est vniformis in operatione sua. Cùm autem diuersa & multiplicia fercula homo comedit, tunc natura digerit illum cibũ, qui magis est digestiuus, remanet ille cibus, qui est minus digestiuus in stomacho. Et cùm homo gulosus superaddit iterum alium cibum super cibum comedendo, & replendo se ante digestionem, tunc ille cibus, qui manet in stomacho indigestus, si putridus sit, stomachus corrumpitur, & consequenter homo infirmatur, & quãdoque moritur. Vnde Sen. *Multa fercula morbos multos fecerunt.* Vnde etiam Sapien. dicitur: *Gula plures interficit quàm gladius.* Ex his omnibus patet, quod vtilius & salubrius est etiam, quantum ad corpus, comedere simplicem cibum, & bibere simplicem potum, & assuetum, quàm inconsuetum. Sed abstinentia in cibo & potu est sanitas corpori, & prolongatio vitæ, *Qui abstinens est, adiiciet.* Vnde *Eccles. 37.* etiam Arist. Abstinere à comestionibus nimiis, & superfluitate, est summa medicina hoc patet nõ solum in antiquis Patribus, qui ante Christum fuerunt, sed etiam in illis,

qui post Christum vixerunt. vnde Ioan. Euang. vixit nonaginta nouem annis, & vixit à passione Christi octoginta sex annis. Item beatus Hieronymus vixit nonaginta octo annis. Item B. Ant. fuit viginti annorum, quando eremum intrauit, & in eremo vixit octuaginta quinque annis, & sic totum tempus vitæ suæ fuerunt centum quinque anni. Item beatus Paulus primus Eremita fuit sedecim annorum, quando eremum intrauit, & in eremo vixit nonaginta septem annis, & sic totum tempus vitæ suæ fuit centum tredecim anni. Item patet hoc in religiosis, sicut in Carthusiensibus, & aliis, qui proptèr abstinentiam diutius viuunt, quàm isti diuites seculares, qui semper sunt in deliciis & voluptatibus, an tales gulosi occidunt seipsos. Nam plures diutius viuerent, si in abstinentia viuerent. Item plures incurrunt diuersas infirmitates, scilicet quòd aliqui efficiuntur contracti, aliqui hydropici, aliqui paralytici, & sic de aliis, & hoc propter voluptatem carnis. vnde Hieron. in epistola: *Mater sanitatis abstinentia, mater ægritudinis voluptas.* Quarta causa secundùm Henr. de Hassia est, quia antiqui morari solebant in aere puro. Non enim tot ciuitates & castella compacta fuerant. hoc iam patet etiam in quibusdam ciuitatibus, vbi in plateis est magnus fœtor, de quo fœtore plures infirmantur, & eò citius moriuntur, & ergo ciuitates mundæ seruandæ sunt, quod valet pro sanitate, & prolongatione vitæ. Quinta causa est, quia antiqui magis casti fuerunt, hoc patet, quia cum fuerunt octuaginta, vel nonaginta annorum, tunc primò matrimonium contraxerunt. Sed iam nostris tēporibus pauci castè viuunt. Ideò citius moriuntur, quod ait Aristoteles: *Coitus est destructio corporis, & abbreuiatio vitæ.* Item commentator de breuitate & longitudine vitæ dicit: *Qui multum coeunt, parum viuunt.* vnde etiam Gregorius: *Per luxuriam natura corrumpitur, senectus inducitur, vita minuitur, & morti appropinquatur.* Sexta causa est, infectio & corruptio elementorum, ex peccato iam augmentato, & in futuro augmentando, quia iniquitas quotidie superabundat in mundo. vnde homo compositus est ex quatuor elementis. Nam elementum aquæ manifestatur in ipsis humoribus, elementum ignis in calore naturali, & in luce visiua, elementum aeris in respiratione flatus. elementum verò terræ in carne & ossibus. Et quando pugna fit in homine, inter quatuor elementa, ex quibus homo est coniunctus, tunc homo distēperatur, & infirmatur, & moritur. Septima causa est forte ex infœcundarum influentia Planetarum. Et ex eadem causa olim pestilentiæ non tam crebres fuerūt, vt modò sunt. Nam secundùm Henri-

Aristot. de regimine Princ.

Gregor. in moralib.

Henricum de Hassia. Astra diuersimode inferius influunt secundum quod homines bene, vel male se habēt ad Deum. Octaua causa potest esse, quia vnus puer generat alium, quia iam adolescentes in matrimonium conueniunt, sicut cum masculus est. 18. annorum, & puella 15: tunc possunt contrahere secundum scripturam matrimonium etiam sine peccato. Sed olim diu expectauerunt, sicut Seht, qui fuit centum, & quinque annorum, quando genuit suum primogenitũ, scilicet Enos; similiter Enoch, qui adhuc viuit, & raptus est in paradisum, fuit sexaginta & quinq; annorum, quando genuit suum primogenitum, scilicet, Mathusalem. Sed quia iam nostris temporibus parentes, quasi in adolescentia cōueniunt, & adhuc debiles, & defectuosi sunt, sic & pueri erunt, Ergo primogeniti talium raro supersunt, nec antiqui efficiuntur. Quarto, ostenditur breuitas vitæ nostræ comparando eam ad æternitatem. Minus est vita nostra respectu æternitatis, quam gutta aquæ respectu maris, vel etiam momentum oculi; vnde Remig. Tempus nostrum in comparatione æternitatis, aut nihil est, aut hora breuissima. Quæritur, quare tunc diligitur præsens vita tam momentanea? Respondetur, quod carnales homines breuitatem ipsius non perpendunt, vnde Gregorius: *Carnales mentes idcirco præsentia diligunt, quia vita carnis quam fugitiua sit minime attendunt.* Nam si velocitatem transitus eius aspicerent, hanc etiam prosperitatem minimum amarent; & hæc est etiam causa, quare mali homines sine omni timore perpetrant multa mala Gre. *Reprobi idcirco multa nequiter agunt, quia se diutius viuere arbitrantur.* Sed diceret quis: iuuenis sum, longo tempore viuere valeo, & in senectute vitam emendabo. Respondetur secundum Isid. quod in rebus humanis, nihil certius morte est, & hora mortis nihil incertius inuenitur. Quod si scire desideras, vade ad socium, ô iuuenis, in extremis iam laborantem, & quæras an proposuit mori in tali statu? Respondebit, non proposui, sed in senio, & sic decipiuntur plures. Exemplum habemus in iuuencula, quæ in chorea cecidit, & mortua est, quæ non proposuit mori quando ad choream accessit, sed chorizare proposuit. Aliud exemplum de bibulo, q̃ scyphum in manu tenens, & globum rotans dixit, tres soluat, & post illud dictum subitanea morte mortuus est. At alius dixit. certe ibi ludum dimittit.

Rem. super epist. ad Philip.

Greg. in Moral.

Greg. 15. Moral.

DE EADEM DOMINICA Serm. LXI.

De partu mulierum.

MVlier cum parit tristitiam habet. *Io. 6.* Ex quo in verbis præmissis

missis fit mentio de partu mulierum, tunc in præsenti sermon. tria sunt dicenda. Primo, de gestibus, quos mulieres habent in partu. Secundo, de dolore parturientium, & de his quæ moriuntur in partu. Tertio, de labore, quem habent parentes cum pueris. Quantum ad primum sciendum, quod inuenio quinq; gestus quos mulieres habent tempore partus, quos Christus etiam habuit in cruce parturiens, & redimens nos per passionē suam. Primo, vestes denudant præ dolore partus. Sic Christus expoliatus, & denudatus est in cruce, vt nobis stolam gloriæ mereretur. Et talia cogitare debent mulieres, scilicet quomodo Christus extensis venis, & expansis brachiis plenus vulneribus, & sanguinolentus, & denudatus pependit in cruce, & sic offerre dolores suos ipsi Christo. Secundo, mulieres extendunt manus supra capita præ dolore partus; Sic in cruce brachia Christi extracta sunt super caput eius, quia expansis brachiis, pependit in cruce. Et hoc est secundum, quod mulier parturiens debet cogitare, vt in patientia maneat. Tertio, mulieres parturientes naturaliter sitiunt. Sic Christus in cruce sitim habuit, quando obtulerunt ei acetum ad bibendum cum felle mixtum. Hoc mulier parturiens cogitare debet, quomodo Christus in cruce sitiuit, nec haustum aquæ habere potuit, & cum quanto desiderio desiderauit, & sitiuit nostram salutē. Et sic debet esse patiens, & offerre Deo dolorem suum. Quarto, quia mulier prægnans, & & parturiens plena est doloribus, & præ angustia doloris clamat. Sic Christus parturiens nos in cruce, clamauit præ dolore, ob cuius clamorem, & dolorem petræ scissæ sunt, terra mota est, & Sol obscuratus. Quare Christus clamauit? Respondeo, vt nos per clamorem suum ad compatiendum sibi excitaret. *O vos omnes qui transitis per viam attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* Thren. 1. Quinto, quod mulier parturiens caput inclinat, & amare flet, & sic Christus inclinato capite pependit in cruce, & lachrymosis oculis fleuit, vt nobis insinuaret suam amaram passionem, & dolorem, vt nobis ostenderet, quod per tristitiam, & fletum intraturi erimus in cœlum. *Beati qui lugent &c.* Matt. 5. Quantum ad secundam partem sermonis, tūc primo quæritur, vtrum dolor parturientium sit vehemens? Respondetur, quod sic & probatur per Dauid, qui dicit de pœnis inferni. *Ibi dolores vt parturientis*, Psal. 47. non quod non sit maior pœna gehennæ ignis, sed talis pœna comparatur dolori parturientium propter vehementiam doloris, quoniam vix ita vehemens dolor inuenitur in præsenti, vt dolor

par-

Arist. li 9. de animalib.

parturientium, vnde Arist. Mulieribus tempore partus cecidit fortissimus dolor; tamen talis dolor non est æqualis dolor omnibus mulieribus, quia vna maiorem dolorem sentit quam alia. Item quæritur vnde originem habet ille dolor? Respondetur, à superbia primæ matris nostræ Euæ, quæ occasionaliter eiecit Adam de Paradiso, & vitam abstulit mundo, & totum genus humanum obligauit ad infernum. Et hoc totum procedit ex superbia, quia Eua credidit serpenti, & appetiit similitudinem Dei, sed Adam non credidit, sed experiri voluit, & complacere mulieri, & ideo recepit, & comedit. Sciendum, quod Adam in duobus peccauit, scilicet in comedendo contra præceptum Dei de fructu vetito, & sic inobediens fuit Deo, secundo excusando se, & inculpando Deum & mulierem dicens: *Mulier, quam dedisti mihi in sociam &c.* Eua autem in quatuor peccauit. Primo, Deitatem rapere voluit, secundo, fructum prohibitum comedit, tertio, virum ad peccandum prouocauit, quarto, culpam suam defendit, & se excusauit, & serpentem inculpauit. dicens: *Serpens decepit me.* Item quæritur quare datæ sunt tales ærumnæ mulieribus in partu earum? Respondetur, quod hæ pœnæ datæ sunt mulieribus, vt sint eis admonitiones, ne de cætero superbiant, vnde sciendum, quod valde Deus detestatur superbiam mulierum; & è conuerso valde diligit humilitatem earum, quod sic probatur, quia nunquam aliquod peccatum in tantum punitum est in mundo, vt peccatum Euæ, quod ante sex millia annorum perpetrauit, & adhuc hodie, & vsque in finem mundi in filiabus Euæ ista superbia punietur, sic quod nec mulieres iudicia secularia exercent, nec testimonium proferre possunt, nec sacros ordines suscipere, nec prædicare, nec audire confessionem. Item quod viris suis subditæ sunt & pueros suos cum pondere portant, & cum dolore pariunt, & sic de aliis. Hæ pænalitates datæ sunt mulieribus, pro quadã admonitione, ne aliqua fæmina de cætero contra Deum superbiat. Nam quæ mulier amplius contra Deum superbit, talem mulierem Deus punire vult hoc tormento infernali. vnde Bernardus dicit, quod scintilla gehennæ ignis plus lædit peccatorem, quam si vna domina in labore & in partu plus perseuerando durat mille annis. Item sciendum, quod humilitas mulierum valde placet Deo; vnde præ omnibus virtutibus omnium sanctorum humilitatem vnius fæminæ plus remunerauit, vt humilitatem Beatæ Mariæ virginis, imo etiam omnibus virtutibus ipsius Mariæ virginis humilitatem quodammodo prætulit, sicut ipsa testatur dicens: *Respexit humilitatem ancillæ suæ*, quia pro hac humilitate, Luc. 1.

in ma-

in matrem eam elegit, & pro hac virtute eam super angelos sanctos in cœlo exaltauit. Item pro hac virtute laudatur ab angelis, & sanctis in cœlo, & ab hominibus in terris. *Fecit mihi magna qui potens est*. Et sequitur post. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Et quæ mulier est magis humilis, beatæ Mariæ virgini in cœlo vicinior erit, quæ mulier est superbior, erit ei remotior, & Lucifero in inferno propinquior. Itē quæritur quando mulier in partu moritur, vel immediate post partum, vtrum ei noceat in salute animæ? Respondetur, quod quantum ad hoc, quod est in puerperio, nihil obest, si alias bene disposita est, imo, & melius est communiter loquendo, quod omnes se præparent per contritionem ad confessionem, & sacramenti perceptionē ante partum, ergo illi errant, qui dicunt, quod mulier in puerperio decedens, per velamen Dei faciem videt, & est contra Apostolum, qui dicit: Nos Deum videbimus in cœlo à facie ad faciem. Quid enim in cœlo haberet, si facie Dei careret? Vnde August. damnati potius vellent esse in inferno, & videre faciem Dei, quam in cœlo & eius visione carere. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum*. Item aliquæ antiquæ vetulæ dicunt. Si mulier in puerperio moritur, & cadauer ante sepulturam in ecclesiam introducitur, quod noceat ei in anima; quod est falsissimum & superstitiosum; Sciendum tamen, quod si mulier in partu moriens adhibuisset fidem superstitionibus, quæ contingunt circa mulieres parturientes, hoc ei proculdubio noceret in anima. v. g. Sicut qui mulierem difficultatem habentem in pariendo, circumcingunt cum cingulo viri, vt eo leuius pariat: Item qui cum gladio euaginato benedicunt mulieres in puerperio, & exufflant candelas accensas in faciem earum, quod est superstitiosum. Item quod ponunt puerum infra scamnum, & ponunt scrobem infra lectum mulieris, quæ omnia sunt superstitiosa, sed si thus ibi adoletur, siue accenditur lumen consecratum, vel aqua benedicta ibi aspergitur, vel signum crucis ibi habetur; talia licent, & similia. Quæritur quando mulier abortum patitur, an noceat ei? Respon. q. si ipsa non est rea, & fecit diligentiam suam custodiendo se, propterea non damnabitur, tamen propter cautelam conteri & confiteri debet, si potest, ne ex negligentia eius contigerit, vel ne occasionem sibiipsi dederit s. latos cingulos portando, vel tunicis strictis seipsam stringendo, vel corizando, vel equitando, & sic de aliis. vnde Alber. Magnus. dicit quod motus mulieris duobus temporibus nociuus est. s. postquam nouiter concepit, tunc est valde mollis materia, & faciliter læditur. Secundo, quando est vicina par-

Luc. 1. *Ioan. 17.* *Alb. super Luc.*

na par-

na partui tunc posset seipsam per motum lædere & sic fœtum occidere; sed si vir reus erit de puero, quod ante baptismum moritur. s. verberando, vel trudendo, vel verbis, vel factis perturbando vxorem suam grauiter peccat. Et etiam mulieres non debent se super hoc remittere, quod sint impraegnatæ propterea viros suos ad iracundiam prouocando, sed viros suos debent honorare, & eis sponte obedire. Vnde dicit dominus ad Euam: *Sub potestate viri eris &c.* &c mulier existens pertinaciter inobediens viro suo, in licitis contemnens præceptum eius, in his, in quib. tenetur sibi obedire, peccat mortaliter, & offendit Deum grauiter. Ergo debent simul pacifice viuere, tunc Deus moratur cum eis psalm. *In pace factus est locus eius.* Sic è conuerso cum simul litigant, tunc diabolus habitabit cum eis. Item illę grauiter peccant, quæ occidunt pueros in vtero matris scienter, sicut illæ meretrices, quæ gerunt se pro virginibus cum impraegnatæ fuerunt, & tunc fœtum in vtero occidunt; væ eis, & illis antiquis vetulis, quæ talibus dant auxilium, vel consilium ad occidendum tales pueros in vtero matris, quod est maximum peccatum, quia quo ad aliquid exsuperat homicidum cuiuscunque proximi baptizati. Et ratio est, quia in puero isto occiditur anima cum corpore. sed in hoc baptizato occiditur solū corpus vnde Mat. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus &c.* Et vna anima preciosior est, quam mille corpora Augustin. Maius damnum est in amissione vnius animæ, quam mille corporum. Item, vir & mulier tempore puerperii abstinere debēt ab actu matrimoniali, & etiam ante partum, quando vxor vicina est partui, & etiam tempore menstrui, & sacris diebus & noctibus, quia dicit Hier. Tunc concipiuntur pueri membris condēnati, & leprosi, & tūc patebūt peccata parentum. vnde etiā Au. Si quis mulieri in puerperio commiscetur, peccatum valde magnum perpetrat, quia mulieres quandoque non pariunt tunc amplius, quia semen viri cōmiscetur cum sanguine mortuo. Vlt. quæritur vtrum meritum sit mulieribus, quod cum tanto grauamine, & sollicitudine pueros portant, & cum dolore pariunt, & cum labore nutriunt? Respon. quamuis talis dolor mulierum parturientium sit naturalis, tamen si mater ordinat hūc dolorē in Deū, & cū patientia cordis offert pressuram doloris Deo omnipotenti, & libenter suffert talem dolorem propter Deum, sperandum est, quod per talem dolorem meretur augmentum meriti, & diminutionem pœnæ purgatorii. vnde exemplum: Matrona quædam nobilis instabat precibus, vt Deus daret sibi hanc gratiam quod eadem die & ea hora qua Christus pro salute nostra mori dignatus est, & i-

Gen. 3.
Matt. 10.

& ipſa moreretur tantamque pœnam ſuſtineret, quantum poſt eum vnquam aliquis hominum ſuſtinuiſſet, quia ipſa ſpecialem gratiam, & deuotionem habuit ad paſsionem Chriſti, quia quintis feriis, abſente marito ſuo, non iacuit in plumis. Et ſextis feriis, cum non audebat nudis pedibus incedere ob reuerentiam nobilitatis ſuæ paruos lapillos ad calceos poſuit, vt ſic transeundo, ſeipſam læderet, & in hoc paſsionem Chriſti honoraret. Contigit autem eâdem horâ & eâdem die, quo Chriſtus in cruce mortuus eſt, ipſa prægnans parturiendo puerum tantam pœnam paſſa eſt, vt iudicio ſpectantium pœna ſua, pœnas aliarum prægnãtium excederet, & ſic præ nimio dolore defuncta eſt, ſed puer quem genuit ſuperuixit. Frater autem ordinis prædicatorum, qui confeſſor eius extiterat, in ſabbato ſancto Paſchæ miſſam ſibi pro defunctis dicere proponebat. Cum autem ante altare prouolutus, ad miſſam ſe præpararet, fatigatus vigiliis, obdormiuit, cui apparuit matrona ſupradicta, dicens ei. Non cantabis mihi miſſam pro defunctis, ſed *Gloria in excelſis*, quia iam ſum in requie beatorum. Euigilans frater fidem noluit ſomno adhibere, volens miſſam pro defunctis celebrare; Miſit autem Prior ad ipſum, vt pro ſe miſſam diei in conuentu diceret, quia ipſe eſſet exiturus; Qui dum inſtanter peteret, vt illam miſſam alii iniungeret, noluit Prior, dicens, vt miſſam illo die in conuentu diceret. Quod cum faceret, ſecundum verbum matronæ, quæ ſibi in ſomnis apparuerat, contigit. Non .n. pro defunctis cantabat, ſed *Gloria in excelſis Deo*. Tertio, & ¶V vltimo, quæritur, vtrum labores, quos habent parentes in educãdo, & enutriendo pueros, ſint eis meritorii? Reſpondeo, quod parentes qui filios ſuos educant tali intentione, vt efficiantur boni Chriſtiani, & famuli Dei, quicquid tunc erga illos faciunt, totum erit eis meritorium, cum in gratia ſunt, & ſine peccato mortali. Ergo mater, quoties lactat puerum ſuum, & quoties inquietatur à puero, & quoties portat vel balneat, vel quandocunque puero adminiſtrat, ſemper meretur. vnde Apoſtolus ad Roman. 8. *Scimus quoniam diligentib. Deum omnia cooperantur in bonum* Ex quibus patet quod parentes poſſunt mereri in ſuis filiis gloriam ſempiternam, vel etiam æternam damnationem. Ergo pueri à parentibus informandi ſunt in his; quæ ſpectant ad ſalutem ſcilicet, Pater noſter, Aue Maria, & ſymbolum, & decem præcepta, & quod eccleſias viſitent, diligenter miſſas, & verbũ Dei audiant, & ſi pueri excedunt, tunc à parentibus corrigendi ſunt, quia omnia peccata, quæ pueri committunt, in parentes redundabunt, ſi eos non corrigunt. vnde Apoſtolus Roman. 1. *Digni ſunt*

morte non solum, qui faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus. & signanter matres debent lactare proprios filios exemplo Mariæ, quę beata dicta est, vt habetur Luc 2. *Beatus venter qui te portauit &c.* Luc.11. Item propter meritum, q̃a quoties mater puerum lactat, toties meretur æternam gloriam. Etsi mater ex infirmitate non pōt lactare puerum suum tunc debet honestam, & pudicam nutricem quærere, quia pueri, vt communiter imitantur naturam nutricis. Exemplum legitur quod quædam nobilis mulier peperit simul, & semel duos filios, vnum per se nutriuit, & alium nutrici commisit, quia non poterat ambos nutrire, & nutrix non habuit sufficientiam de lacte quod puerum posset bene nutrire, nec etiam libenter resignauit puerum propter nutrimentum, quod ipsa à parentib. pueri habuit, & posuit puerum ad porcam vt eum nutriret, qui puer nutritus à porca, creuit vsque dum ablactatus fuit. Et cum ambo fratres creuissent, tunc ad curiam regis sunt promoti. Et primus erat valde curialis, sed secundus erat valde rusticalis, & grossus, quia in mensa vasa effundebat, & sine coclearibus, & scutellis bibebat, & quando perambulabat viam lutosam equitando cū aliis, tunc descendit de equo & intrauit lutum, & de hoc supra modum delectabatur, quod rex admirans, cum essent duo germani, similiter, parentes qui hoc cognouerunt, quæsierunt à nutrice & nutrix fatebatur veritatem, & tunc cognouerunt causam huius rei, quia de porca fuit nutritus.

De Eadem Dominica.

Vos autem contristabimini. Hic est dicendum, quare Deus permittit aliquos bonos homines ita acerbissime tribulari in præsenti sermonem quære ante sermo. 29. O. & X.

De Eadem Dominica.

Mundus autem gaudebit. Hic est dicendum quare gaudiū mundi est fugiendum, & quando est mortale? Et istum sermonem quære ante serm. xxvj. D. & I.

Dominica III. Post Oct. Paschæ. Serm. LXII.

De credentibus in Deum.

Arguet mundum de peccato, quia non crediderūt in me. Io. 6. Sciendum quod plura sunt genera hominum q̃ dicunt se verbis credere in Deum, & scripturæ, quę Deus locutus est per se, & sanctos suos, & tamen factis oppositum ostendunt, ergo merito arguendi sunt. Apostolus ad Thim: 2. *Confitentur ore se nosse Deum, factis autem*

tem negant. Primi sunt, qui nimia solicitudine temporalia quærunt, & semper timent sibi deficere, & quasi adhuc fame perire deberent, quod tales non credunt verbis Christi: *Nolite ergo soliciti esse dicentes quid manducabimus? aut bibemus: aut quo operiemur?* quidam enim omnem curam & solicitudinem habent super temporalia, continue cogitando quomodo temporalia congregent, & talis solicitudo facit Christianum similem pagano. vnde dicit Christ⁹. *Hæc n. omnia gētes inquirunt*; sed Christianus primo debet quærere regnum Dei, secundum dictum Christi, sed multi sunt, qui raro missas audiunt, nisi forte in diebus festiuis cum tamē quilibet dies naturalis habeat viginti quattuor horas, & cum expēdit viginti tres pro corpore, merito vnam horam in die deberet expendere pro salute animæ suæ, scilicet audiendo missam, & tunc prosperaretur sibi in omnibus faciendis & omittendis. Est ergo laudabilis consuetudo, quod quilibet, siue sit in via, siue in peregrinatione, vel in ciuitate, vel vbicunque locorum, quod omni die (si aliquo modo potest) vnam missam integram audiat, & se Deo, cum omnibus suis negotiis recommendet, vt sit ipse auditor & protector eius. Scit enim Pater noster cœlestis, quibus indigemus, & potest subuenire nobis, & vult subuenire, quia bonus & fidelis Pater est omnium nostrum. Et hoc perpendi potest in Sarracenis, & Iudæis, quia lege naturali edocti filiis suis prouident, & etiam bruta animalia fœtibus suis prouident. Quomodo ergo pater misericordiarum filiis suis non prouideret? Ergo qui filios Israel pauit in deserto cum manna, quod pluit de cœlo, & qui pauit Heliam per coruum ferentem ei panes, 3. Reg. 17.
ille etiam te pascet, si sibi confidis. Psal. 54.
Iacta cogitatum tuum in Domino, 1. Pet. 5.
& ipse te enutriet. Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, ipsi enim cura est de vobis. Nostiū enim est Deo fideliter seruire, & ad Deum spectat nobis de necessario prouidere. Raban. *Serui est solicitum esse quomodo domino suo seruiat, Domini vero est cogitare, vt seruus suus necessaria habeat.* Sed si seruus de se ipso cogitat, & non de domino, non est mirum, si dominus ei non prouideat. Sic, & nobis continget, si volumus Dominum Deum nostrum deserere, & nosipsos quærere. Secundi sunt quod peius est, qui iniustas res scienter possident. Vnde dixit Christus in Euangelio. Mar. 10.
Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem regnum cœlorum intrare, qui scilicet iniustas res possidet. Augustin. *Peccatum non dimittitur, nisi ablatum restituatur.* Si tales veraciter crederent, vtique crederent, quod quamdiu iniustas res possidet, priuati sunt omnium bonorum, quæ in præsenti ab omnibus fidelibus in

Matt. 6 (margin, beside "Christi: Nolite ergo...")
Matt. 6. (margin, beside "vnde dicit Christ⁹")

Ecclesia fiunt, & in futuro carebũt Deo, & societate omnium sanctorum, insuper per hanc vitam, æternam paupertatem incurrent. Quis sanæ mentis paruo tempore vellet hic esse diues, & in futuro seculo pauper fieri æternaliter? Et nullo modo remediari sibi potest, nec per contritionem, nec per confessionem, nec per aliquam pœnitẽtiam, nec etiam per quæcunq; bona opera, nisi iniustas res restituat. Licet tales se verbis dicant credere, quod cum iniustis rebus nullus saluatur, tamen factis oppositum ostendũt, cùm iniustas res restituere nolunt, & tamen saluari intendunt. Tertii sunt gulosi & ebriosi, qui in deliciis corporis viuunt, quamuis dicunt, quod credunt verbis Christi, & sacræ scripturæ, tamen factis oppositum ostendunt, cùm in crapulis & ebrietatibus viuunt. Hoc patet, quia Christus dicit: *Væ vobis, qui saturati estis.* Item dicit per Prophetam: *Væ vobis qui potentes estis ad bibendum vinum vsque ad ebrietatem.* Si tales crederent, quòd gulosi & ebriosi sunt adeò maledicti, quomodo auderent amplius viuere in crapulis & ebrietatibus? *Quis gustare potest quod gustatum confert mortem?* quasi dicat: Nullus, qui hoc sciret, & firmiter crederet, quod ex hoc cibo vel potu incurreret mortem. Item: *Per quæ homo peccat, per hæc & punietur.* Sed tales qui peccant cum crapula & ebrietate, punientur cum fame, & siti perpetua, vnde Ps. *Famem patientur vt canes.* Item: *Serui mei comedent, & vos esurietis.* Imò talem esuriem sustinebunt, quod secundùm dictum Prophetæ: *Vnusquisque carnem brachii sui comedet.* Item ebriosi sustinebunt æternam sitim. Patet de diuite, qui guttam aquæ petiuit dicens: *Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt extremum digiti sui intingat in aquam, vt refrigeret linguam meam.* Et iam vltra mille annos vnam guttam aquæ petiit, nec tamen vnquam obtinebit. Quis autem potus eorum erit, qui hic in ebrietatibus viuunt, ostendit Dauid, dicens: *Ignis, sulphur, spiritus procellarum pars calicis eorum.* Vnde etiam legitur, quod quidam nomine Vdo, quasi quotidie inebriebatur, & in voluptatibus suæ carnis vixit, scilicet in bene conditis dapibus, & pretiosis potibus, attamen aliquando aliqua bona opera fecit, propter quæ bona opera Deus misit angelum ad eum, qui admonuit eum semel, & bis de emendatione vitæ, quia sic nullo modo saluari posset. Et tertiò admonuit eum angelus, & superaddidit: Si te non emendaueris, in breui malam mortem sustinebis, & sic angelus disparuit. Qui tamen se nihil emendauit, sed in peccatis suis vt prius perseuerauit, & vna nocte ebrius dormitum iuit, & famulus suus, qui bonus homo fuit, vidit de nocte animam domini sui à dæmonibus

Marginalia: Luc. 6. — Isa. 5. — Iob. 6. — Sap. 11. — Psal. 58. — Isa. 65. — Luc. 16. — Psal. 10. — ¶Y

nibus de corpore extrahi, & ad pœnas inferni deduci, & princeps dœmonum surrexit, & obuiam illi ruit, & eum fecit collocare super sedem ignitam, & iussit ferri potum cum sulphure, & igne mixtum, & dedit ei bibere, dicens: Quia in ebrietate vixisti, hic potus erit. Et coegerunt eum bibere, & tamen potum ebibere nō potuit, quia vas illud immediatè econuerso repletum fuit: Post princeps dœmonum fecit ei preparare balneum de igne, pice, & sulphure mixtum, in quo ille miser balneatus est. Et dixit ei princeps dœmonum, hoc balneum tuum erit, quia creatorē tuum balneando, & in deliciis viuēdo sæpius offendisti. Tertium, fecit sibi præparari lectum, tunc fuit proiectus in profundam foueam, quæ fuit plena igne, & fumo, & sulphure, & fœtore, & princeps dœmonum dixit ei: Nunquid legisti & audisti, quod Dominus per Prophetam

Amos 6. Amos dicit: *Væ, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris?* Sed quia tu talis fuisti, hæc erit requies tua, scilicet illa fouea in seculum seculi. Quarti, arguendi sunt, quòd non credunt verbis CHRISTI, quamuis ore profiteantur, tamen factis oppositum ostendunt, sunt superbi, qui honores & exaltationem quærunt. Nam

Lucæ 18. Christus dicit in Euang. *Omnis qui se exaltat humiliabitur, &c.* Item

Osee 4. dicit per Prophetam: *Gloriā eorum in ignominiam commutabo*: dicit contra superbiam vestium, comminando eis, vt habet Sophon. *Vi-*

Sophon. 1. *sitabo super omnes pueros regis, & super omnes, qui induti sunt veste peregrina.* Item secundùm dictum

Matth. 6. CHRISTI: *Nemo potest duobus dominis seruire*: scil. Deo, & mundo, quia nemo potest huic mundo placere, & Christo. vnde Apost. *Si*

Galat. 1. *adhuc mūdo placerem, seruus Christi non essem.* Imò secundùm beatum Iacob. *Amicitia huius mundi inimica est Deo.* vnde Chrysost. *O*

Chrys. super Matt. *quàm miserrimus est mundus, & miseri, qui eum sequuntur.* Item de superbis dicit Aug. in epist. *Quem superbum videris, esse filium diaboli non dubites.* Item de illis, qui quærunt & desiderāt primatum & potestatē super alios habere dicit Chr.

Chrys. super Matt. Quicunq; desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo, nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit, quoniam non qui maior fuerit in honore, ille iustior est, sed qui iustior fuerit, ille maior est. Et qui iam prædicta firmiter & veraciter crederet, quomodo auderet amplius superbire, vel honorem quærere? Quinti, arguendi sunt, quod non credunt verbis Christi, quamuis ore profiteantur se credere, tamen in operibus oppositum ostendunt, sunt, qui non refrænant linguam suam, hoc patet, quia Christus dicit in Euangelio: *De omni*

Matth. 12. *verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicii,*

dicit: & qui hoc firmiter crederet, vtique & à multiloquio, & inutilibus verbis sibi caueret: Imò non solùm ab inutilibus, sed multò magis à nociuis, & à scandalosis verbis sibi caueret. Quo autem blasphemi & maledici, qui proximis suis maledicunt, & iuratores, qui sine causa iurant, & mendaces, qui cum magnis mendaciis proximos suos decipiunt, & sic damna eis inferunt, quibus tenentur restituere, & etiam luxuriosi, qui verba scurrilia & luxuriosa proferunt, cum quibus & alios ad malum prouocant. Item irrisores, qui proximos derident, seu decipiunt, & subsannant. Item detractores, qui famam proximi denigrant, & sic de aliis. Si isti iam prædicti firmiter crederent, & attentè aduerterent dictum Christi, quòd de omni verbo otioso reddituri sunt rationem, vtique sibi à talibus verbis nociuis cauerent. Sexti, qui arguendi sunt, quòd non credunt verbis Christi, sunt gaudentes in hoc seculo: similiter chorizantes, & saltantes & sic de aliis. Quamuis tales dicunt, quòd credunt verbis Christi, & sacræ scripturæ: tamē oppositum ostendunt in factis, patet, quia Christus dicit, *Væ vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis.* Item de gaudentibus in hoc seculo dicit Gregorius in quadam Hom. Nemo potest hic gaudere in hoc seculo & illic regnare cum DEO. Item de chorizantibus dicit Aug. Omnis motus petulantiæ saltus est in profundum cloacæ. quis sanæ mentis, qui hoc firmiter crederet, & diligenter attenderet, auderet hic breui tempore ridere, & gaudere, vel chorizare, vnde æternam tristitiam incurreret? vnde Greg. *Præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta.* Ergo veraciter stulti sunt, qui illicitè gaudent cum hoc seculo. vnde Hieron. *Ridere & gaudere in hoc seculo non est hominis sensati, sed dementis, quia mundū cor non in hoc seculo, sed cum Deo lætum est, & iucundum.* Septimi, qui arguendi sunt, quòd non credunt verbis Christi, sunt illi, qui inhonorant parentes suos, sicut filii inobedientes & proterui, quamuis tales dicant, se credere dictum Dei, & sacræ scripturæ, tamen oppositum ostendunt in hoc, quòd parentes inhonorant, Exod. 12. *Qui maledixerit patri vel matri, morte morietur.* vnde dicit Gl. morte, sc. pœnæ. Quis autē mentis compos propter inhonorationem parentū vellet priuari honore perpetuo, & carere ęterna gloria. vnde Psal. 8. *Gloria & honore coronasti eum, Domine*: & insuper incurrere maledictionem & mortem æternam. Vnde legitur, quòd quædam filia matrem suam dehonestando, & contristando plurimum perturbauit, eadem filia defuncta est, & sepulta in Ecclesia, quia diues fuit. Vnde nocte auditæ sunt voces terribiles, & custodes Ecclesiæ viderunt eam eadē nocte exhumari, & à duobus dæmo-

dœmonibus extra Ecclesiam trahi, & audierunt eam clamantem & dicentem: Væ mihi, quia in anima & corpore æternaliter dānata sum, propter dehonestationē parentum meorum, & de mane extra Ecclesiam, & extra cœmiterium inuentum est cadauer illud: Videat ergo quilibet homo, quod honoret parentes suos, & eis obediat in licitis, exemplo Christi, qui subditus fuit Ioseph, & Mariæ matri eius. Et erat subditus illis. Octaui & vltimi, qui arguendi sunt, qui non credunt verbis Christi, & sacræ scripturæ, quamuis se dicant verbis credere, tamē factis oppositum ostendunt, sunt illi, qui in præsenti vita nihil volunt pati: & hoc patet, quia Christus dicit in Euangelio: *Arcta est via, quæ ducit ad vitam.* Item dicit: *Contendite intrare per angustam portam.* Item: *Per multas tribulationes oportet nos intrare regnū cælorum.* Si tales, firmiter crederent, quòd aliter non intrabunt in cœlum, nisi per tribulationes, tunc libenter aduersa paterentur, & saltem saluari vellent. vnde Hier. in epistola: Libens nunc tormenta patior, vt futura gloria mihi seruetur. vnde Isid. *Qui vitæ futuræ præmia diligenter excogitat, mala omnia vitæ præsentis æquanimiter portat, quoniam ex illius dulcedine huius amaritudinem temperat.* Item per infirmitates corporis retrahimur à malis. Vnde Hugo: Quosdam præsciens Deus multum peccare posse, flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent, vt eis vtilius sit, frangi laboribus ad salutē, quam remeare incolumes ad damnationem, vnde habetur exemplū: Quidam laborans graui & mala infirmitate, rogauit sanctum quendam propter familiaritatem, quam habebat ad ipsum, & dilectionem, vt sibi impetraret à domino, quòd à sua infirmitate curaretur, & facta oratione statim sensit se curatum, & cum postmodum sentiret se magis pronum ad peccandum, cœpit cogitare, quòd forte esset sibi magis vtilis infirmitas, quàm sanitas ad custodiam sui à peccato, & ad augmentum meriti, & quod fatuus erat, quando simpliciter petierit illam liberationem ab ægritudine. Vnde è conuerso rogauit sanctum illum, vt rogaret Deum, vt daret sibi, quod magis expediret sibi, vel sanitatem, vel infirmitatem, & statim reuersa est pristina infirmitas, quā ipse gratāter accepit tanq̄ donum Dei, cogitans eam sibi esse vtilem ad custodiam sui, & ad augmentum meriti.

Luca 2. *Matt. 7.* *Luc. 13.* *Act. 14.* *Isid. de summ. bono.* *Hugo libr. 3 de anima.*

DE EADEM DOMINICA. Sermo LXIII.

De correctione.

Ioan. 16.

ARguet mundum de peccato. Sciendum, quod sicut Deus arguet peccatores de suis excessibus in futuro, sic & nos debemus corripere & admonere nostros

ftros proximos fraterna admonitione, de eorum excessibus. vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primò, quomodo debet fieri fraterna correctio. Secundò, declaranda sunt aliquæ quæstiones de fraterna correctione. Tertiò, exemplum. Quantum ad primum sciendum, quòd fraternæ correctiones debent fieri ex charitate, nõ ex indignatione, vel ex contemptu, & debent fieri cum vtilitate illius, quẽ corripis; sic non q̃ras ostentationẽ tuæ potestatis, sed illius vtilitatem. Item talis correctio debet fieri cum lenitate, non clamorose, aliàs plus esset confusio, quàm correctio, Matth. 8. *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum.* Quod autem correctio fraterna fiat cum lenitate & charitate, tunc ille, qui vult corrigere aliũ, debet quinq; considerationes seruare, quarum tres ponit Augustin. super Matth. 7. *Hypocrita eiice primo trabem de oculo tuo.* Reliquas duas ponit Greg. in mor. Primò est quod debet considerare seipsum, si est ei similis, id est, si in eodem peccato, vel æquali, vel maiori, tunc maximè si peccatum est notorium, non debet eum corrigere, sed seipsum debet prius emendare, & tũc ad pœnitentiam commouere, aliàs posset sibi dici: *Qui alium doces, teipsum non doces.* Roman 2. August. Iudex in nullo eorum sit iudicandus, quæ in alio iudicare est paratus, qui enim ex officio tenetur corrigere delinquentes, non debet hoc facere in peccato mortali, sed ad minus debet prius confiteri de peccatis suis. Si autem non est ei similis, tunc debet secundò considerare, si aliquádo fuit ei similis, & tunc sicut nolebat despici, sed compassionem sibi impendi: sic nec ipse debet fratrem suum peccantẽ & pœnitentem despicere, sed compassionem & misericordiam ei exhibere: Eccl. 8. *Ne despicias hominem se auertentem à peccato, neq; improperes ei, memento quòd omnes sumus in corruptione.* Si autem non es ei similis, nec aliquando fuisti ei similis, tunc debes tertiò cogitare, quòd posses ei similis esse in futuro, & ratione talis dubii non debes superbire, sed delinquentibus condolere, 1. Cor. 10. *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* August. Nemo est qui securus esse possit in hac vita, quæ tota tentatio nominatur, si autem non es ei similis, nec vnquam fuisti ei similis, & de Dei bonitate confidis, quod nunquam eris ei similis, tunc debes quartò videre, si ille qui sic est reprehensibilis, sit in aliquo cõmendabilis, si scilicet ille, qui habet tot defectus, etiam habeat aliquos profectus, & tunc ratione illorum bonorum, quæ habet, debes supportare eum in his, quæ minus habet. vnde Apocal. 2. volens Apostolus reprehendere episcopum Ephesiorum, primò posuit quoddam vitium, quod habuit, dicens: *Habeo aduersum te pauca, quia charita-*

tem tuam primam reliquisti: sed statim ponebat quoddam bonum, quòd habebat, dicens: *Sed hoc habes bonum, quód odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.* Similiter volens reprehendere episcopũ Sardis; Primò ponit quendam suum defectum, dicens: *Nõ inuenio operà tua plena coram Deo meo.* Deinde ponit statim quendam suum profectum, dicens: *Sed habes pauca nomina in Sardis, quæ non coinquinauerunt vestimenta sua*: ecce postquam Apostolus posuit illa, in quibus illi Episcopi erant reprehensibiles, statim subiunxit illa, in quibus erant commendabiles, ad innuendum, quòd si aliquis propter aliquod vitium est reprehẽdendus, si tamen habet aliquod bonum in se, est nihilominus supportandus. Dato autem, quòd aliquis videatur omnino esse malus, nec habere aliquod bonum, propter quod sit tolerãdus, tunc debet cogitare quinto, quòd ille, qui sic videtur esse malus, forte in conspectu DEI est sibi in merito præferendus. Vnde ponit exemplum de S. Gregorio, & de S. Stephano, & de S. Paulo. Nam cùm S. Stephanus consentiente & adiuuante Paulo lapidaretur, tunc Stephanus erat omnino bonus, & Paulus omnino videbatur esse malus, & tamen in conspectu DEI Paulus, qui sic erat malꝰ, Stephano in merito & præmio fuit præponendus. ¶ Quantũ ad secundam partem istius sermonis, quæritur, *Vtrum correctio fraterna sit in præcepto?* Respondeo secundùm S. Th. In præcepto est, sed quia p̃ceptum est affirmatiuum, ideo non obligat semper, sed pro loco, & tempore. Vnde & omissio eius vno modo est peccatum mortale, scil. cum formidatur iudiciũ vulgi, vel carnis cruciatio, vel quodcunq; temporale, cùm tamen hoc ita dominetur in animo, quod fratris charitati præponatur. Secundo modo, omittitur cum peccato veniali, quando scil. timor & cupiditas facit tardiorem ad corrigendum delictum fratris, nõ tamen ita, quod si constaret ei, quod fratrem posset à peccato retrahere, dimitteret propter timorem, vel cupiditatem, quinimo in animo præponit charitatem, vt dicit beatus Augustinus. Tertiò, fraterna omittitur correctio sine omni peccato: imò, meritoriè. Vnde quandoque quis oportunum tempus inquirit, vel quando de ipsis meruit, ne deteriores fiant, vel ad bonam vitam alios impediant, & huiusmodi. Item sciendum, quod quamuis correctio fraterna sit sub præcepto, & ad hanc omnes teneamur pro loco & tempore, sicut iam dictum est: sunt tamen quinq; casus, in quibus euadimus hoc præceptum. Primus casus, cùm non est spes correctionis. vnde: *Noli arguere irrisorẽ, ne forte odiat te.* Secundus, cũ tantũ timetur defectus probationis, vt cùm quis de crimine corripitur, quod non potest probari,

D. Thom. 2.2 q.33.

Prouer. 9.

bari, tunc enim corripiens obligaretur ad talionem, si deficeret in probatione. Tertius, cùm Prælato tanquam iudici notum est factum. Quartus cum meliori opere, vel æque bono vacare quis intendit. Quintus, cùm multitudo & potestas est in culpa. Tunc enim correctio plus noceret, quàm prodesset, quia multitudo difficulter corrigitur, & potestas. Quæritur, vtrum subditi teneantur Prælatos corrigere? Respondetur secundùm D. Thomam: Subditi non tenentur Prelatos corrigere, nec debent corrigere Prælatos correctione illa, quæ est iustitiæ, per correctionem pœnę; tenentur tamen correctione illa, quæ est charitatis, si in eis est aliquod corrigibile, ita tamē quod non sit proterua, sed cum mansuetudine & reuerentia. Corriguntur enim & aliquando aliqui per monitiones sibi factas à bonis viris, vnde exemplum legitur. Conuersus quidam valde religiosus, & cōtemplatiuus raptus ad iudicium, vidit duos viros magnos, vnus erat Comes, alius erat magnus Prælatus valde accusati coram domino. Contra quos licet multum videretur dominus iratus, tamen ad preces aliquorum de illa curia distulit sententiam, dicens illi conuerso, quod per Abbatem suum faceret illos moneri de correctione, quod factū est. Comes ergo se corrigens timore visionis, & in bona pœnitentia moriens. Prælatus autē paruipendens visionem & monitionem, nec se corrigens, è lecto suo subitanea morte mortuus est. Quęritur, an liceat causa correctionis alicui conuitium dicere? Respondetur secūdùm beatum Thomam, Sicut licitum est aliquem verberare, vel in rebus damnificare causa disciplinæ, sic etiam potest aliquis alteri, quem corrigere debet, aliquod verbum conuitiosum dicere. Et hoc modo Dominus conuiciando vocauit discipulos illos, qui iuerunt in Emaus, quibus apparuit in via post resurrectionem: *O stulti & tardi ad credendum, &c. Nonne sic oportuit Christum pati, & ita &c.* Similiter & Apostolus Paulus Galatas nominauit insensatos, dicens: *O insensati Galatæ.* Tamen sicut dicit August. Ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibendæ, & non leuiter sunt proferendæ. Item quæritur, vtrum homo debeat contumelias sibi illatas sustinere? Respondeo secundùm B. Thomam: Sicut in aliis iniuriis, sic & in verbis contumeliosis tenemur habere animū præparatum ad tolerantiam, si expediens fuerit. Quandoque tamen oportet, vt contumeliā repellamus, & hoc propter tria: Primò quidem propter bonum eius, qui contumeliam infert, vt videlicet eius audacia reprimatur, vt de cætero talia non attentet. Secundò, propter famam nostram, quia quilibet tenetur defendere famam suam, quia

B. Thom. 2.2 q. 33.

B Thom. 2.2. q 72.

Luca vlt.

B Thomas vt supr.

secundùm August. *Qui famam suam negligit, crudelis est*, quia secundùm Salom. *Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.* Tertiò propter bonum multorum, quorum profectus propter cõtumelias nobis illatas impediretur. vnde August. Duo sunt tibi necessaria, scilicet conscientia & fama. Conscientia propter te, fama propter proximum. Sciendum, quòd Prælati & alii Præsidentes, qui habent subditos, tenentur eos corrigere, si delinquunt, aliâs damnarentur vnà G ¶ cum subditis. Vnde legitur de
1. Reg. 4. sacerdote Hely: Qui quia non correxit filios suos iniquè agentes, punitus est hic per mortem temporalem; quia fractis ceruicibus cadens de sella retrorsum exspirauit, & sic est in inferno, non inueniemus aliam causam, nisi quòd filios non correxit, vt debuit, propter quod Dominus eum subitanea morte interfecit. Vnde quando à parentibus suis filii, & laici à Prælatis suis reprehenduntur, nequaquam ipsi filii & subditi indignari debent. Nam ad hoc tenentur Prælati, aliàs cum subditis damnarentur. vnde
Ezech. 3. Ezech. *Si dicente me ad impium, morte morieris*, scilicet pro tua superbia, auaritia, luxuria, &c. *Et tu non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem eius de manu tua requiram.* Omnia peccata, quæ Prælati possunt corrigere, & non corriguntur, eis improbantur, & pro eisdem damnabuntur. Ergo: *Iudicium durissimum fiet his, qui præsunt.* Vnde Gr. Sap. 6. Greg. in Regist.
Cùm in subdito peccatum nõ corrigitur, in eos, qui præsunt sententia retorquetur. vnde iterum Greg. *Tot personas occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus.* Vltimò sciendum, quod quilibet subditus libenter & patienter debet sustinere correctionem pro suis excessibus, quia per hanc purgatorium ipsum diminuitur. vnde exemplum: Erant duo fratres in monasterio vno, vnus erat gratiosus Abbati, & cæteris fratribus; alter autem non erat gratiosus, & quicquid deliquit, immediatè ab Abbate punitum fuit, sed alii frequenter pepercit ipse Abbas in suis negligentiis, quia gratiosus erat omnibus. Contigit autem, quòd illi ambo morerentur. Apparuit autem ille, qui gratiosus Abbati fuit, dicens, se esse in magnis pœnis: & Abbas, vbi est nunc ille infelix, qui plures negligentias quàm tu, commisit: & ille: O Pater, ipse non est infelix nec miser, quia iam est in clara visione DEI, quia quicquid hic cum negligentia deliquit, immediatè hic punitum fuit, & sic satisfecit: sed mihi, Pater, sæpius pepercisti in meis negligentiis, eo quod gratiosus fui tibi, & cæteris fratribus: ergo iam grauiter torqueor in purgatorio, sed Pater sancte ora DEVM

pro me,

pro me, & recommenda me cæteris fratribus meis in suis missis, & orationibus, quia valde affligor in purgatorio.

DE EADEM DOMINICA.

ARguet mundum de peccato. Gloss. supple, quod habet. Vnde hic dicẽdum est quomodo quis committit septem peccata mortalia. quære infrà sermo. cxlj.

DE EADEM DOMINICA.

ARguet mundum de iustitia. Gl. supple, quam non habet. Vnde dicẽdum est hic, quomodo homo iustus debet inueniri, si vult saluari. Istum serm. quære infra. serm. cliiij. E.

DOMINICA ROGATIONUM Serm. LXIV.

De oratione.

Ioan. 16. PEtite & accipietis. Benignitas Saluatoris Dei nostri maior est in exaudiendo petitiones filiorum suorum, quam cuiuscunque filii respectu matris, vel è contra, matris ad filium; ergo si aliquid petierimus à patre cœlesti, vel à Christo, vtique ipse exaudiet. Vnde dicit. *Petite & accipietis.* Sed quamuis semper sit orandum, secundum illud: *Oportet semper orare, & non deficere*, specialiter tamen tempus orandi est ab hac dominica, vsque ad festum Pentecostes, & in his diebus, qui sunt ante Ascensionem, hoc patet, quia vocantur dies Rogationum, in quib. implorare debemus Dei auxilium, & suffragia sanctorum: Primo, vt Deus bella sedet, quæ in vere frequenter fiunt. Secundo, vt teneros fructus conseruet, & multiplicet. Tertio, vt ad receptionẽ Spiritus sancti humiliemur. In tempore Ascensionis, tempus orandi est. Consueuerunt enim principes, & reges cum de nouo recipiunt terras suas, liberalitatem suam ostendere, & magna dona militibus suis dare. In die ergo Ascensionis cum secundum repræsentationem Ecclesiæ rex regum regnum suum suscepit, liberalitatem suam ostendit orantes exaudiendo. *Dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.* Psal. 4. Post Ascensionem verò in oratione, expectandus est Spiritus sanctus sicut discipuli Christi fecerunt. vnde Act. *Hi omnes vnanimiter erant perseuerantes in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius.* Act. 1. sic & nos orare debemus post Ascensionem, vt Spiritu sancto repleamur, & post Pentecostem tunc orationes, & ieiunia sunt instituta, vt Deus munera nobis collata custodiat. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.* Psal. 67. Diuisio huius sermonis consistit in duobus. Primo excitatur

Luc. 18.

tatur pigritia humana cum dicitur. *Petite*, & fiducia confirmatur, cum dicitur. *Accipietis*. Non autem hortaretur, vt peteremus, nisi exaudire nos vellet, vt accipere m⁹, dicit ergo. *Petite, & accipietis*, hic ostenditur liberalitas diuina, quæ ad petendũ nos inuitat, dicẽs: *Petite*. Pauci.n.sunt, q inuitant vt ab eis petatur. Aug. Non .n. hortaretur vt peteremus, nisi vellet dare. Erubescat humana pigritia, quia plus vult ille dare, quam nos accipere, plus vult ille misereri, quã nos à miseriis liberari. Vnde loquẽdo de oratione quatuor sunt hic dicenda. Primo, quomodo oratio præcellit eleemosynam, & ieiunium. Secundo, quando orandum sit. Tertio, vbi orandũ sit. Quarto, quomodo orandũ sit, & quæ sunt impedimenta orationis. Quantũ ad primum, tunc sciendum est, q̃ tria sunt quæ cõmendantur maxime à Deo, scilicet eleemosyna, ieiuniũ, & oratio, tamen oratio præcellit alia duo. Primo, in faciente, quia debilis non potest ieiunare, nec pauper eleemosynã dare, sed quilibet potest orare. Ps. *Apud te oratio mea est semper*. Isid. Oratio est cordis, non laborũ. Non .n. verba deprecantis Deus attẽdit, sed orantis cor inspicicit, ergo mutus potest orare, vt etiã homo in agone mortis cõstitutus, quia si non ore, tamen corde. Vnde quæritur, vtrum oratio debeat esse vocalis? Respondeo secundum B. Th. 2. 2. q. 82. dicẽdum, q̃ duplex est oratio, scilicet cõmunis, & singularis. Cõmunis oratio est, quæ per ministros ecclesiæ in in persona totius populi Deo offertur, & ideo propter q̃ talis oratio innotescat toti populo, ꝓ quo offertur, quod non posset fieri nisi esset vocalis, & ideo rationabiliter institutũ est, vt m nistri ecclesiæ huiusmodi orationes etiã alta voce ꝓnũcient, vt ad notitiã omniũ peruenire posint. Oratio vero singularis est, quæ offertur à singulari persona, & de huiusmodi orationis necessitate non est, q̃ sit vocalis, adiungitur tñ vox tali orationi triplici ratione. Primo, quidem excitãdo, interiorẽ deuotionẽ, qua mens orantis eleuetur in Deum, quia per exteriora signa, siue votum, siue aliorũ factorum, vt sunt genu flexiones, eleuatio manuum, prostratio corporis, & sic de aliis, quæ ab extra fiunt, mouetur mẽs hominis ad ampliorem deuotionem, & ideo in singulari oratione tantũ est vocib⁹, & huiusmodi signis vacandũ, quãtum ꝓficit ad excitandum interius mentem. Si vero mens per hæc distrahatur, vel qualitercunq; impediatur, à talibus est cessandum, q̃ præcipuè contingit in illis hominibus, quorum mẽs sine huiusmodi signis est sufficienter ad deuotionẽ præparata. Secundo, adiungitur vocalis oratio quasi ad redditionẽ debiti, vt scilicet homo Deo seruiat toto illo, quod habet à Deo, id est, non solum mente, sed etiam

corpo-

Ose 4. vlt corpore seruiat Deo. vnde Oseæ vltim. Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Tertio, additur vocalis oratio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectatione secundum illud Ps. Psal. 15. *Letatum est cor meum, & exultauit lingua mea.* Tamen sciendum, quod si quis obligaretur ad aliquam orationem ex voto, vel ex satisfactione iniuncta sibi in confessione pro pœnitentia, tunc talem orationem deberet orare vocaliter propter pleniorem satisfactionis exhibitionem. Secundo, oratio præcellit ieiuniũ, & eleemosynam in iucunditate, & honorabilitate, quia nihil delectabilius, vel honorabilius, quã loqui cum Deo. vnde August. super Psalm. 85. Oratio tua locutio est ad Deum, quando enim legis, Deus tibi loquitur, quando oras, cũ Deo loqueris ergo in signum huius multa sunt officia, quæ aliquib. nobilibus, cederent in dedecus, sicut arare in agro, & fodere; sed orare cedit homini ad magnũ honorem, quantumcunq; nobilis sit: ergo debemus cum magna reuerentia orare, quasi locuturi cum rege cœlesti. Tertio, oratio etiã præcellit in dignitate quia si oratio eo modo fiat, quo debet, est xeniũ Deo valde gratum, & ministerio angelorum, valde dignũ. vnde dixit angel⁹ ad Tob. Tob 12. Tobiam. *Quãdo orabas cũ lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino*, non debet homini graue esse, tale xenium mittere Deo, cum angelo nõ sit graue offerre, imo, q; plus est, ipse Christus, in quantũ homo, offert orationem nostram Deo patri, q; signatur in hoc, q; diaconus thuribulum tradit sacerdoti, & sacerdos thurificat, sic Christus orationes ecclesiæ Deo patri præsẽtat, quæ præsentatio multũ facit eas valere, qũo. n. non hoc à Deo contenderetur, q; à tanto mediatore ei præsentatur? Quarto, oratio præcellit eleemosynã, & ieiunia in approximatione ad Deum quoniam qui orat, à facie ad faciem ante Deum se constituit. *Respice in me & miserere mei.* Psal. 85. Eleemosyna. n. per manum pauperis mittitur Deo, ieiunium per afflictionem corporis Deo ostenditur sed oratio immediate Deum præsentem alloquitur. Quinto præcellit oratio ieiunium & eleemosynã, q; est valde lucrosum, & vtile orare, q; potest ex hoc ostendi, quod nihil est, ad quod oratio valere non possit. vnde. *Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* 2. Par. 20 Et hoc officiũ, ex quo homo põt lucrari omni tempore, in hyeme & in æstate, in sereno & in pluuiali tempore, & nocte & de die, festiuis diebus, & ferialibus, in infirmitate & sanitate, in iuuẽtute & senectute, stando, & eundo in domo, & extra domũ, & quandoq; vna hora lucratur homo plus orando, quam regnum vnum, quia medica oratione, cum deuota est, lucratur homo regnũ cœlorũ, qñque aũt ante-

antequam inchoetur oratio est homo in statu damnationis, hoc patet in publicano, qui peccator ad templum accessit, & iustificatus de templo recessit per contritionem, & deuotam orationem, quando dixit: *Deus propitius esto mihi peccatori*, obtinuit remissionem omnium peccatorum. Idem patet in latrone, qui cum Christo pependit in cruce, qui Paradisum meruit oratione illa, qui dixit. *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum*, nam responsum est ei à Christo. *Hodie mecum eris in Paradiso.* Quantum igitur ad secundum, sciendum, quod tempus orandi Dominus determinat. *Oportet semper orare, & non deficere.* Scutum non debet miles deponere interim, quod bellum durat, ita nec oratione cessandum est vsque ad mortem, quia bellum durat vsque ad mortem. vnde. Iob. *Militia est vita hominis super terram*, continue enim indigemus Dei adiutorio, & quia nunquam in præsenti deest miseria, ideo continue indigemus Dei misericordia, ideo si fieri posset, continue esset orandum, & super illud. *Sine intermissione orate*, dicit glo. Semper orat, qui semper bene agit. Iustus nunquam desinit orare, nisi desinat esse iustus. Sed quia aliis oportet nos intendere, quę sunt corporis, ergo sciendum, quod orationi præcipue intendendum est, vel cum maior est necessitas vel maior temporis oportunitas; maior necessitas orandi est, cum aliqua opera facturi sumus; vnde Hier. ad Paul. In principio cuiuslibet operis præmitte dominicam orationem, & signum crucis in fronte, & sic committe te diuino auxilio &c. Sicut militem sine armis exire ad bellum non conuenit, ita homini Christiano procedere ad quæcunque opera sine oratione non licet, ergo opera nostra oratio debet præuenire, vt Deus det nobis bonum effectum, & prosperitatem, & gratiarum actio debet subsequi; vt Deus laudetur de adiutorio nobis collato. Item necessitas orandi est, cum imminet nobis tribulatio, vel etiam proximis nostris. vnde dominus imminente passione sua, ter orauit in monte Oliueti: tempus autem orandi personis secularibus extra illas horas, de quibus Dauid in Ps. *Septies in die laudem dixi tibi*, est tempus matutinum, aut vespertinum, aut mediæ noctis sacrificium. Ad orandum mane monemur exemplo Domini. *Diluculo valde surgens Iesus egressus abiit in desertum locum ibique orabat.* Ad orandum vespere. *Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare, vespere autem facto solus erat ibi.* Ad orandum nocturno tempore dat nobis Christus exemplum vt habetur Luc. 6. quod erat pernoctans in oratione. Item his tribus temporibus ad orandū monemur exemplo Dauid, qui dicit in Ps. *Vespere & mane, & meridie narra-*

Luc. 18. *Luc. 23.* *Luc. 18.* *Iob. 7.* *1. Thes. 5.* *Psal. 118.* *Marc. 1.* *Matt. 14.* *Luc. 6.*

Psal. 54. *narrabo & exaudiet vocem meam.* Psal. 118. Item *media nocte surgebam ad confi-ti.* modo Dauid erat rex super cunctum populum Israel, & diuersis occupatus tamen illa tria tempora principaliter in orando seruauit. Et signanter, quod frequenter media nocte surrexit, & Deum laudauit: ergo quomodo tu te potes excusare quod Deum his tribus temporibus non laudas? Item in in solennitatibus, & diebus festiuis quae est magis opportunum tempus orandi. Consueuerunt principes in magnis festis magna munera dare L q petentibus sc. Quo ad tertium, scilicet vbi orandum sit. Notandũ, quod vbique orandum est, cum vbique sint pericula, & vbique auxilio Dei indigemus. 1. Tim. 2. *Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira, & disceptatione, similiter, & mulieres in habitu ornato cum verecundia, sobrietate, ornantes se non in tortis crinibus aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per bona opera. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio &c.* Ex quo patet, quod homo potest orare in omni loco, in domo, in agro, in mensa, in lecto, & sic de aliis. Dicit tamen S. Tho. 2. 2. quod determinatus locus eligitur ad orandum, non propter Deum, qui adoratur, quasi loco concludatur, sed propter ipsos orantes, & hoc triplici ratione. Primo, quidem propter loci considerationem, ex quo specialem deuotionem concipiunt orantes, vt magis exaudiantur. Secundo, propter, sacra mysteria, & alia sanctitatis signa, quae ibi continentur. Tertio, propter concursum multorum adorantium, ex quo fit oratio magis exaudibilis, secundũ, illud Mat. *Vbi duo vel tres consenserint super terram de omni re, quãcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in coelis est.* Matt. 18. Quoad quartum, s. quomodo orandum sit, & quae sunt impedimenta orationis; ¶ N sciendum, quod quinque requirũtur ad hoc, scilicet vt oratio nostra exaudiatur & sic per oppositum sunt quinque impedimenta, quare oratio nostra non exaudiatur. Primum impedimentum orationis est, peccatum orantis. Esa. 1. *Cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam vos, quia manus vestrae sanguine plenae sunt. Si iniquitates aspexi in corde meo, non exaudiet dominus.* Psal. 65. *Scimus quoniam non exaudit Deus peccatores.* Ioan. 9. vnde quaeritur, vtrum Deus exaudiat peccatores? Respondeo secundum Tho. 2. 2. q. 83. Peccator dupliciter consideratur. Primo, in quantum peccator, sic Deus no exaudit eum, quia Deus odit peccatores. *Iniquos odio habui,* Psal. 118. id est, peccatores. Secundo, consideratur quãtum ad naturam quia homo est, & sic cum petit aliquod salutare humiliter, tunc ex mise-

misericordia exauditur à Deo: quamuis hoc nō meruit apud Deū: Sed peccator, qui petit iuuari à Deo cū proponit male facere, vel luxuriari, vel spoliare, & sic de aliis; tale adiutorium petere à Deo est peccatum, qa talis vult Deum inuolue e suis delictis, quia si Deus eū iuuaret, tunc peccati sui reus esset. Ergo Deus non iuuat ad malefaciendū, sed bene permittit fieri malum, qa dedit homini liberum arbitrium. Chr. sup. Mat. Colonus Dei cos silium diaboli non quærit. Colonus autem diaboli, etsi Dei auxilium quærit, non inueniet, vt si fur orat, vt prosperetur, & fornicator sibi signum crucis facit, vt non comprehendatur, tanto citius capitur, qa nescit Deus patrocinium dare criminibus. Ergo ex iam dictis habetur, q̃ primum, quod requitur ad hoc, vt oratio nostra exaudiatur, est, vt sit pura & mūda. Secūdū impedimentū orationis est, qñ homo cum proposito non attente orat. Non .n. sufficit sine peccato orare, nisi & homo attente, & deuote oret. *Vigilate in orationibus* vt dicit gl. Non animus cogitet aliud præter illud solum, quod precatur Aug. in regul. Hoc versetur in corde, quod profertur in ore: *Orantes, nolite multum loqui*, quia vnum pater noster cum attentione, plus valet, quam mille sine attentione. Isid. Oratio sine deuotione est quasi mugitus boum. Vnde quæritur vtrum de necessitate orationis sit, q̃ sit attenta. Pro quo sciendum, secūdū Tho. in oratione vocali est triplex effectus. Primus effectus est, mereri à Deo: & ad hūc effectum non de necessitate requiritur, quod attentio adsit orationi per totum, vt vis primæ intentionis, qua aliquis ad orandū accedit, ea. s. intentione, vt velit deuote orare, talis intentio reddit totam orationē meritoriā, quamuis homo vltra voluntatem distrahatur. Secundus effectus orationis est, impetrare à Deo, & ad hunc etiam effectum sufficit prima intentio, quā Deus principaliter attendit. Tertius effectus, quē oratio etiā principaliter efficit est, quædā spiritualis refectio mentis. Et ad hūc effectū de necessitate requiritur in oratione attentio; vnde dicitur. *Si orem lingua, mens mea sine fructu est*. Ergo quando homo vult consequi Spiritualem dulcedinē in suis orationibus, tunc oportet q̃ per totam orationem habeat attentionem & deuotionem, sed quantū ad merendum, & ad impetrandum, tunc sufficit prima intentio. Si autem prima intentio desit orationi, neque meritoria est neque impetratiua. Illam orationem Deus non exaudit, cui ille, qui orat, non intendit, sed qñ prima intentio orantis est, q̃ libenter vellet deuote orare, & ea intentione incipit, tunc valet illa oratio ad merendum, & ad impetrandum à Deo. Ergo sunt aliqui, qui qñ non habent deuotionem, tunc

1. Pet. 4.

Matt. 6.

1. Cor. 14.

N 5

tunc volunt desistere ab oratione, quod nullo modo faciendũ est, e iã si homo in tantum distraheretur; ꝙ oporteret eũ vnũ Pater noster decies reincipere, adhuc deberet idem Pater noster dicere, & perficere, quia Deus respicit primam intentionem quam habuit, quando incepit orare. s. quod libẽter deuote orare vellet. Sed quando quis cum poposito indeuotè orat, tunc non impetrat, nec meretur. Vnde dicit dominns per propheram. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me*. Sicut heu, plures sunt q cũ corpore stant in ecclesia, & orant, sed cor dispersum est quasi per totũ mundum. vnde Isid. Quid prodest strepitus lab orum, vbi cor est mutum, ergo hoc est secundum, quod requitur ad orationem, vt oratio fiat cum deuotione, & attentione. Tertium impedimentum, quod oratio non exauditur, est, quando petitur, quod nõ est expediens petenti. vnde secundũ Aug tria sunt gña bonorum .s. bona infima media, & summa. Bona infima, sunt temporalia, quę quasi nihil sunt. *Aspexit terram, & ecce vana erat & nihil.* & talia temporalia, aut non debemus petere, aut cum conditione, & cũ moderamine. Ber. In quodam serm. In petendo temporalia cauenda est superfluitas, & voluptas. Salo. *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria.* Apost. *Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti sumus.* De conditione ponenda quando temporalia petimus dicit Aug. Quando à Deo petitis temporalia, cum moderamine petite, & cum timore illi committite, vt si proderit, det: si sciat obesse, nõ det; quod obsit, vel prosit, nouit medicus, non ægrotus. Ergo quandocunque petimus illa, quæ sunt transitoria, sicut res temporales, sanitatem corporis, vel liberationem à præsentibus tribulationibus semper debemus petere cum conditione, quia homo petit quandoque aliquid à Deo, & si exaudiretur ab eo, esset sibi nociuum, & damnabile. Sicut pauper, qui propter paupertatem suam saluabitur, hic si diues fuit, forte damnatus esset. Similiter infirmus quãdoque cum infirmitatibus suis saluabitur, si Deus eum exaudisset quãdo ꝓ sanitate corporis petiuit, forte damnatus fuisset, & sic de aliis. Bona media sunt spiritualia: & ista petẽda sunt cum attentione, qa tanto maiora sunt respectu temporalium, quanto mons excedit paruum lap dẽ, & quanto sol excedit stellas, & huiusmodi, vt sunt remissio peccatorũ, virtutes, & gratia, & humilitas, charitas, patientia, pax, & misericordia: & cui Deus talia dederit, maius est, ꝙ si totũ mundũ sibi daret. Exemplũ de beato Petro, & de Maria Magdalena, & latrone, qui receperunt indulgentiam peccatorum pro toto mundo. Nec mirum. Cui enim talia bona

Mic. 4.

Prou. 30.

1. Tim 6.

dantur si conseruantur, nequaquã damnabitur, & amicum Dei constituunt, & ab inferno liberant. ecce quantum differunt à primis bonis, id est, à tẽporalibus bonis, quia cũ primis id est, temporalib. bonis, multi dãnantur, cũ secundis bonis, id est, virtutibus nullus damnabitur. Bona suprema, sunt bona cœlestia, & illa non tantum petenda sunt cum attentione, & feruore, sicut spiritualia, sed etiam cum humilitate, & sine præsumptione; cum humilitate petunt, qui de suis meritis non confidunt, sed in misericordiam & bonitatem Dei. Bern. In petendo beatitudinem elatio est cauenda; ne tanquam ex propriorum meritorum fiducia, requiratur. Vnde dominus noster Iesus Christus dicit. *Cum omnia feceritis quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.* Cauenda est etiam præsumptio, ne sine nostro labore, gloriam velimus habere. De tali præsumptione, reprehenduntur Zebedæi, qui sine labore, & passione volebant cum Christo regnare. *Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* ergo tertium quod requiritur ad hoc, quod oratio nostra exaudiatur, est, vt petamus, ea quæ sunt salutis, quia non sufficit, quod homo petat sine peccatis, & attente, & cum deuotione, nisi petat ea, quæ decet & Christum dare, & expediat homini recipere. Quartum impedimentum orationis est; quã quis cum hæsitatione petit, & sic nihil impetrat; Quia quilibet, qui vult impetrare à Deo, cum bona fiducia debet sibi supplicare. *Omnia quæcunq; orantes petitis, credite, & accipietis. Postulet in fide, nihil hæsitans, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur.* Non æstimet homo ille quod accipiat aliquid à domino, quia debemus Deum cum bona fiducia inuocare in nostris necessitatibus & tunc vult nobis subuenire in omni necessitate, & tribulatione. vnde. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum &c.* Idem. *Ad dominum cũ tribularer, clamaui & exaudiuit me.* In signum huius tunc Christus in cruce habuit manus perforatas dando nobis bona Spiritus sancti fortificando, & adiuuando & conseruando nos in bono. Quintũ impedimentũ orationis, est defectus perseuerantiæ in oratione. *Multum .n. valet deprecatio iusti assidua.* ¶ P Aposto. *Orationibus instantes* ergo perseuerare debemus in orationibus nostris & tunc obtinebimus. *Si perseuerauerit pulsans &c.* Sed quæritur quare quandoq; Deus non exaudit orationes bonorum hominum? Respondetur, quod hoc facit propter tria. Primo, vt probet patientiam ipsorum, sicut fecit multis martyribus, qui petiuerunt, vt mortẽ ab eis auferret, & S. Paulus, qui rogauit dominum

Luc. 17. Matt. 20. Mar. 11. Iacob. 1. Psal. 90. Psal. 119. Rom. 12. Luc. 11.

ter, vt auferet ab eo stimulum carnis: respondit ei: *Sufficit tibi gratia mea.* Secundò, vt desiderium excitet. Facit enim sicut auceps, qui subtrahit escam volucri: sic etiam sicut mulieri Chananeæ. Gr. Differt Dominus dare quod petitur, vt dilatum petatur ardentius, & habeatur gratius & humilius. Tertiò, meliora, quàm petant, prouideat, quia facit sicut pater, qui denarium denegat puero, cui postmodum totam hæreditatem dabit, quia fortè expenderet ad peccandum. Isid. *Multi petentes non exaudiuntur, quia prouidet illis meliora, quàm petent.*

DE EADEM DOMINICA.
Sermo LXV.
De oratione Dominicali, siue Pater noster.

PEtite & accipietis. Ioan. 16. Ex quo Dominus noster Iesus Christus in verbis præmissis inuitat nos ad orandum, tunc hic iam quæritur, quæ oratio sit magis salutifera? Respondetur, quòd oratio Dominicalis. Vnde hic tria in præsenti Sermone sunt dicenda. Primò, quomodo oratio Dominicalis præcellit alias orationes. Secundò, restat declarare septem petitiones inclusas in Dominicali oratione. Tertiò, quæ requiruntur ad hoc, quòd oratio facta pro aliquo, exaudiatur. Quantum ad primum, sciendum, quod oratio Dominicalis præcellit alias orationes in quatuor. Primò, in auctoritate, quia Christus eam fecit, & ordinauit, qui est summus magister, & dominus omnium. Secundò, præcellit in breuitate. Sed quæritur, quare eam tam breuem fecit? Resp. quod specialiter propter tria: Primò, vt faciliter posset capi & intelligi, & melius retineri, & tardius obliuisci. Secundo, vt frequentius posset dici, & reiterari, & ne dicentibus fastidium generaret. Tertio, vt nullus se posset excusare ab oratione, quia quilibet homo rationalis potest eam addiscere, & omni die dicere; contra hoc faciunt multi, qui quandoq; per vnum, vel per duos dies propter occupationes exteriores obliuiscuntur dicere vnum Pater noster, sed quæ pertinent ad necessitatem corporis, non obliuiscuntur, quia nunquam fuit talis occupatio, quin tempus illud sibi assumant, vt cibum corporalem non negligant, sed quæ ad animam, & ad Deum pertinent, sępius negligunt, & hoc est signum paruipensionis DEI, & etiam salutis propriæ. vnde Arist. 2 Reth. *Obliuio est signum paruipensionis.* Tertiò, excedit oratio Dominicalis in exaudibilitate. Est enim oratio Dominicalis magis exaudibilis, quàm aliqua alia oratio. Ratio est, quia petitionem, quam quis ordinauit, & fecit ritè, non potest expellere. Christus autē hanc orationem fecit & ordinauit. vnde Chrysost. super

per Matth. Pater illam orationem nonlibenter exaudit, quam filius non dictauit. Quartò, præcellit in fœcunditate: nam omnia necessaria animæ & corpori, tam in præsenti vita, quàm etiam in futura, in ista oratione includuntur, vt patebit infra in declaratione Pater noster. Quantum ad secundum, tunc primò quæritur, quare Christus sic inchoauit orationem Dominicalem, dicendo *Pater noster*, & nen Dominus, vel Deus, vel creator. Respõdeo, quòd talia nomina sunt nomina timoris, sed Pater est nomen amoris. Sed quia diligit nos paternè, & vult à nobis etiam filialiter diligi, ideò dixit Pater noster, & in hoc nomine Pater, memorari debemus, vt simus filii eius, si orationem nostram salubriter DEO offerre volumus. Vnde: *Videte, qualem charitatem dederit nobis Pater, vt filii Dei nominemur, & simus: quòd si filii Dei & hæredes sumus, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Sed *Noster* dixit, vt nos doceat humiliari, vt nullus se de bonitate generis iactet, & sic alios spernat. vnde August. Moneantur diuites & nobiles, non superbire minoribus, vel contra minores. Non enim possunt dicere verè Pater noster, nisi fratres. Sciendum, quòd omnes homines, tam nobiles, quam ignobiles, tam iuuenes, quàm senes, tam diuites, quàm pauperes, in quatuor sunt similes, quare meritò sunt fratres, hoc quære in sermone 59. L. *Qui es in cœlis:* quæritur quare hoc dicit Matthæus, cùm tamen vbique est Deus secundùm Deitatem, in terra per misericordiam, in inferno per iustitiam, in cœlo per gloriam. Respondetur primò, ideò, vt doceret, nos cœlestia, & non terrena appetere, iuxta consilium Apostoli: *Quæ sursum sunt, quærite, & non quæ super terram.* Secundò, vt ostendat nobis locum, ad quem creati & redempti sumus, ad quem omni die vnam dietam facere debemus. vnde: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* vnde etiam Apostolus: *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Sanctificetur nomen tuum:* Hæc est prima petitio, in qua petimus, vt nomen eius sanctificetur, quia præ omnibus honorem DEI desiderare debemus; sed diceret quis: Videtur, quòd hæc petitio sit inconueniens, quia semper nomen eius est sanctum: Ergo eius sanctificatio hic non debet peti. Respondeo, quod non petimus ipsum nomen Dei in se sanctificari, quia nullo modo est possibile magis sanctificari, sed petimus in nobis sanctificari, id est, quod in nobis sanctum habeatur, & tanquam sanctum honoretur, in corde credendo & amando, in ore ipsum laudando, & prædicando, in opere bene viuendo. Sed, heu, iam à pluribus Christianis nomen DEI blasphematur potius, quàm

1. Ioan. 3. — Rom. 7. — Coloss. — Ioan. 14. — Hebr. 13.

quàm sanctificetur. vnde de hoc conqueritur per Isai. dicens: *Iugiter tota die nomen meum blasphematur.* vnde: *Nomen Dei per vos blasphematur.* hoc iam dici potest multis peccatorib' Deum blasphemantibus, & qui cõtra præceptum diuinum iurando nomen DEI assumunt in vanum. *Adueniat regnum tuum*: Sciendum, quòd secundùm, quod post honorem DEI nobis desiderádum est, est regnum cœleste, vt illuc perueniamus, & hoc petimus in ista secunda petitione, dicendo: *Adueniat regnum tuum*, id est, ad nos, & in nos, scilicet, vt tu regnes in nobis: *Regnum Dei intra vos est*: & vt in futuro tecum regnemus, cùm dicturus es electis tuis illud: *Venite beati Patris mei, possidete regnum vobis præparatum ab origine mundi.* vnde etiam Augustinus 2. de Ciuitate Dei: O chare illam vitam amplecti debuisti, vbi est vita sine morte, lux sine tenebris, iuuentus sine senectute, pax sine discordia, voluntas sine iniuria, regnum sine commutatione, quia non amittitur. *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.* vbi notandum secundùm Henric. de Vri. per cœlum intelliguntur iusti, per terram verò peccatores, vt sit sensus, quòd sicut voluntas tua fit in bonis & iustis hominibus tibi fideliter obsequentibus, ita etiam fiat in terra, id est, in ipsis peccatoribus, vt scil. à te conuertantur, & tibi seruiant; ergo homines orantes *Pater noster*, signanter in hac clausula debent dirigere intentionem suam ad Deum, optando omnibus peccatorib. veniam, gratiam, & iustificationem à peccatis, vt & ipsi voluntatem Dei, sicut & iusti salubriter perficere valeant, sed secundùm beatum Thomam, per cœlum intelliguntur sancti, & Angeli in cœlo existentes, sed per terram homines viuentes in terra, vt sit sensus, sicut in ciuibus cœli, sic & in ciuibus terræ, hoc est, sicut sancti & Angeli conformant voluntatem suam diuinæ voluntati in cœlis, sic homines etiam faciant in terris. Sed contra hoc faciunt, qui murmurant contra DEVM in tribulationibus, & hoc est signum carentiæ diuinæ gratiæ: sicut vas vacuum magnam resonantiam facit, & currus non vnctus cum clamore incedit, sic & tales. vnde Gregorius: Regnum cœlorum nullus murmurans accipit, nec vllus, qui accipit, murmurare potest; quare tales sic murmurant, quia non aduertunt, quod DEVS ex sua bonitate hominem in præsenti affligit suis tribulationibus. Gregor. in moral. Ille solus de flagello murmurat, qui animum percussoris ignorat. August. Tanto minus de flagello, quo castigamur, murmurare debemus, quanto certius in eo pignus paternæ dilectionis tenemus. Vnde dicitur Apocal. 3. *Ego quos amo, arguo & castigo.* Sed boni voluntatem suam Deo confor-

Esa. 52.
Rom. 2.
Luc. 17.
Matt. 25.

conformant exemplo Christi, qui dixit: *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Ergo dicamus: *Fiat voluntas tua, &c. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Hic petimus necessaria præsentis vitæ, nam per Re panem omnia necessaria intelliguntur: *Initium vitæ hominis panis & aqua.* Necessaria enim speranda & petenda sunt à Deo, quia ipse dat escam omni carni: *Oculi omnium in te sperant, quia tu das escam &c.* Modus autem, qualiter petere debemus ista temporalia, nobis pulchrè in ista petitione demonstratur. nam hic insinuatur, quod à nobis tolli debet cibi superfluitas, ideo dicit *Panem*, quando Deus tibi aliquid vltra panem largitur, tunc plus tibi dedit, quàm petiisti; ergo cum magna gratiarum actione debes accipere. Item dicit *Da*: vbi ostenditur, quod nihil habemus à nobis, nisi à Deo nobis detur: *Quid habes, quod non accepisti?* Item per hoc, quod dicit *Da*: insinuatur nobis, quod non debemus per nos recipere temporalia, sed à datore omnium, id est, à Deo humiliter petere. Ille enim per se recipit, qui iniustè lucratur, quia hoc Deus non sibi dat, sed per se recipit, quomodo ergo orant vsurarii, fures, raptores, & cæteri, qui iniustè lucrantur, cùm dicunt *Da*: cùm ipsi per se contra Deum & salutē propriam talia recipiant? Item dicit, *Nobis*, per hoc insinuans, vt nullus sibi temporalia approprìet, sed cum indigentibus communicet ea, quæ Deus sibi tribuit. vt de August. De meo vtique quæro, ait Christus. Da mihi, & reddam tibi, habuisti me largitorem, fac me debitorem, pauca mihi das, plura vtique tibi reddam: terrena mihi das, cœlestia vtique reddam: temporalia das, æterna restituam, memetipsum etiam restituam tibi. Item dicit, *Hodie*, volens à nobis tollere superfluam & nimiam sollicitudinem temporalium. vnde: *Nolite esse solliciti in crastinū*: contra hoc faciunt illi, qui ad annos plurimos hoc petunt, & cum nimia sollicitudine illa temporalia colligunt, velut iste diues, de quo in Euangelio dicitur, quod dixit: *Anima mea habes multa bona in annos plurimos*: & responsum est ei: *Stulte hac nocte repetitur anima tua à te. & quæ coll. cuius erunt? Dimitte nobis debita nostra*, hæc est quinta petitio, in qua petimus remissionem peccatorum nostrorum Deum, in proximos, & in nosmetipsos. Quæritur, quare Christus dixit: *Dimitte nobis debita nostra*, & non peccata nostra. Resp secundùm Henric. de Vr. quod Christus melius dixit, *Debita nostra*, quàm si dixisset, *Dimitte nobis peccata nostra*: nam plus petimus, dicendo, *Dimitte nobis debita nostra*: quàm dicendo *Dimitte nobis peccata nostra.* Nam in primo petimus, nobis dimitti tam culpam, quàm pœnam, quam tenemur exsoluere pro peccatis, quod non

Eccl. 29. Psal. 144. Matt. 6. Luca 12. 1. Cor. 4.

quod non fieret in secundo, scil. dicendo peccata, quia quando q; dimittitur peccatum quantũ ad culpam, & tñ manet reatus, quantum ad pœnam. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, hoc signanter additur, quia alias non fieret remissio peccatorũ, sicut clarè patet in Euang. vbi Christus dicit: *Cùm stabitis ad orandũ, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt Pater vester dimittat vobis peccata vestra, quod si non dimiseritis, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra.* vnde Bernar. Si vis vt peccata tibi à Deo dimittantur, omnis rancor & indignatio à corde tuo euellatur. *Et ne nos inducas in tentationem.* Hæc est sexta petitio, in qua petimus præseruari à futuris malis, & à peccatis; sicut antea in quinta petitione petimus nobis indulgeri peccata præterita, sic hic in sexta petimus præseruari à futuris peccatis, dicendo: *Et ne nos inducas in tentationem.* Sciendum, quòd in hac petitione non petimus, vt simpliciter non tentemur, sed ne inducamur in tentationem. Ille n. inducitur in tentationem, qui superatur & capitur, vt piscis in reti: Christus enim fuit tentatus, sed non in tentationem ductus. Sciendum etiam q necessarium est, vt tentemur, qa magna pars meritorum nostrorum cõsistit in sustinendo tribulationes, & in vincendo tentationes, quia alias opera nostra modica sunt. August. Nullus hominum est tanta iustitia præditus, cui non sit necessaria in tribulationibus tentatio ad proficiendum. vnde Bern. Quotiens restiteris, totiens coronaberis. Permittuntur enim super nos tentationes à Deo, vt tentati resistamus, resistendo vincamus, vincendo mereamur vitam æternam: ergo oportet nos certare contra mũdum, diabolum, & propriam carnem, quia secundùm Apost. *Nullus coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.* 2. Tim. 2. *Sed libera nos à malo*: hæc est septima & vltima petitio istius Dominicæ orationis, in qua petimus ab omni præsenti malo liberari, & meritò, quia totus mundus est plenus periculis, & ideò vndique sumus circumdati multiplicibus laqueis. A supra habemus timorem inordinatum, ab infra amorem inordinatũ, ab ante voluntatem peruersam, à retro peccatorum præteritorum delectationem, à sinistris impatientiam in aduersis, & à dextris extollentiam in prosperis: sic ergo quocunq; vertimus nos, diabolum insidiantẽ nobis habemus: ergo meritò & libenter dolere & clamare debemus: *Libera nos à malo.* Quantum ad tertium, sciendum, quòd quis per orationes sanctorum in cœlo, vel etiam bonorũ hominũ in terris, quatuor in se debet habere, vt orationes pro eo factæ à Deo exaudiantur. Primò debet desideranter illud cõcupiscere, pro quo vult pro se orari ab aliis hominib. bonis: Psal. 9. *Desiderium*

 paupe-

pauperũ exaudiuit Dominus. Item: *Cùm quæsieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis.* Secundò, vt ipse sit in bono proposito se emendandi, quia si staret in malo proposito, scilicet peccandi, Deus orationes, quę pro eo fiunt, nõ exaudiret, *Si steterit Moyses & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum istum*: Ergo orationes factæ nihil prosunt damnatis, nec etiam dœmonibus, quia semper sunt in malo ꝓposito, & in malis obstinati: ergo cùm petis orari pro te, tunc debes habere bonam voluntatem. Vnde legitur in vitis Patrum, quod quidam relinquens mundum fugit in eremum, & factus est eremita probatissimus. Quod audiens secularis qui fuerit socius eius, visitauit eum, inferens panes in sacco, rogans quod Deum oraret pro eo, quòd daret ei gratiã abstinendi à peccatis, quod ille cùm ꝓmisisset, rogauit vt post quindecim dies rediret ad eum, & cùm hoc fecisset, quæsiuit, si adhuc placeret ei suum peccatum, sicut prius? Respondit, quòd deterius ei erat peccatum, quàm antea, tunc eremita rogauit eum, vt iterũ post quindecim dies iret ad eum, & tũc fortius se, pro eo afflixit, & orauit pro eo. Cùm autem rediisset, & sibi deterius esse ei diceret, attendens eremita hoc propter eius negligentiam esse, quia delectabatur in hoc peccato, & non restitit delectationi, tunc eremita accepit saccum, in quo sibi panes detulerat, & impleuit arena, rogans, vt humeris suis imponeret & portaret. Quod cùm ille facere attentaret, eremita retrahebat inferius, quod cùm ille aduerteret, dixit, nõ possum illud onus subleuare, quia in deorsum trahis: tunc ille, trahe super te, & ego iuuabo te, q, cum vterque faceret, facillimè onus super humeros ipsius posuerunt, tunc eremita, sic ego nõ possum te iuuare, quia tu niteris in contrarium, scil. retrahere deorsum, temetipsum in culpam, & in prauam delectationem, sed oppone manum tuam, & adiuua me, scil. resistendo peccato huic, & auerte te ab eo, tunc valebit adiutorium Dei, & meum. Tertiò, vt reputet se indignum coram Deo stare, & pro seipso orare, & indignũ se à Deo exaudiri, & alium, ad quem accedit, reputare debet dignũ à Deo exaudiri: *Seruus meus Iob orabit pro vobis, & ego faciem eius suscipiam.* vnde Gr. in pastor. Talis requirendus est ad orandum, qui sit idoneus ad placandum, quia cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Quartò, vt bona, vt iusta, & licita, & salutaria, petat sibi à Deo impetrari. Chrys. Illa pete à Deo, quæ tibi expediat accipere, & illum deceat dare. Sciendum, quod quando sumus in tribulationibus, & anxietatibus, vel peccatis, tunc debemus desiderare pro nobis fieri communem orationem, sicut cõmuniter fit finito sermone,

Ierem. 29. Ierem. 15. Iob 42.

mone, quia hoc est valde vtile. vnde scr ptū est: *Impossibile est preces multorum nō exaudiri*. Et Christus
Matth. 18. in Euang di it: *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcunq; petierint, fiet illis à Patre meo*: quanto magis, vbi quandoque ducenti quadringenti, vel quandoq; mille homines sunt congregati, & communem orationem pro aliqua causa faciunt, & quilibet libenter debet pro aliis orare, & communem orationem facere, quia hæc est eleemosyna spiritualis, & Deo valde placet, vnde Chrys. *super Matt.* Pro se orare necessitas cogit, pro aliis autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem est ante Deum oratio, nō quam necessitas transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat.

IN FESTO ASCENSIONIS.

Sermo LXVI.

Marc. 16. P*Ostquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.* Sciendum, quod ab origine mundi non fuit tale festum in cœlo, nec vnquam vsque post iudicium erit, cùm Christus redierit cum bonis, & electis, eos ducendo in cœlos. vnde Leo Papa in serm. de Ascensio. Domini: Sicut in solennitate Paschali Resurrectio Domini nobis causa fuit lætandi, ita Ascensio eius in cœlos præsentium nobis est materia gaudiorum, recolentibus illam diem, & ritè colentibus, quæ naturæ nostræ humanitatis in Christo super omnes ordines Angelorum, & vltra cunctarum altitudinem potestatum ad DEI Patris est profecta consessum. Item August. in serm. de Ascensio. Resurrectio Domini spes nostra est, Ascensio glorificatio nostra: si ergo rectè, si fideliter, si deuotè Ascensionem Domini celebramus, ascendamus cum illo, & sursum corda habeamus. Ambros. in lib. de officio: Sicut Christus sua resurrectione resurgendum esse à peccatis, edocuit, ita sua ascensione ascensionem quandam esse animæ indicauit. Bern. super Cant. Mente igitur in contemplatione cœlestiū ascendamus, vt saltem, aut sic noxia videamus, & timentes euadere, ad Deum fideliter accedamus. Sciendum, q, festiuitas hodierna est sera omnium festiuitatum, quia propter hoc incarnatus est, & XXXIII. annis in mundo isto laborauit, deinde passus est, & sustinuit mortem, vt cœlum nobis aperiret, quod hodie perfectum est, quādo Christus cœlos ascendit. vnde August. in serm. de Ascens. Nos Christi mors viuificauit, nos Christi resurrectio erexit, nos Christi ascensio consecrauit, quia nobis Spiritum de cœlo tribuit: Ergo festiuitas hodierna est cōclusio omnium festiuitatū Christi, scilicet annuntiationis, natiuitatis, circumcisionis, passionis, & resurrectionis. Cùm hæc omnia perficit,

ficit, nunc hodierna die cœlos ascendit. Item hodiernum festum propter solennitatem & dignitatem potest etiam nominari festum omnium Angelorum; quia hodie eorum ruina cœpit reparari, quando Christus cum electis suis cœlos ascendit. Si super vno peccatore se conuertente gaudium est Angelis, scilicet, qui hic pœnitentiam agit: vel si de vno sancto, qui ad cœlum euolat, vel de vna anima, quæ de purgatorio liberatur, quid tunc, quando tot millia, id est, omnes electi ab initio mundi cum Christo cœlum ascenderunt? Item festum hodiernum est festum Prophetarum, Patriarcharũ, & omnium electorũ ab origine mundi, qui hodie omnes cum Christo ascenderunt; & si de vno sancto festum sit, cum euolat ad cœlum, & illa dies appropriatur sibi, nonne tunc hodierna dies potest appropriari Prophetis & Patriarchis, qui omnes hodie cum Christo ascenderunt? Item hodiernum festũ potest dici festum B. Mariæ, quia carnem filii sui quam à se assumpsit, hodie exaltari super oẽs cœlos vidit: imò est festum totius humanę naturæ, q̃ hodie in ipso exaltata est. Ioan. 14. *Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad Patrem.* Gr. in hom. hod. Illa enim natura, cui dictum fuerat, *Terra es, & in terram ibis*, hodie in cœlum iuit. Item notandum, quòd hodierna die non solùm Christus corporaliter ascendit, sed etiam multi, qui cum Christo surrexerunt, hodie cum Christo, vt creditur, corporaliter ascenderunt. vnde August. in serm. resurrect. Quorum sepulchra in passione Domini sunt patefacta, horum corpora, Christo resurgente, de puluere sunt resuscitata. Decebat enim, vt prius ille resurgeret, deinde illi, vt dicit Apost. 1. Cor. 15. *Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium.* & sicut cum Domino resurrexerunt, ita cum eo ascendisse creduntur. Quantum ad secundum, sciendum, quòd hodierna die Christus tria signa dilectionis ostendit Apostolis. Primò, comedit cum discipulis, sicut amici faciunt, cùm ab inuicem recedere volunt. Act. 1. *Et cõuescens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed exspectarẽt promissionem Patris.* Secundò, benedixit illis, sicut homo valedicit suis charis amicis, cũ ab eis recedit. Tertiò, locutus est eis primò, increpando eos de incredulitate, quam ante habuerunt: non q̃iam adhuc illo die increduli fuerunt, sed quia antè tardè crediderunt his, qui viderunt eũ resurrexisse. Bern. Audi Christum discipulos increpantem ea hora, q̃n subtractu-rus erat præsentiam suã: ergo non indigneris, cùm à proximo tuo vel vicario Christi arguaris. Item locutus est eis verba instructionis, dicẽs: *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Quæritur, quare omni creaturæ iussit Euangelium prædicari, cùm

cum non lapidibus, & brutis animalibus, & volucribus prædicandum est euangelium? Respondeo primo, quia homo dicitur microcosmus. Vnde Arist. homo dicitur minor mundus, quia conuenientiam habet cum omnibus creaturis; ergo Christus dixit. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* id est, homini qui habet esse cum omni creatura, scilicet esse cum lapidib⁹, viuere cum plantis, sentire cum animalib. irrationabilibus, & intelligere cum angelis. Secunda, quia, per hoc q; dicit, *omni creaturæ*, ostēdit, quod vult omnes homines saluos fieri, pauperes & diuites, nobiles & ignobiles, rusticos & ciues, nullum spernit, quia *non est acceptio personarũ apud Deum.* Tertio, in hoc, quod dicit, omni creaturæ, ostendit quod homo est dominus omnium creaturarum. *Omnia subiecisti &c. Dominamini piscibus maris, volucribus cœli, & cunctis animantibus terræ:* Item dicit in Euang. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit:* vbi quæritur, vtrum fides requiratur in baptizandis? Respondeo secundũ Pet. de Tharan. super. 4. sen. dist. 6. In paruulis, & naturaliter stultis non requiritur propria fides, sed sufficit aliena; quia pueri in fide parentum, vel patrinorum, vel ecclesiæ baptizantur. In adultis discretis hominibus, qui habent rationem, requiritur fides propria, nõ quidem ad susceptionem sacramenti, quia etiam sine ea recipient characterem sacramenti; sed quantum, ad susceptionem rei sacramenti, id est, gratiæ. ¶ Item quæritur vtrum omnibus paruulis æqualis gratia detur in baptismo? Respondeo secundum Bonauen. in 4. dist. 4. sic. Quantum est de se, æqualis gratia datur in baptismo paruulis, & hoc quantum de lege communi. Primo, ratione morbi, id est, peccati originalis, q morbus est æqualis in omnibus pueris. Secundo, quia omnes sunt æqualiter dispositi, nec plus, nec minus vnus, quam alter, quia nullum habent peccatum actuale, sed solũ originale. Tertio, qui sacramentum vnum, & æquale est in se, ergo æqualiter operatur in paruulis. Deus tamen, qui non alligauit suam potentiam sacramentis, potest vni dare plus, vel minus, si vult. Item quæritur, an in adultis baptizatis sit æqualis effectus baptismi? Respondetur secundum Bonauenturam, vbi supra, quod triplex est effectus baptismi. Primo, characteris impresio. Secundo, restitutio innocentiæ, & quo ad illos duos effectus, est æqualis effectus baptismi in omnibus digne suscipientibus. Tertius effectus est, infusio gratiæ & hic effectus est, maior in illis adultis, qui magis sunt dispositi, quia qui plus disponit, plus recipit de gratia. Et imo quoad hoc non oportet, quod sit æqualis effectus in omnibus baptismum

Arist. Phys. 8.

Psal. 8. Gen. 1.

Marc. 16.

tismum suscipientibus, Si vis dicere de baptismo quaere infra sermo. lxxvj. & serm. lxxvij. B.

IN EODEM FESTO. SER. LXVII.

De signis veri Christiani.

Marc. 16. *Signa autem eos, qui crediderint, hac sequentur.* Quanquam nesciatur dequoquam homine, an saluetur, aut damnetur, sunt tamen quinque signa, quae dominus hic ponit valde expressiua salutis, & quae nobis in vltimo recessu pro memoriali reliquit per quae cognoscuntur veri fideles, à non veris. Omnis igitur fidelis saluari volens, vt haec quinque habeat necesse est, ad minus secundum explicationem spiritualem, habentur enim haec signa dupliciter, corporaliter, & spiritualiter. Apostoli, & alii quidam sancti in principio ecclesiae habuerunt illa signa vtroque modo, & hoc necessarium tunc erat, quatenus Apostoli per illa signa homines ad fidem conuerterent: & ideo haec signa corporaliter impendebant hominibus. Spiritualiter vero quinque signa nos habere X¶ oportet, & sunt certa signa salutis, quia miracula corporalia ostendunt hominem esse sanctum, sed non efficiunt; sed illa efficiunt, & ostendunt. Primum signum est, quod daemonia eiicient: hoc Apostoli, & alii sancti fecerunt corporaliter eiiciendo daemonia ab obsessis, & per hoc ostenderunt se esse discipulos Christi. Sic nos spiritualiter daemonia, id est, peccata eiicere debemus per poenitentiam: & qui hoc fecit, vere est christianus, dominus enim, qui non mentitur, dicit: *Signa autem eos qui crediderint hac sequentur in nomine meo,* id est, pro salute aeterna *daemonia eiicient,* id est, peccata mortalia. Quot autem quis in se habet peccata mortalia, tot diaboli etiam animam eius possident. Vnde legitur. Mariam Magdalenam septē daemonia habuisse, quod exponit Gre. & dicit. Maria septem daemonia habuit, quae vniuersis vitiis plena fuit. Et illa peccata, quae in nobis immediate cognoscimus, per verā contritionā eiicere debem⁹. Sed ¶Y quaeritur vtrum quis immediate teneatur confiteri? Respondeo, quod ad contritionem tenetur homo quam cito recognoscit se peccasse mortaliter, sed ad confessionem faciendam immediate non tenetur, nisi tempore Paschae, vel etiā quandoq; alias vult sacramentum Eucharistiae accipere, quamuis periculosum sit confessionem diu differe. Ergo consulendum esset cuilibet seculari, quod ad minus in qualibet angaria confiteretur sua peccata, quia per hoc retraheretur à multis peccatis, quae alias comittit, quando in anno nisi semel confitetur. Et insuper talis homo efficeretur Marc. 16.

ceretur timorosus, quoad Deum, & etiam se recognosceret, & perpenderet suos proprios defectus. Sed illi qui raro confitentur, plura peccata obliuiscuntur, quod valde periculosum est; ideo bonum est sæpius confiteri. Vnde Ber. in epistola. Ama confessionem, si affectas decorē. Reuera vbi confessio, ibi pulchritudo & decor. Si ergo immediate peccata eieceris, cum peccasse te cognoueris, signum est salutis. Vnde Chry. in ser. Peccare est humanum, permanere autem in peccatis est diabolicum. Ergo eiicienda sunt peccata per confessionem, non solum magna, sed etiam parua. Vnde Greg. in moral. In vnoquoque lapsu à minimis semper incipitur, & succrescentibus defectibus, ad grauiora peruenitur. Et cum quis nō curat cauere parua peccata, faciliter labitur in maiora. Vnde Augustin. in li. de pœnitentia. Nullum est peccatum adeo paruum, quod non crescat neglectum. vnde etiam Isidorus de sum. bon. Quemadmodum ad virtutum culmen tendentes, non à summis inchoant, sed à modicis, vt semper ad altiora perueniant, ita & qui dilabuntur, ad vitia, non statim à magnis criminibus, incipiunt, sed à modicis assuescunt, & sic cum maximis corruunt. Secundum signum fidei necessarium est, vt noua lingua loquatur, deserēdo antiquam, quam diabolus ab initio adinuenit, atque homines mali. *Recedant vetera de ore vestro.* Lingua enim vetus est, iracunde, & dure proximis respondere; & insuper ipsis maledicere, & eos ad iracundiā prouocare; & hoc est valde periculosum, quia omnia peccata, quæ ille, sic ad iracundiam prouocatus, cōmittit, omnium peccatorū illorum ille, qui eum concitat ad iram, particeps erit. Sed quæritur, an homo sustinere debeat maledictionem sibi ab aliis hominib. imprecatam? Respōdeo, q; bonus homo non debet curare tales maledictiones, sed eas patienter sufferre, quia sibi nihil obsunt. vnde Aug. super ps. Qui iustus est, & maledicitur, præmium ei pro maledictione redditur. *Maledicent illi, & tu benedices.* Item vetus lingua est blasphemare, & iurare. *Vir multum iurans replebitur omni iniquitate.* Item lingua vetus est adulari, & verba fraudulenta loqui. vnde Hieron. Nihil est, quod tam facile corrumpat mentes hominū, sicut adulatio. Plus .n. nocet lingua adulatoris, quam gladius persecutoris. Item lingua vetus est, impudica, & luxuriosa verba proferre. Et talia verba sunt signa mali, & impudici cordis. *Ex abundantia cordis os loquitur.* vnde Arist. 4. Ethicor. Qualiscunque quisquis est taliter dicit, & taliter operatur, & taliter viuit. Item lingua vetus est loqui verba detractoria, & denigrare famam proximi. Vnde Hieronymus. Non facilis venia praua

1. Reg. 2. *Psal. 108.* *Eccl. 23.* *Matt. 12.*

praua dixisse de rectis. Item lingua vetus est iactanter loqui, & seipsum in peccatis suis commendare, vnde August. Nullum scelus tam abominabile Deo, quam præterita peccata vnicuique nostrum dimissa reminiscendo gaudere, & inde exultare. Item vetus lingua est loqui verba mendacia in damnum

Psal. 5. sui proximi. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Item lingua vetus, est loqui verba otiosa, & in-

Matt. 12. utilia *De omni verbo otioso &c.* Item lingua vetus est libenter loqui de mundanis, & transitoriis. *Qui*

Ioan 3. *de terra est, de terra loquitur.* Item

1. Ioan. 4. *Ipsi de mundo sunt; ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.* Sed noua lingua est, loqui mansuete, pudice, & verifice. Item informare proximum, & corrigere, & admonere proximum fraterna admonitione. Item libenter orare, Deo regratiari & libenter confiteri, & sic de aliis bonis honestis, & deificis verbis. Tertium signum est, quod serpentes tollent, idest, malas suggestiones, siue à diabolo, siue à proximo immissæ sint, immediate expellentes. A diabolo immittuntur suggestiones malæ, & cogitationes prauæ, quibus homo immediate resistere debet, & eas violenter expellere. Vnde Gregorius. Non est cogitatio tam immunda, quæ mentem polluat, si ratio non consentit. Vnde etiam Bernar. Dæmonum est, malas cogitationes ingerere, nostrum est illis, non consentire. Nam quotiens resistimus, toties diabolum superamus, angelos lætificamus; Deum honoramus. Ergo quandocunque sentis te diabolum tentare per malas suggestiones, & si immediate repellis, iam serpentes tollis, & ibi non nocebunt. vnde Bernar. Potest inimicus excitare tentationis motum; sed in te est, si volueris, dare vel negare consensum. Item serpentes tollere, est videre malam vitam, & malum exemplum proximi, & tamen suo malo exemplo non corrumpi, nec velle suam malam vitam sequi; verbi gratia. Diues, qui videt superbiam aliorum in vestibus & moribus, & si vellet etiam se tali modo extollere, in vestibus & moribus posset, quia diues & iuuenis, & pulcher est, & tamen se propter Deum, & salutem animæ suæ humiliat, ille serpentes tollit spiritualiter. Item alius diues, qui videt auarum temporalia quærere cum vsuris, mendaciis, & & fraudibus, & ipse posset simili modo ditari si vellet, & tamen propter Deum omittit, talis omnia ista Deo offert, quæ sic iniuste lucrari potuit, sed non voluit. Greg. Hoc aurum Deo obtulisti, quod contra eius voluntatem accipere noluisti. Item iuuenis, qui in iuuentute caste viuit, & tamen tentationes carnis sustinet, sed tamen non consentit, serpentes tollit. Item pulcher homo, qui videt alios homines chorizare, & illicite gaudere, & tamen

tamen sib ipsi resistit, & si propter Deum, quem non vult prouocare, hoc dimittit, sic vincit, & serpentes tollit; & sic de aliis, & quanto maiorem occasionem quis habuit, & sibi resistit, & propter Deum facere noluit, tanto maiori honore dignus est coram Deo. vnde scriptum est: *Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit.* vnde Bernardus in libro de libe. arbitr. Posse enim peccare, datum est homini, non vt proinde peccaret, sed vt gloriosior appareret, si non peccaret, cum peccare posset. Quartum si-
B ¶ gnum est. *Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* vnde sciendum, quod mortiferum siue venenum bibere, signat magna incommoda sustinere, siue in verbis, scilicet maledicendo, siue in rebus spoliando, siue in propria persona, percutiendo, siue infirmitates corporis sustinendo, & sic de aliis. Si illa prędicta oporteat hominem bibere, id est, tollerare & pati, nec tamen sibi noceant; quod videlicet per impatientiam eum non corrumpunt, hoc est signum salutis, & vitæ æternæ. Et quando mortiferum tale, siue incommodum est fortius; si non crepauerit, aut inflatur, aut perit per impatientiam, tanto est laudabilius signum. Vnde Gregorius: Ego patientiæ virtutem maiorem signis, & miraculis credo. Qui igitur patientes sunt in magnis infortuniis, & tribulationibus, & infirmitatibus habent quartum signum, quod vere filii Dei sunt. Gregorius. Qualis vnusquisque apud se lateat, illata contumelia probat. Ex hoc sequitur, quod illi non habent hoc signum qui non solum magna incommoda, sed nec vnum verbum sibi contrarium sustinere volunt. vnde Gregorius.16. Qui à statu patientiæ per linguarum vulnera corruit, ipse sibi testis est, quod contra manifestæ persecutionis gladios non subsistere posset. Item sciendum, q. patientia in aduersis ¶ C est nobis multum necessaria, quia dupliciter mereri oportet vitam æternam, scilicet sustinendo mala, & operando bona. Sed quia opera nostra bona sunt adhuc modica, & parua; ergo eo plus mereri debemus in sustinendo patienter aduersa, vt recompensemus modicitatem nostrorum bonorum operum, quia in hoc consistit patientia, vt mala ab aliis nobis illata patienter sustineamus, & Deo de tribulationibus gratias agamus. vnde Gregorius in homilia super euangelium: *Cum audieritis prælia,* patientia est aliena mala æquanimiter perpeti; contra eum quoque, qui ei mala irrogat, nullo dolore moueri. Cassiod. super illud. Ps. *Voluntarie sacrificabo tibi.* Voluntarie Deo sacrificant, qui inter angustias passionum iugiter gratias agunt. Exemplum de patientia in collationibus patrum libro 12. Le-

gitur, quod quædam vetula reclusa Alexandriæ petiit ab episcopo, qui ei multum familiaris fuit, & eã propter sanctitatem suam multum dilexit, vt traderet sociam ei aliquam, quæ esset cum ea in solatium. Et episcopus tradidit ei viduam honestam, virtutibus pollentem, mitem & dulcem, in oratione persistentem, obedientem, & sibi fideliter seruientem: Quæ conquesta est, episcopo, quod ei non esset vtilis. Qui dedit ei aliam duram, verbosam, litigiosam, & rebellosam, & multis cõuitiis afficientem, de qua non est conquesta, sed pacifice sustinuit, vsque quo cum ea exercitata eius iniuriis addisceret perfectam patientiam. Pro quo admirans episcopus, cum quæreret quomodo esset ei? ipsa respondit, quod melius esset ei cum illa, quam cũ prima; quia prima fuisset ita dulcis, & pacifica, quod nihil lucrabatur eius patientia; cum secunda autem exercitata multis iniuriis perfectam didicerat patientiam. Quintum signum est, *super ægrotos manus imponent & bene habebunt.* Duo sunt genera ægrorum, adiutorio nostro indigentium. Quidam enim exteriori indigent adiutorio in corpore, vt pauperes, vel infirmi, quibus benefacere debemus exhibendo eis opera misericordiæ, vt esurientem cibemus, sitientem potemus, nudum tegamus, & peregrinum ad hospitium recipiamus, & sic de aliis: & quando hæc opera facimus, tunc spiritualiter manus super ægros ponimus, & melius habebunt, & quicquid ipsis fecerimus, hoc Christus reputat sibi esse factum. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*: Et in iudicio dicet dominus electis suis, qui hæc, opera misericordiæ exercuerunt. *Esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, nudus &c. venite benedicti patris mei.* vnde etiam Ambr. Nihil ita commendat christianam animam, quemadmodum misericordia, ergo si volumus Dei misericordiam promereri, tũc debemus cum pauperibus opera misericordiæ exercere vnde Greg. Dei misericordiam non potest promereri, qui hic misericors non fuerit. Vnde Leo Papa in ser. Misericordiæ virtus est tanta, vt sine illa cæteræ virtutes & si sint, prodesse nõ possint: Exemplum. legitur de sancta Elizabeth, quod in hospitali in Marckburgo, quod construxerat, erat quidam infirmus, & leprosus tam immundus, & fœtidus, & tam horribilis aspectu, quod eum omnes ancillæ & serui abhorrebãt, nec ei seruire volebant; Beata Elizabeth vidit eum contemptum ab aliis, & ipsa cum magna humilitate, & diligentia ministrabat ei: Caput ei lauabat, & eum balneabat, & ipsum propriis humeris, & brachiis portabat, in gremio suo eum quiescere faciebat, & hoc seruitium quatuor diebus exhibebat. Postea infir-

Mat. 25.

infirmus disparuit. Quinta vero die cum sancta Elizabeth esset in oratione, Christus ei apparuit dicēs: Ego sum Christus filius Mariæ, cui seruiuisti istis diebus & quia mihi prouidisti in forma leprosi, habebis mecum æternum gaudium. Secundi sunt, infirmi in anima, vt peccatores, qui te offenderunt. Et super illos debes manus imponere, id est, ipsis indulgere, & ex hoc bene habebunt. Et hoc est Deo valde acceptum, & homini multum meritorium, scilicet inimicos diligere, & ipsis indulgere. vnde August. in ser. de sancto Stephano. Per amorem hominis inimici efficeris amicus Dei. vnde Aug. in Enchridio. Ea eleemosyna nihil est maius, qua ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit: hæc sunt quinque signa vitæ æternæ, & veri christiani, quæ ipse dominus iam ad cœlum ascensurus omnibus fidelibus suis prædicauit. Quæ signa post quam dixit, statim assumptus est in cœlum, in hoc innuendo, quod hæc obseruantes, similiter assumuntur, in cœlum. Quæ signa postquam dixit sancti Apostoli cæteros in signum habuerunt, & ostenderunt in exemplum vnde sequitur: *Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.*

In Dominica Infra oct. Ascensionis Sermo. LXVIII.

De præparatione ad gratiam.

Cvm venerit paracletus, quem ego mittam vobis. Ioan. 15. Sicut in dominica proxima ventura recolitur Spiritus sancti missio, sic hodie in euangelio recolitur Spiritus sancti promissio, vt animus noster præparetur ad suscipiendum ipsum; Legitur.q. tempore medio, scilicet inter Ascensionem Christi & missionem Spiritus sancti, fuerūt discipuli cū mulieribus, & Maria mater Iesu, & fratribus eius similiter. Exemplo ergo illorum debent esse fideles tempore illo in præparatione sui, & expectatione Spiritus sancti intenti. Præparatis.n. debito modo dabitur Spiritus sanctus ad illud, ad quod indigebunt. 1. Corin. 12. *Vnicuique enim datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.* Chrysostomus in sermon. Nunquam Deus defuit consolator, vbi perseuerans, & deuotus fuit exorator. Item Orig. super Cant. Omne tormentum cedit nobis in gaudium, nobis superest diuinæ consolationis refugium. Sciendum quod in præsenti sermone tria sunt dicenda: Primo, quæ debent mouere ad prpæarandū nos ad susceptionem Spiritus sancti. Secundo, quæ sunt illa quæ nos præparent ad susceptionem Spiritus

ſancti. Tertio, exempla de Spiritu ſancto. Quantum ad primum, ſciendum, quod tria nos debent mouere ad præparandum nos diligenter ad ſuſceptionem huius hoſpitis, id eſt, Spiritus ſancti. Primum eſt, huius hoſpitis ſublimitas, hoſpes ille, ſcilicet Spiritus ſanctus, cui nos præparare debemus hoſpitium, eſt Deus, ſicut Pater & Filius, & ideo cum magna diligentia præparandum eſt ei hoſpitium, & ideo illi non videntur credere, Spiritum ſanctum eſſe æqualem filio, qui ante Paſcha diligenter præparauerunt filio hoſpitium, & ante Penthecoſten nullam præparationem faciunt Spiritui ſancto. De talibus poſſet facere deriſionem Spiritus ſanctus, cum poſt in futuro feſto inuocabunt eum, dicentes: *Veni Sancte ſpiritus.* Quale eſt hoc ad hoſpitium vocare tantum dominũ, cuius præſentia indignus eſt. vnde Hay. ſuper Iac. Dominum Deum tuũ ſuſcepturus in habitaculo cordis tui, emunda coſcientiam tuã ab operibus mortuis, & cogitationib. ſuperfluis & immũdis, quia mundus inhabitator, mundã quærit domum. Ber. ſuper Can. Gratia Spiritus ſancti balſamum puriſsimum eſt, & ideo purum ſolidum, & profundum vas requirit. Vtilitas vero huius hoſpitis innuitur nobis Sapie. 12. vbi dicitur: *O quam bonus, O quam ſuauis eſt domine ſpiritus tuus in nobis.* Bonitas, ſiue vtilitas eius in nobis primo apparet ex hoc, quod abſq; eo etiã ad momentum anima viuere non poteſt, ſicut nec corpus, niſi Spiritum, id eſt, anhelitum attrahit. *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* Et ideo frequenter attrahendus eſt Spiritus ſanctus per ſanctum deſiderium. Vnde Aug. Deſiderare auxilium gratiæ, qua ſola homines liberantur à malo, ſine qua nullum prorſus cogitando, ſiue volendo, & amando, ſiue agendo, faciunt bonum. Item vtilitas Spiritus ſancti apparet in hoc quod conſolatur nos. & hoc fit tripliciter: Primo, tentationem mitigando. *Cum pertranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te; cum ambulaueris in igne, non combureris:* Per aquam, quæ habet mollitiem, intelligitur tentatio proſperitatis. In igne intelligitur tentatio vrens aduerſitatis, *Fecit medium fornacis quaſi ventum foris flantem.* Vnde Auguſtinus ſuper pſ. Diabolus plerumque vult nocere, & non poteſt, quia poteſtas eius eſt ſub poteſtate Dei; nam ſi tantum poſſet nocere diabolus, quantum vellet, aliquis iuſtorum non remaneret. Secundo, Spiritus ſanctus cõſolatur dando virtutem reſiſtendi tentationibus. *Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Fidelis eſt Deus, qui non patietur vos tentari ſuper illud, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſſitis ſuſtinere.* Iſidorus de ſummo bon.

Cap. 12. Pſal. 118. E Eſa. 43. Dan. 3. Luc. 24. 1 Cor. 10.

bon. Non amplius tentat electos diabolus, quam Dei voluntas permittit. Tertiò, consolatur Spiritus sanctus infundendo dulcedinem: *Spiritus meus super mel dulcis.* Eccl. 24. August. Gustato Spiritu desipit omnis caro. Vnde Spiritus sanctus tantam suauitatem offert, vt totum mundum homini desipere faciat. Ex hoc patet, Spiritum sanctum esse Deum, & super omnẽ creaturam. Bern. Quid non temperabit dulcedo illa, quæ mortem quoque fecit dulcissimam, quæ resistere poteſt asperitas vnctioni illi? Richard. de sancto Vict. Quod est cor tam durum, vel lapideum, quod diuina præsentia sua benignitate nõ emolliat, & sua dulcedine non alliciat. De malignitate verò alterius hospitis, scil. diaboli, qui necessariò adest, si Spiritus sanctus desit, satis patere potest de hoc, quòd ipse omnes hospites suos iugulat, & omnibus bonis spoliat. Hier. 6. *Crudelis est, & non miserebitur.* Greg. Nihil se fecisse æstimat, cùm animas non sauciat. Vnde *August. de Ciuit. Dei*: Diabolus omnium discutit cõsuetudines, ventilat curas, scrutatur effectus, & ibi quærit causas nocendi, vbi quemlibet videt studiosius occupari. Ista tria debent nos mouere ad præparandum nos ad susceptionem Spiritus sancti. Sed quantum ad secundum, sciendum, quòd septem sunt, quæ præparant ad susceptionem Spiritus sancti. Primum est, euacuatio à peccatis per veram cõtritionem, & humilem confessionem. *Non enim habitabit Spiritus sanctus in corpore subdito peccatis*, nec in corde immundo, hoc figuratum est Genesis 8. vbi Noe emisit columbam de arca, quæ cùm non inuenisset, vbi quiesceret pes eius propter inundationem aquarum, reuersa est ad arcam. Per Noe intelligitur Deus Pater, qui emittit columbam, id est Spiritum sanctum de arca, id est, de regno cœlorum, qui cùm non inuenit, vbi quiescat propter diluuium aquarum, id est, peccatorum, reuertitur ad arcam, id est, ad regnum cœlorum. Non enim immergebat se columba in aquas diluuii; sic nec Spiritus sanctus intrat, vbi est diluuium peccatorum. Vasi enim immundo, id est, cordis vitiis pleno, non infundet Deus Pater balsamum Spiritus sancti, siue consolationem eius. Aug. super Luc. In corde mundo conscientia bona, & fide non ficta, habitat DEVS. Ergo præparare nos debemus ad susceptionem Spiritus sancti, sicut tempore Paschæ præparamus nos ad susceptionem sacramenti Eucharistiæ. Sciendum, quòd bonum est confiteri in qualibet angaria, quia multa peccata multiplicantur & cumulantur in his, qui raro cõfitentur, & de multis peccatis obliuiscuntur, quæ diabolus bene considerat, vt in agone mortis eadem peccata sic ex negligentia oblita eis obiiciat, & si ta-

lem hominem, qui in omni angaria proponit confiteri, diabolus retraheret, & vellet impedire, tunc talis posset se per votum astringere, vt si vltra angariam confessionem differret, quòd tamdiu à carnibus, vel à vino abstineret, donec confiteretur. Attamen si quis in futura angaria confiteri vellet, tunc melius est, quod iam ante festum Pentecostes confiteatur propter susceptionem Spiritus sancti. Secundũ, quod præparat ad susceptionẽ Spiritus sancti, est oratio deuota, quia sicut aliquis libenter declinat ad hospitium, in quo scit desiderari aduentum suum, præcipuè cùm dominus hospitii multum super hoc eum erogat, sic Spiritus sanctus ad eos venit, qui aduentũ eius ex corde desiderant, & eum cum deuotis orationibus inuitant. Anima quæ est sponsa Christi, inuitat Spiritum sanctum per deuotã orationem: *Veniat dilectus meus &c.* Vnde oratio est vnum illorum, quę maximè præparant hominẽ ad susceptionem Spiritus S. *Praeoccupat eos, qui se concupiscunt.* Ps. *Prope est Dominus omnibus inuocantibus eũ.* Itẽ: *Inuocaui, & venit in me spiritus sapientia.* Vnde exemplũ nostrum Apostoli cùm mulieribus erãt perseuerantes in oratione. vnde canitur: *Orantibus Apostolis, Deus venisse nuntiat.* Cassiod. *super Psal.* Oratio serenat cor, abstrahit à terrenis, mundat à vitiis, subleuat ad cœlestia, reddit capacius & dignius

Cant. 5.
Sap. 6.
Sap. 7.

ad spiritualia bona accipiẽda. Tertium est, ieiunium. Vnde Apostoli creduntur tali tempore ieiunasse, secundùm illud: *Nunquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu sponsus est cum illis? Venient autẽ dies, cùm auferetur ab eis spõsus, & tunc ieiunabunt*: vnde laudabilis est cõsuetudo eorum, qui aliquã spiritualem abstinentiam faciunt hoc sacro tempore. Nam Spiritus S. ignis est, sicut ergo ligna, cùm exsiccantur, & humiditas in eis consumitur, præparantur ad susceptionem ignis, sic corda hominum præparãtur ad susceptionem Spiritus sancti per ieiunium & abstinentiam. vnde Bern. *in Epist.* Castra nobis sunt nostra ieiunia, quæ nos à diabolica impugnatione defendunt, ad virtutes disponunt, & Deo nos sanctificant, ad ipsumque perducunt. In signum huius tunc in vigilia Pentecostes tenemur ieiunare sub præcepto Ecclesiæ. Sed, heu plures sunt, qui eandẽ vigiliam non ieiunant; quod est satis periculosum, quia nulla dies à festo Paschæ, vsque ad festum Pentecostes ita districtè præcipitur secundùm ius canonicum ad ieiunandum, sicut illa dies. Quartum, quod disponit ad susceptionem Spiritus sancti, est humilitas, quæ notatur in hoc, quod Apostolis sedentibus, datus est Spiritus sanctus, vnde *Gloss.* Sessio iudicium est humilitatis, non vult Spiritus sanctus intrare aliquod hospitium, nisi vbi honorandus sit. humi-

Matth. 9.

humilitas verò DEVM honorat: *Magna potentia solius Dei est, & ab humilibus honoratur.* Greg. Semper solet diuinæ gratiæ esse familiaris humilitas, non veniet ergo Spiritus sanctus ad eum, qui non est humilis: *Superbis resistit Deus, humilibus autem dat gratiam:* hæc est causa, quare Maria facta est mater Christi, & repleta Spiritu sancto, scilicet propter humilitatem eius: *Respexit humiles, &c.* August. 2. *Confess.* O quàm excelsus es Domine, humilia corda sunt domus tuæ. Quintum, est vnitas in charitate. vnde discipuli erant pariter in eodem loco, cùm Spiritum sanctum receperunt, sicut erant in vno loco corporaliter, sic & spiritualiter, habentes cor vnum, & animam vnam in Domino. Qui vult ergo Spiritum sanctum accipere, odium seu discordiam à se remoueat. Spiritus enim hominis non viuificat membra corporis, nisi sint vnita. Sic Spiritus sanctus in corpore Ecclesiæ viuificat illos, qui vniti sunt in bono. Ita sicut ignis in diuisione lignorum extinguitur, sic ignis Spiritus sancti in omnibus per discordiam extinguitur, vnde Greg. *in Past.* Sicut nihil est pretiosius Deo virtute dilectionis, ita nihil est desiderabilius diabolo extinctione charitatis. *Bernh.* Parum timet diabolus vigilantes, ieiunantes, continentes, quia de istis omnibus multos traxit in laqueum ruinæ, sed concordes vnanimiter viuentes in domo Domini, coniuncti Deo & sibi, per vinculum charitatis, hi dolorem, hi liuorem, hi timorem diabolo inferunt, sicut cõcordia diabolo displicet, sic cõcordia placet Deo: *In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier sibi consentientes.* Vbicunque enim homines sunt vniti & pacifici simul in DEO, ibi DEVS in medio eorum moratur. Psal. *In pace factus est locus eius.* Apostolus: *Diligite pacẽ, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscũ.* Et tales vocantur filii Dei: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Sextum quod disponit nos ad susceptionẽ Spiritus sancti, est auditus verbi Dei. Vnde bonum est, illo tempore signanter audire sermones. vnde: *Adhuc loquente Petro, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audierunt verbum,* scilicet DEI. Multi enim sunt conuersi, & gratiam Spiritus S. susceperunt per verbum Dei, hoc patet in B. Petro Apostolo, qui tria millia hominum conuertit in vno sermone, quia in auditione verbi Dei datur homini gratia, per quam à peccatis mundatur, & cognitio peccati, quę est initium salutis, quia sicut in speculo facies corporea hominis speculatur, sic facies animæ in verbo DEI: *Iam mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.* Psal. *Eloquium Domini inflammauit eum.*

O quot

Eccles. 3. Iac. 4. Luc. 1. Eccles. 25. Psal. 75. 2. Cor. 12. Matth. 5. Actor. 10. Ioan. 15. Psal. 104.

O quot peccatores inflãmati sunt per verbum Dei ad pœnitentiam. Vnde etiam legitur, quod fuit quidam comes lubricus, superbus, & malitiosus, qui in talibus peccatis diu vixit. Contigit autem vna dierum eum Ecclesiam intrare, & sermonem audire, & audiuit prædicare illud Ezechielis: *In quacunque hora peccator ingemuerit &c.* (Ezech. 18.) Et ad seipsum reuersus, implorauit Dei misericordiam, vt sibi sua peccata indulgeret, quia amplius ei vsque ad mortem seruire vellet. Et postmodum mundum deseruit, & religionem intrauit, & Deo fideliter seruiuit. Et post mortem ipsius inuentum est super sepulchrũ eius scriptum literis aureis illud dictum: *Misit Dominus verbum suum, & sanauit eum.* (Psal. 106.) Septimum, quod disponit ad susceptionem Spiritus S. est, quòd homo se exercere debet in actiua & contemplatiua vita, in actiua, hoc ostensum est in hoc, quod in impositione manuum Apostolorum homines accipiebant Spiritum sanctum: *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* (Act. 8.) Qui enim regem summum accipere vult ad hospitium, debet illi fercula præparare, & illa fercula sunt bona opera, quia tot fercula præparat, quot bona opera facit; signanter illo tẽpore debet se quis exercere in operibus misericordiæ, quia Spiritus sanctus donum Dei dicitur. Ergo dando proximo beneficia meremur ipsum recipere: *Date & dabitur vobis.* (Luc 11.) Item in contemplatiua vita se exercere debet, & hoc ostẽsum est in hoc, quod Spiritus sanctus datus est Apostolis in superiori cœnaculo, quia illi, qui volunt recipere Spiritum sanctum, debent cor suum leuare per contemplationem, per hoc enim vadunt obuiam Spiritui sancto. Item debent se abstrahere à carnalibus desideriis, & à variis gaudiis mundi. vnde Aug. *lib. 5. confess.* Gaudium diuinæ dulcedinis non degustas, si carnali delectatione cor maculas. *Bernh.* Delicata est diuina consolatio, nec datur admittentibus alienã. Et quando homo abstrahit se à carnalibus delitiis, tunc erit dignus recipere diuinam consolationem. Exemplum huius patet in filiis Israel, quia non receperunt manna, durante farina Ægyptiorum, & quandiu fuerunt in Ægypto, sed in deserto deficiente eis farina receperunt manna.

IN EADEM DOMINICA.

Sermo LXIX.

De excommunicatione maiori & minori.

A*Bsque Synagogis facient vos.* Ioan. 16. Sciendum, quod sicut Iudæi olim tenuerunt, se ad discipulos Christi, separando eos à participatione & communione ipsorum: sic nos iam tenere debemus, quo ad Iudæos, & etiam signan-

signanter, quoad excommunicatos maiori excommunicatione, à quorum participatione & cõmunione nos abstrahere debemus. Pro quo sciendum, quod hic in pręsenti sermone tria sunt dicenda. Primò, quòd excommunicatio est duplex, & quare timenda sit. Secundò in quib. casibus incidit quis in maiorem excõmunicationem. Tertiò, declarádæ sunt aliquæ quęstiones de excommunicatis, scil. in quibus casibus, quis licitè cum excommunicato potest communicare, & sic de aliis. Quantum ad primum, est sciendum, quòd excommunicatio est duplex, scil. maior & minor. Minor separat à sacramentis Ecclesiæ, quia nullum est sacramentum Ecclesiæ accipiendum, in minori excommunicatione, nec etiam osculũ pacis. Quam minorem excõmunicationem quis incurrit, quam citò scienter contra prohibitionem communicat cum excommunicato loquendo, comedendo, emendo, vendendo, & sic de aliis. Et ab ista minori excommunicatione potest quilibet sacerdos absoluere, qui talem potestatem habet super talem hominẽ, quod possit eum absoluere à peccato mortali. Et ista absolutio fit solo verbo, dicendo: Ego absoluo te à sententia excommunicationis, quam incurristi communicando cum tali excõmunicato in loquendo, siue comedendo, & sic de aliis. Et etiã diligenter est aduertendum, ꝙ plures sunt laici, tam viri, quàm mulieres, qui nõ curant vitare excõmunicatos, sed participant cum ipsis, ergo confessor debet confitentẽ ad cautelã primò absoluere à minori excommunicatione, & postmodum à peccatis, vt sic dicendo: Ego auctoritate Dei absoluo te à vinculis excommunicationis minoris sic ligatis, & ab omnibus peccatis tuis mihi confessis, contritis & oblitis, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Sed in oppositum plures sacerdotes faciunt, dicentes in confessionibus sacramentalibus: *Ego auctoritate Dei absoluo te à peccatis*: & postmodum subiungunt, *à vinculis excommunicationis*, quod tamen non debet fieri, quia secundùm *Petrum de Palude super libr. sent.* Absolutio minoris excommunicationis in cõfessione sacramentali debet præcedere absolutionem à peccatis. Et ista absolutio etiam potest fieri sine sacramentali confessione, sic quòd ipse excommunicatus tali excommunicatione minori exhibeat se, & fateatur se cõmunicasse cum excõmunicato in loquendo vel comedendo, & sic de aliis. Sciendum, ꝙ maior excõmunicatio separat ab ingressu Ecclesiæ, & cõmunione fidelium & sacramentis Ecclesiæ. Et talis excõmunicatio timenda est meritò à quólibet Christiano propter quinq; rationes. Primò, quia per ipsam excommunicationẽ talis excluditur à cõsortio omnium fidelium in terra

viuentium, & à consortio Dei, & beatorum in æterna felicitate existentium. Ergo cõparatur leproso, qui habet morbũ infectiuum, qui à consortio hominũ eiicitur. Ideò lepra corporalis ab hominibus multum timetur, eo q; est morbus contagiosus, & multi sunt hoïes, qui alias infirmitates potius sustinerent, quàm leprã, eo q; ab hominibus separat. Sed multo fortius timenda est excõicatio, quia est ictus gladii spiritualis, qui magis timendus est q̃ gladius corporalis. vnde Aug. dicit de illo, qui excõicatur, quòd grauius est hoc, q̃ si feriretur gladio, & à feris deuoraretur, aut in flammis exureretur. Secundò, timenda est excõicatio, quia est valde damnosa: aufert n. homini partem suam de omnib. missis, orationibus, & eleemosynis, & aliis bonis operibus, q̃ fiunt in Ecclesia Dei, q; non est paruum damnũ. Quis enim dignè sufficit æstimare valorẽ vnius missæ? quid tunc de omnibus missis, quæ celebrãtur per totum mundum, & de oĩbus bonis, quæ fiuut ab omnibus hominibus, quorum participatione ex toto carebit, & priuatus est, quandiu in tali excoĩone perdurat? Tertiò timenda est, quia ille, q excõicatur Satanæ traditur, & etiã secundùm *Henr. de Vri.* excõicatus à potestate Dei, & si loqui licet, etiam à defensione SS. Angelorũ eripitur, & tam in anima, quàm in corpore in potesta: ẽ diaboli traditur. Quartò timenda est excõmunicatio, quia excõmunicatus est velut membrum abscissum à corpore, q; amplius nullius valoris est. Quid n. valet manus abscissa à corpore, vel pes, vel auris: sic excõicatus abscissus est à DEO, & à sanctis eius, & nullius valoris est. Et sicut super omnia timenda est abscisio membri à corpore hominis, sic nihil magis debet timere Christianus, quàm separari à corpore Christi mystico, q; est Ecclesia sancta. vnde *Aug. super Ioan.* Nihil tam debet formidare Christianus, quã separari à corpore Christi, quia Christus est caput omnium fidelium, & oẽs fideles in gratia existentes sunt sibi inuicem membra. Sed quando quis excommunicatur, tunc à capite, i. e. Christo, & à membris, i. e. fidelibus abscinditur, & nullã influentiam diuinæ gratiæ amplius habet, q̃ diu sic abscissus est, sed arescit. Quintò, quia excõicatus ad nihilum valet, nisi ad æternum ignem, hoc ꝓbatur ex Euangel. vbi dicit Christus: *Ego sum vitis vera, & vos palmites.* *Ioan. 15.* Sed homo, qui est excõicatus similis est palmiti abscisso à vite, qui sic abscissus, ad aliud non valet, nisi vt ad ignem ponatur, & comburatur. Ex aliis ramis abscisis multa vtilia possunt fieri, sed non sic ex palmite abscisso: *Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorũ, quæ sunt inter ligna siluarum? Nunquid tolletur de eo lignum, vt fiat opus? aut fabricatur de eo paxillus, vt dependeat in eo quodcunq; vas?* *Ezech. 15.*

ecce

ecce igni datum est in escam? Item sciendum, q̃ ab illa maiori excõmunicatione nemo potest absoluere nisi Papa, vel episcopus, vel aliquis de autoritate ipsoru, & talis absoluendus est cum Miserere, & virga. Quòd aũt potestas Ecclesiæ & Prælatorũ, ligandi & soluendi, q̃ eis à Christo est tradita, habeat magnã efficaciam, hoc possumus cognoscere per tale exemplũ. Fuit quidã comes Tholosanus, fautor, & receptor hæreticorum, & oĩs talis ipso facto est excõicatus vnà cum hæreticis. Et quidam sanctus Abbas fuit ad eundem Comitẽ missus ad monendũ eum, qui cum viro sancto nollet acquiescere, nec excõicationem timeret: Sciens vir sanctus, q̃ cor peruersum nõ eruditur verbis, dixit Comiti: vt tu & tui videant factis, quantũ infecta sit anima, quæ excõicationis vinculo est innodata, volo mihi apportari album panem. Quo sibi allato, dixit: O panis, licet tu non merueris, tamẽ vt in te ostendatur veritas fidei nostrę, & maledictio animæ excoĩcationem non pertimescentis, excõico te. Quo dicto, panis, qui inter manus eius erat candidus, mox niger factus est, quem præcepit in duas partes diuidi, & intus similiter apparuit niger, muscidus, & corruptus. Tunc subiunxit: Vt etiam sciatis virtutem absolutionis. Accepto pane absoluit eũ, qui in priorẽ speciem & candorem reuersus est. Quantum ad secundum, sciendũ, quòd non solùm illi, qui denuntiantur, sunt excommunicati, sed etiam in pluribus casibus secũdùm ius canonicum, quis incidit in excommunicationem maiorem. Primò, qui manus violentas in clericum, vel alium religiosum mittit. Item, qui hoc mãdat, & pòst factum ratum habet, 17. q. 4. *si quis laudante*. Secundò, cùm quis includit in hæresin, similiter & receptor, & fautor hæreticorum. Tertiò, cùm quis participat excõicato in crimine, propter q̃ quis excommunicatus est, dando ei consilium, auxilium, vel fauorẽ. Quartò, cùm quis accendit vel frangit Ecclesiã, vel iubet, vel cõsulit, vel in Ecclesia committit aliquod enorme peccatũ, vt capiendo corpus Christi, vel destruendo altare, crucẽ, vel simile, & sic de aliis. Quintò, cùm quis abutit literis Apostolicis. Sextò, principes, vel illustres, qui inhibent subditis, ne vendant personis ecclesiasticis, vel molãt, vel pinsant, vel alia seruitia faciant. Septimò, qui pedagium vel theloneũ recipiunt à personis ecclesiasticis, & tales non debent absolui, nisi restituant ea, quæ ab ipsis sic receperunt. Octauò, cõsules ciuitatum, rectores, & alii potestatem habentes, qui faciunt statutum contra libertatem Ecclesiæ, scriptores eorum, & etiam qui seruant talia statuta & cõsuetudines, & secundùm ea iudicant, omnes isti iam prædicti sunt excommunicati. Nono, potestas & rectores, cõsules, iudices, officiales, qui statuta

faciunt, scribunt, dictant per quæ compellatur quis soluere vsuras, vel nō repetere iam solutas, aut qui obseruant illa statuta, & secundùm ea iudicant, sunt excommunicati. Decimò, qui impediunt iudicium cuiusq; iudicis ecclesiastici, vel impediunt volentes recurrere ad forum ecclesiasticū in causis ad ipsum pertinentibus. Item, qui occasione sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, latæ in eos, vel suos subditos, aut eorum rusticos, dederunt licentiam grauandi eos, qui tulerunt sententias, aut iudicis seruos, qui literas tulerūt, nisi licentia huiusmodi reuocauerint, & etiam qui hoc proprio motu attentare p̄sumpserint, vel in aliquo processu aliqua rapuerint de prędictis, nisi redierint infra octo dies; excommunicati sunt, & sic de aliis casibus, quos in iure poteris inuenire. Quo ad tertium, sciendum, q̄, in quinq; casib. quilibet potest cōmunicare cum excōmunicato. Primo qn̄ loquitur ei in his, quæ pertinent ad absolutionē, vel aliàs ad salutē animæ, licet alia verba incidenter interponantur, vt magis ꝓficiat. Secundò, quicunq; oratur, causa orationis vadēs aut peregrinus, aut viator in terram excōmunicatorum deueniret, vbi nō posset emere, vel si non habeat alias, vnde emat: tali datur licentia ab excommunicatis accipiendi ꝓpter necessitatem. Tertiò, vxor excōmunicati excusatur à participatione mariti excōmunicati. Quarto, filii excusantur à participatione patris excōmunicati, & intelligitur secundum *Guil.* de filiis q adhuc sunt in patris ptāte, & commensales patris. Alii vero filii extra domū patris existētes, non excusantur. Similiter serui, & ancillæ, qui, & ante excommunicationē fuerūt in seruitio illius domini excomunicati, & adhuc sunt. Quinto, propter ignorantiam, cū quis ignorat illum esse excommunicatū actu, & cōmunicat cum eo. Quid autem, si scio habitu aliquem esse excommunicatū, si actu non, & cōmunico ei, Respondeo secundū *Guil.* si hoc facio subito, & non aduerto me ipsum, credo, quod nō pecco, nec in excomunicationem incido. Quæritur, si excommunicatus intret ecclesiá, an alii tenentur exire, vel procurare, q̄ ille exeat. Respondeo secundum *Ray.* si manifestū est eū esse excōicatum, tunc vel alii exire tenētur, vel procurare, q̄ ille exeat. 11. q. 3. sicut Apostoli. Quid si excōmunicatus intrat ecclesiam, & sacerdos iá incepit missam. Respōdetur, secundum *Ray.* Si est occultum non debet dimittere officium. Si vero manifestum, moneat eum publice, vt exeat, & siquidem non vult exire & sacerdos non inchoauit canonem, non debet procedere, sed dimittere missam. Si vero priusquam ille ecclesiam intraret, vel priusquam sacerdos eum videret iam canonē inchoauit, debet sacerdos procedere

cedere in officio, ita tamen, quod finito canone, & sumpto sacramẽto, antequam dicat post communionem, moneat illum, vt exeat; quod si non vult, potest sacerdos eum eiicere, & si non potest eiici, in sacristiam rediens, dicat post communionem & quæ post canonem restabant. Item quæritur, si aliquis assurgat, vel reuerentiam exhibeat excommunicato, vel inclinat ei salutanti se, aut moueat labia, quasi resalutans eum, cum tamen nihil dicat, quid de illo? Respondeo secundum *Guil.* non incurrit excommunicationem, quia pœnæ non sunt extẽdendæ, sed restringendæ: vnde etiam sciendum, quod si verbo salutatur ab excommunicato, non debet resalutare eũ, sed potius ei dicere, Deus te emendet, & huiusmodi. Item si vir vocet excommunicatum ad mensam, nũquid vxor potest ad ipsam mensam, comedere? Respondeo secundum *Guil.* crede quod non, sed tamen potest ad aliam mensam in eadem domo, ita remote comedere, quod merito posset dici, quod non comedant simul. Item quæritur vtrũ excommunicatis posset aliquid dari? Respondeo secundum *Guil.* quod potest, & hæc causa humanæ sustentationis, quando scilicet indigentes sunt. Et intellige solum quoad necessaria vitæ, vel alimenta, vestes, & hospitia, sic tamen quod propter hoc non dimittant laborare pro absolutione. Secus si petunt alia vtensilia, vt securim, vel fossorium & huiusmodi, quæ non sunt eis concedenda. 11. q. 3. *quoniam multos*. Vltimo sciendum, quod illi, qui participant cum excommunicatis scienter & pertinaciter, grauiter peccant, sicut illi qui cum eis comedunt, bibunt, emunt, vel vendunt, & sic de aliis. hoc patet, quia talis communicans excommunicato contra prohibitionem sui prælati, peccat in se ipsum quia non cauet sibi ab eo, qui habet membrum contagiosum in quo videtur minus amare animam suam quam corpus. Qui si sciret se incurrere lepram corporis, propter vnam comestionem, vel locutionem, quam cito abscederet ab excommunicato, caueret sibi omnino à participatione excommunicatorum, sed lepram animæ id est, minorem excommunicationem, quam incurrit participando cum excommunicato, non curat; quæ tamen periculosior est, quam lepra corporis. Item temporalia præponit talis animæ suæ; quia si prohibitum sibi esset sub pœna vnius floreni, ne loqueretur illi excommunicato, caueret sibi de damno temporali, in quantum possibile esset, sed de gratia Christi, & anima sua non curant. Et talis ei communicans potius vult priuari mensa Dei, id est, sacramento altaris, quam mensa excommunicati, cum quo in comedendo participat; quia talis non debet communicare, nec

aliquod sacramentum accipere, nisi sit absolutus ab illa minori excommunicatione, quam incurrit comedendo, vel loquendo cum illo excommunicato. Item talis cõmunicans excommunicato, potius vult habere societatẽ illius excõmunicati, quam societatem filiorum Dei, qui in cœlo sunt, & in mundo. Ideo merito talis in inferno erit socius diaboli, & omnium damnatorum, si sic pertinaciter decedit: qa si aliquis scienter & pertinaciter in contemptum prohibitionis ecclesiæ participat excommunicato, mortaliter peccat. Item sententia prælatorum valde timenda est cuilibet Christiano: quia Christus dedit sacerdotibus potestatem ligandi, & absoluendi dicens: *Quodcunque ligaueritis super terram erit ligatũ & in cœlis, & quacunque &c.* Vnde tale exemplum de excommunicatione. Legitur, quod Papa Greg. nonus quendam diuitem excommunicauit; qui cũ contemneret excommunicationẽ Papæ, tunc miraculo Dei, Ciconiæ, quæ nidificauerant super domum eius, à domo eius recesserũt, nidum transtulerunt ad domum alterius; quod videns dictus contumax & ad monitus à cognatis suis, qui hoc idem considerauerunt in Ciconiis, postea humiliauit cor suum petens absolutionem. Et quam cito fuit absolutus à sententia illa, tunc dictæ ciconiæ redierunt, & nidum supra domum ipsius reportauerunt. Item aliud exemplum. Legitur quod in ecclesia sancti Vincentii martyris multi passeres solebant intrare, & fœdare ecclesiã, & diuinum officium impedire. Cũ autem nõ possent excludi, episcopus illius loci eos excommunicauit, mortem comminans eis, si ecclesiam deinceps intrarent, & fœdarent. Qui ab ecclesia recedentes nunquam à modo ecclesiam intrauerunt. Imo si aliquis aliquem capiat & violenter in ecclesiam ponat, statim moritur.

IN FESTO PENTHECOSTES. Serm. LXX.

AD *eum veniemus, & mansionem apud eũ faciemus.* Sciendum, quod hodierna festiuitas inter alia festa singularem obtinet dignitatem. Est enim festum liberalitatis, quia rex regum cœli, & terræ ascendens in regni solium, profusa liberalitate, dona contulit militibus suis iuxta illud. *Ascendes in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Quomodo autem dedit dona. *Repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Item secundo, est festum exultationis? vnde hodie canitur in missa. *Quia profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat.* Vnde hodie omnibus hominibus gaudendum est. Primo, namq; debent gaudere homines tristes, qa Spiritus sanctus hodie datur ad consolãdum .s. suam dulcedinẽ nobis infunden-

Ioan. 14. Psal. 67. Act. 2.

fundendo. vnde *Au.* in quodã sermone: Talis est gratia Spiritus sancti, vt si in corde; tristitiam inuenit, consumit, & dissoluit. Itẽ secundo, debent gaudere peccatores, qui in peccatis mortalibus fuerunt, quia hodie Spiritus sanctus datur ad viuificandũ. *Spiritus est, qui viuificat. Ecce mitto in vos spiritum, & viuetis.* Item tertio, debent gaudere, iusti quia Spiritus sanctus datur ad saluandum iustos. vnde *Aug.* gratia Christi, sine qua nec infantes, nec ætate grãdes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, ꝓpter q, gratia vocatur. Item *Au. in li. conf.* Est gaudium, q, non datur impiis, sed eis, qui te colunt domine, quorũ gaudium tu ipse es, & ipsa est beata vita in terris. Itẽ tertio, est festum sanctificationis, quia hodie Christus sanctificauit ecclesiã suam, & adhuc sanctificat hodie corda fidelium per infusionem Spiritus sancti. *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* Item quarto est festum amoris, quia Spiritus sanctus, qui est amor patris, & filii hodie mittitur. Idcirco hodie legitur euangelium, in quo agitur de dilectione, quam Deus nobis infudit per Spiritũ sanctum, ergo dicitur in euangelio hodierno. Si qs diligit me. q. d. pauci sunt, qui me vere diligũt. Nam superbi diligũt honores, & potestates, luxuriosi delectationes & voluptates, auari diuitias, & possessiones, *Omnes diligunt munera,* Se-

Marginal notes beside this column: Ioan. 6. (at “uificandũ”); Ezech. 37. (at “cat. Ecce mitto”); Psal. 45. (at “ficauit tabernaculum”); Isa. 1. (at “ones, Omnes diligunt munera”).

quitur in verbis præmissis, scel cet, ad eum veniemus &c. Sciendum, quod triplices sunt homines. Primi sunt, ad quos Spiritus sanctus nunquam veniet, vt sunt indurati peccatores, qui semper in malo stant proposito superbi, auari, luxuriosi, iracundi, & gulosi, quia tales Spiritui sancto resistũt in hoc, quia pœnitere nolunt, de quibus dicitur: *Dura ceruice, & incircumcisi cordibus, & auribus vos sẽper Spiritui sancto resistitis. Gloss.* quia nunquam pœnitentiam agentes, Et licet Spiritus sanctus pulset ad corda eorum, tñ in tantum sunt indurati, q, nolunt aperire. *Ego ad ostium sto & pulso &c.* Misericordia enim Dei magna est; quæ diu pulsat ad cor peccatoris; Ergo magna rusticitas peccatoris, qui aperire non vult ei. *Greg.* debemus misericordiam Dei erubescere, si eius iustitiam nolumus formidare. Gratia Dei se habet, vt radius solis, aperi ei fenestram cordis & intrabit. Contẽplantes neqd desit gratiæ Dei. *Sperate in eam, quæ vobis offertur gratiam.* Qui igitur gratiæ Dei nolunt cor aperire videntur peccare in Spiritum sanctum, ingrati de bonitate Dei, quã contẽnunt. Item peccator induratus multũ est reprehensibilis, qui se videt peccatis inquinatum, & Deo, & sãctis angelis abominabilẽ factũ. Iuxta illud. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatib. suis,* & tñ ad aquã gratię, sine qua mũdari

Marginal notes beside this column: Act. 7. (at “bus dicitur: Dura ceruice”); Apoc. 3. (at “tum sunt indurati”); Heb. 12. (at “dis & intrabit”); 1. Pet. 1. (at “desit gratiæ Dei”); Psal. 13. (at “& sãctis angelis”).

dari non potest nō recurrit. Item videt se igne infernali succensū.s.igne malarum concupiscentiarum, & tamen pro aqua gratiæ, qua ignis iste extinguitur, non clamat. Ex magna, enim negligentia videtur esse in omnibus defectus gratiæ isto tempore, cum tamen habeant in proximo varios fontes gratiarum, scilicet sacramenta pœnitentiæ & eucharistiæ &c. vnde *Chry.* dicit, quod tempus auxilii est tunc, quia tempus meritorium bonorum, ergo qui isto tempore gratiæ sunt aridi à gratia, & se non disponunt, sunt similes eis qui iacent circa fontes, & nolunt se applicare ad bibendum, & propterea sic siti moriuntur, sic etiam tales sunt reprehensibiles. Secundi homines sunt, ad quos Spiritus sanctus venit, sed mansionem non facit, vt sunt illi qui secundum *Greg. in homil. hodierna*, compunguntur, & à peccatis suis se vertunt, sed tempore tētationis, hoc, de quo cōpuncti fuerant, obliuiscuntur, & sic ad perpetrata peccata redeunt, ac si hæc minime plāxissent, & sic extinguunt gratiam Dei in seipsis. Contra quos dicit Apostolus. *Spiritum nolite extinguere.* Tertii sunt, ad quos Spiritus sanctus venit & mansionem facit, vt qui digni sunt recipere Spiritum sanctum, & post receptionem Spiritus sancti à peccatis se custodiunt, nec è conuerso Spiritum sanctum à se repellunt, & sic in bono proficiunt vsque in finem vitæ suæ. Præsto semper est gratia, quæ nunquam deficit, nisi prius expulsa, continue necessario quod suum est, inspirat, si est, qui recipiat. Item *Aug.* O quam felix est anima ista, quæ ita vitam suam gubernare studet auxiliante Deo, q; Christum hospitem & inhabitatorem mereatur accipere. Quantum ad secundum, sciendum quod septem sunt genera hominum, ad quos Spiritus sanctus venit, & mansionem ibi facit. Primi, sunt, qui consolationem mundi propter Deum spernunt. *Renuit consolari anima mea.* Exemplum habemus in B. Ioa. Euangelista, qui ante visiones, quas vidit, missus fuit in exilium, vbi nullam consolationem mundanam habuit &c. Et merito tales consolantur à Deo, qui hic consolationes spernunt carnales. *Afflixi te penuria, & dedi tibi manna.* Sed qui hic in mundo consolantur, & quærunt consolationes corporales, non sunt digni consolari à Spiritu sancto. vnde *Ber. in epistola.* Qui carnalibus voluptatibus pascitur, æternarum delitiarū epulis indignus habetur. *Item Ber.* Quomodo ignis & aqua simul esse non possunt, sic spirituales, & carnales deliciæ in eodem se non compatiuntur. Sed tamen sciendum, quod sunt quatuor genera hominum, qui carent omni consolatione, tam temporalis quam spirituali. Et ideo merito tales sunt pauperrimi, Primi sunt, qui in obedientia

1. Thes. 5.
Aug in li. de Pænit.
Psal. 76.
Deut. 7.

dientia sunt restricti ad religiosam vitam, & tamen corde in seculo vagantur. Et tales vitam duram gerunt. Nam graue est eis quicquid ad Dei seruitium spectat. Et quicquid faciunt, hoc coacte, & ex timore faciunt, nullam spiritualem dulcedinem, sentiunt, nec carnalē etiam dulcedinem, nec seculi consolationem habere possunt. Et hoc contingit quandoque illis pueris, qui contra voluntatem suam traduntur ad monasteria, vel quia pater est pauper, vel qa puer defectuosus est, vel quia pater multos pueros habet, vel quia cum pacto, & symonia talem puerum dedit ad monasterium, & sic de aliis. Ergo nulli consulendum est, quod puerum suum ad aliquod monasterium tradat contra voluntatem suam, vel etiam vbi non seruatur religio, & principaliter, illa tria substantialia, scilicet paupertas, id est, communitas, obedientia, & castitas, & ad illa tria seruanda obligatur omnis religiosus professor cuiuscunque ordinis sit. Et quicunque religiosus illa non seruat, non est in statu saluandorum, & melius esset, quod esset bubulcus vnus, quam quod sit religiosus malus, & proprietarius, vel non castus, & sic de aliis. Secundi, qui carent omni consolatione, tam temporali, quam spirituali, sunt homines seculares, & mundi sectatores. Illi aliquando recipiunt temporalem consolationem, sed cum amaritudine cordis, quia cognitionem habent, quod ista vita, in qua viuunt eos non saluat, quia sunt superbi, luxuriosi, auari, & res iniustas possidentes, lusores, blasphematores, iracundi, & inuidiosi, & sic de aliis; & cum tales habent læsam conscientiam ex hoc quod seipsos sic recognoscunt; ergo nunquam possunt realiter gaudere. vnde *Anselm.* Inordinatus animus sibiipsi est pœna. Nulla pæna grauior est mala conscientia. Quæ pęna grauior est, quam interioris vulnus conscientiæ, nonne hoc magis fugiendum est, quam mors, quam dispendium, quam exilium, quam debilitatis dolor? Sic è conuerso bona & secura conscientia semper gaudium habet. *Salomon.* Secura mens quasi iuge conuiuium: Vis nunquam esse tristis? semper bene viue; reus namque animus non est securus. Bona vero conscientia semper gaudium habet. Tertii qui carent omni consolatione, sunt hypocritæ, qui corpus suum à solatiis retrahunt, & tamen Deum in hoc non prætendunt; quamuis multum vigilent, & ieiunent, & corpus castigent; tamen non sunt serui Christi, sed martyres diaboli, & possunt dicere ad dominũ suũ diabolum, illud: *Quoniam propter te mortificamur tota die.* Et tales carent omni consolatione, quasi subtrahunt sibi consolationem mundi, & etiam carent consolatione Dei; ergo sunt miserrimi, & à Christo

Isid. de sum. bon.
Ambr. de offic.
Prou 15.
Isid. de sum. bon.
Psa 43.

Ece multi-

multpliciter maledicti, Quarti, qui omni consolatione carent, sunt impatientes in aduersitatibus, & infirmitatibus; & tales, qui sic in tribulationibus suis contra Deum murmurant, & impatienter ferunt, habent duplicem infernum, quia hic puniuntur per tribulationes, & infirmitates, & propter impatientiam suam in futuro punientur à dœmonibus, quia sicut per patientiam homo custodit animam suam, sic per impatientiam potest perdere animam suam. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Sed quando homo infirmus, & tribulatus patiens est tunc Deus per interiorem consolationem temperat exteriorem tribulationē. Cum ipso sum in tribulatione. Secundi, ad quos Spiritus sanctus venit, & mãsionem facit, sunt illi, qui lugent in seipsis quæ cognoscunt Deo displicere, qa quod homo cognoscit mala sua, est bonum signū in homine. Senec. Argumentum est in melius translati animi, quod vitia sua, quæ vsque ignorabat, videt. Qui sic lugent, sunt beati. *Beati qui lugent.* Vnde *Chrysostom. super Matth.* Nil ita conglutinat, & vnit hominem Deo, vt pœnitentium lachrymæ *Isid. de summo bono.* Lachrymæ pœnitentium apud Deum pro baptismate reputantur; sic lugentes merito sunt beati quia impetrant à Deo quicquid volunt. Vnde Chr. Nemo ad Deum aliquando flens accessit, qui non q, postulauit accepit, & tales dominus vult consolari. *Conuertā luctū eorum in gaudium.* Sic isti, qui propter damna temporalia supra modum tristantur, non consolantur, quia plus tristantur de bonis amissis temporalibus, quam de datore, quem sæpius peccando, offenderunt. Quæritur vtrum peccatum sit quando homo nisi de damnis temporalibus tristetur? Respondetur, q sic, quia est signum, q ista tēporalia cum magno affectu cordis dilexit. *Vnde Greg 31. moral.* Sine dolore amittitur, quicquid sine amore possidetur, quæ vero ardēter diligimus habita, grauiter suspiramus ablata, ergo omnia damna temporalia Deo offerre debemus cum patiētia cordis, & dominus retribuet nobis, & recompensabit in æterna vita. Tertii, ad quos Spiritus sanctus venit & mansionem facit, sunt illi, qui strenue, & viriliter tentationibus resistūt. *Vincenti dabo manna absconditum*, id est, gratiam, quæ dicitur abscondi, quia non videtur: ergo viriliter resistere debemus diabolo, & hoc in principio tentationis, quia diabolus est serpens lubricus, vt vbi caput posuerit, ibi statim totus illabitur. Vnde Isid. Diabolus est serpens lubricus, quia cuius si capiti, i. primæ suggestioni non resistitur, totus in inferno, dum non sentitur illabitur. vnde *Bern. super epistolam Iacob.* Non enim contristari debemus, si in tentationes inciderimus, sed

Marginal notes: *Luc. 21.* — *Psal. 90.* — *Matt. 5.* — *Chry in sermone* — *Hier 31.* — *Apoc. 2.* — *Isid. de sum. bon.*

sed si in tentationibus superati fuerimus. *Greg.* Tentatio, cui non cōsentitur, non est peccatum, sed est materia exercendæ virtutis. Quarti, ad quos Spiritus sanctus venit, sunt qui eū affectant per feruens desiderium; & est valde dignum, vt Spiritus sanctus pro sua dignitate, & vtilitate feruenter desideretur ab homine. *Augustinus.* Tota vita Christiani est sanctum desiderium, quod autem desideras, nondum vides, sed desiderando capax efficeris; ergo affectus; & appetitus desiderii natus est homini, vt magna debeat desiderare; & hæc sunt dona gratiæ in præsenti, & glorię in futuro. Ergo ex corde affectare debemus gratiam Spiritus sancti, & eum inuitare per deuotam orationem, quia quando deuote oramus, tunc Spiritum sanctum inuitamus, & ipse paratus est ad nos intrare, quia ipse stat ante ostium, & pulsat, & expectat; quod autem orando accepturi sumus Spiritum sanctum, hoc docet nos Christus. *Rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit vobis.* Ioan. 14. Item docet hoc cœtus Apostolorum, qui inter Ascensionem, & Penthecosten orationi instabant, vt Spiritum sanctum accipere mererentur. *Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione.* Act. 1. Item hoc docet vniuersalis ecclesia, quæ hodie cātat, & clamat: *Veni sancte Spiritus.* Et Dauid dicit. *Cor mundum crea in me Deus & spiritum rectum, &c.* Psal. 50. Quinti, ad quos Spiritus sanctus venit sunt humiles, quia humilitas est vas, & receptaculum gratiarum, & virtutum. *Humilibus autem dat gratiam.* Iac. 4. Sicut aqua fluit ad loca humida, sic gratia replet corda humilium. *Augustinus. Alta siccantur, ima replentur* hanc humilitatem debet habere omnis Christianus, ad cœlestem gloriam peruenire volens. Per humilitatem ascendatis ad sublimitatem, quia hæc est via, non alia. Bern. in serm. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* Iob. 22. & hoc merito, quia humiles Deum hic ad hospitium recipiunt, quare Deus eos merito recipiet in futuro. *Humilem spiritum suscipiet gloria.* Prou. 29. Sexti, ad quos Spiritus sanctus venit, & mansionem facit, sunt illi, qui habent cor quietum, & pacificum. Quilibet enim libenter vadit ad hospitium, vbi quietem inueniet; sic & Spiritus sanctus. *Beati pacifici.* Matt. 5. Abiicere ergo debemus discordias, & inimicitias, & ignoscere iniurias nobis illatas, & pacem, & charitatē habere ad omnes homines. *Pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum.* Apost. 2. Cor. 13. Septimi, & vltimi sunt, qui verbum Dei audiunt, & illud custodiunt, & retinent; vnde Christus dicit in euangelio hodierno. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit; & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Ideo libenter debemus audire verbum Dei, ppter tria, Primo,

Matt. 4. quia est cibus animæ. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Gre.* Cibus mentis est verbum Dei. Secundo, quia mentem illuminat. Ps. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Si quis doleret oculos, vel si esset corporaliter cæcus, libenter iret per decē miliaria, vbi posset illuminari. Multo magis hoc facere debemus pro spirituali illuminatione. Tertio, quia ab æterna morte liberat. Ioan. 8. *Qui sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.* Sicut enim anima viuificat corpus, vita naturæ; sic Spiritus sanctus animā, cui vnitur, viuificat, vita gratiæ: Ioan. 6. vnde: *Spiritus est qui viuificat*; quod etiam referri potest ad verbū Dei. Exemplum de gratia Spiritus sancti, & quomodo verbum Dei illuminat animam, & ab æterna morte liberat: Quidam miles multis vitiis plenus fuit, & diabolus per peccata cor suum excæcauerat, quod omnibus diebus vitæ suæ nunquā, nisi semel fuit confessus. Contigit enim semel vna dierum Penthecostes ad ecclesiam eum reuerenter ire, & non causa deuotionis, sed propter humanam ostentationem, quia eadem die nouas, & pretiosas vestes induit. Qui audiens à sacerdote, quod dominus mitteret Spiritum sanctum, qui mundaret corda omnium peccatorum à vitiis. Mox ille ad locum secretum iuit, rogans Deum, & dicens: Domine Deus ego, proh dolor, sum peccator qui multa vitia perpetraui, rogo te propter misericordiam tuam, vt hodie mihi Spiritum sanctum mittas, qui cor meum purget, & illuminet. Statim eum dominus exaudiuit, & Spiritum sanctū ei misit, qui cor mundauit per veram contritionem, & postea, per puram cōfessionem. Et sic Spiritus sanctus ad eum venit, & mansionem apud eum fecit, quod amplius nunquam mortaliter peccauit, & satis condignam pœnitentiam de præteritis peccatis fecit, & finē suum in bono terminauit.

ITEM ALIVS SERMO DE Sancto spiritu Sermo. LXXI.

REpleti sunt omnes Spiritu sancto. Act. 2. Arist. Contraria non sunt in eodem. Arist. 9. Meth. Cum ergo Spiritus sanctus intrat cor hominis, tunc peccata, & vitia expellit, & vitam hominis sanctificat. Hoc factum est Apostolis, quando in die Pentecostes repleti sunt omnes Spiritu sancto. Sciendum, quod in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quod Spiritus sanctus quatuor facit in anima, quæ anima naturaliter facit in corpore. Secundo, quando Spiritus sanctus datus est Apost. Tertio, quæ sunt signa Spiritus sancti, quoad incipientes, proficientes, & perfectos. Quantum ad primum, sciendum quod

quod sicut spiritus corporis, id est, anima, quatuor facit in corpore, sic Spiritus sanct⁹ similitudinariè quatuor facit in anima spiritualiter. Primò, spiritus, id est anima, conseruat corporis decorem, quia sicut sine anima corpus est pallidum, nigrum, & deforme, sic anima non habet decorem conscientiæ, nec colorem conuersationis honestæ sine gratia Spiritus sancti, sed anima per eius aduentum renouatur, reformatur, & coronatur. Psal. *Emitte spiritum tuum &c.* Secundò, anima est caloris nutritio: vnde quamdiu est anima in corpore, tādiu ibi est calor naturalis, sed anima recedente corpus frigescit: ita Spiritus sanctus dat animæ calorē dilectionis diuinæ: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.* Tertiò, anima corpus confortat, quia sine anima corpus subsistere non potest, nec se defendere, quæ omnia bene potest ea præsente: sic sine gratia Spiritus sancti homo nō potest tentationibus diaboli resistere, nec se defendere: *Spiritus adiuuat infirmitatē nostram.* Quartò, vt corpus sine anima caret motu, sic anima sine Spiritu sancto nec moueri in virtutibus, nec operari potest, sed deficere eam oportet: *Spiritus eleuauit me.* Quantum ad secundum, sciendum, quòd Spiritus sanctus tribus vicibus datus est Apostolis. Primò, ante passionem Christi, & hoc ad faciendum miracula, quando eos ad prædicandum

Psal. 103.

Rom. 5.

Rom. 8.

Exod. 8.

misit, & super omnia dœmonia, & vt languores curarent, eis potestatem dedit. Hæc enim miracula per Spiritum sanctum fiunt, secundùm quod dicitur Matthæi 12. Non tamen consequens est, vt quicunque habeat Spiritum sanctum, quòd ille miracula faciat, quia sicut ait Greg. Miracula hominem non sanctum faciunt, sed ostendunt. Nec quicunque facit miracula, Spiritum sanctum habet. hoc patet in incantatoribus. Secundò, dedit eis Spiritum sanctum post resurrectionem, & hoc vt sacramenta conferrent, quando insufflauit in eos, dicens: *Accipite Spiritum sanctum, quorū remiseritis peccata, &c.* hoc idem canitur, quando sacerdotes ordinantur, qui sunt sectatores Apostolorum. Tertiò, dedit eis post Ascensionem in die Pentecostes, & ex hoc corda eorum ita solidata fuerunt, vt amplius de tormentis nihil timerent. Psal. *Spiritu oris eius omnis virtus illorum.* Et in præsenti festo repleti sunt omnes Spiritu sancto, in quo ostenditur magna liberalitas DEI, quia magnum & pretiosum donum dedit: & hoc patet in dignitate, quia hoc donum est ipseme Deus. *August.* Magna Dei misericordia est, quod dat donum æquale sibi. Et si vnam guttam gratiæ daret homini, plus dat, quàm si daret sibi totum mundum. Modo abundanter gratiam Spiritus sancti eis dedit, quia *repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Hodie enim

Apostoli receperunt *bonam mensuram* gratiæ Spiritus sancti, & hoc in suam sanctificationem. Item receperunt *mensuram confertam*, & hoc in eloquentia omnium linguarum. vnde canitur in Ecclesia: *Loquebantur variis linguis Apostoli*: & hoc donum fuit eis datum, vt peccatores & conuerterent, quia si in mundo prædicare deberent, oportuit, quòd vbique intelligerentur. Item receperunt *mensuram coagitatam*, quia confirmati fuerunt gratia, quòd amplius nunquam mortaliter peccauerunt, nec peccare potuerunt. Item *mensuram efficientem*, quia per flumen Spiritus sancti mundum irrigabãt, sed riuuli istius fluminis fuerunt sancti Doctores, vt Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & Hieronymus, &c. Stillicidium horum riuulorum sunt doctores moderni temporis. Ps. 64. *In stillicidiis eius lætabitur germinans*. Quo ad tertium, T scil. quæ sunt signa Spiritus S. sciendũ, quòd tria sunt signa Spiritus S. quo ad incipientes. Primum est dolor de culpa præterita. *Bern.* Spiritus sanctus odit sordes, nec habitare potest in corpore subd to peccatis. Cùm enim proprium ipsius est, peccata repellere, etiam proprium est odisse peccata, nec in vno domicilio pariter morantur, tanta munditia, & tanta immunditia. Exemplum de luce & tenebris, quæ non compatiuntur se in eodem hemisphærio, sed mutuò se expellunt, sicut hic; ergo compunctum esse de peccatis, est signum præsentiæ Spiritus sancti. Secundum signum, secundùm *Bernh.* est, firmum propositum cauendi futura peccata, cum effectu, & emendandi præterita, quod nullatenus potest haberi conatu proprio sine Spiritu sancto, infirmitatem nostram adiuuante, & per gratiam assistente. vnde *Aug. in lib. retract.* Voluntas, inquit, nostra, nisi gratiâ Spiritus sancti liberaliter assistente, non liberatur à seruitute, quæ facta est serua peccati. vnde etiam *Senec.* Magna pars bonitatis est velle fieri bonum. Tertium signũ est, si quis mouetur ab intra ad bona opera. Nam secundùm Greg. Amor Dei non est otiosus, operatur enim magna, si est. Bernh. *in serm. de festo Pentecostes*: Ad bonum faciendum Spiritus sanctus mouet nos, & docet; mouet memoriam; docet rationem & voluntatem. Prompta igitur boni operatio signum est spirantis Spiritus sancti, & hoc, quo ad incipientes. Nam, vt puer in vtero matris per motum cognoscitur, sic si homo mouetur ab intra spiritualiter. Sed quo ad proficientes sunt alia signa, in quibus Spiritum sanctum in eis inhabitare cognoscunt. Primum est frequens, & iusta conscientiæ coniecturalis examinatio, non solùm de peccatis mortalibus, imò de venialibus: cuius ratio est, quia sicut Spiritus sanctus opponitur peccato mortali, ita fer-

ita feruor charitatis, qui est à Spiritu sancto, opponitur peccato veniali, vt ipsum ab anima euellat, ne Spiritui sancto displiceat, qui omnes animæ officinas mundificat, & minimam peccati paleam intra cor, quod posſidet, nō patitur posſidere, sed statim igne subtilisſimæ circūspectionis exurit spiritus suauis, & dulcis. vnde dicit *Gregor. in moral.* Cùm igitur frequens conſcientiæ examinatio fiat à Spiritu sancto per feruorem charitatis, ſignum est adesse Spiritum sanctum. Ergo, si post dictum vel factum, vel cogitatum homo discutit, vtrum in aliquo deliquit, hoc est signum Spiritus sancti. 2. Cor. 11. *Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur.* Bernar. *Diligit Deus illam animam, quæ in conspectu eius sine intermisſione considerat, & sine simulatione diiudicat seipsum.* Secundum signum est sitis mundanæ concupiſcentiæ extinctio, siue diminutio. Quanto enim magis charitas augetur, sequitur, quòd concupiſcētia semper in eis minuatur. vnde *August. super Ioan. in hom.* 8. Radix omnium bonorum est charitas, & radix omnium malorum est cupiditas. Et illæ duæ simul esse non posſunt, quia nisi vna radicitus euulsa fuerit, alia plantari non poteſt. Charitas ergo roborata, non ceſſat concupiſcentiæ radices extirpare. vnde *Aug.* dicit, quòd charitatis venenum est concupiſcentia corporalium, & nutrimentum charitatis est diminutio cupiditatis. De hac extinctione sitis dicitur: *Si quis biberit ex aqua, quam ego dabò, non sitiet amplius.* Chrysost. Ioan 4.
Non est super terram, quod amet, qui donum DEI in veritate gustauerit. vnde August. Qui biberit de fluuio Paradysi, cuius vna gutta est maior, quàm Oceanus; sequitur, vt sitis eius sit extincta. Mirum enim esset, si homo totum mare bibisset, & sitis eius non esset extincta. vnde Apostoli, postquam de fluuio Spiritus sancti biberūt, omnia propter Christum dereliquerunt: ergo est signum Spiritus sancti, si cor tuum antea ad temporalia inclinatum fuerit, sed modò ad cœlestia erigitur: *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Tertium signum Matth. 6.
est, si parcis læsis ex corde, quantumcunque offensus sis, vel offendaris in futurum, tamen paratus es indulgere, & habes cor pacificum ad omnes homines, est signū Spiritus sancti. Sed iracundi, & litigiosi habent signum Spiritus maligni. vnde Gregor. Si filii DEI vocantur, qui pacem faciunt, proculdubio filii Satanæ sunt, qui ipsam confundunt. *Ambros. super Luc.* Pax est dux ad vitam æternam. Sunt etiam tria signa Spiritus sancti, quantum ad perfectos. Primum est, quod homo nil timeat nisi Deum: *Perfecta charitas foris mittit timorem.* Item: *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas*: vnde Apostoli & Martyres nullum regem, nec aliquem 1. Ioan 4. 2. Cor 3.

aliquem præsidem, nec tyrannum quemcunq; timuerunt, præter solum Deum. vnde Greg. Nullum genus mortis bono homini, & rectè viuenti timendum est. *Sen.* Tutissima res est nil timere nisi Deum. Ergo si nec paupertatem times, nec infirmitatem, nec aliquam aduersitatem, signum est perfectionis. Secundùm signum est, non resonare, nec murmurare in aduersis, vt dicere possint cum Psal. *Quoniam ego in flagella paratus sum.* & illud: *Si quis te percusserit in dextrā maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Imò tribulationes & aduersitates sunt ei dulces. vnde scriptum est de B. Stephano: *Lapides torrentis illi dulces fuerūt.* Ideo canitur de martyribus: *Non murmur resonat, non querimonia.* Legitur etiam de Apostolis: *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* vnde *Greg.* Qui superna degustat, inferiora æquanimiter tolerat. Tertium signum est, desiderium dissoluendi ab hoc mundo, sic quod totus mūdus est sibi quasi crux, & omnia terrena postponit, nisi in quantum necessitas requirit. vnde Apost. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* & illud: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Item illud: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Exemplum desiderio cœlestis patriæ. Legitur, quòd quædā mulieres tam speciali & mirabili amore in diuina affectione resolutæ fuerunt, vt præ desiderio languerēt, nec de lecto multos annos, nisi rarò surgere possent, nullam aliam infirmitatem habentes, nisi illam, cuius desiderio earum animæ liquefactæ, cum Domino suauiter quiescentes, quanto spiritu confortabantur, tanto plus corpore infirmabantur, & sic habemus, quod Spiritus sanctus operatur tria in incipientibus, tria in proficientibus, & tria in perfectis.

Psal 37. Math 5. Actor 5. Philip. 1. Psal 41. Psal. 119.

DE EADEM FESTIVITATE.

Sermo LXXII.

Quare Deus subtrahit gratiam homini.

SPiritus meus super mel dulcis. Ex quo Spiritus S. est ¶ V fons totius dulcedinis, tunc quæritur, quare Deus quandoque dilectis suis in præsenti subtrahit consuetam gratiam & spiritualem consolationem, & permittit eos quandoque diu stare in anxietate, & amaritudine cordis? Respondetur, quod Deus hoc facit multiplici ratione. Prima ratio, vt homo de seipso non confidat, nec de sanctitate sua ne reputet se esse aliquid, cùm nihil sit, quia si reputat, se aliquid esse, seipsum seducit. Sancti enim viri quanto perfectiores & sanctiores sunt, tanto humiliores sunt, & debent esse, sicut legitur de sancto Francisco, qui dixit, quòd esset maximus peccator totius mū-

Eccles. 24.

di, &

di, & hoc contingit ex eo, quòd seipsos cognoscunt, & quanto plus seipsos cognoscunt, tantò magis indignos se deprehendunt. vnde Greg. Sancti viri, quo altius apud Deum virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius dignos se esse deprehendunt, quod luci proximiores fiunt, quicquid in seipsis latebat, inueniunt. Ne ergo bonus homo cadat in spirituale superbiam, quæ aliquando peior est, & magis nociua, quàm secularis pompa, tūc Deus subtrahit sibi quandoq; spiritualem consolationē, & etiam ne homo credat, à se ipso habere illam gratiam, vel ex suis meritis, vt sic cognoscat, quòd ista gratia datur sibi ex sola Dei bonitate & liberalitate, & non propter sua merita. Nam minimam guttam gratiæ & bonitatis DEI non possumus mereri à nobisipsis. Nam si semper homo deuotionem, gratiam, & spiritualem consolationem ad libitum haberet, forte crederet, hoc esse à natura, quod est à sola DEI gratia. Secunda ratio est, quia Deus vult probare hominem, vtrum vellet consolationem in creaturis quærere, quando non habet à Deo diuinam consolationem, sicut sponsus vult probare constantiam spōsæ, id est, fidem & dilectionem. verbi gratia, vt si mercator simularet se ire ad nundinas, & tamen se abscondendo, in domo manet, volens videre, quid vxor faceret eo absente, vel quid de eo loqui vellet, vel si de recessu eius doleret, & de reditu gauderet; sic CHRISTVS tardat aliquando venire cum sua dulcedine, vt probet constantiam fidelis animæ, an velit alium virum accipere, eo absente, vel an velit se continere propter eum, hoc est, vtrum velit consolationem alienam in creaturis quærere, vel vtrum velit libenter sine consolatione creaturarum propter eum esse, vel vtrum velit firmiter stare, & non recedere ab eo. Sed anima, quæ consolationem in creaturis quærit, postquā diuinam dulcedinem amisit, facit sicut mulier, quæ absente viro proprio, ad alium se transfert. Debet autem anima, quæ est sponsa Christi, facere sicut turtur, quæ postquam perdidit suum maritum, non vult alium recipere, neque modo super ramum viridem sedere, sed semper gemit post maritum suum, sic & anima hominis debet gemere post Christum, cùm suam dulcedinem amisit, & gemendo exspectare donec veniat & redeat. Tertia ratio est, vt homo in timore DEI maneat, & timeat, ne forte sponsum suum, scil. Christum offenderit per aliquam causam vel negligentiam, ꝑpter quam consolationem spiritualem ei subtraxit, sed tamen iste timor debet esse moderatus, ne desperet. Debet enim esse timor filialis, & non seruilis. Sicut puer timet patrem, & tamen eum cum hoc diligit. Nam stulta est illa vxor, quæ sta-

Gregor. in Moral.

tùm credit de viro suo, quoties de domo exit, quòd velit eam relinquere pro alia vxore; sic facit anima, quæ minus Christum diligit. Et nota, quòd in recessu viri de domo, & si secum tollit lætitiam, quam vxor habet de præsentia eius non tamen tollit gratiam, nec post recessum minus diligit, sed plus diligit, & insuper magis accenditur, & inflammatur, & hoc est, quod *Greg. dicit sup. Cantic.* Sponsus abscondit se aliquando ab anima spõsæ suę, vt ardentius eum è conuerso q̄rat, & dum eum inuenerit, è conuerso diligentius & cautius custodiat. Anima. n. debet esse solicita, ne eum perdat, & dum eum perdiderit, magis solicitè debet eum q̄rere; & dum è conuerso inuenerit, magis diligenter debet eum custodire, & sic quandoque contingit, quòd Christus cum maiori gratia redibit, quàm antea fuit cum ista anima. Time ergo in quocunque gradu perfectionis es. vnde à *Bernhar.* scriptum est: Si non in timore Domini te tenueris instanter, citò subuertetur domus tua. Omne namq; virtutum ædificium illico vergit in præcipitium, si huius gratiæ auferes præsidium. Itẽ *Bernard.* Connexa sunt quidem timor & religio, nec manere potest alterum, sine altero. Quarta causa est, ne homo seipsum destruat, & corpus suum nimium debilitet, quia si homo semper haberet istam gratiam & spiritualẽ dulcedinem semper vellet ieiunare, orare, vigilare, & alios labores facere, quia quicquid facit Spiritus est sibi dulce, & totum delectabile, stante illa gratia & consolatione. Vt ergo animę obsequium sit rationabile, tunc Deus quandoque subtrahit homini spiritualem dulcedinem, sunt enim aliqui in principio ita feruentes, quòd se nimium destruunt, & faciunt sibi capita debilia, & vacua, quòd modicum vel nihil postmodum possunt. Sed obsequium hominis, secundùm Apostolum, debet esse rationale, vt homo sic asinum suum, id est, corpus suum nutriat, vt saccos portet, id est, labores sustineat, & sic eum domet discretè cum abstinentiis, & vigiliis, ne lasciuiat, & pondus proiiciat. Deus etiam hoc facit, vt homo suam propriam infirmitatem cognoscat. Nam cum Christus præsens est per suam spiritualem dulcedinem, videtur homini, quod fortis sit ad totum onus laboris, scilicet manè surgere, orare, legere, ieiunare, & malè comedere, & proclamari, & vilipendi, & quicquid ei iniungitur, leue est, & eum non grauat. & quare hoc? quia dominus supponit manum suam, & subleuat totum onus. Sed subtractâ gratiâ totum graue erit, quod anteà leue fuit. Apostolus ad Phil. 3. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Sed è conuerso Christus dicit Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere.* Quinta ratio est, ne homo alios

despiciat, & propter hoc alios de facili iudicet, sed vt aliis infirmis comparatur; sunt enim aliqui, qui quando Deus eis aliquam gratiam facit, tunc statim iudicant & despiciunt alios, qui forte, si haberent illam gratiam, plus facerent quàm ipsi: *Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini.* Gregor. Vera iustitia compassionem habet. Ergo compati debemus debilioribus & imperfectis. vnde *Gregorius:* In tanto quisq; perfectus est, in quanto perfectè sentit dolores alienos. Sexta ratio est ꝓpter tepiditatem, scilicet, quòd homo non vult feruenter & fortiter operari, & vti illa gratia sibi data, sed quando ita tepidè operatur, tunc DEVS quandoq; illam gratiam datam sibi subtrahit. Igitur admonet nos Apostolus dicens: *Hortatur vos, ne in vacuum gratiam DEI recipiatis.* Qui ergo vult esse inutilis seruus, & non laborare cum bonis sibi cõmissis à Domino, dignũ est vt Dominus sibi è conuerso recipiat bona commissa, sicut dicit Euangelium de isto seruo, qui habuit vnum talentum, & fuit piger, & abscondit illud, igitur fuit sibi ablatum, & alteri datum. Si enim volumus vti gratiâ, virtute & fortitudine, quam iam habemus, tunc DEVS augmẽtat nobis istam gratiam habitam, sed si volumus negligenter agere, tũc Deus aufert à nobis gratiam, quam iam dedit. vnde scriptum est: *Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter.* Ergo cùm Deus subtrahit tibi gratiam, tunc cogitare debes, quòd Deus hoc facit propter tepiditatem, & lassitudinem tuam, quia si alius talẽ gratiam habuisset, multò feruentius Deo seruiuisset. Septima ratio est, propter peccata venialia, à quibus se non cauet. Sunt enim peccata venialia, sicut guttæ aquæ, q̃ licet non possunt ignem totaliter extinguere charitatis, tamen faciunt, quòd ignis non potest ita feruenter ardere, & ita virtuosè operari, quia quicunque debet sibi acquirere gratiam, consolationem, ac dulcedinem, de qua hic loquimur, oportet hoc fieri per magnos labores: Sed quia venialia impediunt, quòd homo fortiter non potest operari, consequenter propter venialia impeditur homo, ne ad tantam dulcedinem perueniat. Ergo anima debet esse solicita, & non solùm se cauere à peccatis mortalibus, sed etiam à venialibus, in quantum potest. Etiam dulcedo gratiæ amittitur quandoque per immundas & importunas cogitationes, quibus homo non tam citò resistit, sed in eisdem aliqualiter delectatur, Ecclesiast. 10. *Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.* Sed quæritur, an cogitationes, quæ homini incidunt contra voluntatem suam, noceant? Respondetur, quòd non, signanter cùm non delectatur in eisdem, nec dat eis

Luc. 6.

2. Cor. 6.

In textu est fraudulenter, Ierem 48. vers. 10.

consensum. *Greg.* Non est cogitatio tam immunda, quæ mentem polluat, si ratio non consentit. Octaua ratio est, propter nimiam solicitudinem & occupationem temporalium, vt cùm homo se nimium occupat, & est solicitus circa ista temporalia & mundana; sicut conquerebatur *B. Greg in dialog.* quod quando fuit in monasterio abstractus à secularibus negotiis, & liber in corde ab illis, tunc magis fuit quietus in corde, & pacificus cum Deo, quàm quando fuit in officio curæ pastoralis, scilicet quando sublimatus fuit in Papam, quia Deus vult habere liberum & mundum cor ab omnibus curis & solicitudinibus mundanis. vnde dicit
Osea 2. Propheta: *Ducam eum in solitudinem, & ibi loquar cum eo*: ideò petit
Psal. 54. Dauid, dicens: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ & volabo, & requiescam*? Nona causa est propter hoc, quia quando quis quærit consolationem & delectationem in istis delectationibus mundi, & consolationibus creaturarum, tunc non potest habere consolationem diuinam, quia sunt cõtraria. *Bernard.* Delicata est consolatio diuina, & non datur admittentibus alienam. Exemplum huius habemus in tribus Regibus, quos stella ad Dominum ab Oriente perduxit, qui dum intrauerunt Hierusalem, & quæsierunt de rege Iudæorum, vbi natus esset, perdididerunt stellam, super quo dicit Gregor. Quod dum Magi quæsierunt consilium humanum, perdiderunt consilium diuinum. Quidam in isto Mundo volunt delectari in cibo, & potu, & vestibus pretiosis, in amicis, in vxore, in filiis, & in gaudiis mundanis, & cum hoc etiam quærunt consolationes diuinas in præsenti, sed decipiunt se ipsos. vnde *Augustinus 5. Confess.* Gaudium diuinæ dulcedinis non degustas, si carnali delectatione commaculas. Decima ratio est, propter nimiam reuelationem, scilicet quando nimis homo reuelat gratiam sibi à Deo datam, & iactat se inaniter de donis diuinis. Exemplum legitur de quodam conuerso fratre, qui post longos labores, orationes, & ieiunia, meruit, quòd in susceptione venerabilis Sacramenti sensit inenarrabilem dulcedinem & delectationem in ore, & in toto corpore suo, ita quòd ista delectatio & dulcedo, fuit sibi super omnem humanam æstimationem, & dulcedinem mundi; qui veniens ad quendam fratrem, petiuit sibi dari osculum ab illo, putans, quòd ille etiam deberet sentire illam dulcedinem, tunc statim illa dulcedo euanuit, & postea eam nunquam habere potuit. Ergo quando homo sentit dulcedinem diuinę gratiæ, tunc debet se humiliare, & Deo in humilitate cordis gratiarum actiones referre, quia superbia & elatio spiritualis est valde nociua. vnde Isid.

Non te

Isid. de sum. bon.

Non te arroges, non te iactes, non insolenter extollas, nihil præsumas, nihil boni tibi tribuas, vnde exemplum. Fuit quidam frater in monasterio quodam multum verbosus, & semel accidit, quod loquebatur de non sibi commissis, tunc abbas sibi dixit serio: Vade, & tace, qui recedens ab Abbate & cordi sui imprimens ista verba Abbatis, amplius in isto monasterio semper silentium tenuit, & cum sic tacuit, tunc ab intra in spiritu tantum profecit, quod Deus sibi quædam secreta reuelauit. Et alii fratres mirabantur de taciturnitate sua. Accidit autem, quod quidã eremita in sylua non longe à monasterio infirmabatur, qui misit ad Abbatẽ, vt ad eum veniret, & sibi ecclesiastica sacramenta porrigeret. Tunc Abbas sumpsit secum illum taciturnũ, & iuit cum sacramentis ad procurandum, & communicandum illum Eremitam; & in via quidam latro audiens cãpanam paruam, secutus est eos vsq; ad cellam eremitæ, & mansit foris, reputãs se indignum, quod deberet intrare cellam tam sancti viri. Sed postquam eremita confessus est, & communicauit, tunc latro stans prope ianuam cum humilitate cordis sui dixit: O si essem talis, qualis tu es. Et eremita in elatione mentis, & complacentia suiipsius dixit: Hoc libenter deberes velle, quod esses talis qualis ego sum. Tunc frater ille taciturnus cœpit flere amare; & postquam Abbas & frater ille recesserunt, tunc latro iste à remotis cucurrit post eos & inuocauit Deum, vt sibi daret contritionem veram, & vitæ emendationem, quia iam proponebat illi Abbati confiteri, & amplius nunquã peccare velle, & sic in veloci cursu cecidit, & mortuus est immediate. Quod videns ille frater cœpit lætanter ridere. Sed postquam Abbas cũ isto fratre ad conuentũ rediit, quæsiuit ab isto fratre, quare sic taceret? & respondit. Pater semel dixisti ad me, vade & tace. Ab illo die semper tacui, nisi interrogatus fuissem. Tũc Abbas dixit. Quare tu fleuisti cum illum S. Eremitã cõmunicaui? & quare risisti cum ille malus latro post nos cucurrit volẽs nos spoliare, vel occidere, & sic peccãdo in peccatis suis obiit? tũc frater respõdit: Pater causa fletus mei fuit ista, quia cum communicastis illum Eremitam infirmum, tunc latro stetit foris ianuam dicens ex humilitate cordis: O si essem talis qualis tu es. Et Eremita respondit in elatione mentis: Hoc posses libenter velle. Et sic mortuus est, & damnatus, ideo fleui. Sed latro qui post nos cucurrit, habuit firmum propositum confitendi, & non spoliandi nos, nec occidendi, & sic currens cecidit, & obiit, & angeli eius animam rapuerunt, & ad cœlum cum gaudio deduxerũt, quia sua contritio fuit tanta, quod deleuit pœnam & culpam, ideo risi.

AD IDEM FESTVM SERMO. LXXIII.

De donis Spiritus Sancti.

Act. 2. R*Epleti sunt omnes Spiritu sancto.* Ex quo iam istis sacris diebus Spiritus sancti missio peragitur, tunc aliquid de donis Spiritus sancti pro præsenti sermone dicendum est. Vnde sciendum, quod septem sunt dona Spiritus sancti, quæ ideo sunt septem, qa per ea septem vitia capitalia expelluntur. Primum donũ est timor domini. de quo dicitur. *Timor domini initiũ sapientiæ.* Quod donum cordi nostro aduenies multa bona nobis confert. Primo, docet præterita mala emendare. *Timor domini expellit peccatum.* Secundo, docet bona operari. *Qui timet Deum faciet bona.* id est, qui timet Deum nihil negligit. Tertio, timor conseruat hominem in bono. *Si in timore Domini non tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Bern. in tract. de septem donis.* Connexa sunt quidem timor, religio, nec manere potest alterum sine altero. *Bernardus.* In veritate nihil ita valet ad gratiam promerendam, conseruandam, & recuperandam, quam si videaris non alta sapere, sed semper timere. Quarto, timor domini misericordiam meretur. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se.* Quinto, timor confert homini prolongationem vitæ, & temporalium prouisionem. *Timor domini apponet dies. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.* Sexto, facit orationem exaudiri. *Voluntatem timentium te faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.* Septimo, gloriam æternam meretur. *Beatus homo qui semper est pauidus. Beatus vir, cui donatum est habere timorem Dei, Gregorius.* Vbi timor non est, ibi salus erit. Hi sunt septem fructus, quos confert donum timoris, quod est primum donum Spiritus sancti, & hoc primum donum timoris expellit primum peccatum mortale, scilicet superbiam, Nam timor domini humiliat hominem, superbia vera eleuat. *Odibilis est coram Deo & hominibus superbia*, & quanto homo se hic magis exaltat, tanto magis in futuro humiliabitur. *Omnis qui se exaltat humiliabitur*, ergo vt in futuro exaltemur, humiliemus nos hic coram Deo in timore Domini. *Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in die visitationis Bernar.* Sola humiltas est, quæ exaltat, sola, quæ ducit ad vitam. Secundum donum est donum pietatis vnde sciendum, quod triplex pietas est habenda Prima, ad Deum, & ista debet esse in bona cõfidentia, quã habeas

Marginalia: A. (beside "sciendum"); Eccl. 1.; Eccl. 1.; Eccle. 15.; Eccle. 27.; Psal. 102.; Prou. 10.; Psal. 33.; Psal. 144.; Prou. 28.; Eccle. 25.; Eccle. 10.; Luc. 18.; 1. Pet. 5.

bere debemus ad Deum. Primo, in temporali prouisione. *Iacta cogitatum tuum in domino & ipse te enutriet.* *Nunquam vidi iustum derelictum.* Hæc confidentia tollit nimiam, & superfluam curam, & solicitudinem temporalium, quam illi auari habent, qui nunquam satiantur, sed semper timent, sibi deficere, & cum magna solicitudine procurant sibi temporalia, quasi sẽper deberent viuere, & fortes in breui moriuntur. *Stulte hac nocte repetent animam tuam &c.* Contra quos dicit Christus. *Nolite soliciti esse? dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus? nonne anima plus est quam esca, & corpus est plus quam vestimentum?* quasi dicat; Si dat maiora, id est, vitam & corpus, etiam dat minora, id est, cibum & vestimentum. Secundo, in spiritualibus, scilicet quantum ad animam. *Sperantem autem in domino misericordia circumdabit,* & sic tollitur desperatio, quæ est peior omni peccato. Isid. Desperatio auget peccatum. Desperatio est peior omni peccato. *Chry.* Nihil enim sic Deum offendit, quantum desperatio. Tertio, in æternis, id est, in remuneratione cœlestium bonorum. *Nolite timere pusillus grex complacuit enim patri vestro vobis dare regnum.* Hanc fiduciam nõ debemus habere ex nostris meritis, sed ex meritis Iesu Christi, qui qui est redemptor noster, quem Pater nobis dedit, *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* In signum huius, Christus in cruce habuit latus apertum, quia per eum regnum cœlorum intramus. Ipse enim nobis per suam passionem ianuam cœli reserauit, contra hoc sunt illi pusillanimes, qui quando audiunt aliquid de diuina iustitia, immediate perterriti dicunt: ego nunquam saluabor; & sic diffidere de æterna saluatione est diabolicum, quia omni spe saluationis diabolus est priuatus, sed nos Christiani firmiter in Deum sperare debemus, quia ipse est, qui saluos facit sperantes in se. Secunda pietas est, quoad seipsum, & illa debet esse in miseratione animæ propriæ. *Miserere animæ tuæ placens Deo.* vnde sciendum, quod sex opera misericordiæ debemus exhibere animæ nostræ. Primo, debemus eam cibare, & hoc fit primo quando digne communicamus sacramentum eucharistiæ, vel etiam quando deuote audimus verbum Dei. *Nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* *Greg.* Cibus mentis est verbũ Dei. Sed, heu, plures sunt, qui corpus omni die cibant, sed animam raro cibant, audiendo verbum Dei, quod malum est signum. *Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Secundo, debemus eam potare cum calice tribulationis & patientiæ, quem Christus per se bibit, & propinauit nobis. *Potestis*

[Margin notes: Psal. 54. Psal. 36. Luc. 12. Matt. 6. Psal. 3. Isid. de sum. bon. Chry. in serm. Ioan. 12. Rom. 8. Eccle. 30. Matt. 4. Ioan. 8.]

stis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Tertio, vestire cum charitate Dei, & proximi, quia hæc est vestis nuptialis vitæ æternæ. *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem*? per quam vestem cognoscuntur filii Dei. *In hoc cognoscent homines, quod estis mei discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem*. Quarto, hospitare, quod fit per pœnitentiam, quam agimus pro peccatis, nostris quia cũ homo est in peccato mortali tunc facit mansionem in inferno. *Appropinquauerunt vsque ad portas mortis*, sed quando pœnitentiam agit, tunc præparat sibi mansionem in cœlo. *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum*. Quinto, debemus animam nostram visitare, & hoc fit quando fragilitatem nostram pensamus, & peccata nostra cũ amaritudine cordis recolimus, vt cũ Propheta dicere possimus. *Recogitabo tibi omnes nes annos meos in amaritudine animæ meæ*. Sexto, debemus eam de carcere huius mũdi educere, & hoc desiderio supernorum. vnde Apostolus: *Quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram*. Item *nostra conuersatio in cœlis est*. Tertia pietas est, quoad proximũ, & ista primo exhibetur in dando. *Ante mortem benefac amico tuo*, id est, Christo, quia eleemosyna in vita multo melior est, quam post mortem, quia vnus denarius datus pro Deo in vita, est melior, quam centum post mortem. Secundo, exhibetur proximo commodando. *Miseretur, & commodat, & semen illius in benedictione erit*. & de hoc gaudet Christus & tota cœli curia, quia sumus inuicem membra, & erit homini valde meritorium. *Mutuum date nihil inde sperantes*. Tertio, in dimittendo proximo. *Dimittite, & dimittemini*. *Aug.* ea eleemosyna nihil est maius, qua ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit. Quarto, facta proximi nõ malum iudicando, sed semper ad partem meliorem interpretando. *Vnde August. super illa verba: Nolite iudicare, & non iudicabimini*, hoc loco nihil aliud præcipi æstimo, nisi vt ea facta, quæ dubia sunt quo animo fiant in meliorem partem interpretemur. Vbi notandum, quod quilibet tenetur omnia dicta, & facta proximi in meliorem partem interpretari, nisi sint manifesta mala. *Quo iudicio alium iudicas, teipsum condemnas*. Sed diceres, vnde oritur quod aliqui omnia, quæ vident, vel audiunt de proximis semper in malum interpretantur? Respondeo quod hoc ex duobus prouenit. Primo, Quia ipsi mali sunt. *Chryso.* Omnis homo secũdum se æstimat alterum idem: Sicut difficile aliquem suspicatur malum qui bonus est, sic difficile aliquem suspicatur bonum, qui malus est. Secundo, quia male afficitur ad illum, quem iudicat. *Augustin.* Certum est,

Matt. 20. Matt. 22. Ioan. 13. Psal. 106. Matt. 4. Isa 38. Col. 3. Philip 3. Eccl. 18. Psal. 36. Luc. 6. Luc. 6. Au. in Enchiri. Matt. 7. Rom. 2.

est, quod de malo incerto nemine iudicarem, quem tanquam meipsũ diligerem, sed defenderé, & excusarem quandiu in publicũ non prodiret. Sed quia charitatem perdimus, faciliter alterutrum iudicam⁹, & ergo omnis, qui aliũ iudicat, ostendit se vacuum à gratia Dei, & incharitate proximi. Sed qui bona, suspicatur de proximis est signum perfectionis & bonitatis. *Greg.* in moral. Quanto vos in bono perficitis, tanto etiã bona de alio sẽtitis. Tertium donum, est donum scientiæ, quod donũ tria docet. Primo, docet te cognoscere teipsum, scilicet quis es, quid fuisti, & quid eris. *Ber.* Cogita ergo vnde veneris, & erubesce, vbi es, & ingemisce, quo properas, & pertimesce. Item cognosce te per culpam actualem fieri Deo exosum. *Odio sunt Deo, & impius, & impietas eius.* *Altissimus odio habet peccatores.* Item per culpam eris maledictus. *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis*, & insuper debitor mortis æternæ, non solum temporalis, vt iumentum. *Anima quæ peccauit, ipsa morietur.* Sed è conuerso cognosce, quod gratia facit hominẽ filium Dei, & hæredem. *Si filii, & hæredes.* Item facit hominem beatum. *Beatus populus, cuius est Dominus Deus eius.* Item gratia facit hominem etiam esse, benedictum. *Si præcepta mea audieris, benedictus tu in ciuitate, & benedictus tu in agro*, & ergo hoc nomine Deus bonos nominabit, qui erunt ad dextram eius dicens: *Venite benedicti patris mei.* Secundo, donũ scientiæ docet cognoscere Deũ. Primo, inquantum est creator tuus, & tu creatura eius. *Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos*, & sic teneris ei obedire tãquam creatori tuo. Secundo, inquantum est dominus tuus, & tu seruus eius, & sic teneris ei fideliter seruire tanquam seruus fidelis domino. Tertio, inquantum est pater tuus & tu filius eius, & sic teneris ei exhibere honorem & reuerentiã. Quarto, inquantum est redemptor tuus, & sic teneris eum diligere. *Maiorem charitatem nemo habet: &c.* Quinto, inquantum est futurus iudex tuus & sic teneris eum timere in omnibus verbis, & factis, siue comedendo, siue bibendo, siue dormiendo, siue vigilando. Tertio, docet donum scientiæ cognoscere proximos, scilicet quomodo omnes homines, tã diuites quã pauperes tam nobiles quam ignobiles, sunt similes in quatuor. Primo enim homines sunt similes ex parte principii, quia omnes ab vno Deo & ab eodem luto formati sunt, & omnes & nudi pauperes nati. *Ecce & me sicut te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum.* *Nemo ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.* Secundo, sumus similes ex parte medii quia omnes mortales ex breui vita sumus tam diuites, quam pauperes. *Omnis potẽtatus breuis vita. Breues dies hominis*

Sap. 14. Eccle. 12. Psal. 118. Ezech. 18. Rom. 8. Psal. 142. Deut. 28. Matt. 25. Psal. 99. Ioan. 15. Iob 33. Sap. 7. Eccle. 10. Iob. 14.

minis sunt. Tertio, ex parte finis, qa omnes homines in candē mortem, & putredinē reducūtur. *Putredini dixi pater meus es tu &c.* Hoc patet in ossibus mortuorū, quia ibi nulla est distinctio inter nobiles & ignobiles. Quarto, ex parte iudicii, quia oēs sub vno iudice rationem reddere cōpellimur. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi &c. Ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum.* Et cum hanc æqualitatem cognoscimus, tunc nos mutuo diligere debemus, & vnus alium non spernere. vnde *Greg.* Omnes fratres sumꝰ, vnius Imperatoris potestate conditi, & sanguine ipsius redēpti, & idcirco fratres nostros quāuis pauperes, & abiectos in nullo despicere debemus. *Au.* Ego vero interrogabo te sericatum, & pauperem pannosum non quales in vestibus sitis, sed quales nati fueritis. Certe ambo nudi, ambo infirmi, ambo vitā miserrimam inchoantes, & ob hoc ambo plorantes, quando nascebamini infantes, & illud donum expellit inuidiam, quæ cōtraria est charitati, quia gaudet de malis, & contristatur de bonis, q est diabolicum; ergo inuidi sunt à Deo maledicti. *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum,* & tales inuidi sunt filii diaboli, sicut charitas est signum filiorum Dei. *In hoc cognoscēt oēs, qui mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem;* sic inuidia est signum filiorum diaboli. Quartum donum est donum fortitudinis. Vnde sciendum, quod Deus non quærit fortitudinem corporis sed spiritus. *Gaudium enim domini est fortitudo nostra.* Est ergo sciendum, quod Spiritus sanctus per donum fortitudinis tripliciter confortat hominem. Primo, in tolerando aduersitates patienter. *Patientes estote ad omnes.* Secundo, confortat nos Spiritus sanctus per donum fortitudinis ad vincendum diabolum. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Tertio, confortat ad operandum bona opera. *Operari oportet, donec dies est, quia veniet nox, cum nemo operari potest. August.* Inutiliter in hoc tempore viuitur, nisi ad acquirendum meritum laboretur, quo in æternitate remuneretur, quia bona opera ornant & comitantur animam, cum omnes amici eam deserunt. *Opera enim illorum sequūtur illos,* vt tunc pro eis remunerētur. *Hier.* vnusquisq; secundum opera sua mercedē accipiet. Quintū est donum cōsilii. Nota q Spiritus sanctus vult q à trib. debemus quærere consilium. Primo, à Deo *Benedic Deum & pete ab eo, vt vias tuas dirigas, & omnia consilia tua in ipso permaneant. In omnibus deprecare consilium altissimi.* Secundo, quærere debemus consilium à proximo nostro conscientioso, & discreto, & timenti Deum, qui habet scientiam & vitam, & non ab aliquo, qui est dissolutus, & malæ

[Margin, left column: Iob. 17. — 2. Cor 5. — Act. 10. — Aug. de doct. Chri. — Isa 5. — Ioan. 13]
[Margin, right column: Nehem. 8 — Trem. 3. — Iac. 4. — Ioan. 9. — Apoc. 14. — Q G — Tob 4. — Eccl 37.]

vitæ; vnde *Ambrosi. lib. 2 de off.* Quis vtilem iudicet alienæ causæ, quem videt inutilem vitæ suæ. *Qui sibi est nequam, cui bonus erit*? Tertio, quærere debemus consilium à propria conscientia. *Omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis*, quia sicut quis vellet aliis consulere, sic & sibi ipsi debet facere, & illud donum Spiritus sancti expellit auaritiam, & hoc fit, cum Spiritus sanctus per donum consilii consulit terrena despicere, & cœlestia appetere, quia terrena modicum valent in præsenti vita, quia solum ad sustentationem corporis, & in morte nihil prosunt. *Non proderunt diuitiæ in die vltionis.* Item quia, non possunt transferri ad aliud seculum. *Diues cum dormierit, nihil secum aufert.* Item post mortem sæpius nocent multis, quando reddituri sunt rationem de ipsis temporalibus quomodo lucrata sint, quomodo possessa, & quomodo expensa sint ad minimum quadrantem. Sed spiritualia bona sunt appetenda, quia valent in vita, & hoc fit cum faciũt opera nostra meritoria. Item in morte. quia faciunt hominem feliciter mori. Item post mortem quia vitam æternam tribuunt. *Ber in ep.* Bona mors iusti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter securitatem. *Damas.* Mors sanctorum somnus magis est quã mors. Laborauerunt .n. in præsenti sæculo, vt viuant in seculum. Septimũ ...

Eccle. 14.

Eccle. 12.

Prou. 11.

Ioan. 17.

Dam. l. 4.

xtum, donum est intellectus; per illud donum Spiritus sanctus docet nos intelligere Deum in nobis, & in creaturis. Nam per magnitudinẽ & latitudinem huius mundi, potẽtiam, Dei agnoscimus, quia ipse est omnipotens, quod in hoc patet cũ posset adhuc infinitos mundos ex sua potentia creare. Item per decorem cœli & mundi, & creaturarum, sapientiam Dei intelligimus. Item per bonitatem & vtilitatem creaturarum, Dei bonitatẽ intelligimus. ergo quando vides aliqua pulchra, & dulcia gustas, per hoc intelligere, & cogitare debes cœlestia. *Ber.* Dulcedo omnium creararum si quis iuste aduertit, nihil aliud est nisi quod ad istam dulcedinem æternam nos inuitat; & illud donum expellit peccatum gulæ; quia propter donum intellectus sumimus cibum & potum, & vtimur creaturis Dei ad honorem ipsius, & ad utilitatem nostram & sic resecatur superfluitas gulæ. Septimũ donum est donum sapientiæ. Sciendum q; sapientia dicitur quasi sapida scientia, quia per hoc donũ Spiritus sanctus dat nobis sapere cœlestia, quæ dulcedo præcellit omnẽ dulcedinem huius mundi. vnde *Basi.* O dulcedo melliflua, dulcedo miranda, quam dulcis es in meditatione, sed dulcior in oratione, dulcissima in contẽplatione, sed superdulcissima in beatitudine; imo tãta dulcedo est in æterna patria, q; est inexplicabilis, & interminabilis

vnde tanta, est dulcedo, quod si cœlum aperiretur, & minimũ gaudium alicuius parui sancti videretur, quamuis à nobis remoti sint, tñ totus mundus sufferre non posset hoc gaudium. Si autẽ poss bile esset q; sufferre posset, tunc nullum cor est adeo triste, quin lætificaretur; nec aliqua pœna est tam amara, quam homo sentiret, siue ignẽ, siue aquam bullientẽ, imo nec ipsã mortẽ corporalem, quid tunc erit cũ nos illuc venerimus, & cũ Deo & omnib. sanct s gaudebim⁹ Deũ videre est ita delectabile, quod *Au.* dicit quod potius vellet esse in inferno, & Deum v dere, quam in cęlo, & eius visione carere. vnde Ps. *Quoniã mille anni ante oculos &c.* Et illud donum expellit peccatum luxuriæ, quia secundum *Greg.* Gustato spiritu desipit omnis caro. *Aug.* Gaudium diuinæ dulcedinis non degustas, si carnali delectatione cor maculas.

De vocatione Hominis ad gratiam. Serm. LXXIV.

Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. (Ioan. 6.) Sciendũm, quod circa verba prædicta tria sunt dicenda. Primo, quomodo, Deus trahit & vocat hominem multipliciter. Secundo, quomodo aliqui non audiunt, & aliqui audiunt & aperiunt; Item aliqui audiunt & aperiunt, sed eum diu non retinent; aliqui audiunt & aperiunt, & eum manere permittunt. Tertio, quid sentiendum sit de prædestinatione. Quantum ad primum, sciendum quod Deus trahit & vocat ad se nos multipliciter. Primo, per internam inspirationem. *Audiam quid loquetur in me Deus*, (Psal. 84.) quia bonæ inspirationes sunt à Deo. Nõ (2. Corin. 3.) sumus sufficientes cogitare aliquid quasi à nobis, vnde quotiens, cogitationes bonas habuisti, totiens vocatus es à domino: sed nunquam vel raro est aliqua dies, quin homo habeat plures bonas cogitationes: ergo nũquam est dies quin Deus trahat, & vocet nos ad se. *Vocabis me & ego respondebo tibi*; (Iob. 14.) hæc responsio nihil aliud est, nisi quod quando homo habet bonam cogitationem, quod intelligat eam esse diuinã vocationem, & ei acquiescat. Secundo, vocat hominem per prædicationem exteriorem, quod contingit cum in ore prædicatoris tantum sunt verba vitæ, quæ licet sonent ex ore prædicatoris tamen sunt verba Dei. *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis &.* (Matt. 10.) *Qui vos audit me audit.* (Luc 10.) Quod .n. Christus prædicatores tanquam nuncios mittat vocare inuitatos ad nuptias. patet Matt. 22. vbi dicit *Misit seruos suos vocare ad nuptias inuitatos.* In qua vocatione relucet super nos magna & singularis Dei misericordia, quia multis in incredulitate sua dimissis, vocat nos singulari-

gulariter: & ideo si hac gratia vocationis abutimur, Euangelio non credentes, & gratiam vocationis contemnentes, grauius his, quibus non est missa talis vocatio, cõdemnabimur: Ioan. 15. *Si non venissem, & eis locutus fuissem, peccatum non haberet: nunc autem excusationem de peccato suo non habent.* Ergo talis vocatio nobis missa per prædicatores, cum omni reuerentia & deuotione est audienda, tanquam verum verbum DEI. *August. in lib. de discip. Christ.* Christus est qui docet, audiamus, timeamus, faciamus. Vnde *Gloss. sup. Luc.* Beati, qui audiunt verbum Dei, & mente recondunt, & opere complent, vt possideant vitam æternam. Tertiò vocat per exempla sanctorum bonorum hominum: Ergo quoties audis vel vides hominem virtuosum, toties pulsat & vocat te Christus ad bonam & virtuosam vitam. Et sic multi peruersi & mali trahuntur ad DEVM per exempla bonorum hominum, quæ vident, vel audiunt. *Gregor.* Nunquam peccatores ad lamentum pœnitentiæ redirent, si nulla essent bonorum exempla, quæ eorum mentem traherent. *Exemplum.* Erat quidam secularis, qui tempore mediæ noctis audiuit Fratres de Ordine Prædicatorũ alacriter cantare matutinas Sabbatho die de B. Virgine. & cogitauit, qualiter tu iaces miser homo, cùm isti iam DEVM suum laudant, & sic compunctus Ordinem postmodum intrauit: & in eo per multos annos laudabiliter vixit. Quartò, vocat per beneficia quotidiana, scilicet per sanitatem corporis, per diuitias quas homini largitur, per honores, per cibum, per potum, quia dat homini aues in aere, pisces in aquis, animalia in syluis cibum, & sic de aliis. Et per alia beneficia Deus nititur nos ad se trahere, scilicet vt cogitemus, si iam in præsenti benefacit nobis, cùm adhuc sumus peccatores inimici ipsius, quid tunc faciet nobis in futuro, cùm erimus amici ipsius? *Bernar.* loquens de Dei beneficiis, dicit: Cœlum tibi seruit per suum motum, cœli luminaria per suum fluxum, Sol causat tibi diem, Luna illuminat tibi noctem, ignis temperat aeris frigiditatem, aer tibi mitigat ignis caliditatem, aqua mundat tibi fœtorem, mitigat tibi sitis ardorem, & fœcundat tibi terræ rigorem, terra verò sustentat sua soliditate, recreat sua fœcunditate, delectat sua amœnitate. Psal. 114. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Quintò, vocat per flagella, quãdo enim homo non vult aduertere bonas inspirationes, nec curat sermones, nec exempla, nec beneficia DEI possunt eum emollire, tunc Deus per suam bonitatem flagellat hominem, vt tamen sic cõuertatur ad eum. *Gregor.* Mala quæ nos hic premunt, ad DEVM ire compellunt. Ergo quoties aliquam aduersitatem sustinuisti

sti omnibus diebus vitæ tuæ, toties vocatus fuisti à Deo ad emendationem vitæ, sed, heu, plures hoc non intelligunt: *Noluit intelligere, vt bene ageret.* Cùm tamen iumentum cognoscit, cum percutitur, si errat, vt ad viam rectam redeat, sed homo rationalis hoc non vult intelligere. Psal. *Vir insipiens non cognoscet hæc.* Ergo cùm Devs affligit te cum infirmitate corporis scilicet, quia dentes, oculos, caput doles, intellige hanc esse vocem Domini. Item similiter, si paupertate, vel infortunio, vel aduersitate qualicunque grauaris, tunc suscipe Domini nuntium, & conuertere à peccatis tuis: *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.* Item: *Domine in angustia quæsierunt te.* Item: *Compelle intrare.* Gloss. Qui hic aduersitate funguntur, ad Devm ire compelluntur. *Gregor.* Felix necessitas, quæ compellit ad meliora. Item *Greg.* Misericorditer adhibet Devs temporalem seueritatem, ne æternam inferat vltionem; ideò hic quibusdam parcit, vt eos in perpetuum feriat: ideò hic ferit non parcendo, vt in æternum parcat. Sextò vocat nos per bonorum promissionem in futuro: *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me.* Item: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* In hac vocatione promittit seipsum æternaliter fruendum: *Ego ero merces tua magna nimis.* Item Angelos & sanctos in fratres, & beatam Virginem in matrem, & omnium electorum gaudia & merita in possessionem. *Gregor.* Quis enarrare sufficiat, quantum gaudium quælibet anima suscipiat de sanctorum Patriarcharum humilitate & simplicitate, Prophetarum credulitate & fœlicitate, Apostolorum charitate, & magna diligentia, de Martyrum stabilitate & patientia, Confessorum pietate & clementia, Virginum castitate & continentia? Reuera lingua & vox deficit, quia intellectus capere non sufficit, quantum sit gaudium choris Angelorum interesse, præsentem Dei vultum videre, nullo metu mortis affici, incorruptionis perpetuo munere lætari. Ergo quoties occurrit memoriæ de gaudiis cœli, toties intellige vocem Dei te vocantem. Septimò vocat per malorum comminationem in futuro. *Bernh.* Devs volens nobilem creaturam, scilicet hominem reuocare, inquit: Si inuitum coegero, asinum habebo, nunquid asinis dabo regnum meum? scio, quid faciam: homo timidus est, terrebo eum, si forte sic conuertatur, & viuat, & comminatus est acerbiora, quæ excogitari possunt, tenebras scil. æternas, vermes immortales, ignem inextinguibilem. *Aug.* Væ illis, quibus præparatur dolor vermium, ardor flammarum, sitis sine potu, fletus & stridor dentium, vbi mors optatur, & non dabitur, vbi nullus

Psal. 35. Psal. 91. Psal. 15. Esa. 26. Luc. 14. Eccles. 24. Matth. 11. Genes. 15. Gregor. in moral.

nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat: ergo quoties occurrerit memoriç tuæ pœna damnato-
K rum, toties Christus trahit te, & vocat te. Octauò vocat nos per suam amaram passionem: Ioan. 12. *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*. In signum huius tunc septē suauitates circa passionem Christi inuenimus, scilicet capitis inclinationem ad osculum, in signum nostræ reconciliationis, brachiorum extensionē in amplexum, in signum exceptionis ad gratiam de peccato redeunti, lateris apertionem ꝓpter effusionem pretii nostræ redemptionis & ablutionis. Exiuit enim sanguis in signum redemptionis, & aqua in signum ablutionis, clauorum in manibus & pedibus infixionem propter memoriam recordationis. Esaiæ 49. *Nunquid mater obliuisci &c.* corporis denudationem in exemplum nostræ confessionis, quæ scil. debet esse nuda; crucis portationem in exemplum nostræ imitationis, coronæ impositionem, in figuram nostræ glorificationis. Hæc omni tempore teneas memoriter, sic tunc incipis proficere de virtute in virtutem. Quantum ad secundum dicendum, quòd quamuis Dominus nos multipliciter trahit, & vocat, sicut dictum est, tamen qui-
L dam sunt, qui pulsantem Dominum non audiunt, nec aperiunt, nec respondent, vt obstinati, & indurati, qui nec per inspirationem, nec per prædicationem, nec per beneficia, nec per exempla, nec per flagella, nec per passionem Christi, nec per gaudia cœli, nec per pœnas inferni emolliri possunt. Tales duri sunt, vt adamas, qui nec malleis, nec igne emolliri potest: Zachar. 1. *Cor suum posuerunt vt adamantem*: imò tales obstinati duriores sunt quàm adamas, quia quamuis adamas non potest confringi cum malleis, nec igne comburi, tamen cum calido sanguine hirci emollitur, sed isti duri & obstinati, nec malleis inferni, nec cœli gaudiis, & quod plus est, nec sanguine hirci CHRISTI emolliri possunt. *Bernh. in sermo.* Putas, ne Filium Dei reputat Iesum, quisquis est iste homo, qui ipsius non terretur comminationibus, nec attrahitur promissionibus, nec præceptis obtemperat, nec consiliis acquiescit, & si fatetur ore, se cognoscere Deum, factis tamen negat. Secundi sunt, qui Christo vocante humiliter respondent, sed tamen faciunt abire, nec ei aperiunt; vt sunt illi, qui se peccatores humiliter confitentur, sed adhuc non habent voluntatem deserendi peccata, nec se ex toto emendādi. Et tales sunt similes illis, qui ad cœnā vocati venire noluerūt, sed humiliter se excusari rogauerunt, dicentes: *Rogo te, habe me excusatum.* Greg. Humilitas sonat in voce, sed dum venire contemnunt, superbia est in actione, si tales aliquando in aliquo se emendant,

scilicet

scilicet in vno peccato, non tamen in alio & in hoc volũt seruire duobus dominis, scilicet Deo in illo, in quo se emendant, & diabolo in illo, in quo se nõ emendant. Verbi gratia: Quandoque quis se emendat, quòd amplius non vult fornicari, nec inebriari &c. sed superbiam nõ vult dimittere. Item in futuro non vult amplius vsuram recipere, sed vsuram iam receptam non vult restituere, & sic de aliis. vnde *August. in Epist.* Si res aliena, propter quam peccatum est, cùm reddi potest, non redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur, quoniam non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si restitui potest. Tertii sunt, qui Christum audiunt, id est, prædictas monitiones, & respondent, quia recognoscunt & confitentur se peccatores, & aperiunt, quia auertunt se à peccatis per contritionem, confessionem, & satisfactionem, sed nõ diu Christum retinent, nec eum diu apud se requiescere permittunt, quia aliis hospitibus superuenientibus eũ quasi pauperẽ eiiciunt, aut certè, quia domus multis vtensilibus ineptis plena est, nõ inuenit vbi caput suum reclinat. Vtensilia, quæ Christum inquietant, sunt occupationes superfluæ rerum temporalium. *Gregor.* Solicitudo temporalium mors est, & excæcatio spiritualium. *Bernhar.* Preoccupatio in secularibus desideriis animam sanctam declinat, nec misceri poterunt vana veris, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis, vt pariter sapias, quæ sursum sunt, & quæ super terram. Hospites verò Christum expellentes sunt tentationes, vel tribulationes, vel etiam carnales delectationes, quia vbi ista sunt, Christus quiescere non potest, signanter quando homo superatur talibus, tunc Christus expellitur. Vnde multi, quando audiunt in sermone de damnis peccatorum, scilicet superbiæ, luxuriæ &c. tunc compunguntur, & sic audiunt Christum, & aperiunt sibi per contritionem, confessionem & pœnitentiam, sed non diu eum requiescere permittunt, quia quando tentationes vel tribulationes, vel delectationes eos è cõuerso infestant, tunc redeunt ad eadem, quasi nunquam ea defleuissent. Similiter in sacris temporibus, scil. in aduentu & quadragesima conuertuntur, sed sacris diebus elapsis, ad eadem peccata redeunt & recidiuant. Contra quos dicitur: *Salua animam tuam, & noli respicere post tergum.* Item: *Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retró, aptus est regno Dei.* Talib⁹ sic Christum expellẽtibus per recidiuationem dicere potest Christus illud: *Maius est hoc malũ quod nunc agis, quàm quod antè fecisti*: sicut qui pauperes hospitio de sero acciperet, & eos de nocte contemptibiliter eiiceret; sic talis Christo facit, qui eum de die, i. e. in gratia recipit, & postmo-

August. in Epist.

Gregor in Moral.

Bernh. in serm.

Gen. 19.

Luc. 9.

2. Reg. 13.

& postmodum de nocte, i. e. per culpã è conuersio eiicit. vnde *Chrysost.* O homo cogita, grauiorem esse culpam post veniam. *Greg.* Minoris excessus est, veritatem non agnoscere, quàm in ea agnita nõ manere. Quarti sunt, qui Christũ audiunt, sc. in admonitionibus prędictis, & aperiunt per pœnitẽtiam, & quiescere eũ permittunt per perseuerantiam, vt boni qui perseuerant in bono incepto, & nulla occasione à Deo separari volunt, quia nec vtilitas, nec damnũ, nec mors, nec vita, nec tribulatio, nec paupertas &c. eos separare potest à Christo. Sic quilibet Christianus stare debet, quòd potius vellet mẽdicare, & omnia sua perdere, & in communi loquendo, omnem pœnam potius sustinere, imò potius vitam suam perdere, quàm Deum scienter cum vno peccato mortali offendere, & si quando peccat ex infirmitate, statim per veram contritionem & pœnitentiam resurgere debet: *In quacunque hora peccator ingemuerit, &c.* Et cum talibus Spiritus sanctus mansionem facit. *Greg.* Qui verè Deum diligit, & mandata eius custodit, in eius cor venit Dominus, & mansionem apud eum facit: & illi salui fiunt, qui sic in bono perseuerant, quia multorum est incipere, paucorum verò finire. Quia iam plures in inferno damnati sunt, qui quandoq; bonam vitam inceperunt, sed quia non perseuerauerunt, ideò

Chrys. in hom.

M

Ezech. 18.

damnati sunt. vnde *Isid. de sum. bon.* Salus incipientibus promittitur, & præmium perseuerantibus datur. *Bernard.* Perseuerantia est virtus, sine qua nemo videt Deum. vnde: Qui perseuerat vsque in finem, hic saluus erit. vnde exemplum. Contigit, quòd quadraginta Christiani erant captiuati per gentiles, & positi fuerunt tempore hyemali in vnum dolium plenum aquæ, & cùm sic martyrizarentur, quidam gentilis quadraginta Angelos vidit quadraginta coronas tenentes super capita eorum. Tandem vnus ex eis dixit, fidem Christianam se negaturum, dummodo exponeretur de dolio: & cùm fuisset expositus, vnus Angelus cum vna corona volauit in cœlum. Quod iste gentilis videns, dixit: & ego credo in illum, pro quo isti patiuntur hãc pœnam: & positus fuit in locum illius. Et iste, qui fuerat expositus, quæsiuit ab eo, quis tam subitò eum conuertisset? Ille dixit ei quæ videret: & sic istam coronam amisit, quia in bono non perseuerauit, quamuis bene incepit: & iste gentilis, qui perseuerauit in pœna, cum aliis accepit coronam æternam. *Bernard.* Vitam ego puto esse bonam, mala pati, & bona facere, & sic perseuerare vsque ad mortem. Sed ¶ quantum ad tertium, sciendum, quòd multi insipientes dicunt; qui prædestinatus est ad vitam, perire non potest, quare frustrà conabor; quod futurum est. fiat. Ecce quanta

Bernh in serm.

N

ta

ta dementia? Nullus vulneratus aut æger dicit: quicquid medicus facit, frustra est; quod futurum est, fiat: ecce nolunt animæ suæ dare legem quàm corpori tribuunt: dicunt enim: nolite commoueri, si DEVS vult, saluabimur, & tamen non dicunt; nolite cibum parare, nolite vestimenta sarcire, si DEVS vult, pascit & vestit nos: nunquid sine studio æterna habere possunt, similiter & temporalia? Respondetur, quòd non: imò DEVS requirit studium nostrum in illis, qui ait: *Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.* Matth. 6. Præscientia DEI non infert alicui necessitatem, nullus enim damnatur, nisi pro illis quæ sunt in libero arbitrio gesta. DEVS non compellit ad bonum, vel ad malum, sed in homine est sequi Deum vel diabolum, & cùm Dominus aliquos ad se trahit, hoc est ex mera diuina gratia: imò DEVS Pater omnes trahit, quia omnibus offert gratiam: non tamẽ omnes trahuntur, vel veniunt ad Christum; quia si omnibus offeratur gratia, non tamen omnes recipiunt. Attende homo: Ecce, si modò igne vel aqua aut hostibus repleta esset hæc ciuitas, vel vallis vna, & nullo modo euadere posses, nisi in turrim altissimam trahereris, & amicus tuus stans super turrim fune inferius demisso paratus esset te & quemlibet volentem trahere sursum: si ergo funem manu non apprehenderes, vel si iam traheris, & in media via funem relinquens, caderes, certè culpa esset tua, quòd non euaderes. Sic est & de fune gratiæ & charitatis, per quem Deus, qui est verus amicus, paratus est nos omnes trahere ad alta. Sciendum, quod licet prædestinatio sit vera & certa, & mutari non potest, quo ad Deum; tamen liberum arbitrium, quãtum ad nos, manet ad vtrumlibet: Ad hoc potest adduci exemplũ naturale. Si video cœcũ aliquem in biuio, scio, quòd si tendit per viam, quæ ducit ad foueam, cadit in eam; si verò vadit per viam rectam, euadit eam, quantum visus meus operatur ad viam cœci, tantum ad damnationẽ hominis præscientia Dei. Excepto, quòd ego nõ possum scire, quam viam tenebit cœcus. Exemplum. Fuit quidam deuotus vir in monasterio, cui sæpe reuelationes fuerunt datæ diuinitus. Quod quidam frater alterius monasterii sciens, institit apud eundẽ, vt Deum oraret, quatenus ei dignaretur ostẽdere, si ipse esset in numero saluãdorum: & cùm ille vix precibus victus, orationi instando, hoc à Deo postularet, ostensum est sibi, quòd iste frater esset de numero damnãdorum; vnde timens fratrem illum turbare per aliquos dies hoc sibi celauit, sed tãdem requirenti inuitus aperuit. Ille autẽ hoc audiens, & scripturas intelligens, statim respõdit: benedictus Dominus Deus; nec tamen desperabo, sed pœnitentiam,

tiam, quam per ingressum religionis assumpsi, duplicabo & triplicabo, donec gratiã & misericordiam apud altissimum, qui pius est, inueniam. Et post in breui reuelatum est eidem fratri, quod iste frater esset de numero saluandorum, quod cùm eidem fratri retulisset, iste lætus effectus de reuelatione, fortior factus in opere, ac viriliter agens, & de virtute in virtutem progrediens, in bono perseuerauit sine cessatione.

IN FESTO SANCTÆ TRINITATIS.

Sermo LXXV.

O *Altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia; ipsi honor & gloria in secula seculorum, Amen.* Rom. 11. Sciendum, quòd hodie festum sanctæ Trinitatis institutum est, vt omnes fideles agnoscant vnam simplicem diuinitatem, & trinitatem personarum. Nam celebramus festum de Patre in natiuitate; sicut Pater misit filium suum vnigenitũ, vt omnis, qui in eum credit, nõ pereat. Nam misit in natiuitate Christi & conceptione. Celebramus festum de Filio in resurrectione & Ascensione, sicut Christus resurrexit à mortuis, ascendit ad cœlos. Celebramus de sancto Spiritu in festo Pentecostes; sicut missus est Spiritus sanctus discipulis; sed hodie celebramus festum Trinitatis, scilicet Patris, & Filii, & Spiritus sancti, vt omnes fideles agnoscãt vnam simplicem deitatem & trinitatem personarũ: quamuis enim Apostolus raptus fuerit vsq; ad tertium cœlũ, & ibi audierit diuina & profunda mysteria; tamẽ non fuit ausus mysterium sanctæ Trinitatis curiosè inuestigare; sed in verba admirationis & laudis prorumpens dixit: *O Altitudo &c.* In quibus verbis tria ponit. Primò, quòd beata trinitas & vnitas, quæ est Deus, non debet curiosè inuestigari, cùm dicit: *O altitudo diuitiarum.* Secundo, quod fideliter est credẽda, cùm dicit: *Quoniam ex ipso & per ipsum, &c.* Tertiò, quòd ipsa beata Trinitas deuotè est adoranda, & glorificanda, cùm dicit: *Ipsi honor & gloria in secula, &c.* Sciendum, ¶ O quòd festum Trinitatis signanter principaliter propter tria est institutum. Primò, vt omnes fideles agnoscant vnã simplicem Deitatem, & trinitatem personarum, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Modò ad confirmandum fidem nostram, tunc fides trinitatis potest probari. Primò, per auctoritatem diuinam, & scilicet sacram Scripturam: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*: quod est verbum Patris ad Filium, & ad Spiritum sanctum: quod ergo dicit, *Faciamus*, indicat pluralitatẽ personarum; quia si non esset pluralitas in Genes. 1.

personis, non diceret, faciamus, sed faciam; nec diceret, nostram, sed meam; quia verò dicit ad imaginē & similitudinem, pertinet ad vnitatem substantiæ: quia si ibi non esset vnitas substantiæ, non diceret ad imaginem & similitudinem, sed ad imagines & similitudines nostras. Secundò, ostenditur beata Trinitas testimonio Angelorum. Nam sicut habetur: *Angeli quotidie clamant & dicunt, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth: plena est omnis terra gloria eius*: quòd dicitur ter, Sanctus, respicit Trinitatem personarum, & semel, *Dominus Deus*, respicit vnitatem substantiæ. Tertiò, ostenditur auctoritate Psalmistæ dicentis: *Benedicat nos Deus, Deus noster benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ*. In hoc quod dicitur ter, *Deus*, ostenditur trinitas personarum, & quòd dicitur in singulari, ostenditur vnitas essentiæ. Quartò, ostenditur in Euangelio, vbi Christus dicit discipulis suis: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Quintò, ostenditur per dictum Ioannis Apostoli: *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus & hi tres vnū sunt*. Sextò, ipsa trinitas & vnitas ostenditur vestigiis creaturarū; non est enim creatura aliqua, quæ sibi valeat ex toto assimilari; sed tn̄ aliqua similitudo in potest bene inueniri, Patet hoc primo de Sole: nam secundùm Aug.

Esa. 6.

Matt. 25.

1 Ioan. 5.

In Sole tria considerantur, sc. quod est, quod lucet, & quod calet, id est, substantia solis, radius & calor. Radius de sole nascitur, quia Filius de Patre generatur: Calor ab vtroque progreditur, quia Spiritus sanctus ab vtroque, id est, à Patre & Filio procedit. Ipse autem Sol à nullo procedit, quia Pater non est factus, nec creatus, nec genitus. Et tamen omnia tria prædicta sunt vnus Sol; sic omnes tres personæ sunt vnus Deus. Item cognoscitur in fonte: Fons enim generat riuulum, sicut Pater generat Filium. Et fons & riuulus faciunt stagnum: sic Pater & Filius spirant Spiritum sanctum; & tamen in fonte, riuulo, & stagno est eadem aqua; sic in Patre & Filio & Spiritu sancto est eadem substantia. Item si speculum ponitur in aqua clara contra Solem, tunc tres Soles apparent, vnus in cœlo, & duo in radio. Sic inspiciendo sacram Scripturam, inueniemus trinitatē personarum, & vnitatem essentiæ. Item inspiciendo creaturas, intelligere debemus Trinitatem. Nam in magnitudine creaturarum agnoscimus potentiam Patris, sicut in altitudine cœli, & latitudine terræ, & sic de aliis. Sed in decore & speciositate cognoscimus sapientiam Filii, & in bonitate & vtilitate creaturarum intelligimus bonitatem Spiritus S. Secundò institutum est festum Trinitatis, vt homo mortalis contēpletur, quantum

tum.

tum beneficium recepit quod ad imaginē Trinitatis est creatus. *Ber. in serm. de quadragesima.* Cogita qualem te fecit Deus; nempe secūdum corpus egregiam creaturam sed secundum animam magis, vtpote imaginem creatoris. Nam homo dignitate præcellit omnes creaturas corporales. vnde *Aristo de reg. prin.* dicit nobilissimū animalium est homo. *Idem 7. poli.* Inter omnia animalia solus homo habet rationem. Sed diceres; quō homo ad imaginē Dei est creatus? Respōdeo, primo quantū ad immortalitatem, quia sicut Deus est immortalis, sic & anima *Arist. Topicorū.* Anima hominis est immortalis. vnde *Aug.* Anima est substantia creata inuisibilis, incorporea, immortalis, Deo simillima, nullam imaginem habens nisi creatoris sui. Imo etiam secundum corpus homo fuit creatus, q; debuit esse immortalis. sed quia peccauit propterea factus est mortalis. vnde *Greg. in moral.* Ad hoc homo in Paradiso positus erat, vt si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret, ad cœlestem patriam, & ad societatem angelorum quandoque sine morte carnis transiret. Sic nāque immortalis est conditus, vt si non peccasset, etiam mori non potuisset. Sed modo anima est immortalis, & post hanc vitam habebit vel gaudium vel supplicium; sed post iudicium tunc corpus erit etiam immortale, sic quod homo post iudicium æternaliter viuet, cū corpore & anima vel in pęnis, vel in gaudiis. Secundo, homo ad imaginem Dei creatus est quantum ad dominationem, quia sicut Deus est domin⁹ omnium, sic homo omniū creaturarum. Psal. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* *Psal. 8.* Quia si homo in statu innocentiæ permansisset, omnes creaturæ ei subiectæ fuissent, scilicet volucres cœli, & pisces maris, & animalia in terris. Sed quia homo suo creatori inobediens extitit, ideo obedientiam creaturarū pro magna parte perdidit. Item Deus omnia quæ sunt in cœlo, & in terra propter hominem creauit: hoc patet. Nam angeli seruiunt hominibus; Similiter luminaria cœli seruiunt homini. Nam sol causat tibi diem, luna illuminat tibi noctem, ignis temperat tibi frigiditatem, aer dat tibi spiramen, aqua mundat tibi fœtorē, & mitigat tibi sitis ardorē, terra profert tibi fruct⁹, scilicet frumentum & vinum, aqua profert tibi pisces, ouis profert tibi lanam, cū qua tegis corpus tuū & sic de aliis. Ergo homo est Dn̄s omniū creaturarū; ergo tenetur Deum laudare præ omnib. creaturis. Tertio homo creatus est ad imaginem Trinitatis, & hoc in tribus potentiis animę scilicet, memoria, intelligētia, & volūtate; vt .s. memoria sit camera patris in qua habitet per continuā recordationē; intelligētia sit camera filii in qua habitet p veræ fidei cogitationē, voluntas

sit camera Spiritus sancti, in qua habitet per amorem; vt homo in vera charitate volũtatem suá conformet voluntati diuinæ. Tertio, festum Trinitatis institutum est, vt homines incitentur ad gratiarum actiones ipsi Deo qui talem gloriã nobis hic reuelauit in fide, scilicet donando nobis cogitationem sanctæ Trinitatis per fidem, & in futuro reuelatur nobis in specie. *Videbimus eum sicuti est. Hæc ē vita æterna, vt cognoscant te &c.* Vnde merito dicere debemus Apo. *Ipsi gloria in secula.* Ideo sanctus *Hier.* illũ versum *Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto &c.* in fine psalmorum decãtare instituit. Et eundem versum quilibet cũ magna reuerentia corporis & deuotione mentis decantare vel legere debet. Nam confessio sanctæ Trinitatis, si deuote, & cum reuerentia nominatur, valet principaliter ad tria. Primo, ad dœmonum expulsionem. Quod significabatur in quodam fideli notario apud Constantinopolim, de quo legitur, quod cum quidá magus ad quendam locum eum duxisset, vbi multitudo dœmonũ residebat, vnus eorum in throno sedẽs: interrogauit eũ, si vellet ei seruire; & iste signauit se signo crucis, dicens: Ego sum seruus S. Trinitatis: & viso signo & audito nomine sanctæ Trinitatis omnes aufugerunt. Cum igitur prædictus notarius ad ecclesiam sanctæ Sophiæ venisset, imago Christi quæ ibi erat, oculos ad ipsum quocunq; per ecclesiam pergeret, conuertebat, ac si ipso facto Christus sibi diceret; quia confessus me fuisti coram dæmonibus in terris, ego confitebor te coram patre meo in cœlis. Secundo, videlicet ad tribulationis propulsionem. Nam sicut dicit. *Ioan. Damasce.* Cum apud Constantinopolim pestilentia grauis esset, quidá puer de medio populi in cœlum raptus, canticũ sanctæ Trinitatis, scilicet, Sancte Deus, sancte fortis, sancte immortalis, & misericors saluator, miserere nobis ab angelis est edoctus; quem cum rediẽs coram populo decantasset, mox omnis pestilentia est fugata. Tertio, valet ad malorũ confutationem & cõuersionem. Sicut .n. refert. *Bona. 3. libr.* quem scripsit ad comitissam Matildam, cum archiepiscopus Chrodin. symoniacus esset, & & omnes testes pecunia corrupisset, quidá legatus, vir sanctus præcipit ei vt versũ sanctæ Trinitatis, s. Gloria Patri & Filio &c. diceret, rogans Deum, vt si symoniacus esset, Spiritum sanctum, cui iniuriam fecerat, nominare non posset. Quod factum est & sic iste deprehensus, peccatum suum humiliter confessus fuit, & pœnitentiam egit. Modo loquendo modicum de euangelio hodierno, tunc primo quæritur quare hoc euangelium hodie legitur. Respondetur, q. ideo, quia quælibet persona in diuinis euãgelio hodierno apte exprimitur, Nam

Ioan 3. *Ioan. 17.* *Rom. 11.*

Nam persona est filii illa, quæ loquitur, sed persona patris exprimitur, cum dicitur: *Scimus quia à Deo venisti magister*; & persona Spiritus sancti ostenditur, cum dicitur. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto,* & illud *Spiritus vbi vult spirat*: Exprimuntur autem personæ diuinæ cum suis appropriatis. Cum .n. patri attribuitur potentia, filio sapientia, Spiritui sancto bonitas; nunc persona patris exprimitur cum sua potentia, cum dicitur: Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo? quia signa facere est, diuinæ potentię. Exprimitur persona filii cũ sua sapientia, cum dicitur: *Scimus, quia à Deo venisti magister,* ad magistrum .n. spectat sapientiã docere. Exprimit etiam persona Spiritus sancti cũ sua bonitate, cum dicitur: *Spiritus vbi vult spirat.* Non .n. ex nostris meritis, sed ex sua gratuita bonitate se nobis infundit. Sed quæritur quare Patri attribuitur potentia, Filio sapientia, Spiritui sancto bonitas; cum tamen oẽs tres personæ, s. Pater & Filius, & Spiritus sanctus habeant eandẽ potentiã, & sapientiam, & bonitatẽ? Respondetur secundum *Aug. in li. de Trinitate*: In creaturis solet notari in patre defectus potentiæ ꝓpter antiquitatẽ. In filio solet notari ignorãtia propter iuuentutẽ, & inexperientiã. Et spiritus videtur sonare in vehementiã. *Quiescite ab homine, cuius spiritus in narib. eius* *Isa. 2.* *est.* Et ne putetur similiter esse in diuinis, sicut in creaturis, tunc patri non solum attribuitur potentia, sed omnis potentia, ne videatur senior, & ob hoc in symbolo dicitur. Credo in Deum patrem omnipotentem. Et filio non solum sapientia, sed etiam omnis sapientia & scientia attribuitur, ne videatur minor, aut minus sciẽs, aut minus expertus, & Spiritui sancto attribuit᷑ bonitas, ne putetur crudelis, aut vehemens vnde Ps. *Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã.* *Psal. 142.* Quamuis autẽ Deus pater sit omnipotens, duo tamen sunt in ipso, & duo in nobis quę ipsum vincere videntur. ¶R Primum est, sua pietas viscerosa. *Conturbata sunt omnia viscera mea super eum, miserans miserebor eius.* *Hier. 31.* *Augustinus*: Tardius quidem videtur à Deo peccator veniam suscipere, quam Deus velit dare. Libentius dat veniam Deus, quam reus eam petit. Sic enim festinat absoluere reum à tormento conscientiæ suæ, quasi eum plus cruciet compassio miseri, quam ipsum miserum passio sui. Secundum est, sua charitas affectuosa, quæ ipsum de cœlo ad terram deposuit. *Aug.* O charitas, quam magnas vires habes, Deum de cęlo ad terram deposuisti, ipsum etiam ad crucem ascendere fecisti. Nihil autem cum esset omnipotens, eum coartare potuit, nisi sua pietas & viscerosa charitas. Tertium est, oratio nostra lachrymosa, quod

quod significatur in Ezechia rege, cuius lachrymę vicerunt eũ vt sententia mortis super eum non procederet, sicut tunc propheta à domino nunciauerat. *Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas, ecce, adiiciam ad dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorum eruam te.* Idem etiã patet, de Moyse, cui Deus dicit: *Dimitte me, vt irascatur furor meus, &c.* *Bernardus*: O humilis lachryma, tuum est regnum, tua est potentia, ante conspectum iudicis non vereris intrare, sola si intraueris nunquã redibis, quicquid petieris obtinebis, vincis inuincibilem, & ligas omnipotentem. Quartum est, nostra humilitas gratiosa. Istud inuenitur vbi dominus dicit Heliç. *Nonne vidisti Achab humiliatum coram me, quia ergo humiliatus est non inducam malum in diebus eius.* Hoc etiam patet de Niniuitis, quorum humilitas vicit Deum. *Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt &c.* Item sciendum, quamuis filius sit sapientissimus, tamen scienter permittit se decipi venditione, emptione, & commutatione, In uenditione, quia vendendo nobis regnũ cœlorum permittit se à nobis decipi infra dimidium iusti pretii. Ipsum enim vendiderat Apostolis pro retibus, & parua nauicula, Zacchæo ꝑ dimidia substantia, viduæ pro duobus minutis, quibusdã pro calice aquæ frigidæ vt habetur Matt. 10. Quibusdam pro sola bona

Isa 38.

3. Reg. 21.

103.

voluntate. Hie. Quæ offeruntur nõ sui pondere sed offerrentium pensantur voluntate *Aug.* regnum cœlorum tantũ valet quantum habes. Secundo, permittit se decipi à nobis in emptione, quia vilem nostrã carnẽ pretio emit &, corpus nostrum magno sui sanguinis. *Empti. n. estis. &c.* animã nostram emit positione animæ suæ. *Ille pro nobis animam suam posuit.* Tertio, permittit se à nobis decipi in cõmutatione, quia res nostra nobis in cẽtuplo restituetur, quia habetur: *Centuplum accipies, & vitam æternam possidebis* Sed bonitas, quæ attribuitur Spiritui sancto tanta est, vt ab ea nullus se abscondere possit, iuxta illud. Ps. *Nõ est qui se abscondat à calore eius.* Nã in cœlo est misericordia saluans. *Domine in cœlo misericordia tua.* In purgatorio est misericordia liberãs *Liberasti me à pressura flammæ quæ circumdedit me.* In inferno est misericordia mitigans, qa Deus ibi punit, citra condignum. Ps. *Aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas.* In mũdo vero modo est misericordia conseruans, quantum ad iustos; modo misericordia expectãs, quãtũ ad malos; modo misericordia trahens, quãtum ad duros; qui per beneficia & flagella trahũtur; modo misericordia suscipiens, quantũ ad reuertẽtes, vt posset dici illud: *Misericordia domini plena est terra.* Ista autem misericordia, & bonitas Spiritus sancti est ꝑpria, & innata iuxta

2. Cor. 5.

1. Ioan 3.

Matt. 19.

Psal. 18.

Psal. 35.

Eccle. 51.

Psal. 76.

Psal. 32.

iuxta illud: *Deus, cui proprium est miserери semper, & parcere.* Vltimo, sciendum, quod beata trinitas fideliter est credenda, non curiose inuestiganda, quia hoc vanum esset & stultum, quia homo non posset consequi intentum suum. Sicut enim vanum, & stultum esset oculos huc & illuc spargere, vt illud quod in abysso terræ lateret, videret, cum tamen nihil posset videre, nisi quod extra superius apparet. Sic stultum est & impossibile perscrutari profundum trinitatis. vnde *Aug.* Quid est Deus omnipotens, nisi inæstimabilis & ineffabilis essentia? Secundo, quia hoc periculosum esset: *sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcipit tibi Deus illa cogita semper.* Quod periculosum sit probat. *Aug.* dicens; vbi quæritur vnitas trinitatis patris, & filii, & spiritus sancti, nec alicubi periculosius erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. *Bern.* Scrutari hoc temeritas est, credere pietas, nosse vita æterna. Quod impossibile sit perscrutari sanctam trinitatem patet per tale exemplum de sancto *August.* quod eo tempore, quo libros de sancta trinitate composuit cũ per litus maris sociis à longe sequentibus, quædã de trinitate meditando discuteret, quendam puerum in littore maris inuenit, qui cũ quodam cocleari argenteo in quadam fouea, quam fecerat, aquam de mari effundebat, dicens; se totum mare velle in istam foueam sic haurire. Quo August. in risum prouocatus ait: Quomodo fili hoc facere posses, cum mare sit magnum, & coclear paruum? Et puer: Facilius est mihi hoc agere, quam tibi, quod cogitas adimplere, Tu enim cogitas in libro tuo mysterium trinitatis cõprehendere, cum liber tuus sit paruus ad recipiendum, & ingenium tuũ paruum coclear ad inquirendũ & ipsa trinitas pelagus immensum ad hauriendum, statimque puer disparuit. & *Aug.* Deo gratias agens, quam sit verum, quod puer dixit, recognouit.

Prouer. 25.

Eccles. 3.

In Eodem Festo. Sermo LXXVI.

De Trinitate, & baptismo.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare regnum Dei. Sciendum, quod triplex est natiuitas, scilicet naturalis, spiritualis, & cælestis. Homo igitur, qui natus est natiuitate naturali, nõ potest intrare regnum Dei, nisi iterum nascatur natiuitate spirituali, quæ fit in baptismo, quantumcunque etiam sit renatus natiuitate spirituali, adhuc intrare non poterit regnum cælorum, nisi iterum nascatur natiuitate tertia, scilicet natiuitate cælesti, quæ fit in morte cuiuslibet viri Ioann 3.

 sancti

ſancti. Prima natiuitas eſt homini. ad humilitatem. Secunda, ad iuſtificationẽ. Tertia, ad beatitudinẽ. Puer quidem naſcens natiuitate naturali quatuor facit, quæ vobis ſunt ad humilitatis exemplum. Primum eſt, quod flendo, & non ridendo naſcitur, *Primam vocem emiſi plorans. Aug. de ciuitate Dei*. Puer à ploratu incipit naſcens, prophetizans, quod malorum præſcius ſit. Ideo dicit *Hie.* quod dominus fleuit quando Lazarum ſuſcitauit, ex eo quod amicum chariſsimum propter alios ſaluãdos; ad hoſtilem vitam iterum revocare cogebatur. Secundum eſt, quod puer more beſtiarũ ſcilicet, curuꝰ, & quaſi in quatuor pedibus naſcitur, ad innuendum, quod comparatus eſt iumẽtis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Tertium eſt, quod puer manum ad os ponit, ad innuendũ, quod venit ad tantas miſerias propter peccatum oris primorum parentum. Nam mulier peccauit ore, ſcilicet quando viro ſuo, vt de fructu vetito commederet, perſuaſit. Vir peccauit ore, per fatuã excuſationẽ; Vterque peccauit ore per illicitã comeſtionem. Multi ſunt hodie, qui ſuo ore taliter peccãt, aut mala conſulendo, aut ſe nimis ingurgitando. Quartum eſt, quod puer nudus, & pauper naſcitur. Nudus contra ſuperbiam veſtium. Alia enim animalia naſcuntur cum cutib. pro tunicis, homo vero nudus naſcitur, ergo debet quærere veſtes cõtra frigus & nuditatẽ. Itẽ pauper naſcitur cõtra auaritiã, ergo in modicis debet homo cõtentari. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.* 1. Thim. 6. Secunda natiuitas eſt ſpiritualis, quæ fit in baptiſmo, & de hac ſpirituali natiuitate ſunt propoſita verba, vbi dicitur: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, nõ poteſt introire* &c. vnde hic tria ſunt dicenda. Primo, declarandæ ſunt aliquæ quæſtiones circa baptiſmũ V ¶ Secundo, qui ſit effectus baptiſmi. Tertio, quid illa ſigna, q̃ fiunt ante baptiſmũ, & poſt baptiſmum, ſignificent. Quantum ad primũ quæritur, quis ſit effectus catechiſmi? Reſpõdet ſecundum *S. Th. in 4. diſ. 6.* quod catechiſmus habet effectũ in corpore, & anima, quia minuit poteſtatem dæmonis, ne poſsit tantũ in homine ſicut prius, & ne baptiſmũ & alia bona impediat, Sed poteſtas dæmonis totaliter in baptiſmo tollitur, ſic & Pharao prius flagellatꝰ eſt populo nõ egreſſo de Aegypto, & poſtea populo egreſſo, totaliter in mari rubro, q̃ eſt figura baptiſmi, eſt ſubmerſus. Quæritur, vtrum omnes homines teneantur ad baptiſmũ? Reſpõdetur ſecundũ *S. Th. in 4 diſt. 6.* q̃ quilibet tenetur etiã ſanctificatus in vtero ꝓpter tres rationes. Primo quidem propter acquirendã characterem, quo adunetur populo Dei, & deputetᷣ ad percipiẽda ſacramẽta, Secũdo, vt per baptiſmi ſuſceptionem conformetᷣ corporaliter paſsioni Chriſti. Tertio propter bonũ obedientiæ, quo ad preceptũ de baptiſmo omnib. datum *Niſi quis renatus fuerit ex aqua* &c. Ioan. 3. Quæritur,

ritur, vtrum baptismus aquæ posit in aliquo suppleri? Respódetur secundum *Pe. de. Thara.* secundũ communem legé non potest in paruulis suppleri, cũ non possint habere vsum liberi arbitrii. Sed tamen si pro Christo occiderentur, pie creditur, q̃ saluarentur sine baptismo aquæ. In adultis auté potest suppleri per baptismũ flaminis siue contritionis, & per baptismũ sanguinis, siue martirii. Et hoc intelligitur, quando est articulus necessitatis. Quæritur, vtrum puer in vtero existés posit baptizari? Respõdetur secundum *san. Tho. vbi supra* q̃ non, quia talis Deo notus est non ecclesiæ. nec subiici potest operationi ministrorũ ecclesiæ. vnde *Aug.* dicit, quod sicut qui nõ vixerit, nõ potest mori, ita qui natus fuerit, non potest renasci. Non autem mater debet scindi, vt puer posit nasci, & baptizari, quia secundũ ipsum, nõ sunt facienda mala, vt veniant bona inde. Debet tamen scindi, si mater defuncta iam esset & puer ad huc viueret in ea. Quæritur quid faciendum est, quando apparet aliquod membrum pueri, & timetur de periculo mortis? Respondetur, q̃ in tali periculo, parte principali egressa, scilicet capite potest baptizari. Sed secus de aliis partibus, scilicet manibus, & pedib', quamuis non noceat, si istæ partes aspergantur aqua baptismali, quia diuina misericordia non est arctanda, sed si postea plenarie nascatur, tunc ad cautelam baptizetur sub hac forma. Si es baptizatus non te rebaptizatus, sed si nõ es baptizatus tũc ego baptizo te. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sciendum q̃ materia baptismi est aqua pura naturalis, quia baptismus non potest fieri in vino, nec in cereuisia, neq; in vrina, neq; in aliquo alio liquore. Sed forma verborum est hæc: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, vt patet *extra de bap. c. 1.* Et sine his verbis nõ potest fieri baptismus. Sciendum etiam, q̃ istæ vetulæ, que pueros baptizant in articulo mortis, sic dicentes in vulgari. Se tu dois, viure soit à toypur bayn, se tu dois morir pour roybantesme. En non du pere du filmedu sainct. esperit. Amen. Tales mulieres cum talibus verbis nihil baptizant. Quærit quis potest baptizare? Respondetur secundũ omnes theologos, q̃ debit' minister est sacerdos, sed in articulo necessitatis quilibet potest baptizare, siue vir, siue mulier, fidelis siue infidelis, dummodo habet intentionem baptizandi, & seruat formam ecclesiæ, Sed tamen simplex clericus non potest baptizare pręsente presbytero, nec mulier præsente viro, vt patet de *consec. distin. 4.* Mulier. Quæritur vtrum baptismus debeat per aliquod tempus differri? Respondetur secundum. *Sanctum Thomam*: Magis est laudabile, quod puer quam citius potest fieri, baptizetur. Primo, quia interim mori posset, & sic damnaretur. Secũdo, quia dæmones nõ hãbét potestaté in baptizatis, sicut in nõ ba-

apertio. Et in hoc ostenditur magna virtus baptismi, qui cum in terra exhibetur in cœlo tamen, operatur. Ad significandum hunc effectum baptismi, dominus cælum voluit aperire cum baptizaretur à Ioanne Baptista in Iordane, vt in hoc ostenderetur, quod quam cito baptizatus in innocentia baptismali decedit, euolat inveniens sibi cœlum semper apertum.

ITERVM DE TRINITATE, ET de signis, quæ ante, & post baptismum, fiunt. Ser. LXXVII.

Ioan. 6. NIsi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Ex præmissis patet, quam cito moritur homo, qui ad huc stat in innocentia baptismali, immediate sine omni purgatorio, cœlum intrabit, sicut illi pueri, qui in innocentia antequam peccauerunt, decedunt. Ex quo patet, quanta sit fatuitas parentum illorum, qui incōsolabiliter dolent de morte puerorum suorum, qui post baptismum decedunt, antequam baptismalem innocentiam perdiderunt. valde enim fatuum est eos dolere de hoc, quod filii eorum transeunt à societate hominum ad societatem angelorū, à valle lachrymarum ad gloriam, de exilio ad patriam. videntur enim tales filiis inuidere, desiderantes eos potius esse in hoc exilio, quam in cælo, immo potius deberent gaudere, quod filii eorum ita facile, tantam gloriam acquirant propter meritum pasionis Christi, ex qua pasione baptismus habet effectum. Et solum de hoc dolere possent, si propter culpam parētum filii decessissent. vnde sciendū quod parentes possunt demereri in sex casibus, quod pueri eorum in pueritia moriuntur. Primo, quando nimis intimo corde pueros diligunt, & maiorem complacentiam, & amorē ad eos habent quam ad Deū. Tunc quandoque Deus ex sua bonitate subtrahit eis pueros, vt econuerso cor ad eum erigant, & eum diligant. *Aug.* Hoc ab homine colitur, quod præ cæteris diligitur. Ergo qui pueros supra Deum diligunt, eosdem Deum suum faciunt. Et hæc est ratio quare illi pueri, qui sunt multum affabiles, & prudētes citius moriuntur, quia parentes nimio affectu eos diligunt, & cum nimia solicitudine secundum cursum mundi eos nutriunt. Secundo, quando quis inhonorat suos proprios parentes, tunc quandoque punitur in suis propriis filiis. vnde legitur in dialog. Cesarii, quod quidam inhonorauit parentes & omnes filii eius breui defuncti sunt. Tertio, si res iniustas habent, tunc Deus ex bonitate sua permittit tales pueros mori ne ipsi pueri cum iniustis rebus istis vna cum parentibus damnentur. Quarto, propter malum exemplum parentum, quia talis fuisset forte imitatus vitam peruersam suorum parentum, & sic etiā fuisset effectus peruersus & malus, si supervixisset. Quinto contingit quādoque propter hoc, quia propria

mater

mater non vult per se lactare suum proprium puerum, sicut diuites mulieres, quæ consueuerunt habere nutrices, tunc quandoque lac ipsius nutricis non est ita conueniens ipsi puero; sicut lac matris, de quo nutritus est in vtero materno, & assuetus; sic quandoque pueri moriuntur qui alias superuixissent, si propria mater eos lactasset. Et probatur hoc, quia sicut qui sumit aliquem cibum, quem antea nunquam degustauit, non ita competit suæ naturæ, sicut cibus assuetus, ita est etiam de puero. Sciendum tamen quod quando aliqua mater non potest per se lactare puerum suum, tunc quærenda est nutrix virtuosa, quia pueri inclinantur secũdum naturam nutricis quæ eos lactauit. Sexto contingit quandoque ex negligentia parentũ, sicut parentes, qui pueros suos non custodiunt, sed eos quandoque aquam, vel ignem ex negligentia sua capere permittunt; vel etiã qui pueros ponunt secũ ad lectum, & eos in somno dormiendo suffocant, quod omnino cauendum est. Et si in aliquo istorum sex iam prædictorum parentes essent rei, tunc dolere deberent de puero: ũ suorum morte. Vltimo, notandum, quid valent ista quatuor signa, quæ fiunt ante baptismum & quid ista tria quæ fiunt post, significent; vbi sciendum, quod primo exuflatio, & insuflatio significat spiritus maligni expulsionem, & boni introductionem; ergo sacerdos dicit; Exi maligne spirit' ab hac creatura Dei, & da locũ, aduenienti spiritui sancto. Secundo salis immissio, vel linitio signat gratiã, & sapientiam, & præseruationem à peccatorum putredine, vnde homini in baptismo datur gratia, quod si vult ista gratia vti, tunc cum adiutorio Dei, & mediante ista gratia, potest viuere absque omni peccato mortali vsque ad mortem. Circa, quod quæritur an homo possit viuere sine peccato mortali. Respondetur, quod sic. Et hoc probatur trib' rationibus. Prima ratio est ista, quia homini in baptismo infunditur gratia, per quã se præseruare potest vsq; ad mortẽ ab omni peccato mortali, si vult vti ista gratia, & hoc significat Salis linitio, quam sacerdos facit ipsi puero ante baptismum, quia sicut carnes & pisces præseruantur à putredine, mediante sale, sic homo baptizatus mediãte gratia quam in baptismo accepit, præseruare se potest à peccatis mortalibus. Secunda ratio, quia ex hoc sequeretur, quod Deus impo[s]uisset, nobis onus importabile, quia mandata Dei sunt nobis data, vt non peccemus. Modo, si dicis, quod Deus tibi præcepit, quod nõ potes implere, falsũ dicis, & per hoc maledictionem Dei incurris. *Ber*. Maledict[u]s homo, qui dicit Deum præcepisse impossibile. Item hoc etiam esset loqui contra Euangelium, vbi Christus di[c]i[t]: *Iugum meum suaue est, & onus meũ leue*. Tertia rati[o] eo, quia per hoc tolleretur liberum arbitriũ, quod

quod tamen necessarium est nobis, quia nos Deus cum eo priuilegiauit, vnde dicitur: *Apposui tibi aquã & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam* idem. *Ante hominem vita & mors, bonum & malũ, quod placuerit ei, dabitur illi.* Sciendum tamen, quod licet hoc sit verum, ꝙ vnus homo naturali inclinatione magis inclinatus est ad vnum vitium, quam alius homo, adhuc stat in suo liebro arbitrio, volũtate, scilicet, vtrum velit consentire huic naturali inclinationi, vel resistere. vnde Dixit Deus ad Cayn iratum, volẽtem fratrẽ suum occidere; *Subtus te erit appetitus tuus, & tu dominaberis ei. Aug.* de vera religione. Nunc vsque adeo voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatũ, nisi sit voluntarium. Ex iam dictis sequitur, quod homo potest viuere sine peccato mortali, mediante gratia, & cum adiutorio Dei vsque ad mortem, si vult. Et hoc etiam patet in pluribus sanctis, qui vsque ad perfectam ætatem vixerunt, & tamẽ nunquam mortaliter peccauerunt, vt beatus Dominicus pater noster, & beat. Thomas de Aquino, & plures alii sancti, de quibus legitur, ꝙ nunquã mortaliter peccauerũt. Tertio, saliuæ contact⁹ ad aures, & ad nares signat spiritualiũ sensuũ apertionem ad audiendum, & intelligendum ea, quæ sunt salutis. Quarto, vnctio olei in pectore, & inter scapulas, signat amorem Dei, quem quilibet debet gerere in corde suo, & inter scapulas, ꝙ significat deuotam subiectionem præceptorum Dei, & ecclesię, ad obediendum Deo, & prælatis ecclesiæ. *Ber.* Quicquid homo vice Dei præcipit, quod non sit certum displicere Deo, hoc omnino accipiendũ est, quasi præcipiat Deus *Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit.* Tria uero alia signa fiunt post baptismũ. Primo, crismatio in vertice, q̃ signat Christi gratiam in mente impressam. Secundo, impositio cerei ad manum, que signat fidei, & amoris claritatem, Tertio vestis candida, quæ signat innocentiæ restitutionem. Notandum, quod pueri, qui sine baptismo decedunt, ad lymbum puerorũ descendunt, vbi est pæna damni, & nõ sensus; quia neque esuriunt, neque sitiunt, neque habent frigus, neque calorem, imò simpliciter nullã pænam sensibilem sustinent, sed solũmodo quia sunt priuati visione Dei, & hoc est pæna damni. Quæritur, vtrũ pueri Iudæorũ sint similes pueris christianorum sine baptismo decedentiũ. Respondetur quod sic, quia æqualem culpam scilicet peccatum originale habent, & nullum peccatum actuale, ergo habebunt æqualem pœnam damni, sed quando infidelis ad annos discretionis peruenerit, si tunc non susceperit fidem, tunc ipso facto peccat mortaliter nõ suscipiendo fidem, & nullam excusationem potest habere infidelis, quia Christiana fides prædicata est per vniuersum mundum.

Gen. 4 · Luc. 10

vnde

Mar. 16. vnde dominus in Euangel. dixit discipulis suis. *Euntes in mundũ vniuersum predicate Euãgel. omni creatura.* psal. *In omnem terram exiuit sonus eorum.* & quando moritur talis infidelis, siue, iudæus, siue paganus, siue hæreticus, tunc immediate ad infernum descendit.
Mar. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit condẽnabitur.* Insuper quotiescunque infidelis, siue iudæus siue paganus vsum rationis habens, scienter facit cõtra aliquod præceptorum Dei, toties peccat mortaliter, & ignorantia non excusat eum *Aug.* de gratia, & libero arbitrio. Ideo diuina præcepta data sunt, vt excusatio de ignorantia non habeatur.

IN FESTO CORPORIS Christi. Ser. LXXVIII.

Ioan. 6. *CAro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Sicut dicit. *Arist. 3. Eth.* Terribilissimum omnium terribiliũ, est mors, & sicut serpens infecit primos parentes, quando gustato cibo, commederunt mortem. Cum ergo Deus nõ sit Deus mortis, sed vitæ, ideo necessarium fuit nobis aliquid dari, ex quo haberemus vitam, & hoc est illud venerabile sacramentum, de quo dicitur in verbis præmissis. *Caro mea vere* &c. loquendo de festiuitate huius diei, sciendum, quod hodie peragitur dies institutionis huius sacramenti, quia in die cœnæ ecclesia occupata est cum memoria domonicæ passionis, ergo ecclesia instituit, quod quinta feria proxima post Penthecostem debet peragi, & per integram octauam festum istius laudabilis sacramenti, sicut institutum est à Christo in nocte cęnæ. Vnde in epistola hodierna dicit Apostolus: *Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur,* &c. 1 Cor. 11. Sciendum primo, quod præsens festum solenniter & deuote est peragendum ab omnib. Christianis. Primo, propter speciales, indulgentias huius festi, quia Vrbanus quartus, qui hoc festum instituit speciales indulgentias dedit. Vnde omnibus vere pænitentibus, & confessis, qui matutinali officio huius festi præsentialiter interessent in ecclesia, vbi celebrantur centum dies, qui vero missæ totidẽ illis autem, qui interessent primis istius festi vesperis, similiter centum qui vero secundis totidem. Eis quoque, qui primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, completorii officiis adessent, pro qualibet horarum ipsarum quadraginta dies. Illi vero, qui per ipsius festi octauas in matutinalibus, vespertinis, missæ, ac horarum cæterarum officiis præsentes existerent, singulis diebus octauarum ipsarum centum dies de iniunctis sibi pænitentiis relaxando indulgentiam tribuimus perpetuis temporibus duraturam. Ergo bonum est, quod vnusquisque, qui vult illas indulgentias consequi, quod antea confiteatur, quod omnes indulgentiæ solũ modo dantur illis, qui sunt confessi,

& vere pænitentes. Secundo hodierna dies solenniter, & deuote peragenda est exemplo occursus & honoris Christo exhibiti in die palmarum à communi populo, quando equitauit in Hierusalem, quando plurima turba obuiauerunt sibi, & prosternebant vestimenta sua in via, & alii cædebant ramos palmarum de arboribus, & sternebant in via. Et turbæ, quæ præcedebant, & q̃ sequebantur, clamabant dicentes: *Osanna filio Dauid. Benedictus, qui venit in nomine domini*: Sic hodie Christus in sacramento portatur per plateas, vt sibi honor exhibeatur ab omnibus Christi fidelibus, propter quorum salutē ipse sibi moratur in sacramento, sicut ipse per se dicit Mathæi vltimo: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi*. Et hoc est in sacramento altaris. Et ista, quærunt sibi exhibita corporaliter à communi populo in die palmarum, ista hodie sibi debēt fieri ab omnibus christianis spiritualiter. Primo, prostrauerunt vestimenta in via, sic spiritualiter quilibet homo debet bonum exemplū præbere proximo suo, in quo ædificetur, & Deus honoretur, & qui hoc facit, prosternit vestimenta sua. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera bona, & glor.* &c. *Mat. 5.* Et hoc est Deo valde acceptum, scil. hominibus præbere bonum exemplum, & etiam est sibi ipsi valde meritoriū. *Cæsar.* vnde Quātis exemplū veræ humilitatis, & perfectæ charitatis ostenderis, cum tantis, & pro tantis æterna præmia possidebis. Sed, heu, aliqui prosternunt lapides in via, vt sunt isti, qui scandalizant proximos, in moribus, in verbis, & in factis, & tales sunt maledicti deo *væ homini, per quem fit scandalum*, *Mat. 15.* ¶ Et malum exemplum maxime nocet sanctæ ecclesiæ. Vnde oritur, quæstio, quare tot mali homines sunt in mundo? Respondetur, quod propter mala exempla, quia à boue maiori discit arare minor, sic & iuuenes discunt a senioribus malam & peruersam vitam, quia vnus inficit alium per malum exemplum, sicut enim carbones se inuicem accendunt, sic & exempla malorum; ergo tam multi mali homines iam sunt in mundo. *Arist. 2. Topicorū.* Homines, vt in plurimis mali sunt, in paucioribus vero sunt boni: verbi gratia. Nullo modo essent tot superbi, auari, gulosi, luxuriosi, lusores, & vsurarii, chorizantes, & sic de aliis, nisi viderent ab aliis talia fieri. Et tales à quibus talia mala viderūt & didicerunt, rei sunt omnium istarum animarum, quæ sic damnātur propter eorum malum exemplum. Vnde *Gregor. in moralibus.* Tot mortibus quis dignus est, quot exēpla prauitatis in posteros reliquit. Vnde summe cauere debemus, ne proximus noster in nobis scandalizetur. *Chrysosto. super Matthæ.* Omnia agamus ne proximus noster scandalizetur, vita nostra etiam si valde recta intentione fiat, scandalum

lū aliis præbens, omnia perdita. Iét ramos palmarum Christo prosternere debemus, & hoc fit quando homo semper habet cor floridum: Palma enim semper viret in vere, in autumno, in hyeme, & æstate. Per ver, iuuentus significatur, vbi omnia incipiunt florere. Per autumnū, senectus intelligitur vbi folia cadunt de arboribus, sic & senex marcescit, & curuat se ad terram, per ęstatem, prosperitas accipitur, & per hyemē aduersitas intelligitur. Illi ergo sicut palmæ semper virent in corde, qui in iuuentute incipiunt Deo seruire, & hoc est Deo valde acceptum, & in senectute bonum inceptum cōtinuant per perseuerantiam, & in prosperis tenent temperantiā, & in aduersis patientiam; tales offerunt Deo palmas, id est florida corda. ps. *Iustus vt palma florebit*. Tertio, hodierna dies solēniter à nobis est peragenda, ne ingrati videamur tanto beneficio, & liberalitate Christi. quāuis Deus in omnibus donis suis sit multum liberalis, tamen in institutione huius sacramenti fuit liberalissimus. *Unde Arist*. Liberalis est, qui superabundat in datione. Hoc patet de Christo in huius sacramenti datione. Quid plus posset nobis dare, quam seipsum? Hinc enim in præsenti dat seipsum nobis in sacramento in cibum, sicut ipse per se dicit in verbis præmissis. *Caro mea vere* &c. Et in futuro dabit se nobis in clara visione, & in fruitione, vnde ipse dicit per Prophetam. *Ego ero merces tua magna nimis*. Vnde in signū gratitudinis hodie, & per integras octauas peragimus festū institutionis huius venerabilis sacramēti *Ber. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Mihi enim deficit spiritus meus prorsus in tanta beneficiorum consideratione, & licet non sufficiam gratias agere sed ingratitudinem odit anima mea, proinde oportet animā esse gratiosam, & deuotam, quia libentius bona multiplicantur, si priora tanquam dona gratuita suscipi, & conseruari videntur. vnde etiam *August*. in libro de ci. Dei. Quisquis beneficia Dei non videt, cæcus est, nec laudat, ingratus est, quisquis in laudando reluctatur, insanus est. Vnde summe cauere debemus ingratitudinem, quia secundum Petr. Rauen. Nihil est, quod adeo indignationem prouocet altissimi, sicut ingratitudo; ergo debemus esse grati de tanto beneficio, & iugiter hoc donum maximum tanti sacramenti in reuerentia habere, & in memoria retinere. Vnde *Chry* super Matt. Optimus beneficiorū custos est ipsa memoria beneficiorū, & perpetua confessio gratiarū *Ber*. Dignū est semper gratias agere, quia Deus nobis nunquā cessat benefacere. Quarto hodierna dies solēniter, & deuote est pagenda, quia hodierna festiuitas & deuotio, & honor populi est pręludiū futuræ beatitudinis, quomodo Christ⁹ in cælo à nobis erit honorand⁹ ¶ F

Ber. in li. medi.

honoris,quo tam in cælo honoratur ab electis sanctis, & angelis, ergo sicut in cælo semper honoratur à sanctis,secundum dictum psalm. *Beati, qui habitant in domo tua domine,in secula seculorum laudabunt te.* Sic hodie à nobis honoratur in terris,ergo hodie Christo cantatur in Cytharis,organis, & diuersis musicalibus instrumentis. Item aliqui Christum hodie honorant portando candelas,item aliqui spargendo flores. Item aliqui portando clinia de floribus. Item aliqui præcedunt, aliqui sequuntur processionem,& laudant Deum cantando, & orando. Item sacerdotes hodie induti sunt in processione sacris vestibus,in signum stolæ glorificationis futuræ, & sic quilibet pro suo posse honorat hodie Christum, sicut in cœlo quotidie honoratur à Prophetis Patriarchis, Apostolis, Martyribus,Confessoribus Virginibus,& ab Angelis, ac coniugatis; & viduis, vbi quilibet secundum suum posse laudat Christum in cælo. Ergo qui hodie digne honorat Christum,ostendit se pertinere ad numerum sanctorum in cælo existentium,quia sicut angeli, & sancti, & electi Dei habent festum continuum in cælo, sic nos habemus vnum specialem diem, quæ est hodierna dies,in qua nos eis assimilari debemus in honorando & laudando Deum. vnde *Ber.* Dicamus in terris; quas facturi sumus laudes in cælis. Nihil ita proprie in terris cælestis habitationis statum repræsentat, sicut alacritas laudantium Deum. vnd *Aug*, in lib confes. Vere felix esset,qui posset diuinal audi semper insistere. Quinto hodierna dies solemniter,& deuote à nobis peragenda, vt in fine vitæ nostræ mereamus eucharistiam digne percipere. Vnde quæritur,quare in agone datur infirmis morientibus eucharistia? Respondetur, quod principaliter propter tria. Primo,propter confortationem,quia homo habet longam viam ambulare, & sicut corpus sine cibo deficit,& per cibum confortatur: sic anima confortatur per istum cibum,scilicet per sacramentum. vnde.3. Regum 19. dicitur Heliæ per angelum. *Surge, & comede, grandis enim restat tibi via, qui surgens comedit, & ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montē dei Horeb.* sic homo in confortatione cibi illius,id est venerabilis sacramēti,debet ambulare in montem Dei, id est in cælum. vnde *Hugo.* in lib. de sacramentis, Cibus ille animæ non corporis est Christus, qui de ore ad cor transit. Secundo ideo datur eucharistia in agone homini,quia moriturus, iturus est per viā tenebrosā, & ignotā. Ergo vt ductorem habeat qui viam ei ostendat, & saluo conductu eum perducat,tunc homo recipit Christum in sacramento,& deuote debet petere à Christo,quē recipit in sacramento, cum ps. dicet: *Notam fac mihi viam* &c. Et postquam anima deducta est à Christo,

tunc

mne potest dicere cum psa. *Notas fecisti mihi vias vitæ, adimplebis me lætitia cũ vultu tuo.* ergo Christus est conductor noster, cũ ex hac vita migramus. Sap. 10. *Iustum deduxit dominus.* &c. Item homo moriens, non solum ibit viam ignotam, sed etiam tenebrosam, ergo in agone debet douote Christum in sacramento percipere, qui est lux vera, quæ omnem hominem illuminat, vt ei luceat, & illuminet istam, tenebrosam viam, In signum huius datur homini morienti candela ad manum, vt Christus, qui est lux mũdi, sibi illuminet, & ad vitam æternam perducat, hoc etiam moriens considerare debet cum candela ad manus sibi datur. Tertio, ideo datur homini morienti eucharistia, quia tunc maximum prælium homini instabit; quia maximas tentationes dæmonum homo in fine vitæ habebit: ergo vt homo habeat protectorẽ in fine vitę, tunc sũme debet desiderare Christũ in sacramento recipere. & quando Christum sumimus in agone, tunc actu cum deuotione cogitare debes, quod velis iã sumere tuum protectorem, quia sicut diabolus tunc te maxime infestauit, & omnes amici tui tunc te derelinquunt, & nullus te protegit, ideo tunc Christum in sacramento recipis, vt te protegat, ac defendat cum angelis suis; quia vbi Christus, ibi, & angeli. Dan. 7. *Millia milliũ ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* vnde Cry. super Matt. Vbicunque viderint sanguinẽ dominicum ibi fugiunt quidẽ dæmones, cõcurrunt autem angeli, hic sanguis effusus omnẽ orbem terrarum lauit. *Ber.* Eucharistiæ sacramẽtum potens est peccata consumere, debellare obuias potestates, & inferre cœlis reuertentes de terra. Sciendũ secundo, quod malis in agone & exitu animæ tria contingunt, q̃ eos perturbant, similiter & bonis ẽt tria cõtingunt, qer quæ cõsolantur. Primũ est. q; dolor adeo augmentatᷣ in corpore, quando anima debet exire à corpore, sic q; in cor hominis non ascendit, nec potest homo tantũ dolorem sustinere, nisi cum magna difficultate. vnde *Arist.* Terribilissimum omniũ terribilium videtur esse mors, tunc præ nimio dolore homo perdit sensus corporis, sc̃il. visum tactũ, & auditum, & cæteros sensus: quia tunc anima nõ cogitat amplius de corpore suo nutriendo, sed virtutes ad se trahit sparsim in corpore disgregatas. ergo mẽbra moriuntur, & glauci coloris eiũt, & cor secundum *Ari.* est primum viuens, & vltimum moriens, & tunc videt anima omnia peccata sua super caput suum; tunc dicere potest illud Psa. *Torrentes iniquitatis contur.* & benedicit torrentes, quia sicut torrentes ducunt ad fontes recte, ita anima videt peccata sua ad diuersas pænas infernales recte ducẽtia. tunc anima vellet, quod cum corpore suo nunquam peccasset; & nunquã Deum offendisset, nec in

cogitando, nec in loquendo, nec in operando. Secundum, quod malis contingit, est, quod anima videt tunc dæmones circumstantes, & eã præ occupantes, & ad infernum ducere cupientes: tunc dicere potest illud psal. *præ occupauerunt me laquei mortis*: id est dæmones illaqueantes Iob. 20. *Vadēt, & venient super eum horribiles*. G. 1: Dæmones, qui ad videndum sunt valde horribiles: vnde quidam dicit, quod potius vellet clibanum accensum intrare, quam dæmonem ad hic semel in specie sua videre, sicut eum vidit. Tertium est, quod tunc in agone vident Christum quasi in cruce pendētem, & requirentem sanguinem suum, & rationem de omnibus, quę gessit. Hic erit maximus dolor, quia tunc anima cognoscet se separari à Deo, & ab omnibus sanctis, & Angelis Dei, quod pessimum est, & grauissimum psl. *Mors peccatorum, pessima*: quia tunc accedet eis miseria ineffabilis: ꝙ probatur, quia omnium malorum affluentiam habebunt. *vniuersos languores & plagas inducet super eos* psal. *Complebo sagittas meas in eis*. Si ergo vna sagitta, vel plaga Dei lædit hominē, quid tunc erit, cum omnes plagas, & sagittas sustinebit? *Greg*. Hoc cogitare malum non poterit, quod tibi in cruciatibus deditum non fuerit. *Sciendũ*, quod boni contra istos tres dolores malorum habebũt tria gaudia in agone mortis. Primũ est, quia vident bona, quæ fecerunt, sc. eleemosynas, orationes, & opera misericordiæ. & omnes tribulationes, & omnia exercitia corporis, siue ieiunando, siue abstinendo, siue dure iacendo, & durã vestem induendo, mane surgendo, vigilando, & sic de aliis, tunc libenter velles multa bona videre, quæ fecisses; ergo iã non debet tibi esse graue multa bona operari. Secundum, quod vidēt diabolos deuictos, & confusos, & recedentes, tũc possunt dicere illud psl. *Benedictus. Deus, qui non de nos in cap*. Tertium, ꝙ vident Christũ, quem digne in sacramento receperunt, & angelos assistentes, & adiuuãtes, & gaudentes, & occurrentes, et offerentes animas eorũ in conspectu altissimi. Quod autē Christus quãdoq; bonis apparet in agone; ostendit *Gr*. aliquando in cõsolatione egredietib' animab. ipse apparet sol' autor, & retributor vitæ. Quod ēt Christus solet apparere tã bonis quam malis in agone ostēdit Inno. vbi dicit, quod tam bonis, quã malus antequam anima egrediatur à corpore, videt Christũ in cruce positum, malus ad confusionem vt erubescat, se nõ esse redemptum sua culpa sanguine Christi, id est fructũ redemtionis non habere. vnde & de malis dicitur, viderunt, in quē *pupugerunt*. Quod intelligitur de aduentu Christi ad iudicium, & de aduentu in die mortis. Item boni vident quandoq; sanctos, & angelos in agone pro consolatione. *Gre*. interdum contingit iustis, vt in morte sua sanctorum præcedentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis suæ

Deu. 32.

lib. 4 dial.

Inn lib. 3. de Vtil humana cond.

H q

suæ sententiã pertimescant pœnalẽ, sed dum eorũ menti ciuium æternorum societas ostenditur à carnis suæ culpa, sine doloris, & formidinis fatigatione soluantur. Exẽplum, legitur in vitis patrum, ꝙ quidam sanctus pater in hora sui obitus, aspicientibus discipulis subito cæpit hilarescere, & pulcher, & candidus apparere, & in læta verba prorumpere. Quare quærentibus illis, cui loq;retur, Resp. Nonne videtis sanctos patriarchas? Iterum, illo loquente, et eis interrogantibus respondit: Nõne, inquit videtis sanctos prophetas? Tertio dixit. Ecce quia veniunt sancti apostoli. Quarto dicit, quia veniunt angeli. Vltimo dixit. Surgite, quia Iesus venit. Et inter hæc verba migrauit ad dominum.

ITERVM DE CORPORE Christi Ser. LXXIX.

Ioa. 8. CAro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Sic legimus, quod vnigenit' Dei filius volens nos facere participes suæ diuinitatis, assumpsit naturam nostræ humanitatis. Est enim Deus homo factus, vt homines Deos faceret, scil. vt nos in se totaliter mutaret, corpus suum in cibum & sanguinem suum in potum nobis tribuit & instituit, quando in vltima cæna ad patrem per mortem ire voluit. Nunc autem de institutionis causa huius sacramenti aliquid est I q dicendum. Pro quo notãdum, ꝙ illud venerabile sacramentũ est institutum à Christo multis de causis. Primo in medicamentum nostræ infirmitatis. *Altißimus de terra*, id est, de corpore suo *creauit medicinã, & vir prudens non abhorret eam*, in ipso enim sacramento abundat omnis plenitudo gratiæ, & bonitatis, quamuis enim in omnibus sacramentis spiritualiter ab infirmitatib. sanemur, tamen specialius in hoc sacramento, in quo Christus cum diuinitate, & humanitate ac gratia cõtinetur. Nam licet omnia sacramẽta conferant gratiam, tamen gratia sparsa est in aliis sacramentis, sed hic tanquã in fonte, & origine inuenitur; in aliis enim sacramentis continetur gratia, hic autẽ est dominus gratiæ cum plenitudine omnium suarum gratiarum. Per hoc enim istud sacramentũ differt ab aliis sacramentis, ideo est sacramẽtum sacramentorum quia est nobilissimum, & dignissimum sacramentum. In hoc enim sacramento gratiã, & gloriam dabit dominus, gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. *Qui manducat me, ipse viuet ꝓpter me.* Ergo si vulnerat' es in anima, quęras medicinã animæ, sicut faceres si in corpore vulneratus esses, *Amb.* ꝗ vulnus habet, medicinã quærat, vulnus ꝙ habemus est, ꝙ sub peccato sumus, huius vulneris medicina est, venerabile sacramentum. Secundo, Christus hoc sacramentum instituit, vt suam charitatem nobis ostenderet, sicut amici, quando ab inuicem separari debent, tunc ostendunt sibi inuicem munuscula in signum, & memoriam charitatis, ne vnus obliuiscatur alte-

Eccles. 38

Ioa. 6.

rius. Sic Christus in vltima cæna volens recedere per visibilem præsentiam à suis dilectis amicis, S. Apostolis, & à nobis omnibus, tunc fũdamentum charitatis ostendit, & apparuit in hoc, quod dedit eis & reliquit nobis nobilissimum et optimum, quod habuit, scilicet seipsum vt ostenderet, quantum eos diligeret, quos ab æterno dilexit. Si enim aliquid melius & nobilius habuisset, vtique denegare non potuisset præ nimia charitate, & quia nihil maius dilectus dilecto potest ostendere, quam semetipsum totaliter dare & suam præsentiam semper sibi ostendere, & exhibere. Licet enim magnum fuit, & magnæ charitatis signum, quod pro nobis homo factus est, in hanc vallem miseriæ venit, & nobis triginta tribus annis seruiuit in fame, & in frigore, & post omnia, amaram mortem pro nobis sustinuit. In fine tamẽ tantũ dilexit nos, quod reliquit nobis præsentiã suam in sacramento, vt gauderemus de eo, sicut angeli in cælo gaudent de præsentia ei⁹, & sicut vtunt̃ eo, sic & nos eo vti debemus in hoc sacramento. Sap. 16. *Angelorum esca nutriuisti populum tuum.* Tertio instituit, vt *Aug.* ponit, vt habeamus, quid Deo patri offerre debeamus, non sacrificium vitulorum, nec sanguinem taurorum, sed corpus Christi filii Dei: quod sacrificiũ ipse pater acceptat gratanter, & lætatur. Insuper angelis est etiã multum acceptum, quando tale sacrificium pro nobis offertur, qui præsentes sunt quandocunque offertur, *Amb.* super Lucam. Non dubites assistere angelos, quando Christus assistit in altari, & illud venerabile sacrificium omni die offert, ideo, quia omni die peccam⁹, quia sacerdos non solũ ꝓ se offert, sed ẽt pro omnib⁹ qui in mũdo sunt, vel purgatorio. Quarto instituit hoc sacramentum, vt mẽoriam passionis suæ nobis relinqueret, *Apost.* *Quotiescunque manducabitis panem hunc*, vnde ipse Christus dixit discipulis. *Quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis.* Vnde sciendum, quod Christus triplicιter relinquit nobis memoriã suæ passionis. Primo, in visu, & hoc in imaginibus, ergo bonum est habere imaginem crucifixi in domibus, quia mens hominis est labilis: vt tamen videndo crucifixum reducat ad memoriam passionem Christi. In signum huius tunc semper habetur in ecclesiis signum crucifixi, vt cũ homo ecclesiam intrat; per visum admoneatur ad regratiandum Deo de morte sua. Secundo, in auditu prædicationis, ergo in omnibus sermonibus aliquid tangẽdum est de passione Christi, vt homines per auditum cõmoueãtur ad memoriã passionis Christi. Tertio reliquit nobis memoriale suæ passionis, in gustu, hoc est in sacramento altaris, vt quotiescunq; hunc panẽ mãducem⁹ mortẽ domini annũciemus, & recolamus: Quinto, institutum est hoc sacramẽtum in pign⁹ 1. Cor. 11.

nostræ

nostræ beatitudinis, vbi eũ tunc reuelata facie videbimus, quem iam sub sacramento in specie panis sumimus. Ergo in signũ nostræ salutis Christus se nobis in hoc sacramento dedit. Sexto instituit ideo, vt figuræ adimplerentur, quibus præfiguratum fuit illud venerabile sacramentum. Fuit enim primo præfiguratum in oblatione Melchsedech, quantum ad substantiam oblationis, quia panem & vinũ obtulit, erat enim sacerdos Dei. L ¶Secundo, præfiguratũ fuit in agone paschali, quantum ad victimam oblationis, quia verus agnus id est, Christus pro nobis in cruce immolatus est. *Ecce agnus Dei.* & assatus in igne passionis, & diuini amoris, quoad nos, quia totus accensus fuit in amorem nostrum. In signum huius accensionis tunc sudauit, quando pro nobis captiuari voluit. Vnde *factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Quando aliquis stat circa paruum ignem, sudat in facie, sed quando circa magnum, sudat in toto corpore; igitur magnus ignis in Christi pectore erat, quia toto corpore sudauit. Secundum signum, ꝙ Christus accensus fuit in passione sua in amorem nostrum, est, quia valde sitiuit. *Sitio.* Homo valde inflammatus consueuit esse multum sitibundus. *Ber.* sitio ait, non doleo. O domine, quid siti? fidem nostram, salutem nostram, gaudium nostrum. Tertium signũ est, quod totus in corpore rubuit, ex eo quod totus sanguine erat plenus. Homo stans ad paruum ignem rubet in facie, sed stans ad magnum ignem rubet in toto corpore. Magnus feruor in corde Christi fuit, ideo in toto corpore rubuit. Quartum signum est, quod vestes in cruce ferre non potuit, sed nudus in cruce affixus fuit, ac si ipso facto diceret; tanto igne charitatis ardeo, quod vestes aliquas ferre non valeo, & sic habemus quatuor signa, quod Christus in passione sua totus accensus fuit in amorem nostrum. ¶M Tertio, illud venerabile sacramentum præfiguratum est in manna. Pro quo sciendum, ꝙ eucharistia, & manna vetus, in quinq; couueniunt, scilicet in origine, in sapore, in loco, in miraculo, & in defectu. Primo, conueniunt in origine, quia vtrumq; de cęlo. Nam de uetere manna dicitur. *Ego pluam vobis panes de cœlo*, sed de nostro dicitur: *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi.* Secundo, conueniunt in sapore, quia mãna vetus masticatum conuertebatur ad omnẽ cibum desideratum à comedente. vnde dicitur. *Panẽ de cœlo dedisti eis, omne delectamentum in se habentem:* sed de pane nostro. *Alber. magnus* dicit: Sicut aures diuersorum verba Dei audientium, in eodem verbo diuersas intendunt illuminationes ꝓ vnius cuiusq; facultate; ita fauces diuersorum hunc cibum gustantium, diuersas

Ioan. 1.
Luc. 22.
Ioan 19.
Exod 16.
Ioan. 16
Sa. 16.

uersas gratiarum inueniunt refectiones, pro vniuscuiusq; necessitate, nisi fauces aliena amaritudine sint infectæ. Infirmis enim omnia amara videntur, sicut dicit *Philosophus*. Tertio, conueniunt in loco, non enim habetur manna nisi in deserto, vbi aliud delectabile & reficiens ad esum non fuit, sic etiam non sentitur dulcedo gratiæ, & sapor eucharistiæ nisi ab eis, qui se in desertum cordis transferunt, nec mundanas accipiũt consolationes. *Bernardus*. Delicata est diuina consolatio, nec datur admittentibus alienam. Vnde, quoties dominus turbas pauisse legitur, hoc solum factum dicitur in deserto. Quarto, conueniunt in miraculis, naturalibus potentiis vtrobique nihil penitus cooperantibus: quod enim virgo peperit, non solum est supra naturam sed etiam contra naturam. Similiter, quod manna pluit de cœlo, in hoc natura nihil penitus habuit virtutis, nec iuris, vnde *Chrysostomus*: Omne quod per miraculum fit sola voluntate Dei agitur, nulla potentia naturæ cooperante. Quinto, conueniunt in defectu; manna enim deficit intrantibus filiis Israel in terram promissionis, & de fructibus terræ gustantibus Ios. octauo. Defecit manna postquam de fructibus terræ comederunt: sic quamdiu sumus in deserto huius mundi, vtimur cibo Eucharistiæ sub specie panis & vini, sed nudam veritatem gustabimus in vera specie Dei, qui est verus fructus terræ Chanaan, id est, transmutatæ, quia gratiam suam quã hic sumimus sub specie panis velatam, demum gustabimus in nuda veritate sine velamine in æternum. Septimo, Christus illud sacramentum instituit nobis in viaticum, vt per illius confortationẽ illuc venire possimus, vbi cũ Christo æternaliter regnabimus. Vnde est magnum donum à Deo quando quis bona ratione decedit ab hac vita, & ecclesiastica sacramenta digne percipit, quia omnes amici, & cognati illius, qui sic moriuntur cum ratione, & sacramentis ecclesiasticis, non possunt Deo sufficienter regratiari de isto bono, quod Deus eis in suo cognato, vel amico exhibuit. Contra hoc inconsolabiliter aliqui dolent, siue plorant dicentes: O Deus male fecisti, qa mihi talem, vel talem amicum recepisti: quia Deus nunquã aliquod malum fecit, nec facere, potest, quia est summum bonum, à quo nisi bonum, & omne bonum procedit; ergo stulte, fatue, & periculose tales sic contra Deum murmurant, dicentes eum male fecisse, cum potius tenentur sibi gratiarum actiones referre de hoc, quod iste vsum rationis vsque ad obitum suum habuit. ¶ Sed quæritur quid de istis sentendum est, qui in extrema infirmitate perdunt vsum rationis? Respondetur, hoc aliquibus contingit in pœnam, eo quod

quod non sunt digni, vt cum ratione mori debeant; sed more bestiarum moriuntur sine ratione, & confessione & sacramentis, & talibus: vt frequẽter hoc contingit, q hic nunquam Deum quæsierũt, & vsu rationis vsi sunt in malum contra Deum, & iustitiam, & membra corporis sui exercuerunt ad seruiendum mundo, & diabolo, tunc quandoque in eisdem puniuntur, cum quib. peccauerunt. Vnde Salo. *Per quæ homo peccat, per hæc & punietur.* Vnde *Ber.* In quo .n. mẽbro creator magis offenditur, in eo membro peccator grauius torquebitur, & hoc fit quandoque non solum in futuro, sed etiam quandoque in præsenti, vt patet in quibusdam magnis peccatoribus, qui in agone mordent suas proprias linguas, in signum quod Deum in lingua offenderunt delectabiliter comedendo, & mala vel scandalosa verba loquendo contra Deum, & proximos. Item aliqui mordent proprias manus, quia Deum offenderunt impudice tangendo, vel proximo in rebus nocendo, vel lædendo. Item quidam dilacerant faciem suam, quia contra Deum se ornauerũt, & faciem depinxerunt, & sic de aliis. Quorum pœna hic quandoque incipit, & alibi nunquam finietur. Et hoc illis quandoque contingit, qui non ex infirmitate, aut ignorantia, sed ex certa malitia, & scienter peccauerunt scilicet adulterando, blasphemando, se inebriando, chorizando, & proximis maledicendo, & sic de aliis. vnde *August.* in quodam sermone. Percutitur hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Secundo, aliquibus cõtingit hoc in bonum, vt rationem amittãt in agone, sicut Deus quandoque permittit hoc euenire bonis hominibus, qui sunt nimis timorosi, & pusilanimes, ne in extremis desperẽt & à dæmonib. decipiantur, quia tunc maxime tẽtationes occurrũt homini, ergo quãdoq; accidit, quod boni homines, q sunt in gratia constituti, perdunt vsum rationis, postquam confessi sunt, & sacram cõmunionem receperunt, & hoc eis nõ nocebit. Quãdo quis in gratia est, & incidit sic in insaniam, tunc non potest perdere regnum Dei, nec etiam potest peccare sine vsu rationis, quia qualis fuit quãdo incidit in insaniam, sic manebit, & si sic in tali statu moritur; tunc iudicabitur à Domino, sicut fuit, quando incidit in amentiam. Ergo si quis in peccato mortali incidit in amentiam, & postea in tali statu moritur sine vsu rationis, æternaliter damnabitur: sed si fuit in gratia quando incidit in vesaniã, & sic moritur, tũc saluabitur, ergo non debemus ex hoc iudicare, vel condemnare alios, quia iudicia Dei abyssus multa, Item contigit, quandoque permissione diuina, quod aliqui

boni homines tam grauem & amaram mortem sustinent, & hoc dat eis Deus quandoq; misericorditer pro purgatorio. vnde legitur quod quidam petiuit in agone angelos qui ad eum missi fuerant, vt tardarent, vt hic melius puniretur, & purgaretur pro peccatis suis. Vnde nota, quod istud sacramentum Eucharistiæ summe est à nobis honorandum, & deuote adorandum, quando eleuatur in missa, vel quãdo portatur in via. Exemplum inde habemus. Fuit namq; quidam plebanus in Thuringia, qui tulit ad collum suum in pixide in honesto sacculo corpus Domini extra villam, ad communicandum cuidam infirmo, tunc quædam meretrix stans non longe à via in suo prostibulo, vidit & cœpit cogitare penes se, quod si fides Christiana esset vera, tunc iste esset saluator mundi, quem sacerdos in pixide portaret, & quomodo ipsa in conspectu eius ausa esset tãta mala perpetrare, qui tamen tot & tanta incommoda sustinuisset pro redemptione mundi, & ipsa compuncta in seipso relicto prostibulo, cucurrit per lutum profundum veloci cursu ad sacerdotem, inquinata luto vsque ad medietatem cruris, dicens: sta o domine sacerdos, & sic stetit sacerdos. Et ipsa prosternens se in luto ante corpus Christi, ait: Domine Iesu Christe, si tu es ille, qui nostra redemptione natus fuisti de virgine, passus, & sepulsus, ascendens ad cœlos, sedens ad dextram patris iudicaturus viuos & mortuos, & sic te talem iste sacerdos portat in pixide, rogo te per tuam ineffabilem misericordiam, ignosce mihi peccata mea; & respondit Iesus de pixide in lingua latina: & ego ignosco tibi peccata tua, & illa audiens vocem de pixide in latino ait: Domine non intelligo latinum; rogo te loquere Theutonice, & statim Dominus locutus est de pixide Theutonice: Et ego recipio te in gratiam meam. Hoc audiens meretrix ait, & tu domine me suscipis in gratiam tuam, quæ peccaui in carne mea luxuriose omni modo peccandi, qui cogitari potest. Gratias tibi ago bone Domine Iesu, & sic conuersa statim emendauit vitam rest tuta gratiæ saluatoris. O quam bonum habemus dominum, bonum est ei seruire toto corde, tota anima, tota fortitudine, qui subito saluos facit sperantes in se.

In Eodem Festo Sermo. LXXX.

De his, qui manducant corpus Domini spiritualiter.

Qvi manducat hunc panem, *viuet in æternum.* Ioan. 6. loquendo de manducatione huius venerabilis sacramenti, sciendum est primo, quod hoc sacramentum tripliciter sumitur. Primo, spiritualiter tantum, vt qui acci-

accipiunt rem Sacramenti, id est, gratiam, & nō sacramentum. *August.* Crede, & mâducasti. Sed quęritur, qui sunt isti, qui sic spiritualiter hoc Sacramentum accipiunt? Respondetur, quòd sunt quatuor genera hominum. Primi, qui in infirmitate sunt constituti, sic quòd non retinent cibum, & tamen ex corde desiderant hoc sacramentū, sed propter infirmitatem & vomitum non præsumunt illud sumere. Et isti manducant spiritualiter, & gratiam sacramenti accipiunt, propter desiderium, quod habent ad sacramentum. Et tales etiam nullo modo debent sumere hoc sacramentum, quia sufficit eis ista spiritualis manducatio. de quo legitur exemplum; quòd quidam habens magnā deuotionem ad sacramentum altaris, omni die, si aliquo modo potuit, integram missam audiuit; & cùm mori deberet, & propter vomitum communicare non posset. & de hoc multum doleret; petiit, sibi latus suum lauari, & panno mundissimo corpus Christi supraponi. Quo facto pannus paulatim corpori Christi cessit, & mox vt corpus Christi nudū latus istius hominis tetigit, vsque ad cor cunctis videntibus penetrauit. Secundi, qui spiritualiter manducant, sunt illi, qui præparauerunt se ad hoc sacramētum, secundùm suum posse, & sacerdos denegat eis, etiam cùm ipsi humiliter petunt, & desiderant hoc sacramentum, & sic ex obedientia sacerdotis abstinent à sacramentali perceptione istius Sacramenti. Isti etiam, vt puto, spiritualiter sumunt; ergo patienter ferre debent tales, si hoc sacramentum eis denegetur. Tertii, qui spiritualiter manducant, sunt, qui in agone constituti, libenter vellent confiteri & cōmunicare, & sacerdotem habere non possunt. Et si tales sic in tali intentione, & in proposito decedunt, verè spiritualiter communicauerunt propter contritionem, quam habent de peccatis eorum, & ꝓpter desiderium, quod ad Sacramentum habent. Quarti sunt, qui ex puro corde Deo seruiunt, & cum magno desiderio hoc sacramentum appetunt, attamen ex humilitate & reuerentia sacramenti non audent ad hoc Sacramentum accedere, sic omni die quilibet homo, qui habet magnum affectum & deuotionem ad hoc sacramentum, potest sic spiritualiter communicare, & tales quandoque qui sic cum magno desiderio & deuotione audiunt Missam, maiorem gratiam interdum possunt consequi, quàm ipse sacerdos celebrans ipsam Missam, quia sacerdotes non sunt semper bene dispositi, sed quādoq; distracti, & indeuoti. Secundò, sumitur hoc sacramentum sacramentaliter tantum, vt communicans in peccato mortali: sic Iudas communicauit, & quamuis tales peccatores sumant verum sacramentum; non tamen fructum

Sacramenti percipiunt, imò magnum periculum incurrunt, quia tales efficiuntur homicidæ Christi: 1. Cor. 11. *Quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Ambrosius: *Qui indignè Christum sumit, idem est, ac si ipsum interficiat.* Tertio modo sumitur hoc Sacramentum sacramentaliter & spiritualiter simul. vt sunt illi, qui in gratia accedunt, & dignè communicant, & hi vitam æternam sibi manducant. vnde Christus dicit in verbis præmissis: *Qui manducat hunc panem*, supple dignè, *viuet in æternum.* Secundò, sciendum, quod penè omnia miracula, quæ Christus fecit in mundo corporaliter, illa corpus Christi facit in homine digne sumente spiritualiter. Primum est, quod Christus in mundo de virgine natus est. Eucharistia autem sumpta digne, facit nos ex Deo nasci spiritualiter. Ioan. 1. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis neque ex voluntate viri* 1. Ioan. 2. *sed ex Deo nati sunt.* Itē: *Scitote, quia omnis qui fecit iustitiam, ex Deo natus est.* Vnde *Orige.* Sicut splendor nascitur à sole sic iustus per singula bona opera nascitur ex Deo. Nam natiuitas spiritualis felicior est natiuitate CHRISTI corporali, quia in natiuitate Christi, corpus nascentis separabatur à corpore genitricis, sed in natiuitate nostra spirituali manemus in Deo, & Deus in nobis, hunc effectum exercet Eucharistia, *Qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in eo.* Iohan. 6. Secundum est, quod Christus nascens, matri suæ conseruauit virginitatem, sic Eucharistia conseruat & confirmat in nobis integritatem cuiuslibet virtutis, quam inuenit. Psalm. *Panis cor hominis confirmat.* Tertium, quemadmodum in natiuitate Christi claritas circumfulsit pastores, sic lumen gratiæ circumfulsit omnes vires animæ rationalis, vt fiat rationalis acutior vt faciat reprobare malum, & eligere bonũ, concupiscibilis feruentior ad bonum desiderãdum, irascibilis districtior & fortior ad malum detestandum. sic Ionatas cùm comedisset fauum mellis, illuminati sunt oculi eius: Luc. 24. *Discipuli cognouerunt Dominum in fractione panis.* Quartum Angeli excitabantur ad cantandum gloriam & gratiarum actiones. Quilibet homo ad prandium inuitatus post mensam, gratias agens, hospitem laudat. vnde nimis rusticosus esset, qui post tanti Sacramenti epulas cum laudibus non referret gratias. Psal. *Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum.* Item: *Benedic anima mea Dominum.* Quintum, sicut in natiuitate Christi stella adduxit tres Magos, tria munera ei offerentes; sic eucharistia lumen gratiæ

gratiæ adduxit, scilicet munditiam cordis, sapientiam oris, industriam operationis. vnde qui habet munditiam cordis, offert aurum charitatis. Psalm. Diligam te Domine, fortitudo mea. Qui habet sapientiam oris, thus deuotionis. Dirigatur Domine oratio mea, sicut in sensum in cõspectu tuo. Qui habet industriam operationis, offert castigationem carnis: *Castigo corpus meum*. Sextum sicut in nuptiis vinum ex aqua fecit; sic intercessione B. Mariæ, etiam nobis lachrymas contritionis conuertit in vinũ consolationis: *Secundùm multitudinem dolorum &c.* Septimum est, sicut in mari sedauit ventos, sic dignè sumenti eucharistia, sedat tentationes. Quatuor principales venti sunt superbia, auaritia, gula & luxuria. Si enim consideras, quòd immẽsus Deus vniuit se humili humanitati, & dignatur sub modica forma panis latere, pudebit te per superbiam dilatari, si cõsideras eius largitatem, quia nobis seipsum totũ donauit; pudebit te peccati parcitatis & auaritiæ, si consideras, q̃ de mundissima Virgine natus est, & de pane mundissimo fit corpus Christi, tunc immunditia luxuriæ erit abominabilis, si consideras, q̃ seipsum dedit tibi in præmium vitæ æternæ, pudebit te cibum corporalem effundere intemperatè, sicut pudor esset homini post epulas regis statim comedere cum rusticis, vel porcis. Octauũ est, sicut intrans domum Zachæi sibi contulit gratiam satisfaciẽdi & restituendi. Sic Eucharistia pœnitenti dat gratiam satisfaciendi pro peccatis, & proficiendi de virtute in virtutem. *Benedixit Dominus Ob & Edon, & omnẽ domum eius propter arcam Domini, in qua erat manna.* Nonum, sicut Christus eiecit dœmones ab obsessis, sic hoc sacramentum est contra tentationes hostium animæ munimentum. Sicut.n. castrum munitur tripliciter, sc. abundantia victualiũ, copia annorum, militũ constantia, sic etiam hoc sacramẽtum dat animæ triplex munimentũ. Dat enim victus abundantiam, hoc optauit Dauid, dicens: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus.* Dat etiam & administrat copiam armorum spiritualium, i. virtutum. Munit etiam animã custodia cœlestiũ militum, vbicunq; n. fuerit corpus Christi, illuc congregabuntur & aquilæ i. virtutes angelicæ. Talẽ n. regem, in quem desiderant Angeli ꝓspicere cœlestes milites solùm nõ relinquunt. *Chrysost.* Vbicunque viderint sanguinẽ dominicum, aufugiunt quidem dœmones, cõcurrunt autem Angeli. Vlt. quæritur, quomodo Christus sit in hoc sacramento? Resp. secundùm *S. Tho.* quod idem Christus, qui de virgine natus, & pro nobis passus est, in hoc Sacramento continetur. Item sciendum, quòd totum corpus dominicum, quod pendebat in cruce, adeo magnum fuit, cùm omnibus mem-

Psal. 140. *1. Cor. 11.* *Psal. 93.* *Luc 19.* *Reg 6.* *Psal 121.* *Chrys super Ioan.* *S. Thomas 4 dist. 1.*

membris suis, & quantitatum dimensionibus; scil. longitudine, latitudine, & profunditate, in tam parua specie hostiæ includitur, & veraciter existit, quia corpus Christi est ibi glorificatum, & per consequens non occupat ibi locum, vt patet in corporibus glorificatis, & præcipuè eorum subtilitatis. Sed dicere; quomodo Christus, cùm magnus, sicut in cruce pependit, potest esse sub tam parua specie panis? Respondeo, quòd Deo omnia sunt possibilia, & exemplum possumus recipere in naturalibus, sicut in pupilla oculi, vel in speculo, vbi videmus, quòd vnus mons totus, vel tota turris quantumcunq; magna, in paruo speculo vel oculo, secundùm figuram eius se recolligit, & figuratur, & tamen oculus est quasi punctus respectu talis rei. Si hoc facit natura, nonne creator naturæ plus potest? Item sciendum, quod idem Christus, qui est sub specie panis in hostia, etiam est sub specie vini in calice: & in hoc aliqui simplices errant, qui ex quadam simplicitate adorant calicem in eleuatione Missæ, tanquam ibi sit sepulchrum Christi, & totum sacramentum in calice. Cùm tamen secundùm S. Thom. vbi dicit, quòd licet ex virtute sacramenti sub specie panis sit tantùm corpus, & sub specie vini tantùm sanguis; tamen propter naturalem cōcomitantiam sub vtraque specie, sc. panis & vini, est totus Christus, scil. secundùm corpus, animam, & Deitatem. Et ergo sic adorandus est Christus sub specie vini in calice, sicut adoratur sub specie panis, quia vt dictum est sub vtraq; specie est totus Christus, sicut natus est de Virgine, & sicut pependit in cruce, & sicut sedet ad dextram Dei Patris, & inde venturus est, iudicare viuos & mortuos, quia quā citò profert sacerdos verba super hostiam, tunc panis transsubstantiatur in corpus Christi. Et tunc ibi desinit esse panis; ergo ibi non est panis, sed solummodo species panis; vbi est aduertendum, q̄ simplices non debent adorare hostiam, cùm sacerdos eam recipit ad manus ante eleuationem, donec illa quinque verba consecrationis sint plenè ab eo prolata, quia quando recipit hostiam ad manus, tunc adhuc est panis, & prolato primo verbo adhuc est panis, similiter ꝓlatis secundo, tertio, quarto verbo adhuc est panis, sed prolato quinto verbo, in instanti nō est ibi amplius panis, sed verum Christi corpus. Tunc primò debet adorari, & hoc idem est dicendum de verbis, quæ dicuntur super consecratione calicis, quòd illis prolatis amodo ibi non est vinum, sed verus sanguis Christi, cum corpore, anima & deitate, sicut sub specie panis. Quòd autem Christi passionem, & illud venerabile Sacramentum sit vtile, & laudabile venerari, patet per tale exemplum. Legitur *in dialog. Cæsarii*, quòd miles quidam apud

S. Thomas super 4. distin. 10. ¶ V

apud Imperatorem à multis accusatus est, quòd terram eius spoliando deuastaret, qui tandem captus, secundùm præceptum Imperatoris patibulo suspensus est, postea scilicet die tertio miles alius præteriens cum se .uo, cùm vidisset illum pendentem, condoluit pulchritudini eius, eò quòd vir pulcher fuit, & nobilis. Accesserunt itaq; propius, vt depositum sepelirent, eò quòd eiusdem militis esset cognatus, ad quos iste de patibulo clamauit; deponite me, adhuc enim viuo. Illis æstimantibus, quod phantasma esset, ille pendens in patibulo, subiunxit: nolite timere, ego enim de gratia Iesu Christi, & adiutorio virginis Mariæ adhuc viuo, qui depositus, & ad ciuitatem ductus, factus est magnus concursus populi ad videndum tam grande miraculum. Et miles ille iussit vocari sacerdotem cum sacramento, & cum magna contritione & deuotione, & lachrymis confessus est. Et sacerdos petiuit ab eo, vt fateretur ad honorem Dei, & ædificationē populi, per quid illam gratiam à Deo meruisset, quòd per triduum viuus in patibulo sic pependisset: & ait: Paruum obsequium Deo ego peccator impendi, propter quod misertus est mihi Deus. Nam singulis diebus præ omnibus negotiis, & antequam comederem, consueui dicere quinq; Pater noster, & quinque Aue Maria. Tres ad honorem passionis Christi, & quinq; vulnerum cum totidem veniis, & Aue Maria. Quartum obtuli DEO, & Angelo, cui cōmissus sum, & quintum cū venia obtuli corpori Christi, quod singulis diebus per vniuersum mundum conficitur, quatenus in fine vitæ meæ tanto merear viatico communicari. Quod & Dominus noster ex sua misericordia mihi præstitit, & mori non possum, nec debeo, antequam illud venerabile sacramentū percipiam. Rogo vos propter Deum, vt communiceris me; & sic communicatus mox migrauit ad Dominum, & in cœmiterio sepultus est.

IN DOMINICA I. POST Festum Trinitatis.

Sermo LXXXI.

De septem generibus pauperum.

ERat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam diuitis, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis. Luc. 16. Sciendum, quòd in præsenti Euangelio fit mentio de diuite epulone, & de Lazaro paupere. Et ostenditur in Euangelio præsenti, quod status diuitis in ista vita fuit valde gloriosus, quia fuit in magnis diuitiis, & delitiis, & honoribus. Status autem pauperis fuit statui diuitis omnino contrarius. Ille enim fuit in vbertate diuitiarum, hic in extrema paupertate; ille purpura & bysso amictus, iste vlceribus circum-

datus. Ille abundabat in deliciis, ille autem cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Posito autem statu vtriusque in vita ponitur, & status vtriusque post mortem, vterque quidem mortuus, & raptus. Sed differenter. Diues quidē mortuus est triplici morte, scilicet morte culpæ, dum esset in mundo, & hoc per peccatum mortale, quo separatur DEVS ab anima: *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.* Ezech. 18. Item morte naturæ, qua separatur anima à corpore proprio, & illa mors est communis omnibus, tam bonis, quàm malis. Quod secundùm Apostolum: Heb. 9. *Statutum est omnibus hominibus semel mori.* Item, mortuus est morte gehennæ, qua separatur anima à DEI visione, & sanctorum consortio. Lazarus autem mortuus est vnica morte, scilicet naturæ. Fuit enim viuus in mundo per gratiam, & modo viuit coram Deo per gloriam; vterque etiam fuit à mundo raptus, sed differenter. Nam Lazarus in sinum Abrahæ ab Angelis est deportatus: illa autem ductio ab Angelis est facta in tutamentum custodiæ. Psal. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* Psal. 90. Item in signum reuerentiæ, sicut Episcopi in manibus portantur, cùm intronizantur. vnde Psal. Psal. 90. *In manibus portabunt te, &c.* Item, in signum lætitiæ. *Chrysost.* Sufficiebat ad portandum pauperem vnus Angelus, sed ideò plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant. Diues autem tanquam diaboli parochianus ad cœmiterium infernale à dœmonibus est deductus, & ibi sepultus. Tali sepultura sepelientur vsurarii & impii, de qua sepultura dicitur: *Sepultura asini sepelietur.* Hier. 22. Sepultura, scilicet asini, talis est, quod excoriatur, & pellis à domino possidetur, carnes à carnibus lacerantur, sic quando aliquis diues moritur, hæredes possident terrenam substantiam, vermes carnes suas dilacerant, supplicia infernalia torquent animam suam; vnde Euangelium præsens dicit, quòd diues est in tormentis, & pauper Lazarus in loco quietis. Item notandum, quod Christus loquens de diuitibus, dixit in Euangelio: *Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram*: Luc. 6. & loquens de pauperibus, dixit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorū est regnum cœlorum.* Matth. 5. Quæritur, an omnes diuites sint maledicti, & similiter an omnes pauperes sint benedicti? Ad quod respondetur, quòd non omnes diuites sunt maledicti, nec omnes damnātur, nec etiam omnes pauperes sunt beati; nec omnes saluantur. vnde restat nūc videre, qui pauperes, & qui diuites saluantur, & qui damnantur. Quantum ad hoc, sciendum est, quòd septem sunt genera pauperum, quorum quatuor genera damnantur, & tria saluantur. Similiter etiam sunt septem

ptem genera diuitum, quorũ quatuor damnantur, & tria saluantur. Et de illis dicetur in sequenti sermone. Primum genus pauperum, qui damnantur, est, qui hic & in futuro pauperes sunt, & illorum qui murmurant & blasphemãt contra Deũ ex impatientia de sua paupertate, dicentes: Quare ego tam pauper sum, Deus est oblitus mei, tam parcus est mihi, quasi à Iudæis accommodare deberet, cum quibus mihi subuenire posset; & isti valde iniquè & stultè dicunt, & faciunt, quòd sic cõtra Deum murmurant, quod probatur vnicuiq; tali modo: Quid enim tibi tenetur Deus, aut quid habet de te? plus enim dedit tibi, quàm dignus es, vel vnquam meruisti, & hoc gratis fecit: Nam ex nihilo creauit te. Psal. *Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Item, redemit te proprio sanguine suo. Apostolus: *Empti estis pretio magno.* Tertiò, corpus cum membris tibi concessit, scilicet oculos ad videndum, manus ad palpandum, pedes ad ambulandum, aures ad audiendum, os ad loquendum, & sic de aliis. Si enim careres visu, vel auditu, &c. tunc cognosceres, quàm magnum bonum est visus vel auditus, & sic de aliis, tunc libenter velles omnibus diebus vitæ tuæ regratiari DEO, vt tibi illuminaret oculos ad videndum, si iam cœcus esses, & DEVS iam concessit tibi omnia ista gratis, sine tuis meritis. Insuper tibi tribuit vestimentum, nutrimentum, domum ad inhabitandum, agros & vineas oues & boues: *Quid habes, quod à Deo non accepisti?* & de omnibus istis donis nunquam regratiatus es ei, nec vnquam veraciter recognouisti te talia accepisse à DEO gratis, & sine omnibus tuis meritis. *August.* Quisquis beneficia DEI non videt, cœcus est, nec laudat, ingratus est. Quisquis in laudando reluctatur, insanus est. O quàm multi spiritualiter cœci sunt, qui beneficia DEI non cognoscunt, & ingrati sunt, qui eum non laudant, & quod peius est, insani sunt, qui DEVM cum suis donis impugnant, vtendo eis contra honorem Dei, & salutem propriam. Sicut illi, qui abutuntur donis tam corporalibus, quàm temporalibus, sicut oculis ad illicitum vsum, ore ad proferendum praua & vana verba, auribus ad audiendum mala & detractoria verba, pedibus ad saltandum & chorizandum, manibus ad illicitos tactus, & sic de aliis. Etiam donis temporalibus, sc. vestibus ad superbiam, cibo ad gulam, potu ad ebrietatem, & sic de aliis. Et quandocunque sic aliquis abutitur aliquo dono DEI, tunc DEVS secundùm veram iustitiam deberet hominem priuare illo dono, scil. visu, auditu, vel gressu &c. & hoc propter ingratitudinem. vnde *Bernh.* Ingratitudo inimica est animę, exinanitio meritorũ, virtutum dispersio, beneficiorum perditio, & talis

Psal. 94.

1. Cor. 6.

1. Cor. 4.

August. de Ciuit. Dei.

Bernhar. sup. Cantic.

homo sic ingratus indignus est à DEO plura dona accipere. vnde *Bernh.* Non est dignus dandis, qui nõ egit gratias de datis. Hoc enim potest homo in seipso cognoscere. Si enim alicui quater benefecisses, & semper ingratus esset tibi, tu fortè cessares à beneficiis sibi impensis, quid tunc dices de DEO, qui centies & millesies tibi benefecit, & ei ingratus semper fuisti? Ergo salubre documentum est, vt quicunque vult aliquid à DEO accipere, quod antè sibi regratietur de acceptis, & erit tunc dignus plus à Deo accipere. Chrys. *Gratiarum actio est inuitatio ad plus dandũ.* Secundum genus pauperum, qui damnãtur, sunt illi, qui in paupertate viuunt, & parua bona iniustè lucrantur, sicut qui furãtur gramina, fructus, ligna, segetes, & sic de aliis. Quia secundùm *B. Thomam*, in talibus minimis, si habet quis animum furandi, vel nocumentum inferendi proximo, erit peccatum mortale. Item, qui emunt, vel vendunt, & decipiunt proximos mentiendo vel iurando etiam in paruis rebus, grauiter peccant, vel etiam si non iniustè lucrantur, tamen cum peccato lucrantur; sicut qui in diebus festiuis mercantias exercent etiam in paruis rebus, & abstrahunt se à Missa, & à Dei seruitio. Item, meretrices, q̃ seipsas diabolo toties vendunt, quoties actum luxuriæ committunt & tamen cum hoc pauperes sunt. Item laboratores mechanici, qui opera sua fraudulenter faciunt, & sic proximos decipiunt, sicut fabri, sutores, pistores, pannicidæ, sartores, & sic de aliis. Tertium genus pauperum sunt illi pauperes, qui superbi sunt, & diuitibus inuident de donis sibi à Deo collatis, & tales pauperes superbi, non sunt pauperes Christi, sed diaboli. Vnde *Cassiod.* Si pauper superbiat, non est Dei pauper, & si locuples humilitatem diligat, non est seculi diues. Talium voluntates inspiciendæ sunt, non noĩa. Pauper enim superbus est multũ reprehensibilis, quia non habet occasionem superbiendi, sicut habet diues. Ergo sicut diues qui est humilis, multũ est laudabilis, sic pauper superbus est multum vituperandus. Et talis habet damnum duplex, quia hic paupertatem, & in futuro æternam damnationem. Item illi pauperes, qui diuitibus inuident, nõ fauentes eis, quæ DEVS concessit, periculosè stant, quia non debemus alicui inuidere, sed nos mutuò diligere, sicut membra vnius corporis: ergo sicut quodlibet membrum alii non inuidet, sed ex toto corde ei congaudet & condolet; non enim pes, qui in luto vel puluere ambulat, inuidit oculo, quẽ nunquã tangit puluis, & multò eo pulchrior est, imò potius vellet ipsum adhuc esse pulchriorem. Item non inuidet pes cordi, quia est sapiens. Item non cerebro, quia custoditum est melius, & locatum altius. Item nõ ori, quia

Chrysost. Sup. Matt.

Cassio. super Psal.

quia illi datur vinũ, cum tibi aqua datur & huiusmodi, sic nullo modo debet quis alteri inuidere pro bono, quod Deus contulit ei, vel quia ditior vel nobilior, vel altior, vel acceptior est, & huiusmodi. Dominus enim ordinauit membra corporis ecclesiæ vt voluit, nec nos omnes possumus vnum officium habere. *Omnia membra non eum actum habent*. Ideo dilige proximum tuum sicut teipsum, & quiesce ab inuidia. Multo facilius mare tot in dulcedinem ũ verteres mellis, de cœlo infernum faceres, de aqua ignem; quam fontem largitatis diuinæ cũ inuidia tua exiccares. Quiesce ergo ab inuidia tua, quia frustra laboras & animã tuam perdis, quia inuidia tua nihil tibi proficit, nisi, quod teipsum tribulas, & bona quæ facis mortificas. *Qui non diligit fratrem suum, manet in morte*, & ideo potius proximo congaude, vt membrum membro, & ei bonum cupias. Alioquin non es membrum corporis Christi quia vt dicit Apost. *Cum gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra*, sed es membrum diaboli, quem inuidendo imitaris. vnde scriptum est: *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illum qui sunt ex parte eius*. Sciendũ, quod multis expedit, quod hic sint pauperes: ergo fac de necessitate virtutem, & sustine paupertatem tuam patienter, & gaude de bono & gloria proximi, *quia cum gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra*; quod si tu simul ita feceris; multum gloriæ per hoc mereris. Quia nunquam aliquis hominum tantum commodi, & gloriæ de aliquo hic habuit, nullus vnquam pater, vel mater de filio, nullus de fratre, vel amico, sicut tu in cœlo habebis de quolibet proximo saluando Ans. Vnusquisque in tantum gaudeat de alterius bono quantum de suo proprio. Quartum genus pauperum, qui damnantur, sunt illi; qui cum vident alios diuites exercere vsuras, vel ludere, vel superbiam in vestibus exercere, vel crapulose, vel gulose viuere, ipsi etiam sic vellent libenter viuere, si pecuniam ad hoc habere possent, & qui sic optãt habere diuitias, peccant mortaliter, quia ad malum finem desiderant effici diuites. item qui optant diuites fieri etiam cum male acquisitis, & sic concupiscunt rem proximi contra nonum præceptum Dei, vbi dicitur: Non concupisces, rem proximi; peccant mortaliter, vel etiam qui dimittunt furtum, vel rapinam propter suspendium, vel propter honorem seruandum, sed tamen voluntatem habent, quod libenter vellent bona proximi furari, vel rapere. & illi propter illãm malam voluntatem damnantur si sic moriuntur. Isti omnes iam enumerati sunt infelices, & pauperrimi homines hic & in futuro.

1. Cor. 12.

1. Ioan. 4.

1. Cor. 12.

Quintum genus pauperum, qui scilicet saluantur, sunt illi qui eleemosynam recipiunt & paupertatẽ suã patienter sufferũt, & libenter ẽt essent ditiores si Dei voluntas esset, sed contra voluntatem Dei & iustitiam nolunt habere quascunque diuitias, sed potius vellent sustinere paupertatem Lazari, qui micas panis habere non potuit, quam quicquam contra Deum acquirere, vel etiam affectare. Aug. Non tibi displiceat paupertas tua nihil ea potest ditius inueniri; vis scire quam locuples egestas sit? cœlum semper paupertas emit, & tales fideliter tenentur orare ꝑ illis, à quibus eleemosynã recipiunt, & q ꝑ eis laborant, & eis de suis laborib. subueniunt. Ergo illi pauperes, qui sic eleemosynã recipiũt, & per se laborare nõ possunt, multũ & frequẽter debent orare, qa non solum tenentur orare ꝓ se ipsis, sed etiam pro aliis, siue viuis, siue mortuis à quib. eleemosynas receperunt. Vnde legitur, ꝙ quidam recepit vestem à quodã peregrino, & postmodum non orauit pro anima eius, sed oblitus fuit orare pro eo; & postmodum grauiter punitus & afflictus fuit, quia pro illa anima non orauit. Sextum genus pauperum, qui saluãtur, sunt illi, qui se nutriunt de suis fidelibus laboribus. & illi pauperes dicti sunt beati. Ps. *Labores manuũ tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Quicunque enim in suis laboribus rectam intentionem habent, & sunt sine peccato mortali, semper mereatur cum omnibus suis laboribus. Apostolus: *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ.* Rom. 8. Sed diceres qualis debet esse intentio laborantium, vt mereri possint vitam æternam? hoc quære ante ser. lv. Y. Septimũ genus pauperum est, qui non solum saluantur, sed magnam gloriam habebunt in cœlo. Et sunt illi, qui libenter & voluntariè sunt pauperes, & in tantum diligunt paupertatem, vt etiam si sine peccato diuitias habere possent, tamen propter Deum carere volunt; imo in tantum diligunt paupertatẽ, ꝙ diuitias iã habitas ꝓpter Deum resignant; sicut Apostoli. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Matt. 19. & quandoque etiam aliqui volebant eis dare temporalia, sed recipere nolebant. Ideo minus volebant habere in terris, vt plus habituri essent in cœlis. Similiter etiam nostris temporibus religiosi sic faciunt, quia omnia propter Deum sic resignant. & tales propter Deum tantum possunt relinquere, sicut alii temporalia possidẽtes possunt desiderare, s. ciuitates, dominium, vel regnum, vel etiã totũ mundum possunt relinquere. vnde Hier. super Mat. Apostoli quantum ad diuitias nihil vel modicum; sed quantum ad voluntatem totum mundum reliquerunt. vnde etiam Gre. in ho. A sequentibus ergo tanta dimissa

sunt

sunt, quanta à non sequentib. concupisci potuerunt. Ratio est, quia secundum Gre. Cor nostrũ & non substantiam pẽsat Deus. Et ista tria vltima genera sunt pauperũ qui saluantur. Exemplum in vita Ioan. Eleemosynarii. Legitur de quodam telonario diuite, & immisericorde. Semel enim pauperibus in hyeme sedentibus ad solem, & se calefacientibus, cœperunt singuli domos eleemosynariorũ collaudare, & pro eis orare; similiter, & domos eleemosynas non facientium vituperare. Inter quas etiam venit in medio eorum dom⁹ illius telonarii: & cœperunt singuli interrogare inter se, & nullus inuentus est, qui vnquam cœpisset de illa domo eleemosynas, dixit vnus ex eis; quid dabitis mihi, & ego accipiam ex ea hodie eleemosynam? & alii fecerunt cum eo pactum, iste pauper veniens stat in foris portam, expectans quando telonarius iste ad domũ reuerteretur: ex dispensatione Dei peruenerunt simul ipse telonarius, & vnus seruus portans siligines à mancipio causa prandii ipsius. Videns igitur egenum non inueniens lapidem, propter furorem arripuit, siliginem, & iactauit in faciem pauperis Itaque post duos dies ægrotauit infirmitate ad mortem, & vidit in somnis omnes actus suos super stateram appendi. In vna quidem acie congregabãtur mauri viri nigerrimi & deformes, in altera quidẽ acie fuerunt quidam candidi, & albi coloris, qui nihil inuenientes boni quod ipsi appenderent aduersus mala opera, quæ collecta erant à illis nigris: tunc candidi ad alterutrum dixerunt: Nihil hic habemus. Tunc dixit vnus eorum, verè nihil habemus hic, nisi vnam siliginem, quã dedit ante duos dies Christo, quamuis non volũtariè. Et mittentib. eis siliginem in statera, æqualitas facta est. Tunc dicunt telonario hi qui fuerunt candidi, vade, & auge ad hãc siliginẽ, ne isti nigri apprehendant te; & euigilãs cognouit quæ visa sunt ab eo non esse mẽdacia, sed vera. Omnia enim, quę à iuuentute sua fecerat, & quorum ipse erat oblitus, videbat illos æthiopes congregare, & ad libram deportare, & dicebat; verè si vna siligo, quam iactaui per furorem, ita profuit, à quantis malis tunc liberatur ille, qui bona intentione dat eleemosynam indigẽtibus? Et de cætero ita modestus, & prudens, atq; summus eleemosynator factus est. Contigit enim post hoc pro tempore quodam secundum consuetudinem eum procedere ad teloniũ, & obuiauit ei quidã nudus, & cecidit ante eũ rogans vt confectionem apud eum impetraret. Ille vero exspoliauit se, & dedit ei vestem, & dixit ei, vt Deum pro eo rogaret. Pergens vero ille pauper erubescens indui tam pretiosa veste, dedit vni venditori vt venundaretur, & cum rediret telonarius vidit vestem suspẽ-

sam

ſum ad vendendum, & triſtatus eſt, & aſcendens domum ſuam ſedebat plorans, & cog tans, quia non dignus fuit, vt haberet memoriam mei egenus. Cum ſic anxiaretur obdormiuit, & vidit quendam pulcherrimum tanquam ſolem ferentem crucem ſuper collum ſuum, qui dixit ſibi? quid ploras domine Petre? quia ſic erat vocatus. Et oſtendit ei, quia dominus veſtitus eſſet veſte ſua & dixit ei: ecce ego veſtior veſte iſta, quam tu ege ido dediſti, & gratias ago bonæ voluntitatæ, quoniam frigore affligebar, & cooperuiſti me. Ad ſe ergo reuerſus, admiratus eſt, & incœpit beatificare egenos & dicere. V uit dominus, ſi inops Chriſtus Dominus meus fuit, niſi moriar fiam tanquam vnus ex eis. Et accerſito notario e us, quem & emerat, dixit ei: Duc me in ſanctam ciuitatem, & vende me vni Chriſtiano, & pretium da pauperibus. Notario recuſante, dixit ei iterum, ſi me nō vendideris, ego vendam te barbaris. Obediuit ergo notarius, & perduxit eum in Hieruſalem, & vendidit eum vni argentario pro triginta denariis, & totum illud pretium dedit pauperibus, & poſtquā reuerſus eſt ad domum, nulli hoc manifeſtauit. Ille autem telonarius coquinabat domino ſuo lauabat ſcutellas, & afflixit ſe ipſum magno ieiunio. Cum vero vidiſſet dominus ſe benedici, & proſperitatē habere propter iſtum ſeruum, dixit illi: Volo humilis Petre liberare te, vt ſis amplius frater meus; Ille vero recuſauit; Viderat enim eum frequenter conuitia ſufferre à conſeruis ſuis, & percuti, quia tenebant eum tanquam amentem, ita quod ei nomen imponerent amentis. Quotieſcunque enim tribulabant eum conſerui eius, & dormiebat in tribulatione, apparebat ei Chriſtus indutus veſte quam dederat egeno, tenens iſta triginta numiſmata in manu, dicens ei: Noli mœſtus eſſe frater Petre. Ego ſuſcepi pretium tuum, & tibi reſtituam, & in futuro tempore conſolabor te, qui Petrus Chriſto ſic vlterius in humilitate, & paupertate ſeruiuit, & poſtmodum vitam in bono finiuit.

DE EADEM DOMINICA. Ser. LXXXII.

De ſeptem generibus diuitum.

MOrtuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Loquendo hic de diuitibus, qui damnantur, & qui ſaluantur ¶ Luc. 16.
Sciendum quod ſeptem ſunt genera diuitum, quorum quatuor damnantur, & tria ſaluantur. Primum genus d uitum, qui damnantur cū diuitiis ſuis, ſunt illi diuites, qui ſuas diuitias lucrantur cum fraude, & iniuſtitia, ſcilicet, cum vſura, qui cum pacto accomodant pecuniam, ſuper eam recipiēdo aliquid, vel qui

ſine

sine pacto, eo tamen animo, quod aliquid vltra sortem se recepturos sperant, alias non mutuarent. Item qui vendunt res suas longè carius propter dilationem quam eis in continenti, vel in promptu soluerent, vt patet extra de vsu cap. consuluit. Item qui iam prompta pecunia emunt, & immediatè propter dilationem è conuerso vendunt in foro cariori, quam valet, vel valere potest. Item qui ludo lucrantur suas diuitias, quia quicquid in ludo lucratur homo, hoc retinere non potest. Item qui fraudem committunt, in emendo, vel vendendo, vt sunt illi, qui nec emere, vel vendere nouerunt nisi cum mendaciis, & iuramentis, quia secundum Ray. Quotiens tales causa decipiendi peierant vel mentiuntur, scienter peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem. Item qui in statera delinquunt, quod fit tripliciter. Primo, cum quis habet diuersa pōdera, sic quod vendit ad minus, & emit ad maius. Secundo, cum habent mensuram iustam, & pondus iustum, sed scienter malè mensurant, vt caupones, qui mensuram replent cum spuma, & institores, qui digitum libræ superponunt, similiter pannicidæ, qui cum pollice retrahunt vlnam. Tertio, quando quis habet iustam libram, vel mensuram, sed facit vt res ponderosior sit tempore venditionis, vt qui lanam spargit aqua, vel piper ad cellarium portat, vel vinum aqua miscet. Item qui vitiosam & defectuosam rem vendunt pro bona, & sic decipiunt proximos. Itē qui emunt rapinam, vel furtum, tenentur restituere, vel etiam quocunq; modo quis iniuste lucratur, sciēter, peccat mortaliter: vnde Aug. in ser. Auarus antequam lucratur, seipsum perdit, & antequam aliquid capiat, capitur. Legitur exemplum, quod quidam ex auaritia multas nutriebat columbas, qui propterea admonitus à suo plebano, dicente sibi q cum Deo & salua conscientia non posset tenere istas columbas. Tūc ille præcepit eis vt recederent, si contra Deum esset, q eas teneret, tunc omnes columbæ recesserunt, & nunquā post reuersæ sunt. Secundi sunt, qui cum diuitiis suis damnantur, qui iustas res retinent, & possident eo animo, vt contra Deum cum eisdem pro libito viuere velint, sicut isti faciunt, q iustas res malè expendūt, & non vtuntur istis iustis bonis, prout Deus cōtulit, scilicet, vt quærant salutem animarum suarū subueniendo pauperibus, vel ēt vt subueniret animab. illis, à quib. ipsi habent. Chr. sup. Matt. non propter hoc diuitias accepisti, vt in lasciuia cōsumas sed vt in eleemosynis expendas. Quæ .n. habes, pauperum sunt; sed tibi credita sunt, etiamsi ex laboribus iustis, vel ex hæreditate paterna possessor factus es, vnde sciendum, quod illi, qui habent iusta ha-

ista bona, & in malos vsus expendunt, damnari possunt. Exemplum de diuite Epulone, de quo Euangelium hodiernum dicit, qui epulabatur quotidie splendidè, & induebatur purpura, & bysso. Non legitur de illo, quod vsurarius fuit, vel prædo, sed q a abusus est, sc. in superbia & gula expēdendo bona sua, & illi pauperi Lazaro, q iacebat ad ianuā eius cupiēs saturari de micis cadentib. de mensa ipsius, nullā misericordiā exhibuit, ideo damnatus est, & sepultus est in inferno. O quot diuites sequuntur eum, qui bona sua consumunt in superbia vestium, in gula diuersorum ferculorum, & in aliis superfluis expensis suis, nam vnusquisque erit redditurus rationem Deo de omnibus expensis quas vltra necessitatem expendit vsque ad minimum denarium, hoc illi non perpendunt, qui sex, vel septem fercula in mensa sua habere volunt, & tria, vel quatuor genera vini bibere appetunt, & sic secundum corpus suum viuunt. vnde Apostolus dicit. *Si secundum*

Rom. 7. *carnem vixeritis, moriemini.* Heron. Impossibile enim est vt præsētibus & futuris quis fruatur bonis, vt hic ventrem & ibi mentem impleat, & sic de delitiis transeat ad delitias, & hic in hoc seculo gaudeat, ibique cum Deo regnet. Item qui bona sua iustè acquisita malè perdunt scilicet cum ludo malo, vel cum meretricibus expendunt, & sic de aliis. Tertium genus diuitum qui cum diuitiis damnantur, sunt isti, qui non lucrati sunt bona sua iniustè nec expendunt bona sua in malos vsus, sed possident ea, quæ restituere tenentur. Et hoc contingit quinque modis, quod quis possidet ea, quæ restituere tenetur. Primo, quando per se lucratus est aliqua iniuste, vt superius in primo membro tactum est. Secundo, quando per se non lucratus est iniustè ista bona sed recepit ab aliquo qui ea iniustè lucratus est: sicut qui recipiunt munuscula à Iudæis, scilicet, aucas, gallinas scyphos argenteos, vel alias propinas, quia omnia talia eroganda sunt pauperibus. Item qui recepit dona à raptoribus vel fororibus, vel etiam à lusoribus, vel quibuscunque qui ista bona iniuste lucrati sunt, quæ sibi propinauerunt, omnia ista tenetur dare & restituere secundum consilium sui confessoris. Tertio, quando quis intulit proximo damnum; etiamsi ad vtilitatem suam propriam non peruenit; tunc tenetur damnum proximi recompensare, & hoc, quando contingit per malum consilium, quod quis dedit in damnum proximi sui, quod sine suo consilio non fuisset factum; tunc totum damnum tenetur recompensare. Item qui falsum testimonium dicit, vnde proximus lædatur in rebus suis, tenetur damnum proximi recompensare. Quarto, cum quis retinet sibi rem inuentam, quia quilibet tene-

tur

tur restituere rem quam inuenit. Aug. Quod inuenisti, & non restituisti, rapuisti. Quinto, quando quis impedit aliquem ex inuidia à consecutione alicuius muneris, vel beneficii, tūc tenetur ad restitutionem. Sciendum, quādo quis obligatur alicui in debitis, & quando terminus expirat, tūc tenetur soluere si potest, vel dilationē petere, ergo quicunq; ꝑmittit, aut iurat se solutu- rum debita talia super aliquem terminū & sic nō facit, periurium incurrit, quia secundum S. Thomam: Sicut accipere rem alienam est cōtra iustitiam; ita etiam detinere, qa per hoc quod aliquis detinet rem alienam inuito domino, impedit eum ab vsu rei suæ, & sic facit ei iniuriam. Ergo periculose stant isti, qui iurando promittunt soluere super aliquem terminum, & prolongant quandoque ad quatuor vel sex hebdomadas, vel ad annum cum tamen bene soluere possunt si vellent. Quarti diuites, qui cum diuitiis damnantur; sunt illi qui auare retinent, & possident iusta sua bona cum nimia tenacitate, & cum insatiabili cupiditate, sic quod de superfluo pauperibus non subueniunt secundum iussum Christi, qui dicit in euang. vt habetur Luc. 11. Quod superest date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. sciendum autem, quod magister dicit in compen. theol. veritatis quod quando quis retinet superflua ex insatiabili cupiditate, sic est mortale peccatum, & præcipuum signum talis effectus est cum quis res potius putrescere sinit apud se quam vtiliter aliis expēdat. verbi gratia. Sicut iste, qui panes vel carnes, frumentum, & huiusmodi comestibilia perire permittit, antequam pauperibus erogare velit, & hoc ex nimia parcitate, quia timet semper sibi deficere. Et quandoque tales vix audent ad necessitatē suam comedere: & in hoc similes sunt bufoni, de quo legit quod terram comedit, & quando caput suum super terram erigit, tunc timet terram sibi adhuc deficere, & non audet plus comedere de terra, nisi in quantum potest cum pede tergere, siue tollere. Ex his patere potest, quod periculose stant tales diuites tenaces, quia in hoc Deum grauiter offendunt, & contra charitatem proximi faciunt. & contra animas proprias grauiter peccant, quia tales comparantur quodammodo raptoribus, vel furibus. Vnde Ambrosius in sermo. Non minoris est criminis habenti tollere, quam cum possis indigentibus denegare. vnde etiam Basilius: Nonne inquit spoliator es, quæ dispensanda suscepisti reputando propria? Est enim panis famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui seruas: discalceati calcei, qui penes te marcescunt: indigentis argentum, quod possides humatum; vnde etiam Christus dicit in euangelio

vt habetur Luc. 18: quam difficile, qui pecuniam habent, regnum Dei intrabunt. Item de diuitibus tenacibus legitur tale exemplum, quod quidam diues tempore charitatæ, vel famis, ne audiret voces querulosas pauperum, ad quandam suam hæreditatem, iuxta aquam situatam se transtulit, vbi præ nimia fame pauper populus clamans eum sequebatur propter sustentationẽ, quorum voces audiens respondit: Non curabo cum istis canibus, & fecit mensam suam locari retro in aliam cameram vbi tales voces pauperum audire non posset, & statim quidam armatus pulsauit ad portam dicens: Nuncius Dei sum & volo loqui cum domino tuo. Sed cum seruitor eius de mandato domini sui eum assereret ibi non esse; Respondit, mentiris. Nam ad illam cameram ideo se transtulit, ne pauperum clamores audiret, & nunc ex parte Dei cito eum, vt compareat coram Deo reddere rationem de omnibus temporalib. sibi commissis. Qui diues mox ad mortem est infirmatus; & à charis, & amicis, & cognatis suis ad pœnitentiam & confessionem exhortabatur quibus iste audire renuit, sed dixit: Ego ad iudicium Dei citatus comparui, & iam ad æternam mortem iudicatus sum sine omni spe salutis, quia sicut non exercui misericordiam, & compassionem ad pauperes Christi, sic eadem districtione sine misericordia sententiatus sum: & sic infelicem animam exspirauit & res, & corpus, & vitã & animam perdidit. *Iudicium sine misericordia fiet ei qui hic non facit misericordiam.* Luc. 2. Quintum genus diuitum, qui saluãtur, sunt illi, qui sunt misericordes, & humiles, & habent compassionem cum pauperibus. *Beati misericordes &c.* Matt. 5. quod Hier. Hier. in ep. Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera pietatis exercuit, quia ille habet multos intercessores, & impossibile est preces multorum non exaudiri: quare merito debemus esse misericordes ad proximos, & ad vicinos nostros: & nullũ spernere debemus etiam quantumcunq; pauper vel defectuosus sit; quia quilibet nostrum debet cogitare, quod talis etiam posset fieri, si Deus permiserit, scilicet leprosus, cœcus, claudus, & sic de aliis, & sicut tũc sibi compati vellet, & misereri, sic debet proximis defectuosis facere. *Quæ vultis vt faciant vobis homines eadem facite eis.* Matt. 7. Sextum genus diuitum, qui etiam saluantur, sunt, qui abstinentiam, & parcitatem in vbertate seruant; & hoc eis quasi pro martyrio spirituali reputatur. vnde Ber. in sermo. martyrium, Nullum martyrium grauius est, quam inter epulas esurire, & inter vestes multas algere, paupertatem pati inter diuitias. Videre enim, & non gustare, est graue maxime cum homo bene possit; & cum facultatem habet, & sic resi-

stit

ſtit ſibiipſi, & vincit naturam ſuam, & corpus ſuum, v.g. Cùm durè iaces, & tamen duos, vel tres lectos habes, & aquam bibis, & vinum habes, & pulmentum comedis pro carnibus, & ſic de aliis: hoc ſine gratia, ſine pœna eſſe non poteſt. Ergo parca vita eſt meritoria homini, & Deo valde accepta. Vnde Hugo de S. Vict. Gaudeat, qui poteſt parcè viuere, parca enim vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutem nutrit, animam roborat, mentem ad cœleſtia eleuat. Similiter intelligitur de aliis delectationibus corporis, ſcil. vt homo ſe abſtrahat in ſacris diebus & noctibus, ab actu matrimonii, & abſtineat ſe à chorea, & aliis gaudiis mundi, & induat veſtes humiles, cùm tamen eſt diues, & poſſet habere pretioſas, vel quando abſtinet ſe à comeſtione fructuum, ſcil. pomorum, pyrorum, & ſic de aliis: & quotieſcunq; homo diues ſic abſtrahit ſibi aliquod comeſtibile, vel etiam potabile propter Deum, & dat hoc homini pauperi amore Dei, totiens meretur æternum gaudium, & æternam coronam. Greg. Abſtinentia eſt, quando quis pro amore Dei, & ſalute propria nō ab illicitis tantùm, imò etiam interdum à licitis & conceſſis ſe cohibet. Septimum genus diuitum, qui ſaluantur ſunt, qui proximis indigentibus ſubueniunt, mutuando, vel etiam dilationē debiti propter Deum dando. Vnde Luc. 6. *Mutuū date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra magna*: quia quandoque aliquo tempore mutuando proximo, tantum ſibi valet iſta mutuatio, quaſi quādoq; alio tempore ſibi tantum gratis dediſſet, quando homo ex fraterna charitate ſic mutuat indigenti, ex hoc lætatur Chriſtus, Maria, & omnes ſancti, quia ſumus inuicem membra. Et ergo vnum membrum congaudet alio. Similiter intelligitur, quod quis gratis, & propter Deum dilationem dat proximo, qui pro iſto termino non habet ſoluere ſibi, & tamen libenter ſoluere vellet. Et ſic iſte poſſet mereri in vno homine, quòd ſibi Deus daret dilationem in agone, vt poſſet conuerti, & confiteri, & ſacramenta percipere, & ſic vitam in bono finire, qui aliâs fortè damnatus fuiſſet.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo LXXXIII.

De ſuperbia veſtium.

HOmo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & byſſo*, Luc. 11. In verbis præmiſsis iſte diues reprehenditur de vana gloria, quam habuit in portando veſtes nimis pretioſas. Vnde in præſenti ſermone tria ſunt dicenda. Primò, quòd quatuor modis poteſt eſſe reprehenſio circa veſtes. Secundò, quando homo per ornatum corporis peccat mortaliter,

ter, & quando non. Tertiò dicendum est exemplum de superbia vestium. Quantum ad primum est sciendum, q; quatuor modis potest reprehensio esse circa vestes. Primò, cùm nimis sunt pretiosæ, sicut quando excessit quis statum suum in pretiositate vestium; vt quando ciuis vel rusticus vult habere tam pretiosas vestes sicut miles, & miles sicut Comes, & Comes sicut Dux, & Dux sicut Rex. Sic de vxoribus intelligitur, hoc est magnum peccatum. vnde Gr. in hom. hod. Sunt nõnulli, qui cultum subtilium pretiosarumq; vestium non putant esse peccatum, quod si culpa non esset, nequaquã sermo diuinus tam vigilanter exprimeret, quod diues, qui torquebatur apud inferos, purpura & bysso indutus fuisset. Notandum, quod circa materiam vestium multũ profecit curiositas humana. Primò, materia vestis fuit multum vilis, scil. pellis cum lana. vnde Gen. 3. *Fecit Deus Adæ & vxori eius tunicas pellicias*, scil. de pellibus mortuorum animalium. Deinde ꝓcessum est ad lanam puram, q̃ lenior est quàm pellis. Tertiò processum est ad cortices herbarum, scil. ad linum. Quartò ad stercora vermium, sc. sericum. Deinde ad aurum & argentum, & ad lapides pretiosos, quæ pretiositas vestium multum displicet Deo. In signum huius legitur, quòd primus inter Romanos, qui vtebatur veste purpuris, à fulmine percussus est, & subitanea morte interiit in terrorem, & exemplum sequentibus, ne vnquam aliquis audeat se contra Deum superbè in vestibus pretiosis erigere. Et etiam talis pretiositas vestium est reprehensibilis respectu humani corporis, quod est de cinere, & de terra factum, & in terram & cineres redigendum. vnde Greg. in Moral. Indignè est enim vili cineri fieri purpureum saccum. vnde Bernh. Quid superbis terra & cinis? quid veste nitida gloriaris? sub te sternetur tinea, & operimentum tuum erit vermes, hæc tua vestis erit. Item illi, qui se externis ornant pretiosis vestibus, similes sunt sepulchris dealbatis, quæ exterius apparent hominibus pretiosa; intus verò sunt plena ossibus mortuorum. Vnde Innocen. de vilitate humanæ conditionis: Sed quid est homo pretiosè ornatus, nisi sepulchrum foris dealbatum, intus autẽ plenum spurcitia? hoc euidenter apparet in meatibus nostri corporis. vnde Aug. in quodam serm. O homo si consideras, quid per os, quid per nares, quid per cæteros meatus egrediatur nũquam vnius sterquilinium inuenisti, cùm sic nosipsos attentè consideramus, quid secundùm corpus sumus, tunc meritò de pretiositate vestium erubescimus. Secundum quod est reprehensibile in vestibus, est mollities vestium. Contra hoc Ioan. Bapt. qui in vtero fuit sanctificatus, & nunquam aliquod peccatum

catum mortale commisit, habuit vestem duram, & multum asperã. vnde dicitur: *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum.* vbi Gloss. Seruus DEI non debet habere vestimentum ad decorem, vel delectationem, sed tantùm ad tegendam nuditatem; vnde Christus dicit in Euang. *Qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Vnde ex iam dictis apparet differentia inter seruos Christi, & huius seculi, quia serui huius seculi quærunt in vestitu corporis delectationem, & nitorẽ, & mollitiem. *Bern.* Mollia indumenta mollitiem animi indicant. Sed serui Christi tantùm ad nuditatem tegendam. vnde: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Imò seruis Christi cõpetit asperitas vestiũ, ad domandam ipsam carnem. Ps. *Cùm mihi molesti essent, induebar cilicio*, scil. dœmones per infestationem carnis. Tertium reprehensibile circa vestes est extraneitas, q; aliquis vult habere vestes extraneas, à vestibus aliorum dissimiles, & talib⁹ minatur Dominus, vt habetur: *Visitabo super principes, & super filios regis & super omnes, qui induti sunt veste peregrina*, vestes peregrinæ sunt illi varii modi, & nouę adinuentiones vestium, q̃ ab antiquo non fuerunt; hoc patet in illis, qui ante triginta, quadraginta, vel sexaginta annos vixerunt, quia tũc tales nouitates & vanitates, & tales incisiones non viderunt, quas

Matth. 3.

1. Tim. 6.

iam vident, & væ illis, qui tales nouitates inuenerunt, vel qui nituntur adhuc inuenire, quia sicut ille laudabilis esset, qui nouam virtutem, & nouum modũ laudabilem viuendi inueniret, quia per hoc à DEO & ab omnibus sanctis honoraretur in cœlo, & cum hoc particeps esset oĩum meritorũ ipsorum, qui eum imitarentur, & gaudium suum accidentale in cœlo augmentaretur, & propter hoc vsq; ad nouissimum diem à quolibet homine, qui eum imitaretur: sic per oppositum vituperabilis est ille, qui nouũ vitium inuenit, vel adhuc inueniet, quia ex hoc iram DEI grauiter cõtra se concitat, & reus erit omnium peccatorum illorum, qui eum imitãtur, & si damnabitur, tunc pœna sua accidentalis augmentabitur ei vsq; ad nouissimum diem à quolibet homine, qui eum imitatus fuerit in hoc vitio: similiter illi, qui volunt habere vestes diuersorum colorum, sunt reprehensibiles. Cuius ratio est, quia tales diuersi colores in lana ouium non inueniuntur naturaliter, si tales colores voluisset Dñs esse in lana ouiũ potuisset depinxisse oues, sicut dedit aues, & fortè à principio nõ fuit facta pictura huiusmodi absq; curiositate & culpa. Vnde legitur de quadã virgine, quã remordebat conscientia sua de hoc, q; habuit vestes alterius coloris, quàm naturalis. Quartum reprehensibilis est superfluitas, q̃ attenditur in trib. Primò in illis, qui volunt

HŸ

volunt habere diuersa paria vestiũ, & potius etiam volunt vestimenta à tineis comedi, quàm inde Christum in pauperibus indui: *Agite nunc diuites plorantes, vlulate in miseriis, quæ adueniẽt vobis, diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta.* Aliqui habent tot paria vestimẽtorum, quot sunt dies in hebdomada, vel quandoque plura, & plures pauperes sunt, qui sustinent magnam miseriam in victu & vestitu. Bern. Clamant nudi, clamant famelici, & conqueruntur de nobis fame, & frigore miserabiliter laborantes, quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in perticis, vel plicata in arcis? Quomodo tales diuites implent doctrinam Christi, qui dicit in Euangelio: *Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti?* Cùm tamen plures sunt, qui habent sex, vel octo tunicas, & nemini quicquam dant, signum est, quòd tales non habent veram charitatem Dei, & proximi: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo.* Secundò consideratur superfluitas in illis, qui volunt habere longas vestes, vt maiores videantur. Quod vitium multum abundat iam quibusdam viris, qui altos pileos in capitibus, & colopidea in pedibus, & vestes longas per terram trahunt, volentes sic adiicere ad staturam suam cubitum vnum. Cùm tamen Christus dixit in Euangelio: *Quis vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam vnũ cubitum?* Item in illo vitio laborant mulieres, quæ longas trahunt caudas post se, pretiosis vestibus terram cooperientes, & de nuditate Christi pauperum non curantes. Caudis suis pulices colligunt, & puluerem hominibus mouent. Christum verò, quẽ in tot pauperibus nudum inspiciũt, non operiunt. Est etiam multum reprehensibile, quod caudæ assumuntur, cùm tamen natura homini caudam negauit, sed miseri homines eam sibi assumunt; & in hoc contra creationem creatoris faciunt, qui eos sine cauda creauit, cùm tamen si sibi placuisset, & homini vtile fuisset, eundẽ hominem cum cauda magna creare potuisset, sicut vulpem, vel leonem, ac cætera animalia. Timendum est talibus, ne diabolus in caudis talibus quiescat. Vnde legitur de quodam sancto, ꝙ ipse quendam diabolum ridentem vidit, & quæsiuit ab eo cur rideret? Qui dixit ei: Vidi socium meum equitantem super vestem cuiusdam mulieris, quæ dum caudam traheret, socius meus cecidit in lutum, & ideò risi. Tertiò, superfluitas est in illis, qui volunt habere caputia magna & lata, de quatuor vlnis, vel quinque vel sex, & manicas longas in tunicis, quasi vsque ad terram dependentes, & incisiones multas & longas tam in caputiis, quàm tunicis.

Esaias 5.

1. Ioan. 3.

Matth. 6.

nicis. In quibus est magna & inutilis superfluitas, & talis superfluitas non est ad honorem DEI, nec etiam prodest ipsi homini, nec corpori, quod exinde aggrauatur, nec animæ, quæ exinde maculatur, & deturpatur. De quibus omnibus sic superfluè expensis, siue in se, siue in filiis, siue in suis vxoribus districtá rationem reddituri sunt in nouissimo. Quantum ad secundum, sciendum, quòd ornatus corporis potest esse sex modis peccatum mortale. Primò propter intentionem, scil. cùm quis se ornat ea intentione, vt velit ab aliis cõcupisci, quia secundùm Aug. Non solùm appetere, sed etiam appeti velle, criminosum est. Chrys. *in lib. de compunct.* Si mulier se ad hoc decorauerit, vt ad se visus hominum prouocet, extremam vindictam sustinebit: ergo mulieres, vel etiam virgines, quæ se ornant, vel facies suas colorant, vt ab aliis concupiscantur, peccant mortaliter, quamuis etiam nõ habeant voluntatem consentiendi illis, qui eas concupiscunt. Et nota, quòd talis mulier vel virgo, quæ se sic ornat, peccat quadrupliciter. Primò, contra seipsam, quia decoré animæ suæ deturpat, & seipsam in anima mortificat, modò si malus homo est iste, qui se corporaliter occidit, qd tunc de illo, qui æternaliter in corpore & anima se occidit? *Augu*st. Mors corporis necessaria, est mors animæ voluntaria. Vnde corpus mulieris peccatricis superbè ornatum sepulchrũ est animæ mortuæ, & quanto plus corpus ab extra ornatur & coloratur, tãto plus anima deturpatur & denigratur. Secundò talis mulier peccat contra Christũ, quia sanguiné ipsius denuò effundit; quia sicut de corpore humano sano, nõ potest abscindi membrum sanum sine effusione sanguinis: sic nec bonus in gratia existens potest abscindi per occasionem peccati mortalis à corpore mystico ipsius Christi sine mystica effusione sanguinis Christi, quia omnes homines in gratia existentes sunt membra Christi, & Christus est caput, quandocunque per ornatum corporis aliquem allicis ad malam cõcupiscentiam tui, tunc vnum membrum à corpore Christi abscidisti, & denuò sanguinem ipsius effudisti. Bernh. *in serm.* Nonne tibi videtur grauiorem ab eo Christus sustinere persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo pernicioso, scandali occasione ab eo peruertit animas, quas redemit, quam à Iudæo, qui sanguinem iustum fudit? Tertiò, talis mulier vel virgo nocet Angelis, & Mariæ, & omnibus sanctis. Primò, quia priuat eos isto gaudio, quod habuerunt in conuersione illius peccatoris, quem ista mulier per ornatum suum trahit è conuerso ad peccatum, & ad malam concupiscentiam. *Ambros.* An non Angelos credimus ingemiscere, cùm homo pœnitens ad peccatum reuertitur? Id-

eò dicitur: *Quòd mulier debet habere velamen super caput suum propter angelos*: scil. ne offendat Angelos, sc. alliciendo & occidendo homines in anima, quos ipsi custodiunt. Item, quia seruitium illi homini exhibitū ab ipsis Angelis, omnino euacuatur, de quo seruitio dicit Psal. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* Item quia ruina ipsorum Angelorū reparari debuit per talem hominē cōuersum à peccatis, quam reparationem ista mulier impediuit, quæ illum ad peccandum induxit. Ex quibus patet, ꝙ talis mulier grauiter Angelos offendit, quæ se ornat ad alliciendum viros. Quartò, talis mulier peccat contra proximos, quia est interfectrix fratrum suorū, quando hominem quemcunq; per ornatum suum ad peccandum inducit, quia omnes sumus fratres, & habemus vnum patrem, & vnam matrē, scil. Iesum Christum, & Mariam: Adam & Euam, vnum baptisma, vnam fidem, vnam patriam, vnam hæreditatem, scil. cœlum, & DEVS istas animas requiret à tali muliere in iudicio, & anima eius erit pro animabus illorum; quia secundùm leges: *Qui occasionem damni dat, & damnū dedisse videtur.* vnde dicitur: *Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritq; bos, aut asinus in eā, reddet dominus cisternæ pretium iumenti*: vbi dicit gl. Cisterna aperitur, quādo mulier ornatur. In eam verò nō opertam bos cadit, vel asinus, quando occasione pulchritudinis, quam mulier incautè ostendit, aliquis perit, & in hoc casu anima pereuntis de manu mulieris requiritur. Sciendum, ꝙ secundùm S.Th. Mulier in matrimonio constituta, licitè potest operam dare, vt viro suo placeat, ne per eius cōtemptum in adulterium labatur. *Mulier, quæ nupta est, cogitat quæ mundi sunt, quo placeat viro*: sed plures mulieres volunt per hoc se excusare in pomposo habitu suo, dicentes, imò se ornant, vt viris suis placeant, vt sic se ab aliis mulieribus custodiant; sed mentita est iniquitas sibi. Hoc patet, quia multæ mulieres ornant se potius, quando prodeunt in publicum, quàm quando sunt cū viris suis in domibus. Item multoties sunt in longinquis partibus, & vxores talium virorum dicunt, ꝙ ornant se propter maritos suos; sed Deus, qui cognoscit corda hominum, scit, an verum sit, qui nullo modo potest decipi. Secundò, peccant mulieres & etiam viri in ornatu, cùm se ornant ex superbia, scil. extollendo se super alios, in contemnendo alios, qui non habēt talem ornatum. Et talis ornatus communiter ex superbia procedit. Gr. Quod pro sola inani gloria vestimentum pretiosius quæritur, res ipsa testatur, quia nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, vbi ab aliis non possit videri. vnde Innoc. de vtilitate conditionis humanæ: Su-

1.Cor. 1.

Exod. 21.

Thom. 2. 2 q 169.

1 Cor. 7.

perbus

perbus autem, vt magnificus videatur, satagit vestiri duplicibus, indui mollibus, pretiosis ornari. Hoc patet, quia heu multi homines ex superbia se ornant, vt alios in pulchritudine excellant, vel saltem non excedantur ab aliis, vel ex amore vanæ gloriæ, & vanæ laudis; vt dicatur, quòd ipsi sunt pulchri, & honorabiles. Non est verisimile, quòd tales homines charitatem DEI, & proximi, & propriæ salutis habeant, quia verba vanæ gloriæ cariora habent, quàm fratres suos, quàm etiam DEVM, quàm etiam propriam salutem, quàm etiam æternam gloriam. Tales enim multum contemnunt Deum, Mariam, & omnes sanctos, qui eis præponunt laudem & gloriam hominum. Carius enim habent, vt pulchri & honorabiliores dicantur, quàm vt cõsequantur regnum cœli cum Christo, & cum omnibus sanctis eius; quia Luc. 17. dicitur: *Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Tertiò, peccant viri & mulieres in ornatu corporis, sc. seipsos colorantes; & præsertim cùm hoc faciunt in contemptum sui creatoris. Quantum autem tales sic facies suas colorantes DEVM offendant, in hoc potest notari, quòd tantum videmus offendi peritos artifices, quando aliquis aliquid præsumit meliorare in operibus eorum: sic etiam dicendum est de DEO creatore omnium creaturarum. vnde Ambros. Deles picturam DEI, si vultum tuum naturali candore obnubilas, & exquisito rubore perfundis. Item, tales similes erunt Lucifero, qui volunt pulchriores esse, quàm Deus omnipotens eos creauit; sicut illi, qui habent pallidas facies, & volunt sibi facere albas & rubeas, & aliqui habent nigros crines, & volunt habere glaucos, & qui habent crines planos, & volunt habere crispos, & sic nolunt esse contenti creatione Dei, sed volunt se aliter facere, quàm DEVS eos creauit, cùm tamen Deus pro bono, & pro salute ipsorum eos sic creauit, qui ex omnipotentia sua potuisset eos ita pulchros & splendidos creasse, sicut Sol est in splendore suo, si sibi placuisset, & eis vtile fuisset. Et dum tales volunt habere exterius facies pulchras interius assumunt facies diabolicas, contra illud Ecclesiast. Non accipias faciem aduersus faciem tuam, sed Dominus minatur talibus sic se colorantibus, quòd in futuro denigrabuntur, iuxta illud: *Omnes vultus redigentur in ollam*: nunquam aliqua olla, nec aliquod caldare sic denigrabitur, sicut facies talium denigrabuntur, si sic moriuntur. vnde Bern. In quo aũt membro creator magis offenditur, in eo peccator grauius torquebitur. Quartò homines peccant in ornatu corporis, & hoc fit propter nimiam complacentiam & amorẽ, & solicitudinem, quam habent ad

Eccles. 4.

Ioan. 4.

ornatum & pulchritudinem corporis. Tantus enim potest esse ille amor, & tanta complacentia, quòd esset mortale peccatum, & quasi idololatriæ, vt quando iste amor & complacentia illa amorem DEI superat, quia hoc ab homine colitur quod præ cæteris diligitur. August dicit: Nullum peccatum est adeò veniale, quòd non fiat mortale, dum placet, ergo isti periculose stant, qui habent nimis magnam complacentiam in suis vestibus, eò quod habent diuersa paria vestiũ, in tunicis, & palliis suis, & in suis magnis caputiis, & peplis, & cingulis, corrigiis deauratis, vel deargentatis: & sic de aliis. Quintò, peccant homines in ornatu corporis propter scandalum proximi, quamuis non intendunt cum superbo ornatu & pulchritudine corporis aliquem allicere ad malam concupiscentiam: cùm tamen cognoscunt veraciter alios propter ornatum corporis sui accendi ad malam concupiscentiam, nec dimittere volunt superfluum ornatum sui corporis propter salutem proximorum, sed potius volunt animas proximorum damnari, quàm ipsi velint illo ornatu carere, tales quidem mortaliter peccãt. Sextò, peccant homines cum ornatu propter exemplum & informationem aliorum, sicut qui primitus inuenerũt, vel adhuc hodierna die inueniunt nouos modos vestiũ, & extraneitates, & volunt habere sequaces in talibus adinuentionibus; sicut in longis caudis & scissuris diuersis, in peplis, & in caputiis, in crinibus, in cingulis, in calceis, & aliis ornamentis. Et talium pœna accidentalis augmentatur in inferno quotidie vsq; ad nouissimũ diem à quolibet homine, qui eos imitantur in talibus adinuentionibus. Exemplum de superbia. Quidam Sacerdos pro matre sua mortua multum se affligebat, frequenter orando, & celebrando pro ea, cùm autem quadam die pro ea celebraret, desideraret aliquid scire de statu eius, vidit eam in sporta iuxta altare detentam à duobus dœmonibus, & ligatam, videbantur autem de capite eius prominere serpentes ignei, tanquã capilli, & bufo super pectus eius circumcingens anterioribus pedibus collum eius, igneas flammas in faciem eius spumans, & in manibus & pedibus catenæ igneæ, quib⁹ erat ligata. Et dictum est ei, quòd inutiliter pro ea oraret, quia damnata esset, & addebatur, quòd has pœnas pateretur pro ornatu capitis, & crinium, & ob hoc haberet illos ignitos serpentes caput eius circumcingẽtes. Sed bufonem super pectus eius sustineret propter denudationem colli, & mammillarum, & quia faciem suam colorauit: & ideò bufò igneas flammas in faciem eius spumaret, & quia manus eius extenderat ad impudicos amplexus, & tactus, & cùm pedibus Deum offenderat saltando,

tando, & chorizando, & ideo manus, & pedes eius essent ligati catenis igneis, ergo de talibus peccatoribus dicitur. *Ligatis manibus, & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores.* Matt. 22.

DOMINICA II. POST FEstum Trinitatis. Sermo. LXXXIV.

De gaudiis cœli.

Luc. 14. HOmo quidam fecit cœnam *magnam &c.* in verbis præpositis ostenditur Dei liberalitas, & hoc in magnitudine huius cœnæ. Circa quod sciendum, quod hæc cœna magna est. Primum quantum ad conuiuas. Nulli enim conuiuæ erunt ibi, nisi magni; scilicet reges, & reginæ, vnde dicit Dominus: Cibus sum grandium. Gen. 49. *Pinguis panis eius, & præbebit delitias regibus.* vnde de quolibet beato bene dicit, quod ipse rex sit, dicente. Psal. *Gloria & honore coronasti eum domine,* & iterum. *Posuisti Domine super caput eius coronam &c.* Secundo, dicitur magna, quia magnis expensis parata est ista cœna quia morte Christi. Tanta est enim delectabilitas huius cœnæ, quod sancti, qui prægustauerunt de cœna ista, mortem non reputabant, qua se ad hanc cœnam venire putabant. Rom. 8. *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Tertio, dicitur magna quantum ad ea, quæ ibi parata sunt, multa enim fercula, & valde delectabilia ibi parata sunt. Nam delitiæ huius cœnæ respectu delitiarum, quæ sunt in mundo maiores sunt, quam sit mare respectu vnius guttæ. Hoc probatur, quia sunt infinitæ. vnde Aristo. Finiti ad infinitum nulla est proportio. Arist. 4. Phys. Sciendum, quod de pretiositate gloriæ beatorum multi doctores multa scripserunt, & dixerunt, nec tamen vnum gaudium ex illis explicare potuerunt. Nam ibi dabuntur nouem dona, vel fercula pretiosissima, quæ promisit Deus electis suis hæc adeo pretiosa sunt, quod vnum tantum ipsorum correspondit labori mille annorum. Primum inter ista adeo pretiosum est, quod omnis homo illud affectat, scilicet iuuentutem sine senectute. August. hanc vitam amplecti debuisti, vbi est iuuentus sine senectute. Hanc igitur habebunt, qui in hac resurgent ætate sicut Christus fuit, quando pro nobis passus est, scilicet circa triginta tres annos. Etiam qui hic centum, vel quingentos, vel nongentos annos vixit sicut Adam, qui vixit nongentos triginta annos, similiter & puer vnius diei etiam in tali ætate resurget. Et ratio huius est, quia homo debet resurgere in perfectiori ætate: sed quando homo est circa triginta annos, tunc est in meliori statu; igitur &c. Ergo si affectas iuuen-

tutem, vbi nunquam ſenueris illu anhela; ergo quandocunquec grauaris, hoc per ſenium ſperare debes, te illuc venturum, vbi habebis iuuentutẽ ſine omni ſenectute. Pſ. *Renouabitur vt aquila iuuentus tua.* Secundum ferculum, ſiue donum pretioſius eſt primo, imo adeo pretioſum eſt; quod nullus hominum potius quam illo careret, ſi mille mundos haberet, omnes relinqueret, adeo etiam pretioſum eſt hoc ferculum ꝙ potius homo vellet non eſſe, quã iſto carere, & dicitur ꝑpetua ſanitas ſine omni debilitate, & paſſibilitate, ſi qs totũ mũdum haberet, & quotidie infirmus eſſet, nec eo vti poſſet, ad quid ſibi valeret? S. Thom. dicit quod corpora ſanctorum poſt reſurrectionem erunt impaſſibilia. Ratio huius eſt victoria animæ ſuæ, ſuper corpus, quia corpus perfectè ſubiicietur animæ & glorificatio animæ effundetur in corpus glorioſũ Hoc illi qui in præſenti frequenter ſunt infirmi, cogitare deberent, & ſeipſos conſolari, & ſpem habere de æterna beatitudine vbi erit ſanitas ſine infirmitate. Nam corpus glorificatum ita modicum lædi poteſt, ſicut radius ſolis, ſi enim omnes gladii, & cultelli percuterẽt ĩn vnum corpus glorificatum, nihil ei obeſſent, nec nocerent, quia nec ignis, nec frigus, nec fames, nec ſitis lædere poſſunt corpus glorioſum. *Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neq; vllus dolor, quoniam priora tranſierunt.* Item non eſurient, neque ſitiẽt amplius. Nulla enim moleſtia eis de cætero nocere poterit, quia hic ſuſtinuerunt infirmitates, ergo ibi habebunt ſanitatem, ſed mali, qui hic ſemper ſani fuerunt, ſemper ibi infirmi erunt, & pleni doloribus. *Ibi dolores vt parturientis.* Item boni hic famem ſuſtinuerunt, ſed mali in ſatietate vixerunt, ergo &cæt. *Serui mei comedent, & vos eſurietis.* Item boni hic ſitim paſſi ſunt, mali ebrietati ſeruierunt. Igitur ibi nec vnam guttam aquæ habere poſſunt, ſed potius eorum ſecundum Pſalm. *Eſt ignis ſulphur & ſpiritus procellarum.* Item mali hic libere peccauerunt, ergo ibi ligati erunt. *Ligatis manibus, & pedibus &c.* boni non ſolum habebunt impaſſibilitatem, & ſanitatem, ſed etiam magnam claritatem. *Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris mei.* Vnde etiam Bernardus: Qualis putas tunc erit ſplendor animarum, quando ſolis ſplendorem habebit lux corporum? nulla erit ibi triſtitia, nulla anguſtia, nullus dolor, nullus timor, nullus ibi labor, nulla mors. Sed perpetua ſanitas quæ ſemper perſeuerabit. Tertium donum, ſiue ferculum adhuc maius eſt hoc, ſcilicet, quod ibi ſunt diuitiæ ſine paupertate, quia ibi dabitur abundantia omnium rerum, quibus indigemus, hic in multis

S. Thom. ſup 4. Sen diſt. 44.

Apoc. 21.

Eſai. 65.

Matt. 22.

Matt. 13.

Bern. in lib. de Conſid.

tis defectum patimur, & hic nihil est, quod satiare potest affectum hominis, sed ibi abundanter habebimus oĩa. *Omnium rerum abundantia perfrueris.* Quæritur, quare homo hic non potest impleri honorib. delitiis & diuitiis, & sic de aliis? Respondetur, quod hæc est causa, quia anima secundum Deum est facta, & ergo non potest impleri, nisi cũ venerit ad exemplar, secundum quod est facta, & hoc est ipse Deus, & tunc quiescit. v.g. Si cera sigillo imprimatur, & postea deferatur per totum mundum, & in omnibus sigillis adaptetur, nulli defecte adaptatur nisi primo: sic est de anima ad imaginem Dei facta. Ber. Ad imaginem Dei quippe facta est anima rationalis: cæteris omnibus occupari potest, impleri omnino non potest, capax Dei est, & quicquid Deo minus est, non eam implebit. Quartum donum, vel ferculum, quod adhuc maius est q̃ electi habebunt in cœlo, hoc est adeo magnum, quod oẽs homines tã boni, quam mali illud appetunt, & oẽs Angeli in cœlo, hoc est perpetua pax Aug. Sicut nemo est, qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit: quoniam quidẽ, & ipsi, qui bella volunt nihil aliud, quã vincere volunt. Ad gloriosam ergo pacem cupiunt bellando peruenire, sed mali in inferno habebunt per oppositum lites discordias, odia, & inimicitias. Ergo q̃ perpetuam pacem in inferno habere desiderat, hic pacẽ diligat, & sequatur. Aug. Nemo poterit ad hæreditatẽ domini peruenire, quisquis testamentum eius noluerit obseruare, Amb. Pax est dux ad vitã æternã. Quintum gaudium, vel ferculũ est dulcis sonoritas angelorum, & sanctorum continue Deum laudãtiũ in cœlo Ps. *Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorũ laudabunt te.* Si delectabile est, hic audire cantũ hominum & instrumenta musicalia, quæ tamen nihil sunt respectu cantus angelorum, & sanctorum; qualis dulcedo tunc erit in cœlo audire omnes sanctos, & angelos Deum laudantes? Ergo sicut triste est damnatis audire clamorẽ, & vlulatum damnatorum, & dœmonum; sic è conuerso dulce est beatis audire laudes beatorum, angelorum. Sextum gaudium, siue ferculum, est meritum & gaudium quod vnusquisque habebit in cœlo de suis propriis meritis. Vnde Apostolus: *Reddet vnicuique iuxta opera sua.* vbi non solum remunerabuntur magna opera, sed etiam minimum opus bonum remunerabitur homini, ergo quicquid boni fecisti, cogitando, loquendo, compatiendo, congaudendo proximo, operando, nam omnes gressus, & passus dominus remunerabit, & quicquid patiẽter sustinuisti, quot dolores in corpore, siue in quocunq; membro, in oculis, capite, manibus, siue in pedibus, quoties esuriem, sitim, frigus, vel alias tristitias

Margin notes: *Deut. 8.* — *Aug. de Ciuit. Dei.* — *Aug. 10. de Ciut. Dei.* — *Amb. super Luc.* — *Rom. 2.*

tristitias patienter tolerasti, & etiam quoties fatigatus & fessus es ex labore, & bona operatione, ista omnia Deus plenè, & benè tibi remunerabit. Hier. Nullus labor durus, nullũ tẽpus longũ videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. Exemplum de gaudiis cœli. Legitur quod in ecclesia Beati Petri in Colonia cum esset quædam obsessa, contigit aliam obsessam superuenire, mox visa contra aliam cœpit surgere, & clamoribus, & contumeliis sese afficere. Et dœmon dœmoni dicebat. Miser quid consentiendo Lucifero, sic de cœlo ruimus? & alter respondit: Quare fecisti? Cum illi adhuc quasi pœnitus verba proferrent, alter subiunxit, tace, ista pœnitentia est nimis sera. Et idem dœmon interrogatus à circumstantibus, quid facere vellet, vt sic ad cœlum redire posset, respondit: Si esset columna ferrea rasoriis, & clauis acutissimis circumquaque bene armata, à terra vsq; cœlum erecta, tunc vsq; ad diem iudicii, si carnẽ haberem, qua sic pati possem, me per illam pati vellem trahi, nunc ascendẽdo, nunc descẽdendo, dummodo peruenire possem ad gloriam, de qua propter meam superbiam cecidi. Septimum gaudium est quod quis habebit ex iucunda societate, & participatione omnium electorum, & hæc sunt innumerabilia gaudia & maxime, quia quilibet habebit magnũ gaudium de quolibet sancto, quorum non est numerus. *Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat.* Et de quolibet sancto tantum gaudium habebis, quod si Deo centum annis seruisses, adhuc Deo non satisfecisses pro illo gaudio, quod habiturus es de minimo sancto. Et ratio huius gaudii est, quia vnusquisque intantum diligit proximum, quantum seipsum, quia hic in præsenti charitas incipit, & ibi perficitur. Tanta namque charitas inter electos est, quod gaudia & merita aliorum quasi sua reputant, propter magnam charitatem, quam habent ad inuicem. Vnde Ans. vnusquisque tanto gaudio gaudet de alterius merito, sicut de suo proprio. Nam Petrus gaudebit de virginitate Ioannis, & Ioannes gaudebit de martyrio Petri, & sic de aliis; quia quocunque caret vnus in seipso, hoc habebit in alio. O quãtum gaudium tibi erit, quando Ioannes Baptista cum patriachis, & prophetis omnia sua merita tecum condiuidet, similiter Petrus cum omnibus aliis Apostolis, Stephanus & Laurentius cum omnibus martyribus: Martinus & Nicolaus cũ omnibus confessoribus: Ioachim, & Anna cum omnibus in matrimonio constitutis; Elizabeth cum omnibus viduis; Catharina & Barbara cum omnibus virginibus. Qui omnes singulariter tecum cõdiuident omnia sua merita, & gaudia, Gre. in moral. Et quis enarrare suffi- Apoc. 7.

re sufficit quantum gaudium quilibet suscipiet de sanctorum Patriarcharum humilitate, & simplicitate, Prophetarum crudelitate, & fidelitate, Apostolorum charitate, & magna diligentia, Martyrum stabilitate & patientia, Cōfessorum pietate, & clementia, Virginum castitate, & continentia; reuera lingua & vox deficit, & intellectus capere non sufficit, quantum sit gaudium, choris angelorum interesse, presentem De vultum cum beat s, & electis videre. Octauum gaudium est quod habebimus de gloriosa virg ne Maria, de qua gaudebimus super omnes sanctos, tanquam de regina cœli & terræ, angelorum & hominum; sicut enim ipsa in meritis est super omnes sanctos, & sic gaudium eius erit super gaudium omnium sanctorum, quod de ea habebimus, quia condiuidet nobiscum omnia merita sua, & omnia gaudia sua. Nonum gaudium, quod est super omnia prædicta, & sine quo omnia prædicta nihil essent, est gaudium quod habebimus de Dei visione, hoc erit summum gaudium videre Dei faciem, quia desiderium omnis voluntatis inuenitur in visione diuina. Aug. lib. 22. de ciu. Dei. Ipse Deus erit finis desideriorum nostrorum, quia sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur, quicquid homo desiderat, quando speculum Trinitatis inspicet, habebit. Qui enim Deum videt, omnia videt, & cognoscit, quæ fiunt in terra, in cœlo, & in inferno, quia quicquid cognati sui faciunt vel alii, qui adhuc in terris sunt, totum cognoscit in Deo. vnde magister sen. li. 4. distin. 1. Qui claritatē Dei vident nihil in creatura ag tur, quod videre non possint. Greg. Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident? hæc enim visio Dei est tota merces, & salus nostra, qua Deum à facie ad faciem videbimus. vnde Ps. *Ostende nobis domine faciem tuam, & salui erimus. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Ioan. 17. Ergo desiderium animæ datum est homini, vt illuc anhelet, vbi Deum videat Psal. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Quare Dauid desiderauit sic videre Deum; quia cognouit in spiritu dulcedinem diuinæ visionis. vnde dicit Psal. *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præteriit.* Item *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Ex h s iam dictis patet, quod miseri sunt illi homines, qui temporales delitias corporis & gaudia mundi, & honores seculi prælegerunt gaudiis sempiternis. Greg. Nemo potest hic gaudere cum hoc seculo, & illic regnare cum Deo. Hæc non aduertunt amatores seculi, scilicet chorizantes, & in aliis mundi vanitatibus viuentes, similiter gulosi, &

luxuriosi, qui in voluptatibus carnis viuunt, tales enim regnum Dei non possidebunt, Bernardus: Qui carnalibus delitiis pascitur, æternis delitiis indignus habetur. Et ista omnia sunt breuissima, propter quæ homo miser priuat se Deo, & sanctis, & omnibus bonis, & propter hęc tradit se dœmonibus, & suppliciis infernalib. Greg. Momentaneum est quod delectat, perpetuum autem, quod cruciat. Sed diceres, quare Deus posuit dulcedinem in in creaturis, quas hominibus creauit? Respondetur, vt nos alliceret per illam dulcedinem creaturarum ad appetendum æternam dulcedinem, quæ se habet respectu dulcedinis creaturarum, sicut mare respectu vnius guttæ Berna. Dulcedo omnium creaturarum, si quis iuste aduertit, nihil aliud est, nisi quod ad illam æternam dulcedinem nos inuitat. Ergo quando vides pulchrũ hominem, & ornatum, tunc memorari debes stolam cœlestis gloriæ, & faciem Dei, & omnium electorum. Sed quando comedis delicatum cibum, vel bibis dulce vinũ, tunc cogitare debes de dulcedine cœlestium ferculorum. Vel quando vides aliquem honorari, tunc cogitare debes quomodo boni honorantur à Deo, & ab omnibus angelis, & sanctis in cœlo. Item de gaudiis cœli legitur tale exemplũ, quod quidam religiosus deuotus petiuit à Deo vt sibi reuelaret aliquam dulcedinem cœlestis gaudii, & cum vna dierum esset in oratione, audiuit paruam auiculam dulciter prope se cantantem. Qui erigens se ab oratione, voluit apprehendere auiculam, quæ volauit ante eum vsque ad syluam, quæ erat prope monasterium, & sedit super vnam arborem, & ipse secutus est eam stans sub arbore, & audiuit cãtum illius auiculæ, postmodum auicula euolauit, & ipse regressus est ad monasterium, & æstimabat se vix ad vnã horam, vel ad duas horas sub arbore stetisse, & veniens ad monasterium inuenit, quod porta monasterii obstructa fuit cum lapidibus; & inuenit aliam portam esse factam in alio latere monasterii. Et accessit & pulsauit ad portam, & frater portarius quæsiuit vnde veniret, & quis esset, & quid desideraret. Qui respõdit. Ego iam nouiter exiui de monasterio, & iam reuertor, & iã monasterium variatum est; Et portarius intrauit & dixit Abbati. Qui venit ad portam, & quæsiuit ab eo quis esset, & vnde veniret. Respondit, ego sum frater istius monasterii, & nouiter exiui ad syluam, & reuersus sum, & nem nem nosco nec me aliquis cognoscit. Tũc Abbas, & seniores monasterii quęsierunt ab eo nomen Abbatis illius, qui præerat monasterio pro tempore, quo monasterium exiuit, & quærentes in cronicis inuenerunt eum defuisse à monasterio. 360. annis. Hoc magnum fuit, quod per

totum

totum illud tempus præ dulcedine cantus illius auiculæ, seu angeli, nec sensit frigus, nec calorem, nec esuriuit, nec sitiuit Quid tunc erit, quando cœlum intrabimus, & nouem choros angelorum cantare audiemus?

IN EADEM DOMINICA. Sermo. LXXXV.

De luxuria.

Luc. 14. *VXorem duxi, & ideo non possum venire.* Sciendum, quod excusatio istius, qui inuitatus fuit ad cœnam, & se excusauit dicens, vxorem duxi, & ideo non possum venire, pertinet ad luxuriosos; si enim vxor hic accipitur propriè, tunc iste excusando falsum dicit. Certũ est enim, quod qui vxorem ducunt ad cœlestes nuptias venire benè possunt. Si autem accipitur pro carnali voluntate, verum dicit. Greg. Nonnulli in coniugio non fęcunditatem prolis, sed desideria expetunt voluptatis. Et idcirco per rẽ iustam non immerito figurari potest res iniusta. Homo igitur luxuriosus, & voluptuosus ad cœlestẽ cœnã peruenire non potest, non debet, & non est dignus. Primo, non potest, quia compedibus est alligatus. Ecclе. 7. *Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum est.* Secundo; non debet, quia est quasi fœtidus. Ioan. 1. *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Tertio, non est dignus, quia est sordida veste indutus, si enim indignus fuit stare in nuptiis, qui non habuit vestem nuptialem: Multo Matt. 22. fortius qui habebit vestem vituperabilem, vel sordidam; ergo si vxor accipitur pro carnali concupiscentia, tunc verum dixit. Vxorem duxi &c. Vnde hic dicenda sunt duo. Primo, quomodo actus luxuriæ committitur sex modis; & quomodo vnus semper grauior est alio. Secundo, quomodo luxuria cõmittitur sine actu decem modis, & quando fit peccatum, & quando non, & de hoc dicetur in sequenti sermone. Quantum ad primum sciendum, quod primus actus luxuriæ est fornicatio simplex, sicut soluti cũ soluta; & licet q̃dam dixerũt fornicationẽ simplicẽ non esse peccatum mortale, hoc tamen secũdum Hen. *de Vrina* est falsum, & impossibile propter duo. Primo, quia simplex fornicatio inuenitur in diuina lege prohibita; vbi dicitur. Non mœchaberis. vnde secundum Aug. in hoc præcepto ꝓhibetur omnis illicitus concubitus, & hoc explicite. Vnde dicitur. Nõ mœchaberis, id est nulli alteri excepto fœdere matrimoniali te commiscebis, vnde vt dicit glossa interli. Lex autem diuina nihil ꝓhibet nisi peccatum mortale, & ideo relinquitur, quod fornicatio simplex sit peccatum mortale, quod etiam secundo patet euidenter ex hoc, q̃a nihil à participatione cœlestis regni excludit nisi peccatũ mortale, propter simplicem for-

nicationem excluditur quis à regno cœlorum vt patet per Apostolum. *Hoc autem scitote quod omnis fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.* Igitur &c. Ex hoc patet quod luxuria est malum peccatum, quia nunquam potest scienter, & voluntariè fieri sine peccato mortali. Homicidium autem potest fieri sine peccato mortali, vbi iustitia hoc exigit; vt cum iudex amore iustitiæ aliquem occidit, vel etiam vbi vim vi repellere licet. Item aliquis potest furari sine peccato, & hoc in extrema necessitate, quia tunc omnia sunt communia. Item in diebus festuis potest quis quandoque laborare sine peccato. Et etiam aliquis potest iurare sine peccato, Similiter, & recipere iuramentum sine peccato. Similiter quis potest irasci quandoque sine peccato: sed nullus potest fornicari scienter quin peccet mortaliter. Ponamus, quod aliquis nullum malum cogitauerit, neque fecerit, & omnia bona egerit, quæ excogitari possunt, si semel fornicetur, & sic decedat sine pœnitentia, de necessitate damnabitur, etiamsi omnes missæ, quæ vsque ad finem mundi celebrabuntur ab ecclesia, pro eo solo celebrarentur, non liberarent illum à morte æterna. Et propter istam breuem delectationem occidit suam propriam animam, priuat se societate Christi, & Mariæ & omnium sanctorum angelorum, & dat seipsum in potestatem omnium dæmonum, & ad æternum supplicium, sic quod pro vno actu fornicationis, tot annis ardebit in inferno, quod regnabit Christus in cœlo, quia æternaliter. Hiero. Qui luxuriatur, viuus mortuus est. Sciendum, quod ad detestationem huius fornicationis, quæ fit cum meretricibus, valent tria. Primum est hoc, quod fortè sunt coniugatæ, & sic cum aliquis credit se peccare cum talibus simplici fornicatione; ipse quandoque committit adulterium. Secundum est, quod quandoque talis committit incestum quia forsan tales meretrices cognatæ sunt consanguineis illius, qui peccat cum eis. Ergo si duo consanguinei peccarent cum vna meretrice, primus absoluitur à simplici sacerdote, secundus autem mittitur ad autoritatem episcopi. Tertium, quia qui cum talibus peccat, magno se cōmittit discrimini, & licet non sint cognatæ, vel affines eius, ipse tamen secundum Gui. lug. in summ. vitiorum. c. de luxuria, æque peccant, ac si forent; ex quo est æqualis contemptus. Secundus actus luxuriæ dicitur stuprum, & est illicita defloratio virginum; quod est peccatum grauius, quàm primus actus luxuriæ. Ad detestationem huius peccati valent tria. Primo, quia hoc peccatum aufert virginitatem, quæ est thesaurus incomparabilis: *Non est condigna ponderatio continentis animæ:*

Ephe.

animæ: omnia enim visibilia in terris præcellit dignitas virginitatis. vnde Ambr. Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homo Angelis assimilatur. In signum huius dignitatis debetur virginibus fructus centesimus, cùm coniugatis solùm debeatur trigesimus, & viduis solùm sexagesimus. Insuper perdito isto thesauro, nunquam recuperari potest. vnde Isid. de sum. bon. Virginitas si labitur, nulla pœnitentia reparatur ad integritatem. vnde etiam Hi. Audenter loquar, cùm omnia possit Deus, suscitare tamen non potest virginem post ruinam. Valet quidem de pœna liberare, sed non valet coronare corruptam. Secundò, quia ille, qui illicitè deflorat aliquam virginem, aliquando est occasio mille fornicationũ, quas ipsa postmodum committit. Sicut ille, qui primus rumpit clausuram, vel septum alicuius horti, vel vineæ, occasio est illius damni, quod faciunt, qui postea veniunt, quia aliàs non intrassent. Modo est regula iuris, quòd qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. Quia talis virgo sic corrupta quandoque non potest venire ad matrimonium, sed communis omnibus erit, & quæcunque peccata sic perpetrauit, ille, qui eam primus violauit, illorum omnium reus erit. Tertiò, quia virgo casta est vxor & sponsa Christi, quia ipse est summus sacerdos, qui virginem debet ducere vxorem, vt habetur Leuit. 21. Modò si quis verè diligeret sponsum virginis, scil. Christum, sponsam eius non pollueret. Insuper talis deberet aduertere, ꝙ Christus, qui est sponsus virginis, scit & videt, quod sponsam eius polluit. Et si hoc tibi fieret cum vxore tua legitima, nonne punires eum, qui talem iniuriam & irreuerentiam tibi faceret in coniuge tua, & hoc te præsente & vidente? Sic similiter attendendum est de Christo, cuius quidem oculis omnia nuda & aperta sunt, qui indubitanter talem irreuerentiam sibi in sponsa sua factam in te grauiter vindicabit, nisi pœnitueris, & eum pœnitentia placaueris. Tertius actus est adulterium, & est grauius peccatũ, quàm stuprum. Magnitudo autem huius vitii potest ostendi per quatuor. Primò per hoc, quòd est contra sacramẽtum matrimonii, quod ipsemet Deus in paradyso instituit. vnde non fit iniuria tanto Sacramento absque magna Dei contumelia. Si enim monachus professus aliquem ordinẽ alicuius sancti peccat, trãsgrediendo ordinem, quem ille sanctus instituit, quid tunc dicendum est de illis, qui transgrediuntur ordinem, quem Deus per semet instituit, scil. matrimonium, quod est vnum de septem Sacramentis. Secundò, quia hoc peccatum exuperat omne furtum temporale, quia id, quod aufert quis sic suo proximo est maius quacunque

terrena substantia. Hoc patet, quia plus debet diligere vxorem, quam omnia temporalia, imò super alios homines in mundo existentes. vnde Adam dixit de Eua sua vxore: Gen. 2. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ.* In signum huius multi sunt, qui potius vellent exhæredari, & omnibus temporalib9 priuari, quàm hoc malum scienter & volũtariè in suis vxorib9 sustinere. Tertiò, quia hoc vitium quodammodo assimilatur homicidio. Cùm enim vir & mulier sint vnum corpus, & vna caro, vt patet in Euang. vbi Christus di- Mat. 19. cit: *Iam non sunt duo, sed vna caro.* ergo qui aufert vxorẽ alicui, idem est, ac si ipsummet auferret, ergo ꝓhibitio adulterii in decalogo immediatè ponitur post prohibitionẽ homicidii, & ante prohibitionem furti: Clemens Papa: *Quid in omnibus peccatis adulterio grauius est?* secundùm enim in pœnis locum tenet, id est, in ꝓhibitionibus. Vnde adulteriũ est tam graue peccatum, quòd potius homo hic omnem pœnam temporalem deberet sustinere, vel etiam si necesse esset, potius deberet mori, & permittere se occidi ab alio, quàm in adul- Genes. 39. terium consentire. vnde Ioseph magis voluit incarcerari, quàm a- Dan 13. dulterio consentire. Etiam Susanna, quæ est speculum omnium mulierum, potius voluit innocenter occidi, quàm adulterium contra Deum committere. Quartò, potest ostendi grauitas adulterii ex ¶ Q pœnis, q̃ infliguntur pro hoc vitio. Pro quo sciendum, quod adulteri quandoq; puniuntur corporaliter, quandoq; temporaliter, quandoq; spiritualiter, & quandoq; æternaliter. Primò corporaliter quandoq; puniuntur à Deo. vnde dixit Na- 2. Reg. 12. than ad Dauid, postquã adulterium cõmisit: *Non recedet plaga de domo tua vsque in sempiternum, eo quod despexeris me, & tuleris vxorẽ Vriæ Ethæi:* & quandoq; talis adulter ex permissione DEI torquetur hic in præsenti à diabolo in terrorem aliorum. vnde legitur, q̄ quidam commisit adulterium, & postquam intrauit Ecclesiam, obsessus à dœmonibus, & maximè punitus coram omni populo, & immediatè suam infelicem animam sine omni cõtritione & pœnitentia reddidit pœnis inferni. Ita quandoq; puniuntur temporaliter, vt à iure quãdoq; fustigantur, & quondã lapidabantur, vt patet Ioan. 8. vbi scribæ & Pharisæi duxerunt mulierem in adulterio deprehensam ad Iesum, dicentes, q̄ Moyses præcepisset eis talem lapidare, tunc Christus dixit: *Qui sine peccato est vestrûm, primus in eam lapidẽ mittat:* sed si iam nunc temporis omnes adulteri lapidari deberent, fortè lapides deficerent, sed si hic non, tamẽ in futuro lapidabuntur, nisi pœnituerint. Item etiam quandoq; puniuntur spiritualiter, scil. priuatione regni cœlestis: Apostolus; *Adulteri regnum Dei non* 1. Cor. 6. *posside-*

poßidebunt. Item etiam quandoq; æternaliter. Apoc. 21. *Erit pars eorum in ſtagno, & ſulphure, & igne vrenti.* Oseæ 7. *Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus.* Exemplũ legitur, quòd quidam ſanctus & deuotus orauit pro vxore ſua defuncta. Illa apparens dixit ei, quòd eam ſequeretur, & duxit eum ad quandam teterrimam domum, in qua vidit dœmones horribiles portantes vnũ dolium igneum, in quo proiecerũt vnum burgenſem mortuum de villa ſua, & vxorem alterius, & ibi comburebantur & balneabantur tãquam in metallo bullienti, & natabãt in tali pœna, ſicut ipſa in bullienti olla, & ambo clamabant: *Væ, væ, væ.* Quod iſte audiens, perterritus eſt. Tunc vxor eius dixit ei: Cum his, quos benè noſti, balnearer ego ęternaliter, niſi miſericordia Dei, per pœnitentiam à peccato me reuocaſſet, & inſuper ſubiungens: Illi .n. duo relicto maritali thoro, adulterino amore ſibi inuicem adhæſerunt, diu ſimul peccantes, & horum peccatorum ego mediatrix fui, & eis modũ & viam ad hoc perpetrandum dedi, ſed illis in peccatis ſuis morientibꝰ, ego pœnitentiam pertuli ſalutarem. Tunc vir dixit; quid tunc, profuit eis confeſſio in agone, & ſacramentorum perceptio? Reſpondit: Nihil profuit eis, quia non ex charitate, ſed ex timore mortis proceſſit talis confeſſio & pœnitentia. vnde Apoſtolus: *Sola charitas eſt, quæ liberat à morte:* ergo quod non fit ex charitate, non eſt meritorium vitæ æternæ. Quartus actus eſt ſacrilegiũ, & eſt illorum, qui tranſgrediuntur legem regularis profeſsionis, qui votum continentiæ, quo ſe Deo aſtrinxerunt, violant. vnde tales dicuntur ſacrilegi, qui tam miſerabiliter violant votum ſuum, & peccant contra fidem Deo datam, & contra veritatem diuinæ obligationis, qua ſe Deo obligauerunt, vt ſunt religioſi & ſacerdotes in ſacris ordinib. conſtituti, & ſanctimoniales, poſtquam per velationem fuerint Deo conſecratæ. Et illud peccatum grauius eſt omnibus prædictis, quia in eo ipſi Deo maior fit iniuria. Quintus actus eſt inceſtus, & eſt illorum, qui tranſgrediuntur legem naturalis conditionis, vt inceſtuoſi qui ſe commiſcent cum ſuis propinquis in linea conſanguinitatis, quod tamen aliqua bruta animalia verentur facere, vt patet de camelo, qui matri ſuæ naturaliter refugit commiſceri. vnde narrat Philoſophus *11. lib. de animalib.* quod quidam oculos cameli pallio ſuo obtexit, cui & ſic matrem ſuam ſubmiſit, quod cùm camelus poſt concubitũ cognouiſſet, ſtatim illum calcibus peremit, & ſuis pedibus conculcauit. Item hoc peccatũ hominem quaſi canẽ reddit; canis enim in opere ſuo non conſeruat lineam conſanguinitatis. Item, propter magnitudinem iſtius peccati, Apoſtolus Paulus tradidit Sathanæ cruciandum

ciandum illum fornicatorem, qui cum nouerca sua peccauit, vt habetur *1. Corinth. 5.* Sextus actus est peccatum contra naturam, & est illorũ, qui transgrediuntur legem naturalis inclinationis, scilicet qui se contaminant cum peccato muto, vitio scilicet indicibili contra naturam peccantes, & naturalem vsum coeundi quacunque arte, vel ingenio peruertentes, & hoc peccatum secundùm *Aug.* est grauius omnibus aliis peccatis, ꝓpter quod mutum, vel indicibile dicitur, eo q; ipsum nominare pessimum est, ita quòd os dicẽtis, & aures audientis polluuntur inde, vt patet in dec. 32. q. 4. in eo. Et illud idem peccatum ꝓpter sui innormitatem est vnum de peccatis clamantibus in cœlum, & diuinam vltionem iugiter postulantibus. vnde *Genes. 18.* dicit Dominus: *Clamor Sodomorum & Gomorrheorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis*: & postea Dominus quasi admirans & dubitans super tanto scelere, dixit: *Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint:* quasi dicat: Incredibile videtur, homines tantum flagitium perpetrasse, & tantum peccatum in humana natura esse. Et etiam hæc fuit vna causa, quare Christus distulit incarnari. vnde *Hier.* dicit, quod propter hoc malum vitium, filius Dei multo tempore distulit incarnari. Et in signum huius omnes Sodomitæ extincti sunt in nocte natiuitatis Christi. August. *Deo in carne adueniente, omnes hostes naturæ*, Sodomitas intellige, *morte reproba & subita periisse*: ad designandum, quòd in humana natura amodo nunquam inueniri deberet tale peccatũ, quam naturam Filius DEI dignificauit, cùm homo natus sit. Et sciendum, quòd tales Sodomitæ sunt pessimi homines. vnde *Gen. 13. Homines autem Sodomitæ erant pessimi, & peccatores coram Deo nimis.* Item, grauitas illius peccati patet ex vindicta subuersionis, quinque ciuitatum, & *Ray.* dicit, *Hoc vitium quàm detestabile sit, patet per pœnam Sodomitis infli am*: in qua vindicta attendendum est, quòd Dominus non solùm voluit punire nocentes, sed etiã innocentes, paruulos scil. vnius diei. Et in hoc est prouisum pueris, ne diutius viuentes exempla Patrum sequerentur, & grauius damnarentur, & etiam circumiacẽtes regiones punire voluit, nec solùm homines, imò etiam animalia, & terræ nascentia, ipsamque terram destruxit, conuertendo eam in mare mortuum, in quo nihil viuit, nec auis, nec piscis. vnde *Gen. 9. Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham ignẽ, sulphur, de cœlo, & subuertit ciuitates has & omnem circa regionem, & vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia.* Et cum ista pœna punitũ est hoc peccatum à tempore Abrahæ vsq; ad hanc diem: & interim

longum

longum spatium est ipsum, quia ab Abraham vsq; ad Christū transacti sunt 2676. anni, à Christo autem transacti sunt mille quadraginta decem, & octo anni. His omnibus simul cōputatis sunt quatuor millia annorum & nonaginta quatuor anni. Et adhuc vsq; hodie semper punitur hoc peccatū, quod ante tot annos perpetratū est, quia ibi nihil potest viuere, scil. nec auis, nec piscis: ergo idem locus dicitur iam mare mortuum. Item nec homo cogitare debet de tali peccato. vnde vxor Loth educta de Sodoma cum filiabus & marito, respiciens retrò, versa est in statuam salis, ad ostendendum, quantum displiceat Deo memoria huius peccati. Sed hic quæritur, quid sit peccatum Sodomiticum, & quomodo perpetratur: Respondetur secundū Ioan. *in sum. sua. lib. 3. tit. 38. q. 13.* Quocunq; modo factum luxuriæ exercetur, præterquam inter marem & fœminā ordinatè, & in vase debito, vitium contra naturam, & Sodomiticum iudicatur; vnde sciendum, q; quilibet debet in coitu ordinem & debitū modum seruare tam in vxore propria, quàm cum aliena, siue in matrimonio, siue extra matrimonium. Nam posset quis sic ordinem peruertere etiam cum vxore, q; grauius peccaret, quàm si propriam matrē cognosceret. vnde Aug. & ponitur in decr. *Hoc vitiū maius est, quàm si matrem suam cognosceret; malus enim esset, qui matrem cognosceret, sed ille peior, imò pessimus.* vnde Gen. 13. *Homines Sodomitæ pessimi erant, & peccatores corā Deo nimis.* Ergo nullus Christianus peruertere debet debitum ordinem. Aug. *Valde detestabile esset, quòd mulier esset accincta gladio, & vir fuso.* Item de hoc vitio dicit S. Th. 2. 2. q. 154. *Grauißimum inter omnia peccata luxuriæ est vitium, contra naturam.* Vnde etiam *B. Aug.* & ponitur in decr. *Grauius omnibus aliis peccatis est peccatum contra naturam, propter quod mutum & indicibile dicitur, eo quòd ipsum nominare est turpißimū, 32. q. 4. in eod.* Sciendum, q; aliqui dæmones abhorrent illud vitium propter nobilitatem naturæ. Vnde legitur in lib. *de Apib.* Mulier Sodomita iacuit in lecto, & quādo cum seipsa peccauit, audiuit diabolum clamantē tribus vicibus, *Psi, psi, psi.* Quæ territa, ad cōfessionem venit, & pœnitentiam egit vltra quam ei iniuncta fuit. Vltimò quæritur, an sit differentia inter peccata Sodomitica, & q; ipsorum sit grauius? Respondetur secundùm quod habetur in *sum. Ioan. lib. 2. tit. 5. q. 9.* quòd est quadruplex differentia. Primum peccatum cōtra naturam est peccatum mollitiei, q; consistit in sola omißione concubitus ad alterum. Secundum, q; grauius est, vbi nō seruatur debitum vas. Tertium, quod adhuc grauius est, vbi non seruatur debitus sexus, sc. masculorum cōcubitus. Quartum autem,

tem, quod est grauissimum, est peccatum bestialitatis, scil. vbi non seruatur debita species. Sed sciendum est, quòd valde cautè est loquendũ in sermonibus de illo pessimo vitio, & etiã confessor debet se cautè habere de hoc vitio in confessione, ne alicui scandalum, vel occasionem peccandi præbeat.

AD EANDEM DOMINICAM.

Sermo LXXXVI.

Quòd luxuria sine actu committitur decem modis.

VXorem duxi, & ideò venire non possum. Luc. 14. Ex quo iam in præcedenti sermone dictum est de luxuria, quæ actu cõmittitur, tunc hic iam in isto sermone tria sunt dicenda. Primò, quomodo luxuria cõmittitur sine actu, & quando fit mortale peccatum, & quãdo non. Secundò, quomodo hoc probatur, quòd vnusquisq; potest ab actu luxuriæ abstinere. Tertiò exemplum. Quantum ad primum, sciendum, quòd luxuria sine actu cõmittitur decem modis. Primò, quando quis habet turpem cogitationem, tamen sine delectatione, & contra suam voluntatem incidit sibi, & hoc nullũ est peccatum. vnde Gregor. super Ezech. *Quantumcunq; immunda sit cogitatio, mentem non polluit, si ratio non consentit.* Ergo boni homines castè viuentes non debent multũ turbari ex eo, quod eis malæ & pessimæ cogitationes incidunt, quia diabolus plus tentat bonos quàm malos, qui voluntatem diaboli in omnibus exequuntur. vnde Greg. *Tantò hostis callidus deceptionis molimina ardentius exquirit, quanto cœlesti patriæ feruentius inhiare nos cognoscit.* vnde etiam Bernh. *Non .n. contristari debemus, si in tentationes inciderimus, sed si in tẽtationibus superati fuerimus.* Ergo si quis tentaretur de pessimis, & inauditis cogitationibus, viriliter resistere debet, tunc erit ei meritorium. vnde *Bernh. Quoties restiteris, toties coronaberis.* Item: *in lib. meditationum: Dæmonum est malas cogitationes ingerere, nostrum est illis non consentire. Nam quoties resistimus, toties diabolum superamus, Angelos lætificamus, Deum honoramus.* Secundò, quando alicui incidit mala cogitatio cum delectatione, tamen sine consensu planæ rationis, tunc est peccatum veniale. vnde sciendum, quod in primo peccato primorũ parentum concurrebant tres personæ, sc. diabolus in specie serpẽtis, qui suggessit mulieri, & mulier, quæ dedit viro, & vir, qui comedit de fructu vetito, tunc peccatum consummatum fuit in Adam, quantum ad genus humanum. Et secundùm Aug. *Suggestio serpentis in nobis est primus motus à fomite proueniens. Comestio mulieris est delectatio, sed*

comestio viri est consensus. His enim tribus, scilicet suggestione, delectatione, & consensu homo ex tentatione in peccatum ducitur, quia tentatio per suggestionem, quæ in cogitatione consistit, inchoatur, & si tunc ei non consentitur, sed ei immediatè resistitur, tunc nullum est peccatum. Sed per cogitationis delectationē tentatio progreditur, & sic erit veniale, dum delectatio immundæ cogitationi aduenerit. Sed per consensum tentatio & peccatum consummatur. Ergo summè cauere debemus, ne delectemur in cogitationibus malis, quia cùm delectatio aduenerit, tunc est peccatum veniale, & hoc intellige, quādo consensus rationis non est ibi, quia consentiente raōe, potest esse Vq de genere mortalium. Tertiò committitur, quādo quis dat consensum in morosam delectationē, sicut qui delectantur cum plena ratione in malis cogitationibus, & in eisdem se volutāt, tunc talis morosa delectatio est peccatū mortale, sicut heu multi faciunt, tam mulieres, quā viri, & etiam virgines, quæ licet nolunt ad actum procedere, cùm diu in malis cogitationibus & delectationibus quasi delectando immorantur, quod est nimis periculosum, quia facilimè per hoc peccatum mortale incurrunt. Quod probat *Iaco.* dicens: *Concupiscentia,* i. e. interior animæ delectatio, *cùm conceperit*, subaudiendo consensum rationis, *parit peccatum*, sc. mortale. Quartò cōmittitur, quando quis ex mala cogitatione & delectatione dat consensum, & voluntatem ad ipsum opus, & hoc semper est peccatum mortale. *August. Si non consentiat ei, quòd libido commouerit faciendum esse, & non discrepat, iam ei peccatum imputatur, etiamsi nō consequatur factum, quoniā res tenetur in consensu conscientiæ.* Et hoc etiā intelligitur de quolibet peccato mortali, quod homo cōmittere ꝓponit, quia quicunq; regnū cœleste intrare debet, oportet, q; sic stet in suo proposito, ꝙ si viueret æternaliter, nunquam mortaliter peccare vellet. Ergo de necessitate salutis oportet, ꝙ quilibet, siue sit masculus, siue virgo fœminei sexus, sic stet in suo ꝓposito, q; nunquam velit facere actum luxuriæ, nisi in matrimonio. Quintò committitur visu, vt cùm quis ex visu concupiscit aliquam personā, & ea intentione eam inspicit, vt eam concupiscere velit: *Qui viderit mulierem ad cōcupiscendum eā*, scil. vt concupiscentia transeat in effectum cordis, & in consensum rationis, & etiam si facultas adsit, sic facere disponit, *iam mœchatus est eam in corde suo*: v.g. si quis vna die centum domos intraret, & in qualibet talē concupiscentiam iam dictam per visum sibi acquireret, tot peccata mortalia committeret: ergo maximè necessaria est oculorum custodia. Primò, quia sunt valde veloces ad nocendū animę, ideo

Iacob. in epist.

Aug. super Genes.

Matth. 5.

Thre 3. prædonibus comparantur: *Oculus meus deprædatus est animā meam.* Item: *Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis &c. tulit de fructu illius, & comedit.* vnde Gr. dicit: Nō enim Eua contigisset lignum, nisi prius incautè respexisset. Secundò, custodiendi sunt oculi, quia sunt quasi duæ portæ in castro corporis nostri. Qui enim habet portas alicuius castri, habet quasi ipsum castrum. Sic si diabolus habet oculos nostros, tunc habet castrum corporis nostri, & tunc mors frequenter intrat animā per fenestras nostras, & consequenter sequitur, quòd Deus nihil habet in homine, si oculos non habet, rectè; sicut dominus castri, qui non habet ingressum ibi. vnde Christus dicit in Euangelio: *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tenebrosum erit.* Tertiò, custodiendi sunt oculi, & visus ex parte mulieris, quia à planta pedis vsque ad verticem non est locus in muliere ornata, in quo non sit positus laqueus diaboli, ad capiendum animas: *Ne respicias mulierem comptam, ne fortè incidas in laqueos eius.* Quia diabolus vtitur mulieribus pomposè ornatis, tanquam retibus, & tanquam gladiis ad capiendum & occidendum. *Hieron.* Gladius igneus est species mulieris, imò etiam gladius biceps mulier pomposè ornata. Hoc patet ex eo, quòd occidit animam propriam per superbiam, & animam pximi per luxuriam, & malam concupiscentiam. Quæritur, quid faciendum sit, cùm quis videt aliquam personam ornatam, & pulchram, vt sibi non noceat in anima sua? Respondetur, quod duo cogitanda sunt. Primò, quòd nunquā tantam curam & diligentiam habuisti ad ornandū animam tuam æternaliter victuram, & ad complacendum Deo, sicut ista persona habuit ad orandum corpus suum putridum & mortale ad cōplacendum mūdo; & sic dolere debes de accidia & negligētia tua, & de perditione animæ illius personę, quam sic pomposè vides incedere. Secundò cogitādum est, quàm pulchrę sunt facies electorum in cœlo, & quomodo ornabūtur cum stola gloriæ. Si ille mortalis homo, qui hodie est, & fortè cras moritur, tam pulcher est ad vidēdum; quid tunc erit de immortalibus post iudicium ęternaliter viuentibus? & sic homo per hoc debet sibi acquirere affectum perueniendi ad cœlestem claritatem. Sciendum etiam, quòd si homo videt mulierem, vel virginem, tanquam rem vel imaginem pulchram, non malum cogitando, vel affectando, non est peccatum, quamuis sit incautum. Greg. *Non licet videre, quod non licet concupiscere.* Aug. in regul. *Neq; fœminas videre prohibemini, sed appetere, vel ab ipsis appeti velle, criminosum est.* Sextò, committitur locutione, vel risu, vel cum quis alloquitur, vel arri-

Genes. 3.

Eccles. 9.

vel arridet aliquam personam ea intentione, vt eam alliceat, sic peccat mortaliter, verbi gratia. Si quis loquitur verbum iocosum ea intentione vt illam personam ad actum illicitum alliciat, tunc verbũ iocosum, q, alias esset veniale, erit sibi mortale propter peruersam intentionem; similiter intelligendum est de risu, vt cum quis arridet alicui personæ intẽtione, vt ipsam personam ad malam cõcupiscentiam, & ad actum illicitum alliciat, tunc talis peccat mortaliter propter peruersam intentionem. *Væ vobis, qui nunc ridetis.* Sed si alias arrideret alicui personæ propter notitiam, vel ex quadam leuitate, vel ex consuetudine, vel ex admiratione, vel ex ioco, tunc vix peccaret venialiter. Sciendum, quod aliqui antiqui, & etiam quandoque mulieres, & virgines sæpius loquuntur verba scurilia, & luxuriosa. quod est valde reprehensibile, quia per hoc ostendunt, quod habent corda impudica, quia secundum dictum Christi *Ex abundantia cordis os loquitur.* Super eodem verbo *Chrysostom.* dicit: Quale cor habet vnusquisque, talia verba loquitur, & opera facit. *Ari. 4. Ethic.* Qualiscunque vnusquisque est, taliter dicit & taliter operatur, & viuit. *Isidorus:* Qualis sermo ostenditur, talis & animus cõprobatur. In signum huius spirituales personæ, & homines deuoti sæpius nominãt Deum, & dominum

Luc. 6.

Matt. 12.

nostrum Iesum Christũ, & beatam virginem Mariam, & loquuntur de delictis, & verba salutaria proferunt, quia habent corda pudica, & casta. Sed per oppositum faciunt mali, & peruersi, & impudici homines proferẽtes verba scurrilia, & luxuriosa. vnde *Isidorus.* Mali sermones in ore Christiani esse nõ debent. Nam sicut malos mores bona colloquia corrigunt, ita bonos mores mala colloquia corrumpunt. Septimo, committitur per tactum impudicum, & amplexus, & oscula, & huiusmodi. Qui modus per Apostolum vocatur *turpitudo,* & ille modus etiam est peccatum mortale, & secundũ *magistrũ in compen. Theo. veri:* est tanto grauius peccatum, quanto magis per talia libido accenditur propter nimiam approximationem ad mulierem vel ad virginem, tamen sciendum secũdum eũdem *magistrũ;* Tangere mulierem præter malam intentionem, non est peccatum mortale, sed tangere ex libidine, vel osculari ad se non pertinentem, est peccatum mortale: Heu hoc isti non aduertunt, qui frequenter mulieres, & Virgines impudice tangũt, scilicet amplexando, osculando, qui Deum grauiter offendunt. Octauo committitur sine §B actu per ornatum corporis, vel alia signa luxuriam incitantia. verbi gratia. Vt sunt illi qui non concupiscunt, nec actum perpetrare volunt, sed faciunt vt concupi-

Isid. de sũ. bon.

scantur, vt multæ mulieres, similiter, & Virgines, quæ ad hoc se lauāt & ornant & capita sua discooperiunt, vt amabiliores fiant, quæ non solum in plateis, & choreis, imo etiam in ecclesia corda virorum dū eas inspiciunt, vulnerant, nunc colore albo nunc rubeo, nunc familiari colloquio, nunc manuum iniectione, nunc vultus compositione, sicut faciunt istæ; quæ cum stibio fricant facies, & depingunt se sicut pictor imagines & per talia laqueū, & occasionem ruinæ præstant proximis, & tales quæ sic non concupiscunt, nec actum facere intendūt, sed concupisci ab aliis volunt, sunt occisores animarum. A quibus Deus districtam rationem requiret de omnibus animabus illis, quas sic ad peccata traxerunt. vnde dicitur: *Qui foderit cisternam, & non operuit cecideritque in eam bos, vel asinus, dominus cisternæ reddet pretium iumentorum*, vbi dicit glo. Cisterna aperitur, quando mulier ornatur, & tunc bos, vel asinus incidit in eam, cum homo per illum ornatum illaqueatur tunc illa mulier reddet rationem de illis animabus: *Gregorius in moralibus.* Tot mortibus, quis dignus est, quot exempla prauitatis in posteros reliquit. Ergo virgines, & mulieres non debent se pōpose ornare. *Aug. libr. ad sacras virgines.* Dominica virgo nec ornatu capitis, nec habitu, nec oculis erectis, sed cum vultu ad terram deposito procedat, ne in se viles inducat, & accendat amatores, & si non pereat ipsa tamen nec aliis causa perditionis existat. Nono committitur per dona, & per munuscula, vt cum, quis dat alicui personæ, aliquod donum, vel clinodium ea intentione, vt eam sic ad malam concupiscentiam, & ad malum actum alliciat. Talis sic dans, siue sit pro nouo anno, siue alias in alio tempore, peccat mortaliter propter malam intentionē, imo mechanicus, qui præparat, vel vendit tale clinodium, illi quē certitudinaliter scit sic velle abuti, reus erit illius peccati & peccat grauiter. Insuper nuncius, qui est mediator illarum personarum, & scienter tali personæ portat tale donū, vel encenium ad talem malum finem consequendum, reus erit illius peccati, & grauiter peccat. Decimo, comittitur, quando aliqui libenter vellent actum illum, perficere, & bene etiam possunt, qa habent oportunitatem loci & temporis, & personæ, sed solum ꝓpterea dimittūt qa timent mundū, & scandalum hominum, & confusionem propriam. Sed si scirent se posse latere in hoc actu, nec Deum, nec sanctos, nec propriam salutem animæ curarēt, quin hoc opus perpetrarent. Et tales qui sic dimitūt, non propter Deum, sed solum propter homines, grauiter Deū offendunt, quia voluntas eorum deliberata est ad istum actum. vnde *Leo Papa.* Sunt nonnulli, qui dum corde con-

Exod. 21.

de concipiunt peccatum faciendũ deliberant, id tamen timore dimittunt, aut præ difficultate implere nequeũt, hi profecto non in domino moriuntur. Et idem intelligitur de quolibet peccato mortali, quod quis non propter Deum dimittit, sed solum propter timorem hominum. verbi gratia. Sicut quis nõ chorizans, vel vestes pretiosas non portans, propterea quia pater & mater, vel aliquis propinquus eius nouiter defunctus est. Sed si hoc nõ esset, propter Deum non dimitteret, sed omnino faceret. Similiter qui concupisceret rem proximi sui, & hanc sibi libenter subtraheret, si suspendium non timeret. Tales semper stant in peccato mortali. Si autem quis ad actum luxuriæ procedit, tunc semper est peccatum mortale, vt patet in præcedenti sermone. Secundo, sciendum est, quod illi qui dicunt se non posse caste viuere, nec ab actu luxuriæ posse abstinere, loquũtur contra veritatem fidei, qa cum adiutorio Dei quilibet homo potest à luxuria se continere, & oppositum tenere, sapit hæresim. Cum ergo quis audet dicere, quod etiam cum adiutorio Dei non possit continenter viuere, talis loquitur contra primum articulum fidei vbi dicimus: *Credo in Deum patrem omnipotentem.* vnde etiam Apost. Galat. 6. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Item patet ex hoc, quod quilibet potest caste viuere, quia si per vnum actum luxuriæ deberet perdere omnia bona temporalia sua, vel si sciret se amissurum pedem, vel manum, vel ambos oculos, vel si sciret sibi præparatum igneum lectum in quo deberet cremari, sicut Beatus Laurentius in craticula, omnino abstineret & nunquã vsq; ad mortẽ aliquẽ actum luxuriæ scienter, & voluntarie perpetraret. Quare tunc non magis propter Deum, & propter salutem propriam & propter æternam damnationem euitandam debes à luxuria abstinere. ergo summum remedium, quando quis tentatur à luxuria est, ꝙ homo seipsum cruciet, vel flagellet, vel alias puniat corpus suum, & subtrahat sibi de cibo, & potu. vnde *Hugo de Sancto Victo.* Parca enim victa occidit vitia, libidinem extinguit, virtutem nutrit, animam roborat, mentem ad cœlestia eleuat. Quod autem punitio corporis extinguit luxuriã patet de Beato Benedicto, qui propter ardorẽ luxuriȩ proiecit se inter spinas, & vulnerauit corpus suũ, & sic p vulnera carnis extinxit ardorem libidinis. Item legitur de B Ber. ꝙ semel immersit se in gelidam aquam propter vehemẽtem tentationem carnis. Quod autem subtractio cibi & potus extinguit luxuriam, hoc vltimo patet per tale exemplum. Erat quidã adolescens qui ex intuitu illicito in concupiscentia carnis vehementer contra honestam, & pulchram mulierem accensus fuit,

sed

sed ipsa repulit eum sæpius. vnde semel ipse dixit, si non suam voluntatem adimpleret, oporteret eum mori, tunc ipsa assignauit ei diem locum, & horam, qua deberet venire ad eam. Cum autem ipse venit, tunc illa dixit tua voluntas non adimplebitur, nisi prius consenseris mihi in vna petitione, & ipse libenter consensit, & ipsa conclusit eum in vna camera per triduum sine cibo, & potu, & quarta die præparauit vnum locum cum mensa ibi posita, quæ fuit plena bonis ferculis cibariis, & potibus & ex opposito præparauit lectum pulchrum, & dixit iuueni. Optionem tibi do, an velis comedere & bibere, vel voluntatem tuam mecum adimplere & voluntate tua peracta iterum è conuerso includam te, & non gustabis quicquam in comedendo, & bibendo. Tunc iuuenis respondit. Ego iam ita fatigatus, & attenuatus sum fame, & siti, quod ignis concupiscentiæ totus refrixit & iam nullã concupiscentiam erga te habeo, sed me delectat, comedere, & bibere magis, quam quicquam aliud facere, & ipsa dixit. O nequam, cur dixisti quod oporteret te mori nisi ego tibi consentirem? vade & amplius quando sic accensus fueris, tunc tibi subtrahe de cibo & potu, & sic poteris carnis tuæ concupiscentiam extinguere, & caste viuere.

DOMINICA III. POST FESTUM Trinitatis.

Sermo. LXXXVII.

De conuersione peccatoris.

G*Audium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.* Luc. 15. Matt. 18. Valde magna, & pretiosa est pœnitentia peccatorum, de qua angeli in cœlo tantum festum faciunt, tantumque gaudium habent. *Ber. super Can.* Gaudent angeli peccatorum conuersione salutem hominũ sitiẽtes. Lachrym. n. pœnitẽtium sunt vinum angelorum. vnde merito dicitur in verbis præmissis: *Gaudium erit coram angelis Dei &c.* Vnde sciendum q; tria sunt in sermone dicenda. Primo, quomodo tota Trinitas, & angeli, & sancti gaudent de conuersione peccatorum. Secundo, quare omnes homines debẽt gaudere de pœnitentia peccatorum. Tertio, quare dæmones gaudent de dãnatione peccatorum. Quantum ad primũ, notandum q; de nostra conuersione non tantum gaudent angeli, sed etiam tota Trinitas, s. Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Primo, gaudet Pater, quia multum gaudet rex terrenus, quando filius sibi cõcipitur, sicut lætatus est Abraham de conceptu Isaac. Et magis gaudet quando nascitur, sicut gauisi sunt Zacharias, Elizabeth in ortu præcursoris, scilicet Ioannis Baptistæ.

Adhuc

Adhuc magis gaudet quando filius ablactatur. Vnde Abraham fecit magnum conuiuium in ablactatione Isaac, vt habetur Genes 21. Sed multo magis gaudet quando filius grandis effectus ad mensam suam accipitur. Pater igitur cœlestis de filio spiritualiter concepto, nato, ablactato, & ad mensam recepto multum gaudet. Conceptio autem attenditur in contritione, siue in boni propositi conceptione. Natiuitas attenditur in confessione, & in peccatorum expressione, bonorum operum multiplicatione, vel ostensione. Ablactatio attenditur in vitæ profectione, scilicet, quando homo proficit in bonis operib. & virtutib. vnde psal. *Ibunt de virtute in virtutem.* Ad mensam receptio attenditur in cœlesti refectione, iuxta illud: *Edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Luc. 22.
Secundo de conuersione peccatorum gaudet filius, quia ardet effectum passionis suæ, quod notatur in Euangelio hodierno in ista parabola, scilicet de oue perdita, & inuenta. vnde Greg. vna ouis periit, quando homo peccando pascua vitæ reliquit in humeros autem ponitur, quia ipse peccata nostra in corde suo portauit. De quo Au. dicit, Tu (inquit ad peccatoré Iesus) cum esses inimicus Patri meo reconciliaui te, cumque esses longe, ego veni vt reducerem te, cum inter montes, & siluas errares, quæsiui te, humeris meis portaui te, Patri meo reddidi te, laboraui, sudaui, caput meum spinis opposui, manus meas clauis obieci, latus meum lancea aperui, tot non dicam iniuriis, & asperitatibus laceratus sum, sanguiné meum fudi, & animá meá posui, vt coniungerem te mihi, & tu diuideris à me. August. l. 5. cont. hæres. Tantú auté desiderium de oue inuenienda habuit, quod etiam desertum, id est, cœlum dereliquit, quod dicitur desertum, tum quia derelictum fuerat ab angelo, qui in eo fuerat creatus, tum quia derelictum fuerat ab homine, qui ipsum fuerat inhabitaturus, tum quia ad instar deserti in eo sunt dulces cantus auium, i. angelorum, ibi sunt rosæ martyrum, violæ confessorum, & lilia virginum. Tertio de conuersione peccatorum gaudet spiritus Sanctus, primo, quia recuperat templum suum, quod debet inhabitare, iuxta illud: *Nescitis quia templú Dei estis vos*, & spiritus Sanctus habitat in vobis, sed inhabitare non potest, nisi spiritus malignus recedat. 1. Cor. 3. *Quæ autem conuentio Christi ad Belial? quis aut consensus templo Dei cum idolis?* 2. Cor. 6. Secundo gaudet spiritus Sanctus, quia recuperat membrum suum, quod debet viuificare. *An nescitis quod membra vestra sunt templum spiritus sancti.* 1. Cor. 6. Ridemus enim quod membrum præcisum, vel putridum, & paraliticum non viuificatur à spiritu humano, eodem modo nec peccator à spiritu diuino, quia diuisus

Esa. 59. est à Deo. *Iniquitates vestræ diuidũt inter vos & Deũ vestrũ.* Tertio gaudet Spirit⁹ sanct⁹, quia recuperat vas suũ, q. debet implere. Oportet autẽ q. illud vas sit vacuũ ab amore mũdi, si debet impleri amore Dei. *Aug.* Aug sup. Ioan. vas es, si plenus es, funde amorem seculi, vt implearis amore Dei: Similiter angeli gaudent de conuersione peccatorum triplici de causa. Primo, quia vident suæ custodiæ tam gloriosum fructũ. Cuilibet enim homini angelus ad custodiam delegatur. Vnde psalm. Psal. 90. *Angelis suis mandauit de te &c.* Quia angelus semper custodit hominem, dum est in præsenti vita, siue in lecto, siue in campo, siue in ecclesia, siue in mensa, siue vbicunque locorum. *Bern.* In quouis diuersorio, in quouis angulo reuerentiam exhibe Angelo tuo, nec audeas illo præsente, quod me vidente non audeas. Item ille Deum esse non credit, qui ea, præsente Deo facit, quæ præsentibus hominibus facere pertimesceret. Item *Bern.* Magna dignitas animarum, quod anima vnaquæque ab ortu natiuitatis in sui custodiam habeat angelum deputatum. Sicut igitur medicus gaudet, quando videt effectus medicinæ infirmo prodesse, sic gaudet angelus, quando videt erga hominem suæ custodiæ effectum. Econuerso autem de casu hominis in peccatum, & eius perditione multum dolet. iuxta illud: Esaia 33. *Angeli pacis amarè flebunt.* Secundo gaudent, quia vident ex peccatoribus conuersis suum adimpleri numerum. Cum enim tot ascendant de hominibus, quot ceciderunt angeli, siue quot remanserũt. iuxta illud: *Statuit terminos populorum iuxta numerum filiorũ Dei.* manifestum est, quod ruina debet de hominibus reparari. psal. *Implebit ruinas, &c.* Ideo multum gaudent, quando peccatores conuertuntur, vt de ipsis eorum numerus reparetur. Tertio, gaudent, quia vident in laudando Deum se habere comitatum, quia sicut angeli semper laudant Deum in cœlis, sic homo existens in gratia continue laudat Deum in terris in omnibus, quæ facit ad honorem Dei, quia iustus semper orat, quamdiu iustus est, & non cessat orare, qui non finit bene agere. *Amb.* Vnusquisq; conuersionem suam gratam credat esse Deo, & etiam cætibus angelorum, quorum affectare patrocinium & vereri debet offensam, & propter istas duas vltimas rationes non solũ gaudent angeli, imo G etiam beata vir. M. & omnes sancti gaudẽt de conuersione peccatorum. Circa secundum sciendum, quod de conuersione peccatorum omnes homines gaudere debent, & propter tria. Primo, propter honorem Dei, quia maximum dedecus Deo exhibitum est, & exhibetur peccando mortaliter, & hoc primo, propter infinitam suam potentiam, & maiestatem, sicut si rex terre-

terrenus inhonoraretur à suo paupere seruo, & vili, nonne magnum æstimaretur dedecus esse, propter potentiam & maiestatem regis, & propter paruitatem, & vilitatem serui; & signanter cum hoc sibi fieret ab homine despecto, cui multa bona fecisset? sic etiam est de Deo. Secundo propter suam infinitam bonitatem, quia quando minus bonus eligitur pro optimo bono, tunc maius bonum multum vilipenditur, sic contingit qñ. creatura pro creatore diligitur, & eligitur, vt cũ homo conuertit se ad delicias corporis, & præponit istas Deo, & gaudiis cæli, ergo peccator, qui scienter peccat, maius dedecus exhibet Deo, quam iudæi qui aliqualiter ignorãter fecerunt. sed malus Christianus sciẽter peccat nõ ex infirmitate vel ignorãtia, sed sæpe sciẽter, & ex certa malitia, & sic Deũ multũ inhonorat, sed cũ pecctõr pænitet, tũc rehonorat Deũ pænitendo, quem prius inhonorauit peccando, & placat Deum per pænitentiam, quem ante offendit per culpam. Secundo, gaudere debemus de conuersione peccatoris propter fraternã charitatem, quia proximũ diligere teneor sicut meipsum, i. cupere sibi vitam beatam sicut & mihi; scilicet gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, sed cum peccator pænitet, tũc erit particeps vitæ æternæ. Ergo de hoc gaudere debemus propter fraternam charitatem, quam tenemur proximo. Sciendum, quod homo seipsũ debet diligere propter Deũ, scilicet quia est receptibilis gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, & homo non debet se diligere propter seipsum quia hoc est peccatum, scilicet quod homo seipsum diligat, scilicet vt comedat, superbiat, luxurietur, vtatur bonis præsentibus in deliciis viuendo, vel quia potens est, & plura bona possidet, vel quia honoratur ab omnibus, & sic de aliis. Tertio, gaudere debemus de conuersione peccatoris propter numerum electorum, qui complebitur per eum, & propter gaudium quod sumus habituri de eo in cælo qui conuertitur à peccatis, & Deo amplius seruire proponit. Sciendum, quod peccatum cedit homini pænitenti in bonum in cælo, & etiam sanctis, & electis, quia pænitens propter hoc Deum æternaliter laudabit, & glorificabit, quod sibi peccata sua hic in terra indulsit, & ab infernali incẽdio liberauit, quia cernit multos in inferno, qui forte minus peccauerunt, quam ipse peccauit, & Deus talem misericordiam, & gratiam eis non exhibuit, sicut sibi fecit, ex hoc Deum æternaliter plus diligit, & regratiatur. Quæritur, vtrum electi videant peccata aliorum in cælo existentium? Respon. quod sic, & hoc non est ipsis qui peccauerũt in confusionem, quod omnes electi cognoscunt peccata eorum, sed erit eis in honorem

scilicet quod à peccatis surrexerunt, & veram pænitentiam egerunt, & erit ipsis Sanctis in gaudiũ ex charitate, qua se in cælo mutuo diligunt, quia vident, quod frater eorum *fuerat mortuus* per peccatũ, quod commisit in mundo, *& reuixit* per pænitentiam, & satisfactionem, *perierat* per culpam, *& inuentus est* per gratiam, & ergo omnes sancti in cælo laudant verũ medicũ, id est Christum, qui fratrem ipsorum sanauit, & de morte culpæ ad vitam gratiæ reduxit, sicut pater vel frater, mater vel soror, cuius filius, vel cognatus dilectus à mortuis suscitaretur, vel à graui infirmitate curaretur, tunc illi omnes valde exultarent, & illum medicum laudarent, sic & omnes sancti in cælo. Circa tertium, sciendum quod dæmones propter nouem causas gaudent de dãnatione peccatoris, sicut angeli gaudẽt de eius conuersione. Primo, quia Deus nunquam habebit aliquam gloriam de illo, qui damnatur, sed omnes labores, quos in mundo isto triginta tribus annis pertulit, in illo perditi sunt, Insuper omnia bona, quæ sibi fecit, siue in sanitate corporis, siue in exhibitione, & largitione rerum temporalium, & bonorum; omnia ista in eo perdita sunt, & insuper passio Christi, & mors Christi, & vulnera ipsius perdita sunt. Quod Christus conqueritur per prophetam Dauid: *In vacuum laboraui, & frustra consumpsi fortitudinem meam*, & hæc fuit vna de maximis passionibus, & tribulationibus, quas Christus tempore passionis suæ habuit, quia cognouit suam amaram passionem frustrari in pluribus prauis hominibus. Secundo quod homo damnatus, de cætero nunquam aliquid boni à Deo habebit, nec vnã guttam misericordiæ Dei, nec ecclesiæ subsidia fiẽda pro defunctis, prosunt illi, quia in inferno nulla est redemptio, vnde *August.* dicit: Si patrem scirem esse in inferno non plus orarem pro eo, quam pro diabolo. *Gregorius* 11. *lib.* 2. *moral.* Quisquis ad inferni mala, toleranda descendit, nequaquam ad lucem vlterius redibit, quia nequaquam vltra misericordia parcentis liberat, quos semel in locis pænalibus iustitia damnantis damnat. Tertio, gaudent dæmones, quia socium pænarum habent, qui eorũ numerum augmentet. Quarto, eo quod Angeli de cætero nunquam habebunt lætitiam de eo scilicet quantũ ad conuersionẽ, quia nunquam pænitebit veraciter de peccatis talis damnatus, quia omnes dãnati in inferno sunt obstinati in maliciis, licet angeli, & beati in cælo existentes gaudeãt de hoc, quod vident eos in pænis. vnde psal. *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam*; quamuis enim Angeli, & sancti in cælo videant pænam damnatorum, nullam tamen compassionem habent ad eos etiam si

Luc. 15.

si quis

si quis videret patrem vel matrem, vxorē vel filios, non cōpateretur eis, quia sic coniuncti sunt Deo. & vnius voluntatis cū eo, vt quicquid sibi & suæ iustitiæ placet, hoc etiam eis similiter placet; imo gaudiū est eis videre pœnā damnatorum, quia vident mala, quæ ipsi euaserunt, & de hoc æternaliter Deū laudabūt, & sibi regratiabunt. Quæritur an damnati etiam videant gloriam beatorum? Respondetur, quod sic, & ex hoc torquentur, cum vident gloriam inæstimabilem beatorum, tum propter inuidiam iuuidendo beatis felicitatem ipsorum, tum quia ipsi talem gloriam amiserunt propter momentaneum gaudium huius mundi, & propter diuitias huius seculi, & voluptates carnis, sed post extremum iudicium amplius non videbunt gloriam beatorum, non tamen minoratur ex hoc eorum pœna, sed augetur, tum quia memorantur istam gloriam, quam in beatis videbunt in iudicio, & ante iudicium; tum quia indigni sunt, quod amplius eos videant; vnde scriptum est: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei*. Quinto gaudent dæmones de peccatoris damnatione ex hoc, quia ipsi habēt materiam, in qua crudelitates suas refrigerent. Peior e. est dæmon omni homini inimico, homini e. sufficit inimico suo mortē inferre, dæmon vero post mortē desiderat inimicū suum cruciari in perpetuum. Sexto, quia damnati in inferno ex damnatione ipsius, quo ad aliquid, omnes peius habebunt; econuerso in cælo omnes sancti melius habebunt. Vnde quæritur, vtrum damnati vellent omnes homines damnari, ex quo sciunt, ex hoc pœnas eorum augmentari? Respondetur secundum *sanctum Thomam super. 4. sen. distinct. 50.* quod sic. Etiam parentes suos, & cognatos, vxorem, & filios, & hoc propter perfectissimam inuidiam quæ est in eis, sicut in beatis est perfectissima charitas, ita & in eis est perfectissima inuidia, quæ facit appetere aliorum malū. Hoc etiam patet in illis inuidiosis, viuentibus in hoc seculo, in quibus tamen non est adhuc perfecta inuidia, sed tamen damnati minus propinquis inuident quam alienis, vnde eorum pœna maior esset, si omnes propinqui damnarentur, & alii omnes saluarentur, quam si & aliqui de suis seruarētur, & propter hoc fuit, quod diues epulo petiit fratres suos à damnatione eripi. Cogitabat enim, quod aliqui eriperentur, & illos voluit esse suos fratres potius, quam alios, tamen si possibile esset potius mallet simul omnes damnari. Septimo quia dæmones gaudent spāliter se esse securos à B. M. virg. quod illa homines de cætero eis non auferat, multos e. eis aufert hic, quos quasi proprios possident, infinitos. n. peccatores à morte æterna liberauit e-

uertendo ſententiam. Exemplum de Heſter, quæ populum etiam poſt ſententiam datam, poſt literas damnationis ſcriptas, & ſigillatas, ac publice ſuſpenſas, à morte liberauit, & amicos regis conſtituit, ſic ſimiliter intelligitur de beata virgine. Octauo quia gaudent valde de diuerſitate pœnarum, & acerbitate, quas in illis vident quos enim intuentur in maioribus pœnis, de illis plus gaudent, quos in profundioribus amplius. Nono, gaudent maxime, quia ſunt ſecuri, quod peccator per pœnitentiam non conuertatur, quia pñia infinitos eis abſtrahit, vt patet vtroque teſtamento in Dauid, in Paulo, in Maria Magdalena, & ſic de aliis, quia pœnitentia reſpectu Dei, & peccatoris eſt omnipotens, nulla enim creatura neque in cælo, neque in terra, neq; omnes martyres, neq; Apoſtoli, neque Prophetæ, neque Confeſſores, neque virgines, ſed ſola pœnitentia placat Deum peccatori Mat. 4. *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim re. cæ.* Eze. 18. *Si impius egerit pœnitentiam de omni peccato ſuo, vita viuet*: ſed dæmones certi ſunt quod damnatus amplius non poteſt agere pœnitentiam ſalutarem; ergo gaudent, imo dæmones non ſolum gaudent de damnatione peccatoris, ſed etiam gaudent de lapſu iuſtorum hominum. vnde legitur in vitis Patrum, quod quidam monachus filius ſacerdotis idolorum, cum paruulus eſſet, & ſederet in templo idolorum vidit ſathanam ſedentem, & omnem militiam eius aſtantem &c. Quære hoc exemplum ſupra ſer. xl. E.

DE EADEM DOMINICA. Sermo LXXXVIII.

De nouem choris Angelorum.

G*Audium erit coram angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* *Gregorius.* dicit, quod ſuperna ciuitas ex Angelis & hominibus conſiſtit. Luc. 15. Cum ergo homines, licet viles vermiculi, vtpote de terra creati, in Angelorum conſortio debeant deputari, ita vt ſane quod plus, & minus habent in meritis, ſupra, vel infra ad meritorum comparationem cum Angelis collocentur, ideo cum ſumma diligentia laborandum eſt, & conandum, vt quilibet laboret ſuis exercitiis, vt ad Angelos ſit venturus. Cum enim præmia correſpondeant meritis, iuxta illud Mat. 7. *Eadem menſura qua menſi fueritis, remetietur & vobis*, & iuxta illud Apoſt. *Quæ enim ſeminauerit, homo, hæc, & metet.* Philip. 2. Certum eſt, & indubitata veritas fidei Chriſtianæ tenet, quod infimi in meritis cum infimis in cælo, & mediocres cum mediis, & ſupremi cum ſupremis Angelis ordinabuntur. Hæc ergo proſequendo per ordinem, primo videamus, qui ad infi-

ad infimum ordinem, hoc est ad Angelos collocentur, & sunt, qui cum infimis, & minimis meritis transeunt de hac vita. Illi autem minima habent merita, qui ex seipsis nihil habent, & solum in Christi meritis assumuntur, non quod Christi merita in se sint minima, sed quia de suis nihil penitus addiderunt, quorum sunt duo genera scilicet paruulorum post baptismum decedentium, & peccatorum per finalem pœnitentiam sese conuertentium. Qui cum nihil de suo penitus apposuerunt, ad infimũ ordiné, hoc est ad Angelos assumũtur. Ipsi e. sunt, qui minima annunciant, hoc est Deo nunciant minima merita se habere, ergo qui decedũt in baptismali innocẽtia, & finali pœnitentia, vt q ex necessitatis articulo pdicto, nec confessionem, nec satisfactionem aliquam addiderunt, sed solum in contritione eis peccata indulta sunt, & sic decedunt, hi, qui infimi sunt in meritis, ad locum infimum, hoc est, ad Angelos deputantur. Non enim denegamus eis veniam, quantumcunque sero pœniteant. dicente *Augustino* Nulla pœnitentia potest esse nimis sera, dummodo sit vera, & ideo ex tali pœnitentia concedimus eis apertionem regni, sed quia nudi sunt propriis meritis exigente Dei iustitia, in infimis locis collocantur, & nihilominus tamen in illo choro habebunt magnum gaudium, quia cælestes milites, id est, Angeli in illo choro existentes, & eos læte suscipiunt, & honorifice eis seruiunt, & tantum honorem eis exhibent, quod admirari possunt. Tunc & Christus potest dicere eis non mi- remini, ego seruiui vobis triginta tribus annis in terris, quare merito Angeli mei seruire vobis debent in cælis. Secundus chorus est sanctorum Archangelorum, qui magna nunciant, & secreta reuelant, sicut prophetias, & secretiora Dei plus cognoscunt, quam inferiores Angeli. Ergo Gabriel fuit de isto choro, qui incarnationem Christi, & etiam natiuitatem Ioannis baptistæ annunciauit. Ad illum chorum perueniunt isti homines, qui super prædictam cordis contritionem addunt felicissimam oris confessionem, & ipsam confessionem cum debitis cirumstantiis in sacerdotis audientia fideliter proponentes, & nihil ex omnib. contingentibus omittẽtes, talis enim confessio, statim vt ab ore progreditur, omnium impetrat veniam peccatorum. *Gregor.* Confessionem nostram ex puro corde considerat Deus, & cuncta, quę deliquimus relaxat Deus. Quo ergo isti nisi inter Archangelorum numerum deputantur? Cum enim primi ex sola cordis contritione inter Angelos assumuntur, merito isti qui plus apponunt superaddentes confessionem, altius, id est, in Archangelorum ordinem

.em assumuntur, & merito i-.ecundi inter eos collocantur, quia magna nunciant, quia reuera maximum est, & maxima nunciant, qui fœda peccata sua pure denunciant confessori. *Greg. in plerisque verecundis hominib. maioris est certaminis fœda confitēdo detegere, quā eadē non cōmittere. Isid. Confessio sanat, confessio sanctificat, confessio peccati veniam donat. Omnis enim spes in confessione consistit. In confessione locus est misericordiæ, & in illo choro adhuc est maius gaudium, quia ibi cognoscimus abyssum diuinæ voluntatis, & ibi cognoscimus causas, & effectus rerum in Deo, scilicet quare hoc, vel hoc sit,* id est, quare iste est diues, & ille pauper, iste est pulcher, & ille est deformis, quare vnus moritur, & alter viuit. Tertii Angeli dicuntur virtutes. Et sunt illi spiritus, per quos signa, & miracula fiunt frequenter, & ideo dicuntur virtutes, quia virtus diuina relucet in illis, scilicet quod ipse sit omnipotens, & quod nihil potest resistere ei, & quando Deus vult aliquid facere, quod est supra naturam, quod fit solum miraculose, sicut cæcos illuminare, mortuos suscitare, tunc illi angeli, qui dicuntur virtutes, mittuntur. Ad horum ergo societates illi homines merito assumuntur, qui strenue, & viriliter duobus prædictis scilicet contritioni, & confessioni adiungunt debitam satisfactionem, & condignam, vnde dicit Ioannes baptista. *Facite dignos fructus pœnitentiæ.* Luc. 3. *Gregorius.* vt tanto maiora quærant bonorum operum lucra per pænitentiam, quanto grauiora sibi intulerunt damna per culpam, tam viriliter satisfacientes, vt commissis malis in pondere, numero, & mensura ex satisfactione condigna, sufficientique remetiatur, & post in obseruatione præceptorum Dei, viriliter, & strenue se exerceant, & insistant operibus misericordiæ, scilicet esurientes cibando, sitientes potando, & sic de aliis, & quia talis satisfactio hic descripta habet maximam difficultatem, & virili indiget fortitudine, ideo virtutibus merito tales apponentur, & ibi erit adhuc maius gaudium, quia ibi cognoscimus omnipotentiam Dei plenius, quomodo ex nihilo omnia creauit, & adhuc mille, vel infinitos mundos creare posset, & quomodo sustentat mundum, & omnia creata in esse suo. Quarti dicuntur Potestates, & isti mittuntur ad arcendum dæmones, ne in tantum tentare præsumant, quantum volunt, & illi iuuant nos vincere carnem, mundum, & diabolum. Ad istum chorum assumuntur illi, qui post prædicta exercitia contritionis, & satisfactionis, per quæ omnia peccata sunt deleta, in arctissimo exercitio se constringunt,

gunt, assumentes asperam, & austeram vitam, & per fortissimam M¶resistentiā carni, mundo & diabolo se opponunt, ne iterum peccatis illabantur. Tres enim præcipuos hostes habemus præcipuum suadentes scilicet carnem, mundū, & diabolum. Ex quibus duo, si aliquando intermittant, nunquam penitus ex toto dimittunt. Tertius tamen, scilicet diabolus, ita inexorabili aduersus nos odio coniurauit, vt nunquam ab eo ad ictum vnius oculi inducias extorquere valeamus. *Militia est vita hominis super terram.* Primo enim caro impugnat nos per concupiscentias, & carnalia desideria, semper enim optat voluptuari, otiari, impugnari, cui resistendum est potēter, nihil ex omnibus his admittendo, nisi quæ ad seruiendum Deo, & ad victum, & vestitum sunt ei necessaria, tenendo corpus nostrum, sicut dixit *Bern.* Sicut ægrum commendatū, cui multa volenti, inutilia sunt neganda, vtilia etiam nolenti ingerēda. Secundo mundus impugnat nos cum delectationibus mundanis scilicet gaudiis, diuitiis honorib. &c. & illa respuere debemus, scilicet quod hic gaudere in mundo illicite non velimus, vt in futuro cū Deo æternaliter gaudeamus, hic spernere diuitias temporales, vt in futuro posideamus diuitias glorię, hic fugere honores mundanos, vt in futuro honoremur à Christo, & ab omnibus sanctis & Angelis Dei,

Iob. 7.

& sic de aliis. Tertio diabolus nos diuersimode impugnat, primo malas suggestiones immittendo, quib. in principio viriliter resistere debemus. *Bern. in ser.* Potest inimicus exercitare tentationis motum, sed in te est, si volueris dare vel negare consensum. Secundo, tentat nos vitiando nostra bona opera. Et hoc contingit tribus modis secundum *Greg.* scilicet in principio uitiando intentionem, in medio tentat per negligentiā, in fine per inanis gloriæ illaqueationem, quos laqueos diaboli per diligentem custodiam euadere debemus, & quanto bellū est fortius, eo quod quis inclinatus est ad aliquod vitium, aut ex natura, aut ex actu frequenti quia secūdum *Arist.* Actus multiplicati generant habitum, tanto quis plus meretur scilicet viriliter resistendo, & etiam quanto pluries quis tentatur, tanto plures coronas resistendo meretur. *Ber. Quotiens restiteris totiens coronaberis.* & in illo choro habebimus adhuc maius gaudium quam in inferiorib. choris. O quale gaudium tunc habebimus cum illis militibus, id est, angelis, qui hic iuuerunt nos vincere mundum, carnem, & diabolum, & cum illis sanctis, qui hic fortiter dimicauerunt contra mundum carnem & diabolum. Quinti angeli, dicuntur Principatus, & isti adhuc sunt superiores aliis, qui mittuntur, & dicuntur principatus, quia principantur super totam ecclesiam

clesiam, vel prouinciam vnam, & isti mittuntur pro negotio totius ecclesiæ vel prouinciæ, quando Deo placuerit; & hunc chorum angelorum meremur si principatum obtinebimus super omnes homines. Sed diceres, quomodo possent fieri principes super homines alios, vt illum quintum chorum mereri possent? Respondetur, per patientiam, scilicet vincendo malum in bono, & talem hominem totus mundus vincere non potest; hoc patet in martyribus quos nec præsides, nec reges, nec imperatores, nec omnes tyranni vincere potuerunt, & isti homines, quia ad istum chorum posidendum pertinent, sic se habent in terris, quod si verbis offenduntur scilicet ipsis maledicendo, vel dure, vel iracunde loquendo, tunc ipsi è conuerso pro maledicendo dant benedictionem, & pro verbis iracundis, respondent verba dulcia. Exemplo Christi, de quo scriptum est: *Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur.* (1 Pet. 2.) Sed diceres, an homo iustus, & innocens debeat sustinere maledictiones malorum, & vtrum sibi aliquid noceat talia verba maledicta sustinere? Respondeo, nihil sibi obest, imo sibi prodest, & meritorium est; vnde Psal. *Maledicunt illi, & tu benedicis.* Ex hoc patet quod Deus illã maledictionem sibi à malo homine inflixam vult ei conuertere in benedictionem vnde *Aug.* Qui iustus est, & maledicitur, præmium ei pro maledictione redditur. Item si tales qui ad illum chorum pertinent in rebus offenduntur, totum Deo offerunt, cogitantes q. Christus nudus pro ipsis in cruce pepēdit, nec haustum aquæ habere potuit, & sic Dominus Iesus Christus remunerabit eos in vita æterna. vnde Apost. *Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, scientes vos meliorem, & manentem substantiam habere in cœlis.* (Heb. 10.) Item si læduntur in corpore, hoc patienter ferunt, cogitantes pasionem Christi, qui pro eis multa grauiora sustinuit. vnde *Grego.* si pasio Christi ad memoriam reducitur, nihil est, quod non æquo animo tolleretur, imo tales non solum parati sunt indulgere suis offensoribus, sed etiam parati sunt pro eis orare, vnde Matth. 5. *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filii Patris vestri qui in cœlis est.* Sexti angeli dicuntur. Dominationes, & illi dominantur aliis angelis, & ordinant eos ad officia sua, & isti non mittuntur, sed intimant voluntatem Dei illis quinque inferioribus ordinibus quid facere debeant, & vocantur dominationes, quasi domini super alios, isti quatuor chori superiores nunquam mittuntur, sed semper asistunt ante dominum; & istum chorum meremur cum

sensua-

sensualitatem nostram rationi subiicimus sic, quod nihil facit nisi q; ratio iubet, & sunt maximi domini, qui sciunt seipsos vincere, *illi secundum Bernard. habent sensus exteriores non duces, sed seruientes, interiores sobrios, & efficaces.* In signum huius legitur in euangelio:
Mat. 8. De Centurione, qui dixit: *Homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit, & alii veni, & venit, & seruo meo, fac hoc, & facit.* Centurio, id est, ratio habet sub se milites, id est, potentias animæ, & dicit huic, id est, rationali, *veni*. s. & cognosce differentiam inter bonũ & malum. Et dicit huic. i. irascibili *vade* s. spernendo malum, quod rõnalis potentia cognoscit esse despiciendum; & seruo concupiscibili, *fac hoc*, s. appetendo bonum, quod rationalis potentia cognoscit esse appetendum; vnde dixit Pharao ad Ioseph: *Sine tuo im-*
Gen. 41. *perio non mouebit quisquam manum, vel pedem in vniuersa terra Ægypti.* Ioseph, id est, ratio, sine cuius imperio sensualitas nec debet mouere oculum ad videndũ, nec os ad loquendum, nec pedes ad ambulãdum, nec manus ad palpandum, nec aures ad audiendum, nisi id, quod ratio iubet, & discernit esse licitum; ergo in talibus hominibus, qui ad illum chorum pertinent sensualitas est subiecta rationi, & hoc operatur plenitudo gratiæ, quãto enim cor abundat in gratia, tanto magis ratio vincit sensualitatem, quia cum cor est plenum gratiæ, tunc alia intrare non possunt. Sed diceres, quare habemus tot immundas cogitationes? Respondeo quod ideo, quia vacuum est cor nostrum à gratia. Ergo malæ cogitationes habent locum intrandi, & manendi in nobis. Et in isto choro habebimus valde magnum gaudium, quia esse inter tales magnos, & altos angelos qui sunt domini super alios, nonne est magnus honor? ibi etiam videbimus plenius dignitatem, altitudinem, & magnitudinem gloriæ nostræ, & quomodo minimus hominum in cœlo magis honoratur, & altius coronatur, quam maximus rex in terris. quia ab ipso Christo, & Maria, & omnibus sanctis, & angelis honoratur in cœlis, & quilibet participat secum in omnibus bonis, & meritis, & gloriam specialem habebit in quolibet electo in cœlo: Septimi angeli dicuntur Throni, isti angeli præ cæteris in Deo quiescunt tanquam in vltimo fine, & Deus in eis delectabiliter, quiescit tanquam in throno delectabili, & ipse in eis iudicia sua cuncta & subiecta disponit, vnde canitur: *Deus qui sedes super thronum & iudicas æqui.* Si ergo cupimus ad thronorũ cõsortia peruenire oĩa ad regulã iustitiæ iudicemus, vt Deo demus æquitatem, nobis vtilitatem, proximo pietatem & in illis, qui ad illũ thronũ pertinent qescit

Deus delectabiliter, vt sunt illi, qui nec in prosperis eleuantur per superbiam, nec in aduersis franguntur per impatientiam, sed omnia à Deo æquanimiter accipiunt, siue sit amarum, siue dulce, siue lætum, siue triste, quia tales æstimant se esse malos, & dignos omni malo & cum patiuntur aliquid tunc dicunt illud Gen. 42. *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.* s. Iesum Christum, non obediendo præceptis suis & plures dicunt cum *b. Aug.* hic vre, hic seca, vt in æternum parcas, & dicunt cum *b. Hier.* Libenter nunc patior tormenta, vt futura mihi gloria seruetur. Non enim iudicabit Deus in idipsum & tales nō commouentur ad iram, quia nihil volunt, nisi q, Deus vult, & omnia æquanimiter à Deo recipiunt, & voluntates suas conformant diuinæ voluntati, ergo non turbantur. vnde Pro. 12. *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit*, & in illo choro replebitur omnē desiderium &c. quia ibi est abundantia omnis boni, quia ibi habebimus *mensuram bonam confertam coagitatam, & superfluentem*: vnde Apostolus. 1. Cor. 3. Quod *oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c.* Octaui angeli dicuntur Cherub. & illi clarius Deum vidēt, & speculum Trinitatis. Et dicuntur illuminatores, qui alios illuminant, & eis voluntatem Dei notificant, & sic illi præ cæteris inferioribus cognoscunt voluntatem Dei, quid placeat, vel displiceat ei. Ad illum chorum spectant illi, q hic illuminantur in vera Christi sapientia. Sapientia dicitur quasi sapida scientia. vnde *Be.* inuenisti plane sapientiam, si peccata tanquam pessima mala desiderabilia huius mundi tanquā nihil, & æterna quasi optima sapiunt & tales ex intimo corde æterna non concupiscūt dicentes cū Apo Phil. 1. *Cupio dissolui, & esse cum Christo*, & dicunt illud Ps. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est*, idem. *Sitiuit anima mea ad Deum fontē viuum*, & tales nec possūt cogitare nec audire, nec loq, nisi quæ Dei sunt. O quale gaudiū ibi in illo choro habebimus, vbi omnia in Deo cognoscimus scilicet quomodo ab æterno in Deo fuimus, & quomodo à Deo emanauimus. Insuper cognoscimus Deum in omnibus, & omnia creata pulchriora esse in Deo, quā in se ipsis; & quicquid hō desiderat sibi. s. pulchritudinē, sapientiā, diuitias &c. hoc totum in Christo inueniet. *Beati serui tui qui stāt in conspectu tuo semper videntes sapientiam tuam*, quamuis omnes electi videant Deum, tamen clarius videt vnus, quam alius, qui sicut stella differt à stella in claritate, sic & sancti differunt in gloria, quę quanto anima est clarior, & maiora meruit cū corpore præsenti, tanto clarius corpus erit, quia glorificatio redundat de anima in corpus, ergo vnum corpus in 3 Reg. 10.

pus in

pus in cœlo erit clarius alio, secundùm quod homo est maioris meriti. Noni Angeli dicuntur Seraphim & isti sunt ardentes præ cæteris inferioribus in amore, & feruore Dei, & clarius cognoscunt Deum omnibus illis inferioribus, & flamma diuini feruoris incendit eos præ omnibus aliis Angelis, & ratio est, quia sunt proximiores Deo, & qui igni est proximior, magis accenditur, & qui luci est propinquior, magis illuminatur, sic & isti Angeli, ad istum chorum pertinent, qui feruent in charitate Dei, secundùm illud: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum nobis loqueretur in via?* De illo igne diuini amoris Dominus dicit in Euang. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat?* sed ad hoc, quòd homo fiat feruens in charitate, tria requirūtur. Primò, quòd medium, id est, peccata tollantur. *Greg.* Anima, quæ peccando à Deo se diuidit, si peccatū tollitur, immediatè Deo adhæret, & etiam illa mundana, & transitoria oportet tollere de medio, i. e. amouere de corde. vnde Ambr. *in lib. de virg.* Diuinæ dulcedini non coniungeris, si ab amore temporali non recedis. Secundò oportet disponi hominē ad hoc per virtutes, i. per opera virtutum, vt incendatur igne diuini feruoris, hoc patet in ligno disposito, & arido quod melius ardet, & citius incenditur, quàm lignum humidum & indispositum. Tertiò oportet

Luc. 24.

appropinquare Deo, i. per cōtemplationem se ad DEVM erigere, quia quanto homo altius DEVM contemplatur, tantò vicinior erit Deo. Psal. *Accedite ad Deum, & illuminamini.* Item: *Sanctificabor in his, qui approximant mihi.* Item: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*: & signanter in tali contemplatione memoranda sunt multiplicia DEI beneficia, & sic ignis diuini amoris ex hoc incenditur. Psal. *In meditatione mea exardescet ignis.* In illo choro habebimus maximum gaudium, quia cor nostrum, & anima nostra in Deum transsumitur ex feruore diuini amoris, sicut ferrum assumit formam ignis, & erit candens quasi sit ignis, & tamen est ferrum in substantia; sic simili modo cor nostrum transmutabitur in Deum: ibi enim plenissimè impletur illud præceptum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum.*

Luc. 10.
Iac 4.

DE EADEM DOMINICA.

G*Audium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, &c.* Hic dicendum est, quomodo Angeli seruiunt hominibus, & quare, & quomodo sunt nobis similes, & quomodo præcellunt nos. Istum serm. quære inf. serm. 158. I.

DOMINICA IV. POST FEstum Trinitatis.

Sermo LXXXIX.

De sex operibus misericordiæ.

Luc 6. Matth. 7. Marc. 4. *ESTOTE misericordes, sicut Pater vester misericors est.* Naturale est omnibus animalibus eiusdem speciei ad inuicem misericordiam conseruare, multò magis homo ad imaginem Dei conditus, debet alter alteri tanquam suæ imagini compati, & vnus alterius defectus & miserias in cor suũ imprimere, & sic sibi cõpati, & in hoc cõsistit ratio misericordię, ad quam Christus nos inducit per verba pręmissa, dicens: Estote misericordes &c. Vnde in præsenti serm. dicendum est de sex operibus misericordiæ, quę Dominus in iudicio à quolibet homine vult requirere, vt habetur Matt. 25. vbi dicturus est his, qui à dextris suis erunt: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratũ vobis regnum à cõstitutione mundi. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi bibere*, & sic de aliis. Tunc dicet & his, qui à sinistris eius erunt: *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi manducare: Sitiui, & non dedistis mihi potum, hospes eram, & nõ collegistis me*, & sic de aliis. August. dicit, sic super prædicta verba: Si aliquis esset, qui de tota sacra scriptura nihil aliud sciret, nisi solummodò istam lectionem præsentem, hoc solùm sufficeret sibi ad saluté, quia ibi continentur merita & demerita, præmia & supplicia bonorum & malorum. Primum opus ¶P misericordiæ est cibare esurientem: *Frange esurienti panem tuum.* Secundum est, potum dare sitienti: Esa 58. *Quicunq; potum dederit ex minimis meis calicem aquæ frigidæ tantum, nõ perdet mercedem suam.* Sed Matt. 10. sunt quidam adeo duri & immisericordes, quod potius dant porcis & canibus, quàm pauperibus, quia plures diuites melius pascunt suos canes, quàm pauperes, scil. præparando canibus ossa, vel dando eis carnes, de quibus pauperes possent refici; de quibus omnibus tales diuites districtã reddituri sunt rationem. Insuper aliqui sunt tam auari & tenaces, quòd potius illud, quod super remanet, putrefieri sinant, seruantes hoc ex nimia parcitate, quàm q; hoc pauperibus erogent, vnde Dominus de maximo conuiuio, quod faciet sanctis suis, repellet eos confusione magna, nihil eis dando, quia hic de mensa sua nihil ei dederunt: vt patet de diuite epulone & paupere Lazaro. vnde *Gregor.* Dei misericordiam non potest Luc. 16. promereri, qui hic misericors non fuerit. vnde *Bed.* Sine misericordia Bed. super Epist. Iacobi. iudicabitur ille, qui cùm posset, nõ fecit misericordiam. Ex his patet, q; valde periculosè stant tales tenaces, qui in hoc grauiter Deum offendunt, & contra charitatem proximi

ximi

ximi faciunt, contra animas proprias grauiter peccant, quia tales quodammodo cōparantur furibus & raptoribus. vnde Ambros. *Non minoris est criminis habenti tollere, quàm cùm posses indigentibus denegare.* vnde Basil. *Nonne*, inquit, *spoliator es, quæ dispensando suscepisti, propria reputando? Est enim panis famelici, quem tenes, nudi tunica, quam in conclaui conseruas, discalceati calcei, qui penes te marcescunt, indigentis argentum, quod poßides humatum.* Vnde Christus in Euangelio dicit: *Quàm difficile qui pecunias habent, regnum Dei intrabunt.* Item, est malum signum, cùm quis est tam durus, quòd non potest audire clamorem pauperum, etsi benè audit, tamen eis non compatitur, nec miseretur, quod est signum peruersitatis, & quod non est in charitate DEI, & ex hoc sequitur, quod est in statu damnationis: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum neceßitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* q.d. nullo modo. Aug. Misericordia est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, qua vtique si possimus, subuenire compellimur. vnde de duris corde dicitur: *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.* Et ergo vt diuites misericordiam DEI consequantur, tunc ipsi debent esse misericordes pauperibus: *Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur.* Item: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm deficiet, recipiant vos in æterna tabernacula.* Ambros. in epist. ad Nepotianum: *Non memini me legiße mala morte moriturum, qui libenter opera pietatis exercuit, habet enim multos intercessores, & impossibile est, preces multorum non exaudiri.* Tertium est, recipere peregrinos ad hospitium, hoc est tam vtile, & Deo tam acceptum, vt quandoque etiam ad literam beati Angeli sunt hospitio recepti: imò etiam ipse Christus visibiliter, vt in Emaus. Sed sunt quidam adeò auari, quòd nullos pro Deo hospitari volunt, nisi habeant expendere, & sic expellunt pauperes à domibus suis. Cùm tamen Christus dicit in Euangelio: *Qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit.* Item: *Eadem mensura, qua mensi fueritis, &c.* Ergo, sicut claudis ianuam pauperi, sic CHRISTVS faciet tibi, cùm ad ipsum veneris, dicens illud: *Domine, Domine aperi nobis. Respondebit: Amen, Amen dico vobis, nescio vos*: sed bonis & electis suis dicet: *Hospes fui, & collegistis me, &c. Venite benedicti Patris mei, poßidete &c.* Ex his patet, quòd multum reprehensibiles sunt illi diuites, qui habent magnas & latas domos, & potius permittunt eas vacare, quã pauperes in eisdem propter Deum velint hospitari; cùm tamẽ laudabile esset, quòd

Ambros. in serm.
Luca 18.
1. Ioan. 3.
August de Ciuit. Dei.
Prouer. 21.
Matth. 5.
Luc. 16.
¶ Q
Matt. 25.
Ibidem.

ordinem assumuntur, & merito isti secundi inter eos collocantur, quia magna nunciant, quia reuera maximum est, & maxima nunciant, qui fœda peccata sua pure denunciant confessori. *Greg. in plerisque verecundis hominib. maioris est certaminis fœda confitēdo detegere, quā eadē non cōmittere. Isid. Confessio sanat, confessio sanctificat, confessio peccati veniam donat. Omnis enim spes in confessione consistit. In confessione locus est misericordiæ, & in illo choro adhuc est maius gaudium, quia ibi cognoscimus abyssum diuinæ voluntatis, & ibi cognoscimus causas, & effectus rerum in Deo, scilicet quare hoc, vel hoc sit,* id est, quare iste est diues, & ille pauper, iste est pulcher, & ille est deformis, quare vnus moritur, & alter viuit. Tertii Angeli dicuntur virtutes. Et sunt illi spiritus, per quos signa, & miracula fiunt frequenter, & ideo dicuntur virtutes, quia virtus diuina relucet in istis, scilicet quod ipse sit omnipotens, & quod nihil potest resistere ei, & quando Deus vult aliquid facere, quod est supra naturam, quod fit solum miraculose, sicut cæcos illuminare, mortuos suscitare, tunc illi angeli, qui dicuntur virtutes, mittuntur. Ad horum ergo societates illi homines merito assumuntur, qui strenue, & viriliter duobus prædictis scilicet contritioni, & confessioni adiungunt debitam satisfactionem, & condignam, vnde dicit Ioannes baptista. *Facite dignos fructus pænitentiæ.* Luc. 3. *Gregorius.* vt tanto maiora quærant bonorum operum lucra per pænitentiam, quanto grauiora sibi intulerunt damna per culpam, tam viriliter satisfacientes, vt commissis malis in pondere, numero, & mensura ex satisfactione condigna, sufficientique remetiatur, & post in obseruatione præceptorum Dei, viriliter, & strenue se exerceant, & insistant operibus misericordiæ, scilicet esurientes cibando, sitientes potando, & sic de aliis, & quia talis satisfactio hic descripta habet maximam difficultatem, & viriliter indiget fortitudine, ideo virtutibus merito tales apponentur, & ibi erit adhuc maius gaudium, quia ibi cognoscimus omnipotentiam Dei plenius, quomodo ex nihilo omnia creauit, & adhuc mille, vel infinitos mundos creare posset, & quomodo sustentat mundum, & omnia creata in esse suo. Quarti dicuntur Potestates, & isti mittuntur ad arcendum dæmones, ne in tantum tentare præsumant, quantum volunt, & illi iuuant nos vincere carnem, mundum, & diabolum. Ad istum chorum assumuntur illi, qui post prædicta exercitia contritionis, & satisfactionis, per quæ omnia peccata sunt deleta, in arctissimo exercitio se constringunt,

gunt, assumentes asperam, & austeram vitam, & per fortissimam Mq resistentiā carni, mundo & diabolo se opponunt, ne iterum peccatis illabantur. Tres enim præcipuos hostes habemus præcipuum suadentes scilicet carnem, mundū, & diabolum. Ex quibus duo, si aliquando intermittant, nunquam penitus ex toto dimittunt. Tertius tamen, scilicet diabolus, ita inexorabili aduersus nos odio coniurauit, vt nunquam ab eo ad ictum vnius oculi inducias extorquere valeamus. *Militia est vita hominis super terram.* Primo enim caro impugnat nos per concupiscentias, & carnalia desideria, semper enim optat voluptuari, otiari, impugnari, cui resistendum est potēter, nihil ex omnibus his admittendo, nisi quæ ad seruiendum Deo, & ad victum, & vestitum sunt ei necessaria, tenendo corpus nostrum, sicut dixit *Bern.* Sicut ægrum commendatū, cui multa volenti, inutilia sunt neganda, vtilia etiam nolenti ingerēda. Secundo mundus impugnat nos cum delectationibus mundanis scilicet gaudiis, diuitiis honorib. &c. & illa respuere debemus, scilicet quod hic gaudere in mundo illicite non velimus, vt in futuro cū Deo æternaliter gaudeamus, hic spernere diuitias temporales, vt in futuro possideamus diuitias gloriȩ, hic fugere honores mundanos, vt in futuro honoremur à Christo, & ab omnibus sanctis & Angelis Dei,

Iob. 7.

& sic de aliis. Tertio diabolus nos diuersimode impugnat, primo malas suggestiones immittendo, quib. in principio viriliter resistere debemus. *Bern. in ser.* Potest inimicus exercitare tentationis motum, sed in te est, si volueris dare vel negare consensum. Secundo, tentat nos vitiando nostra bona opera. Et hoc contingit tribus modis secundum *Greg.* scilicet in principio uitiando intentionem, in medio tentat per negligentiā, in fine per inanis gloriæ illaqueationem, quos laqueos diaboli per diligentem custodiam euadere debemus, & quanto bellū est fortius, eo quod quis inclinatus est ad aliquod vitium, aut ex natura, aut ex actu frequenti quia secūdum *Arist.* Actus multiplicati generant habitum, tanto quis plus meretur scilicet viriliter resistendo, & etiam quanto pluries quis tentatur, tanto plures coronas resistendo meretur. *Ber.* *Quotiens restiteris totiens coronaberis.* & in illo choro habebimus adhuc maius gaudium quam in inferiorib. choris. O quale gaudium tunc habebimus cum illis militibus, id est, angelis, qui hic iuuerunt nos vincere mundum, carnem, & diabolum, & cum illis sanctis, qui hic fortiter dimicauerunt contra mundum carnem & diabolum. Quinti angeli, dicuntur Principatus, & isti adhuc sunt superiores aliis, qui mittuntur, & dicuntur principatus, quia principantur super totam ec-

clesiam, vel prouinciam vnam, & isti mittuntur pro negotio totius ecclesiæ vel prouinciæ, quando Deo placuerit; & hunc chorum angelorum meremur si principatum obtinebimus super omnes homines. Sed diceres, quomodo possent fieri principes super homines alios, vt illum quintum chorum mereri possent? Respondetur, per patientiam, scilicet vincendo malum in bono, & talem hominem totus mundus vincere non potest; hoc patet in martyribus quos nec præsides, nec reges, nec imperatores, nec omnes tyranni vincere potuerunt, & isti homines, quia ad istum chorum possidendum pertinent, sic se habent in terris, quod si verbis offenduntur scilicet ipsis maledicendo, vel dure, vel iracunde loquendo, tunc ipsi è conuerso pro maledicendo dant benedictionem, & pro verbis iracundis, respondent verba dulcia. Exemplo Christi, de quo scriptum est: *Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur.* Sed diceres, an homo iustus, & innocens debeat sustinere maledictiones malorum, & vtrum sibi aliquid noceat talia verba maledicta sustinere? Respondeo, nihil sibi obest, imo sibi prodest, & meritorium est; vnde Psal. *Maledicunt illi, & tu benedicis.* Ex hoc patet quod Deus illã maledictionem sibi à malo homine inflixam vult ei conuertere in benedictionem vnde *Aug.* Qui iustus est, & maledicitur, præmium ei pro maledictione redditur. Item si tales qui ad illum chorum pertinent in rebus offenduntur, totum Deo offerunt, cogitantes quod Christus nudus pro ipsis in cruce pependit, nec haustum aquæ habere potuit, & sic Dominus Iesus Christus remunerabit eos in vita æterna. vnde Apost. *Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, scientes vos meliorem, & manentem substantiam habere in cœlis.* Item si læduntur in corpore, hoc patienter ferunt, cogitantes passionem Christi, qui pro eis multa grauiora sustinuit. vnde *Grego.* si passio Christi ad memoriam reducitur, nihil est, quod non æquo animo tolleretur, imo tales non solum parati sunt indulgere suis offensoribus, sed etiam parati sunt pro eis orare, vnde Matth. 5. *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filii Patris vestri qui in cœlis est.* Sexti angeli dicuntur Dominationes, & illi dominantur aliis angelis, & ordinant eos ad officia sua, & isti non mittuntur, sed intimant voluntatem Dei illis quinque inferioribus ordinibus quid facere debeant, & vocantur dominationes, quasi domini super alios, isti quatuor chori superiores nunquam mittuntur, sed semper assistunt ante dominum; & istum chorum meremur cum sensua-

1 Pet. 2. Heb. 10.

sensualitatem nostram rationi subiicimus sic, quod nihil fac t nisi q. ratio iubet, & sunt maximi domini, qui sciunt seipsos vincere, *illi secundum Bernard. habent sensus exteriores non duces, sed seruientes, interiores sobrios, & efficaces.* In signum huius legitur in euangelio:

Mat. 8. De Centurione, qui dixit: *Homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit, & alii veni, & venit, & seruo meo, fac hoc, & facit.* Centurio, id est, ratio habet sub se m lites, id est, potentias animæ, & dicit huic, id est, rationali, *veni*. s. & cognosce differentiam inter bonũ & malum. Et dicit huic. i. irascibili *vade* s. spernendo malum, quod rõnalis potentia cognoscit esse despiciendum; & seruo concupiscibili, *fac hoc*, s. appetendo bonum, quod rationalis potentia cognoscit esse appetendum; vnde di-

Gen. 41. xit Pharao ad Ioseph: *Sine tuo imperio non mouebit quisquam manum, vel pedem in vniuersa terra Ægypti.* Ioseph, id est, ratio, sine cuius imperio sensualitas nec debet mouere oculum ad videndũ, nec os ad loquendum, nec pedes ad ambulãdum, nec manus ad palpandum, nec aures ad audiendum, nisi id, quod ratio iubet, & discernit esse licitum; ergo in talibus hominibus, qui ad illum chorum pertinent sensualitas est subiecta rationi, & hoc operatur plenitudo gratiæ, quãto enim cor abundat in gratia, tanto magis ratio vincit sensualitatem, quia cum cor est plenum gratiæ, tunc alia intrare non possunt. Sed diceres, quare habemus tot immundas cogitationes? Respondeo quod ideo, quia vacuum est cor nostrum à gratia. Ergo malæ cogitationes habent locum intrandi, & manendi in nobis. Et in isto choro habebimus valde magnum gaudium, quia esse inter tales magnos, & altos angelos qui sunt domini super alios, nonne est magnus honor? ibi etiam videbimus plenius dignitatem, altitudinem, & magnitudinem gloriæ nostræ, & quomodo minimus hominum in cœlo magis honoratur, & altius coronatur, quam maximus rex in terris. quia ab ipso Christo, & Maria, & omnibus sanctis, & angelis honoratur in cœlis, & quilibet participat secum in omnibus bonis, & meritis, & gloriam specialem habebit in quolibet electo in cœlo: Septimi angeli dicuntur Throni, isti angeli præ cæteris in Deo quiescunt tanquam in vltimo fine, & Deus in eis delectab liter, quiescit tanquam in throno delectabili, & ipse in eis iudicia sua cuncta & subiecta disponit, vnde canitur: *Deus qui sedes super thronum & iudicas æqui.* Si ergo cupimus ad thronorũ cõsortia peruenire oĩa ad regulã iustitiæ iud cemus, vt Deo demus æquitatem, nob s vtilitatem, proximo pietatem & in illis, qui ad illũ thronũ pertinent qescit

Deus delectabiliter, vt sunt illi, qui nec in prosperis eleuantur per superbiam, nec in aduersis franguntur per impatientiam, sed omnia à Deo æquanimiter accipiunt, siue sit amarum, siue dulce, siue lætum, siue triste, quia tales æstimant se esse malos, & dignos omni malo & cum patiuntur aliquid tunc dicunt illud Gen. 42. *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.* s. Iesum Christum, non obediendo præceptis suis & plures dicunt cum *b. Aug.* hic vre, hic seca, vt in æternum parcas, & dicunt cum *b. Hier.* Libenter nunc patior tormenta, vt futura mihi gloria seruetur. Non enim iudicabit Deus in idipsum & tales nō commouentur ad iram, quia nihil volunt, nisi q, Deus vult, & omnia æquanimiter à Deo recipiunt, & voluntates suas conformant diuinæ voluntati, ergo non turbantur. vnde Pro. 12. *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit*, & in illo choro replebitur omnē desiderium &c. quia ibi est abundantia omnis boni, quia ibi habebimus *mensuram bonam confertam coagitatam, & superfluentem*: vnde Apostolus. 1. Cor. 3. Quod *oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c.* Octaui angeli dicuntur Cherub. & illi clarius Deum vidēt, & speculum Trinitatis. Et dicuntur illuminatores, qui alios illuminant, & eis voluntatem Dei notificant, & sic illi præ cæteris inferioribus cognoscunt voluntatem Dei, quid placeat, vel displiceat ei. Ad illum chorum spectant illi, q hic illuminantur in vera Christi sapientia. Sapientia dicitur quasi sapida scientia. vnde *Be.* inuenisti plane sapientiam, si peccata tanquam pessima mala desiderabilia huius mundi tanquā nihil, & æterna quasi optima sapiunt & tales ex intimo corde æterna non concupiscūt dicentes cū Apo Phil. 1. *Cupio dissolui, & esse cum Christo*, & dicunt illud Ps. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est*, idem. *Sitiuit anima mea ad Deum fontē viuum*, & tales nec possūt cogitare nec audire, nec loq, nisi quæ Dei sunt. O quale gaudiū ibi in illo choro habebimus, vbi omnia in Deo cognoscimus scilicet quomodo ab æterno in Deo fuimus, & quomodo à Deo emanauimus. Insuper cognoscimus Deum in omnibus, & omnia creata pulchriora esse in Deo, quā in se ipsis; & quicquid hō desiderat sibi. s. pulchritudinē, sapientiā, diuitias &c. hoc totum in Christo inueniet. *Beati serui tui qui stāt in conspectu tuo semper videntes sapientiam tuam*, 3 Reg. 10. quamuis omnes electi videant Deum, tamen clarius videt vnus, quam alius, qui sicut stella differt à stella in claritate, sic & sancti differunt in gloria, quę quanto anima est clarior, & maiora meruit cū corpore præsenti, tanto clarius corpus erit, quia glorificatio redundat de anima in corpus, ergo vnum corpus in

pus in cœlo erit clarius alio, secundùm quod homo est maioris meriti. Noni Angeli dicuntur Seraphim & isti sunt ardentes præ cæteris inferioribus in amore, & feruore Dei, & clarius cognoscunt Deum omnibus illis inferioribus, & flamma diuini feruoris incendit eos præ omnibus aliis Angelis, & ratio est, quia sunt proximiores Deo, & qui igni est proximior, magis accenditur, & qui luci est propinquior, magis illuminatur, sic & isti Angeli, ad istum chorum pertinent, qui feruent in charitate Dei, secundùm illud: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum nobis loqueretur in via?* De illo igne diuini amoris Dominus dicit in Euang. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat?* sed ad hoc, quòd homo fiat feruens in charitate, tria requirũtur. Primò, quòd medium, id est, peccata tollantur. *Greg.* Anima, quæ peccando à Deo se diuidit, si peccatũ tollitur, immediatè Deo adhæret, & etiam illa mundana, & transitoria oportet tollere de medio, i. e. amouere de corde. vnde Ambr. *in lib. de virg.* Diuinæ dulcedini non coniungeris, si ab amore temporali non recedis. Secundò oportet disponi hominẽ ad hoc per virtutes, i. per opera virtutum, vt incendatur igne diuini feruoris, hoc patet in ligno disposito, & arido quod melius ardet, & citius incenditur, quàm lignum humidum & indispositum. Tertiò oportet

Luc. 24.

appropinquare Deo, i. per cõtemplationem se ad DEVM erigere, quia quanto homo altius DEVM contemplatur, tantò vicinior erit Deo. Psal. *Accedite ad Deum, & illuminamini.* Item: *Sanctificabor in his, qui approximant mihi.* Item: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis:* & signanter in tali contemplatione memoranda sunt multiplicia DEI beneficia, & sic ignis diuini amoris ex hoc incenditur. Psal. *In meditatione mea exardescet ignis.* In illo choro habebimus maximum gaudium, quia cor nostrum, & anima nostra in Deum transsumitur ex feruore diuini amoris, sicut ferrum, assumit formam ignis, & erit candens quasi sit ignis, & tamen est ferrum in substantia; sic simili modo cor nostrum transmutabitur in Deum: ibi enim plenissimè impletur illud præceptum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum.*

Luc. 10. Iac. 4.

DE EADEM DOMINICA.

GAudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, &c. Hic dicendum est, quomodo Angeli seruiunt hominibus, & quare, & quomodo sunt nobis similes, & quomodo præcellunt nos. Istum serm. quære inf. serm. 158. I.

Dominica IV. Post Festum Trinitatis.

Sermo LXXXIX.

De sex operibus misericordiæ.

Luc. 6. Matth. 7. Marc. 4.

Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est. Naturale est omnibus animalibus eiusdem speciei ad inuicem misericordiam conseruare, multò magis homo ad imaginem Dei conditus, debet alter alteri tanquam suæ imagini compati, & vnus alterius defectus & miserias in cor suũ imprimere, & sic sibi cõpati, & in hoc cõsistit ratio misericordię, ad quam Christus nos inducit per verba pręmissa, dicens: Estote misericordes &c. Vnde in præsenti serm. dicendum est de sex operibus misericordiæ, quę Dominus in iudicio à quolibet homine vult requirere, vt habetur Matt. 25. vbi dicturus est his, qui à dextris suis erunt: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratũ vobis regnum à cõstitutione mundi. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi bibere*, & sic de aliis. Tunc dicet & his, qui à sinistris eius erunt: *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi manducare: Sitiui, & non dedistis mihi potum, hospes eram, & nõ collegistis me*, & sic de aliis. August. dicit, sic super prædicta verba: Si aliquis esset, qui de tota sacra scriptura nihil aliud sciret, nisi solummodò istam lectionem præsentem, hoc solùm sufficeret sibi ad saluté, quia ibi continentur merita & demerita, præmia & supplicia bonorum & malorum. Primum opus ¶P misericordiæ est cibare esurientem: *Frange esurienti panem tuum.* Secundum est, potum dare sitienti: Esa 58. *Quicunq; potum dederit ex minimis meis calicem aquæ frigidæ tantum, nõ perdet mercedem suam.* Sed Matt. 10. sunt quidam adeo duri & immisericordes, quod potius dant porcis & canibus, quàm pauperibus, quia plures diuites melius pascunt suos canes, quàm pauperes, scil. præparando canibus ossa, vel dando eis carnes, de quibus pauperes possent refici; de quibus omnibus tales diuites districtã reddituri sunt rationem. Insuper aliqui sunt tam auari & tenaces, quòd potius illud, quod super remanet, putrefieri sinant, seruantes hoc ex nimia parcitate, quàm q; hoc pauperibus erogent, vnde Dominus de maximo conuiuio, quod faciet sanctis suis, repellet eos confusione magna, nihil eis dando, quia hic de mensa sua nihil ei dederunt: vt patet de diuite epulone & paupere Lazaro. vnde *Gregor.* Dei misericordiam non potest Luc. 16. promereri, qui hic misericors non fuerit. vnde *Bed.* Sine misericordia Bed. super Epist. Iacobi. iudicabitur ille, qui cùm posset, nõ fecit misericordiam. Ex his patet, q; valde periculosè stant tales tenaces, qui in hoc grauiter Deum offendunt, & contra charitatem proximi

ximi faciunt, contra animas proprias grauiter peccant, quia tales quodammodo cõparantur furibus & raptoribus. vnde Ambros. *Non minoris est criminis habenti tollere, quàm cùm possis indigentibus denegare.* vnde Basil. *Nonne*, inquit, *spoliator es, quæ dispensando suscepisti, propria reputando? Est enim panis famelici, quem tenes, nudi tunica, quam in conclaui conseruas, discalceati calcei, qui penes te marcescunt, indigentis argentum, quod possides humatum.* Vnde Christus in Euangelio dicit: *Quàm difficile qui pecunias habent, regnum Dei intrabunt.* Item, est malum signum, cùm quis est tam durus, quòd non potest audire clamorem pauperum, etsi benè audit, tamen eis non compatitur, nec miseretur, quod est signum peruersitatis, & quod non est in charitate DEI, & ex hoc sequitur, quod est in statu damnationis: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* q.d. nullo modo. Aug. Misericordia est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, qua vtique si possimus, subuenire compellimur. vnde de duris corde dicitur: *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.* Et ergo vt diuites misericordiam DEI consequantur, tunc ipsi debent esse misericordes pauperibus: *Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur.* Item: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeciet, recipiant vos in æterna tabernacula.* Ambros. in epist. ad Nepotianum: *Non memini me legisse mala morte moriturum, qui libenter opera pietatis exercuit, habet enim multos intercessores, & impossibile est, preces multorum non exaudiri.* Tertium est, recipere peregrinos ad hospitium, hoc est tam vtile, & Deo tam acceptum, vt quandoque etiam ad literam beati Angeli sunt hospitio recepti: imò etiam ipse Christus visibiliter, vt in Emaus. Sed sunt quidam adeò auari, quòd nullos pro Deo hospitari volunt, nisi habeant expendere, & sic expellunt pauperes à domibus suis. Cùm tamen Christus dicit in Euangelio: *Qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit.* Item: *Eadem mensura, qua mensi fueritis, &c.* Ergo, sicut claudis ianuam pauperi, sic CHRISTVS faciet tibi, cùm ad ipsum veneris, dicens illud: *Domine, Domine aperi nobis. Respondebit: Amen, Amen dico vobis, nescio vos:* sed bonis & electis suis dicet: *Hospes fui, & collegistis me, &c. Venite benedicti Patris mei, possidete &c.* Ex his patet, quòd multum reprehensibiles sunt illi diuites, qui habent magnas & latas domos, & potius permittunt eas vacare, quã pauperes in eisdem propter Deum velint hospitari; cùm tamẽ laudabile esset, quòd

Marginal notes: Ambros. in serm. — Luca 18. — 1. Ioan. 3. — August. de Ciuit. Dei. — Prouer. 21. — Matth. 5. — Luc. 16. — ¶ Q — Matt. 25. — Ibidem.

quòd quilibet diues ad minus haberet vnum pauperē in domo sua, vt illud, quod sibiipsi in mensa subtraheret, siue comedendo, siue bibendo, hoc illi pauperi daret, vt sic R§ posset mereri vitam æternam. Quartum est, nudos tegere; quantum autem placeat DEO patet in sancto Martino, quem Christus coram omnibus sanctis & Angelis in cœlo existentibus commendauit, dicens: Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit. vnde admonet vnumquemq; hominem per *Esa. Prophetam*, dicens: *Cùm videris nudum, operi eum &c.* Item: Luc. 3. *Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti.* Item, quòd hoc opus misericordiæ non ita faciliter exercent, sicut & alia; quia vnus facilius dat pauperi frustum panis, vel recipit eum per vnam noctem ad hospitium, quam daret ipsi tunicā: ergo mulieres diuites debent filare, & non otiosè incedere, quia quamuis ipsa non indigeant per se, tamen multi pauperes sunt, qui bene indigent. Exemplo beatæ Elisabeth, quæ filabat cum ancillis suis, & inde pauperibus vestes faciebat. *August.* Illam eleemosynam Deus approbat, quæ de iustis laboribus ministratur, sicut scriptū est: *Honora Dominum de tua substantia*, i.e. de tuis iustis laboribus, *& de primitiis frugum tuarum da pauperibus.* Vnde Christus dicet talibus in iudicio: *Nudus fui, & cooperuistis me*: quia ita acceptum est ei, quasi eum in cruce nudum pendentem cooperuissent. vnde dicit: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Quintum est, visitare infirmos, & hoc est valde acceptum Christo, quasi ipse per se iaceret hic infirmus, & eum visitares, quia omnes passus talium numerantur ab Angelis, & remunerantur à Christo in vita æterna. Contra hoc faciunt, qui pauperes & infirmos abominātur, vel etiam quandoque proprios famulos, vel famulas, quando infirmantur, à domo expellunt, vel si retinent, vt canem sub gradu locant, nec melius ei, quàm cani faciunt; non sic est faciendum, imò eis est benefaciendum, quasi Angelo Dei, vel quasi ipsi Christo, qui dicturus est in iudicio: *Infirmus fui, & visitastis me.* Sextum opus misericordiæ est, vinctos visitare, & redimere, siue boni, siue mali sint, aliquid eis administrando. Si boni, pro posse liberari debent, iuxta illud Psal. *Egenum de manu peccatoris liberate, qui hoc facit*, scil. qui redimit raptos innocenter à raptoribus, & ab aliis hominibus, *similis erit Deo.* Psal. *Deus qui similis erit tibi? eripiens inopem de manu fortium eius.* Si verò mali, tunc saltem liberandi sunt ab æterna morte, scil. monendo eos ad pœnitentiam & contritionem de peccatis suis, & quòd offerant Deo illam ignominiosam & amaram mortē, quam sustinere eos oportet pro peccatis suis, & hoc est

Matt. 25.

August. in lib. de Vita Christ.

hoc est multum vtile, & Deo acceptum. Quæstio est, vtrum pœna mortis dirimat aliquid de pœna debita pro peccatis? Respondetur secundùm Thomam: Mors naturalis est pœna consequens originale peccatum & quasi iam in naturam conuersa, & ideo per mortem naturalem non purgatur aliquid de peccato actuali, sed per mortem illatam bene potest purgari; vnde si aliquis mortem illam tam patienter sustineat, etiam pro aliis criminibus, sic illata mors valet ad diminutionem pœnæ, & ad liberationem etiam à tota pœna, secundùm quãtitatem culpæ & patientiæ, & contritionis. Item quæritur de suspendendis, & decapitandis, an debeat eis dari corpus Domini? Resp. Si sunt confessi, & pœnitent, non debet eis denegari. Item quæritur de suspensis, an sint sepeliendi in cœmiterium, an non? Respondetur secundùm Hostiensem, quòd sepeliendi sunt, dum tamen pœnituerint, sed tamen ad hoc, quòd de patibulo deponantur, requiritur licentia iudicis secularis, ne iustitia contemni videatur; & sic loquuntur leges, sed ipsam licentiam iudex denegare non debet. Ex his iam dictis patet, quod salubre est valde, tales homines monere ad pœnitẽtiam, quia possibile est, quòd quis in vno homine tali possit mereri vitam æternam, & ratio est, quia secundùm *Greg.* Maximum sacrificium est zelus animarum: imò plus est Deo acceptum, & homini meritorium vnam animam lucrari, quàm aureum montem Deo offerre, quia vna anima præcellit omnes thesauros totius mundi. vnde August. dicit: Sicut Deus omnẽ creaturam, sic anima omnem corpoream creaturam naturæ dignitate præcellit. vnde etiam *Bernh.* Totus mundus ille pretium vnius animæ æstimare nõ potest. Non enim pro toto mundo animam suam daret Christus, quam pro anima humana dedit. Sciendum, quod multum salutiferum est talibus, amaram mortem & passionem Christi reducere ad memoriam. vnde *August.* Si passio Christi ad memoriam reducitur, nihil tam durum, quod non æquo animo toleretur. *Bern.* Quid est, quod tibi non suaue videtur, si collegeris & memoraueris omnes amaritudines Saluatoris? & signãter cogitandum est talibus, quomodo Christus nonies ductus est pro salute peccatorũ. Primò statim quando captus fuit, ductus est ad Annam. Secundò ab Anna ad Caipham. Tertiò à Caipha ad Pilatum. Quartò à Pilato ad Herodẽ. Quintò ab Herode econuerso ad Pilatũ. Sextò milites duxerunt eum intus in atrium, & illuserunt ei, percutientes caput eius arundine. Septimò duxit eum Pilatus foris de prætorio, portantem coronam spineam, & vestem purpuream. Octauò ductus est ad locum, vbi pro tribunali iudicatus est ad mortem. Nonò ex-

B. Thom. 4. dist. 20.

13. quæst. 2.

tra ciuitatem ductus est ad locum caluariæ, vbi crucifixus est: & rememorando tales transitus Christi offerre debent transitum illum, & mortem & pœnam ipsi Christo pro peccatis suis: & debent habere bonum propositum, q; amplius nunquam vellent peccare, si diutius viuere deberent, & sic DEO debent committere animas suas. vnde legitur tale exemplum. Miles quidã nobilis, sed criminosus, quodã tempore ab inimicis suis est captus, & quia valde erant ei inuidiosi & exosi, visum est eis expedire, vt in instanti occideretur. Cernens vir nobilis sibi mortem imminere, & nullum ibi esse remedium vitæ, supplici voce dicit ad illos: Rogo vos intuitu DEI, vt modicum ad mortem meam differre dignemini, vt alicui Sacerdoti peccata mea possim confiteri. Responderunt ei: Non esset nobis ista dilatio tuta. Contingere posset, quod cognati & amici tui venirent & eriperent te de manibus nostris, tunc esset error nouissimus peior priori. Cui cùm præcepissent, vt se prosterneret ad decollandum, dixit hoc verbum: Deus tu scis voluntatem meam, & subiunxit: Animam meam virginis filio commendo, sicq; decollatus est: erat tunc quidam obsessus in ciuitate, cui cùm dicerent quidam audita morte tanti tyranni, modo magnum gaudium habebis cum anima illius facinorosi militis. Respondit dæmon: Nequaquam, vnum enim verbum, dum mori debuit, protulit, propter quod saluatus est. vnde *Bernh.* Maior est Dei pietas, quàm quæuis iniquitas. Sicut enim scintilla in medio maris, ita omnis malitia hominis ad DEI misericordiam. Quod autem Deus gratanter opera misericordiæ accipit, quæ exhibentur pauperibus in suo nomine, patet per tale exemplum. Erat quidam rusticus cum sua vxore, qui morabatur in vna villa, & in vna magna curia solitariè, & habuit de cõsuetudine, quod singulis sextis feriis solebat inuitare vnum pauperem hominẽ in memoriam, & reuerentiam passionis Christi, & quando pauperem non habebat, distulit prandium, donec vnus pauper veniret. Accidit autem vna sexta feria, quòd nullum pauperem habere poterat, & dixit vxori suæ; Præpara cibum, & ego exibo, & videbo, an aliquem pauperem inueniam, & exiens vidit in platea publica, quæ non remotè à domo sua distabat, quendam pauperem in via lutosa incedere, qui occurrens ei, inuitauit eum, & quãdo veniebat ad domum, vxor eius dixit, ego lauabo ipsi pedes, quia lutosi sunt, q; est sibi multum necessarium, & postmodum tunc comedemus; & accipiens vrnam cum aqua lauit pedes eius, & inuenit eũ habentem duo magna foramina in pedibus ipsius, & dixit ad maritum eius: Iste pauper ad modum Domini nostri Iesu Christi, habet perforatos

ratos pedes. Tunc Dominus Iesus Christus dixit: Vos aliis diebus recepistis me, & hospitastis me in membris meis, sed hodie meipsum ad hospitium vestrum suscepistis, & ego promitto vobis in præsenti necessaria vitæ, & post hanc vitam volo vos recipere ad vitā æternam. Et hoc dicto euanuit.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo XC.

De iudicio & suspicione.

Luc. 6. NOlite iudicare, & non iudicabimini. Notandū, quòd non iudicare proximum, est magnæ discretionis, vt homo ita compatiatur proximo suo in defectibus suis, quod non de facili malum iudicet de eo: & ad hanc discretionem habendam nititur Dominus nos inducere in verbis præmissis, vbi dicit: *Nolite iudicare.* Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primò, quot modis iudicium temerarium committitur, & quando est peccatum mortale, & quando veniale, & quando nullum peccatum. Secundò, vnde oritur iudicium temerariū, & quomodo quilibet tenetur alios homines meliores se reputare. Tertiò, exemplū. Quantum ad primum, sciendum, quòd iudicium potest fieri septem modis. Primò, timore ne sequatur malum, & hoc propriè non dicitur iudicium, verbi gratia: Sicut includuntur moniales, non quòd malæ sint, vel quòd malum velint facere, sed timetur propter fragilitatem sexus, ne libertas exeundi, vel patefactio claustri fiat eis occasio peccandi. Sic similiter obseras cistam tuam, vel cameram tuam, non quòd aliquem iudices furem, sed quia times dare occasionem furti, & sic perdere tuam pecuniam. Homo enim potest tunc timere malum, tamen cum quadam spe boni, vt non fiat. Ideò propter securitatem præuenire potest, ne hoc malum eueniat, quod timet. vnde *August.* Certum tene, incertum dimitte. Secundum iudicium dicitur incidens suspicio mali, non tamen cum consensu rationis. Et illud debet homo fugere in quantum potest, & expellere, & in melius interpretari. *August.* Si suspi- *August. in sermone Domini in monte.* ciones vitare non possumus, quia homines sumus; iudicia tamen, i.e. diffinitiuas, firmasque sententias contemnere debemus. Si ergo suspicamur, quæ est humana tentatio, saltem non iudicemus. Hoc enim ad humanam tentationem pertinet, sine qua vita præsens non ducitur. Ergo quandocunq; incidunt nobis malæ cogitationes & suspiciones de proximis, & quam citò illas aduertimus, tunc immediatè expellere debemus, & in bonū interpretari, & sic talis suspicio non nocet, nec est peccatum in se. Tertium iudicium est, quod contingit

tingit ex leuibus signis, & in hoc iudicio est triplex gradus. Primus gradus est, quando quis ex signis leuibus incipit dubitare de bonitate proximi, hoc est peccatum veniale, & hoc non vocatur propriè iudicium, sed suspicio. Secundus gradus est, quando ex talibus leuibus signis firmiter tenet in animo, quòd proximus sit malus, & hoc propriè dicitur iudicium, quia iudicium importat firmam sententiam, & hoc est peccatũ mortale, si malum, quod iudico de proximo ex leuibus signis, sit de genere peccati mortalis. Peccatum enim mortale est, quod contrariatur charitati proximi; quod autem aliquis prædicto modo iudicet proximum potest esse contra fraternam charitatem. Igitur &c. verbi gratia, si quis rideret, vel aliquam dissolutionem faceret, & propterea sperneres eũ, & diffinitiuè teneres, eum esse malum, ex talibus leuibus signis, grauiter peccares. Similiter si quis aliquid perderet, & ex leuibus signis proximum iudicaret, esse furem, grauiter peccaret, & sic de aliis. Tertius gradus, quando ex leuibus signis non solùm prædicto modo iudicat proximum, sed etiam procedit ad punitionem, vel ad vindictam, ac si factum veraciter commisisset, & hoc est grauius, quia nõ est solùm cõtra charitatem, sed etiam contra iustitiæ æquitatẽ. Hoc sæpius contingit, q̃ aliqui propter aliqua signa, quamuis parua, captiuant & puniunt pauperes, & quandoq; vsq; ad mutilationem membrorum affligunt eos, suspendendo, ponderando sic, quòd quandoque eos oportet esse infirmos, postmodum omni tempore vitæ suæ, & quandoque innocentes sic puniuntur, & læduntur in membris suis, vel propter furtum commissum ab aliis, cùm ipsi non sunt rei, vel propter aliquam aliam causam incertam & dubiam, vbi actor rei ignoratur. Et tales quomodo volunt pœnitere, & illis satisfacere, quos sic innocenter læserunt in membris suis, quòd postmodum oportet eos mendicare, qui se cum pueris & vxoribus nutriuissent de suis laboribus? Quartum iudicium fit de occultis & absconditis cordium; & est valde periculosum de ignotis, & occultis cordium iudicare alios: tanta enim profunditas credenda est esse in homine, quod etiam quandoque lateat ipsum hominem, in quo est, & patet hoc. Nam in beato Petro profunditas infirmitatis suæ latebat ipsummet, cum se cum Domino moriturum promittebat, quia si infirmitatem suam cognouisset, nequaquam ad Dominum dixisset: Paratus sum tecum in carcerem, & in mortem ire. Similiter alios discipulos latuit eorum humana infirmitas, quia Euangelium dicit, quòd similiter & omnes discipuli dicebant. Cùm ergo quisque de se, aut vix, aut omnino nõ veram sententiam possit

posſit ferre, quomodo poteſt tunc de aliis iudicare? Vnde Baſil. Reuera omnium cauſarum difficillimum eſt ſeipſum cognoſcere. *Chryſoſtomus*: Non minima pars philoſophi eſt cognitio ſui. Vnde etiam Ambroſ. Multo melior, & laudabilior es ſi te cognoſcis, & nihil aliud cognoſcas, quam ſi te neglecto, curſum ſyderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animaliũ cognoſceres, & ſcientiam omnium cœleſtium, & terreſtrium haberes; vnde Ber. Multi multa ſciunt, ſed ſeipſos neſciunt. Vnde ſciendum, q; ſolus Deus veraciter poteſt cognoſcere cor hominis quia hoc eſt propriũ ſolius Dei. Ergo ſolus nominatur ſcrutator cordium *Homo videt ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor.* vnde Chriſtus adhuc in terra exiſtens in hoc oſtẽdit ſuam Deitatem, quod reſpondit ad cogitationes cordium. vnde dixit phariſæis: *Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* Ergo illi peccant, qui dicunt ille habet malum cor, ſc. ſuperbum, inuidioſum &c. Quæritur, vtrũ diabolus poſſit ſcire cogitationes cordis? Reſp. A quod non, niſi ex ſignis, & coniecturis; & in hoc eſt multum ſubtilis, quia quicquid homo cogitat in corde ſecundum hoc ſe habet in motu, & geſtibus corporis, & ipſe diabolus ſubtiliſſime ſcit tales motus, & geſtus cognoſcere, ergo quando diabolus immittit malas cogitationes, tunc per illa ſigna exteriora, interiora cordis ſubtiliſſime cognoſcit, an homo illas ſuggeſtiones acceptauit, vel reſpuit. Quintũ iudicium eſt de futuris, vt dicendo; ille adhuc efficietur malus, vel talis, & condemnat proximum: quod eſt contra dictum Chriſti, vbi dicit: Nolite condemnare, & non condemnabimini. Futura enim cognoſcere ſolius Dei eſt. *Annunciate, quæ futura ſunt, & ſcimus quia dii eſtis vos.* vnde: Videre futura, vt præſentia, diuinum eſt; Notandum, quod de futuro debemus habere ſpem boni, etiamſi aliter ſit iam in præſenti: ergo peccant illi, qui ſpernunt, & contemnunt illos, quos vident pro nunc aliqua malitia infectos, quaſi non poſſint fieri boni. *Facile enim eſt in oculis Dei ſubito honeſtare, & ditare pauperem. A mane vſque ad veſperam immutabitur tempus*, vnde etiam *Ariſtoteles*: De futuris contingentibus non eſt determinata veritas. vnde Beda in quadam homil. incertum eſt qualis in futuro ſit, qui nunc bonus vel malus apparet. Sextum iudicium eſt in operibus indifferentibus, ſiue mediis, quæ indifferenter bono, vel malo animo fieri poſſunt, de quibus non debemus dare certam ſẽtentiam, ſed ea in meliorem partem interpretari, & hoc eſt, quod dominus nobis inſinuat in verbis præmiſſis, vbi dicit: Nolite iudicare, & non iudicabimini: Super

Chryſ. ſuper Matt.

1 Reg. 16.

Matt 9.

Eſa. 41.

Guilielm.

Eccleſ.

per illo verbo dicit *Beatus Augustinus*. Hoc loco nihil aliud præcipi æstimo, nisi vt ea facta, quæ dubia sunt quo animo fiant in meliorem partem interpretemur. B§ Quæritur, an omnia dubia in meliorem partem interpretanda sunt? Respondeo, quod sic, nisi homo cognosceret in spiritu ex reuelatione diuina hoc mala intentione esse factum; sicut legitur de beato Benedicto, quod quidam angelus obtulit sibi panem cum veneno mixtum, quod ipse Sanctus Benedictus in spiritu cognouit, & iussit coruum vnum vt panem istum deportaret ad locum, vbi nulli posset ex hoc damnum fieri. Similiter legitur de Sancto Benedicto, quod sui æmuli obtulerunt sibi bibere venenum in vase, quod ipse in spiritu cognouit, & mediante signo crucis vas confregit, & venenum effudit. Ex quibus iam dictis sequitur quod omnia dubia in meliorem partē sunt interpretanda, verbi gratia. Si vides simul duos colloquentes, forte, vel loquuntur de bonis vel de malis, & tu non audis quid loquantur an bonum, an malum, tunc tu teneris interpretari in meliorem partem. Si autem diffinitiue iudicas eos mala loquentes peccas mortaliter, quia facis cōtra præceptum Christi, vbi dicit: *Nolite iudicare, & non iudicabimini*. Item aliquis comedit in die ieiunii, aut forte, comedit ex gula, aut infirmitate, aut necessitate aliqua; ex hoc vbi incertum, est, tunc hoc in meliorē partem interpretari debet vnde Apo. *Qui .e. non manducat, manducantē non spernat*. Rom. 14. Vnde legitur exemplum in vitis patrū. Fuerunt duo fratres magnæ vitæ in congregatione, & meruerunt singuli videre gratiā Dei in alterutrū. Factum est aūt aliquando, vt vnus ex eis egrederetur in sexta feria extra congregationem, & videret quendam manducantē mane, & dixit ei: Hac hora māducas in sexta feria? die autem sequēti facta est celebratio missarum secundum consuetudinē. Intuens vero frater eius, vidit q. gratia, quæ ei data fuerat, discessit ab eo, & contristatus est; qui cum venisset ad cellam dixit ei; quid fecisti frater, quia non vidi sicut pridie gratiam Dei in te? Ille autem respondens dixit: Ego neque in actibus, neque in verbis, neque in cogitationibus conscius sum mihi alicuius mali. Dixit frater eius. Nōne aliquod verbum vel sermonem otiosum locutus es? & recordatus, dixit ei: Hesterna die vidi quendā mane manducantem & dixi ei: Hac hora manducas in sexta feria? hoc forsan est peccatum meum. Sed labora mecum duas hebdomadas, & rogemus Deum, vt mihi indulgeat, & fecerunt ita. Et post duas hebdomadas vidit frater gratiam Dei iterum venientem super fratrem suam, & consolati sunt à Deo, qui solus est bonus, gratias referentes. Sciendum, quod quandoque

que

que contingit, quod duo vident, vel audiunt aliquid fieri, vbi vnus iudicando hoc malum, peccat mortaliter, & alter qui hoc idem iudicat in bonum nihil peccat. Et etiam quando ille, qui facit aliquid quandoque vix peccat venialiter, vbi ille, qui hoc videt, & iudicat in malum, peccat mortaliter. *Gregor.* Graue est satis, & indecens quod in re dubia, certa detur sententia. Septimũ iudiciũ est ex euidentia facti, vt cum quis videt manifesta mala fieri, tunc si quis illa manifesta mala iudicat, non est peccatum: vt cũ quis iudicat aliquem homicidam, quia vidit eum interficere hominem; similiter si quis audit blasphemare aliquem, vel peierare, vel videt aliquem inebriari, adulterari, vsuram committere, & sic de aliis; talia quantum ad factum sunt mala. ergo non possunt in bonum interpretari. vnde Aug. De his, quæ non possunt bono animo fieri, sicut sunt blasphemiæ, stupra, & huiusmodi nobis iudicare permittitur. Sciendum tamen, quod quamuis talia manifesta mala nobis quantum ad factum liceat iudicare, de emendatione tamen debemus sperare. vnde *Ber.* dicit. Quando video aliquem suum proximum interficere, antequam cultellum extrahit, debeo eum pœnitentem æstimare, multo magis si hodie video aliquem peccare, cras non debeo eum pro peccatore habere sed æstimare pœnitentem, quia forte est contritus & sic Deus indulsit. Exẽplum, nota, quomodo iudicandũ sit de proximis etiam peccatoribus ex legenda Ioannis eleemosynarii. Cum quidam iuuenis quandam monialem rapuisset, & clerici ei coram B. Ioanne exprobarent, & excommunicandum fore dicerent; vt puta quod duas animas perdiderat sc. suam, & illius; compescuit eos b. Ioannes dicens: Non sic fratres, non sic. Ostendo vobis, quia vos duo peccata committitis. Primo, contra præceptum Dei facitis. Qui ait in euange. *Nolite iudicare &c.* Secundo, quia nescitis pro certo si vsque hodie peccet, aut pœniteat; ergo quando auditis aliquod malum de aliquo dicere, q̃ fecit, nolite faciliter hoc iudicare. si alius asserit quod verum sit, nolite tamen eum adhuc æstimare peccatorem sed pœnitentem, & compescite proferentem dicendo: ¶D Deus sibi indulsit, speramus quod sit contritus. Quantum ad secundum partem præsentis sermonis quæritur, vnde oritur iudicium temerarium, scilicet quod aliqui omnia, quæ vident, vel audiunt in peiorem partem semper interpretantur? Respondetur, quod ex tribus oritur suspicio, & iudicium. Primo, ex propria superbia, quia veri humiles æstimant alios meliores seipsis. vnde sciendum, quod tribus modis quilibet tenetur alios meliores se ipsis æstimare. Primo, cum vides aliquod bonum in proximo, q̃ scis

Greg. in Moral.

ſcis te non habere, vtique ex humilitate debes te illi alteri ſubiicere quoad hoc æſtimare toto corde eum in illo te excedere. Secundo, cum cognoſcis aliquem defectum in te, quem in alio non cognoſcis, debes te ei iterum ex humilitate ſubiicere. Tertio, cum etiam nihil talis boni ſcias in alio, ex humilitate tamen ſemper debes æſtimare aliquid boni occultum in eo, qoud tu nec percipis nec cognoſcis, & neſcis, qualis ipſe ſit adhuc in conſpectu Dei; quia forte multo melior te. Modo patet, quod ex ſuperbia oritur temerarium iudicium, quia ſi ſe lõge inferiores & peiores illis, quos iudicant æſtimarent, non haberent auſum iudicandi temerarie. Sed heu, tales cæci ſunt quoad ſe, quia trabem non vident in oculo ſuo, ſed feſtucam bene vident in oculo fratris; ſed ſi ſeipſos & ſuos proprios defectus in humilitate cognoſcerent, alios minime iudicarent. Secundo, oritur ex eo quod quis male afficitur ad alium. vnde *Aug.* Certum eſt, quod de malo incerto neminem iudicarem, quem tanquã meipſum diligerem, ſed & defenderem, & excuſarem quandiu in publicum non prodiret, ſed quia charitatem perdidimus, faciliter alterutrum iudicamus; hoc patet de inimico, qui ex leuibus ſignis mala opinatur, & ſi aliquod malum de eo audit faciliter credit. vnde *Chr.* *Chry in li. de compũctione cordis.* Si enim quid boni dicatur de inimico, non creditur, ſi autem quid mali, hoc non ſolum creditur ſed confirmatur; & tales ſic temerarie iudicantes proximos, oſtendunt ſe eſſe à gratia Dei, & à charitate Dei & proximi vacuos, ſine quibus tñ non eſt ſalus. vnde Io. *Qui non diligit fratrem ſuum, manet in morte*; *1. Io. 3.* ergo tales habent ſignum, quod mortui ſunt corã Deo vnde *Aug.* Vita animæ amor eſt, qui non amat, mortuus eſt. Tertio, oritur ex eo. ſc. quando quis in ſeipſo eſt malus, & peruerſus, & ex hoc ipſo, quaſi conſcius ſuæ malitiæ de ali s facile malum opinatur. vnde *Auguſt.* Facilius in alio putat, quod in ſe ſentit. vnde etiam *Chry.* Omnis *Chry ſuper. Matt.* homo ſecundum ſe æſtimat alterum; ergo iudicare proximos, eſt ſignum praui & peruerſi cordis. Hoc patet in exemplo tali, quia aranea, & apis locant ſe ſuper florẽ & ſuccum, quem extrahit apis cõuertit in mel dulce, ſed aranea ſuccum, quẽ extrahit, conuertit in venenum: ſic de bonis, & malis cordibus, quia bona omnia, quæ vident, vel audiunt, conuertunt in mel dulce i. in bonũ. Sed mali, & peruerſi homines, qui ſunt inuidioſi, omnia quæ vident vel audiunt, conuertũt, in venenum, i. in malum interpretantur. vnde: *Sicut difficile aliquẽ ſuſpicatur malum, qui bonus eſt, ſic difficile aliquem ſuſpicatur bonum qui malus.* *Chry. ſu. Matt.* Quod non faciliter debemus iudicare malum, patet vltimo per tale exemplum. Legitur in vitis patrum, quod quidam

dam senex prædicauit in quadam ciuitate, & quædam meretrix compuncta in verbo & exemplo ipsius, clamauit ad illum sanctum patrem dicens: Salua me pater vt Christus meretricem. Ille vero hominum confessione omnino non curata, dixit ei: Sequere me, & tenens eam per manus exiit publice de ciuitate omnibus aspicientibus. Facta est fama, quia Abbas duxit ad mulierem dominam Porphiriam, ita.n. vocabatur. pergentibus autem eis, vt mitteret eam in monasterium, inuenit mulier in vna ecclesia puerum proiectum, & sustulit eum ad nutriendum. Itaque post annum quidam venerunt in patriam, vbi erat Abbas & Porphiria, quæ fuerat de meretricibus, & videntes eam habere puerulum, dicunt ei: Veraciter bono Abbati pullum genuisti, nōdum enim sanctum schema acceperant. Euntes ergo q viderant, eam Tyrum, inde Abbas tulerat illam diffamauerunt, quia genuit de Abbate Porphirio, & nos vidimus puerulum oculis nostris similantem ei. Quando ergo cognouit ex Deo Abbas obitum suum, dixit mulieri; eamus Tyrum, qa illic habebimus respō sum, & volo vt venias mecum. Illa vero non volens contradicere ei, secuta est eum, & venerunt ambo habentes puerum septem annorū existentem. Cum autem ciuitatem intrassent, congregatus est populus ad videndum eum & Porphiriam, & puerum, tūc dixit ille senex: Afferte mihi prunas, Cum attulissent, euacuauit eas vestimentum suum coram omni populo & dixit: Credite fratres, quia Deus rubum custodiuit incōbustum, & sicut nec tunicam meam incenderunt prunæ istæ, ita nec ego cognoui peccatum mulieris istius, ex quo natus sum: Et omnes mirati sunt, quod non vrebatur vestimētum ab igne, & quæsierunt, vnde puer venisset, vel cuius esset. Et ipse indicauit eis, quod in quadam capella inuenissent iacentem, & derelictum ab omnibus hominibus. & sic ex quadā compassione sustulerunt illum, & interim propter Deum nutrierunt. Tunc omnes homines illius ciuitatis egerunt pœnitentiam, quod sic illum sanctum patrem, & illam mulierem iudicassent. Ex quo patet, quod non debemus esse præcipites ad iudicandum proximos nostros. vnde *Bern:* Caue serue Dei, quem imitari non vis, damnare. Caue alienæ conuersationis esse curiosus explorator, aut temerarius iudex, etiamsi perperam actum deprehendis, nec sic iudices proximum. Magis autem excusa intentionem, si opus non potes, puta ignorantiā, puta surreptionem, puta casum; quod si omnino omnem dissimulationem rei certitudo excusat, suade isto modo tibi ipsi, & dicito apud te: Vehemens nimis fuit ista tentatio, quod de me illa fecisset: si accepisset in me similem

potestatem? Vnde est signum bonitatis in homine non iudicare proximos. Vnde Gr. Quantum vos in bono proficitis, in tantum etiam bona de aliis sentitis.

In Eadem Dominica.

Sermo. XCI.

De detractione.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Luc. 6. Sciendũ, quod aliqui non solum iudicãt proximos, sed etiam detrahunt ipsis & denigrant bonam famam ipsorum, quod est valde periculosum, & damnabile; vnde in præsenti ser. tria sunt dicenda. Primo, quare merito detestanda est detractio. Secundo, quot modis fit detractio. Tertio, de his, qui libenter audiunt detractiones. Circa primum sciendum, quod detractio propter Eqquinq; detestanda est. Primo, quia comparatur homicidio; quia ille, cui detrahitur in conscientia illius, qui audit, detractionem occiditur, in quo prius viuebat per famam bonam. Et tale homicidium grauius est corporali; vt secundum Hen. de vri. In homicidio corporali solum corpus vnius occiditur; hic autem simul plures animæ pereunt, vna scilicet illius detractoris, alia illius, cui detrahitur; quia cum hoc percipit, irascitur, & vindictam quærit super detractorem. Tertio, anima ipsius, quia audit libenter detractionem talem: vnde tale homicidium periculosissimum est, quia est contagiosum; serpit enim de vno ad alium, & lethaliter omnes inficit illos, in quos venenum detractionis infunditur. vnde *Bernardus:* Vnus est detractor, qui loquitur, & vnum verbum tantum loquitur; & tamen vnum verbum in eodem momento multitudinis audientium, dum aures transfigit animas interficit. Secundo, potest valere ad detestandum detractionem in hoc, quod detractor diuersis generibus rerum comparatur. Nam primo comparatur cani: *Sagitta infixa femori canis, sic verbum in ore stulti.* Canis vero cum sagittam infixam habet femori, non quiescit donec remouerit, nec stultus quiescere potest donec, verbum malum, quod de proximo audiuit, aliis retulerit. Detractores quidem sunt canes diaboli, non permittentes vnam ouiculam auferri hinc, quin lacerent, & mordeant. Item comparatur porco, quia admodũ porci os citius inquinant quam pedes, & sicut porcus ingrediens in hortum aliquem, & ibi lutum & flores inueniens, flores dimittit, & lutum ingreditur, & se in eo volutat: Sic detractor bona visa, seu audita de proximo, obliuiscitur, & mala visa, seu audita de proximo, ponderat, & retinet, & sic os & linguam inquinat, quod est membrum nobile præ aliis animalibus, vnde *Aristoteles*: Nullum anima-

Bern. super Cant. Ioan.

Eccle. 19.

1. Polit.

animalium naturaliter habet sermonem, nisi homo. Item detractor comparatur serpenti in his proprietatibus; Serpens enim est animal perniciosum, in silentio mordens, tortuose incedens; sic detractor proditor est, quia occulte obloquitur proximo. vnde Eccles. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, q occulte detrahit pximo. Tortuose etiam incedit detractor, dum à laude eius incipit, cui detrahit, & inde subdit: Non dico hoc animo detrahendi: sed vt fides ei potior adhibeatur, dicit se multum eum amare, cui detrahit: & ego dico, quod sic eum diligat, sicut Iudas Christum dilexit, quando eum falso osculo tradidit. vnde dicitur: Quando bonum faris, & corde mala meditaris, oscula, quæ Iudas Domino dedit, hæc mihi tu das. Ergo sunt proditores proximorum, sicut Iudas fuit Christi. Tertio, quia proditores huiusmodi peiores sunt furibus illis, qui vestes & alia bona F ¶ furantur. vnde Amb. Tolerabiliores sunt fures, qui vestes, & alia bona diripiunt, quam fures, qui famam nostram bonam diffamant. Cuius ratio hæc est; quia vt dicit Sal. Melius est nomen bonum, quã diuitię multæ. Vnde qui nomen bonum alicui aufert, magis nocet ei, quã si ei multas diuitias furaretur. Quarto, qa lingua detractoris peior videtur esse inferno. Infernus enim solum malos deuorat, Lingua vero detractoris bonos & malos: Insuper detractores vno morsello comedunt vnã totam Prouinciã, vel Archiepiscopatũ vel Ciuitatem, vel Parochiam, vel Villam cũ eis obloquũtur; & est valde periculosum cum dicitur, in tali prouincia sunt raptores; vel in tali ciuitate sunt vsurarii, & adulteri, & sic de alis, quia ibi innocentes cum innocentibus diffamantur, quod est contra iustitiam. Hoc patet, quia si vnus est reus, tunc tres, vel plures sunt innocẽtes. Quinto, qa inter alia peccata illud magis difficulter, videtur expiari, quod patet per hoc, quia secundum *Aug.* non dimittitur peccatum nisi ablatum restituatur. Cum igitur per detractionem abstuleris proximo bonam famam suam, quæ inter bona temporalia est bonum nobilissimum, igitur restituere teneris ei famam suam, *sanctus Thomas* dicit, quod quilibet tenetur ad restitutionem cuiuslibet rei subtractæ. Et videtur difficile, q ei cui detraxeris, possis plene restituere, cum non possit scire in quot corda virus tuæ detractionis sit diffusum. Circa secundũ, est sciẽdum, q detractio fit mul- ¶ G tis modis. Primo, quando quis occulta mala proximi manifestat, eum diffamando, & confundendo, etiamsi verum est, quod ipse dicit; vnde si fiat cum intentione ad nocendum, ei est peccatum mortale. vnde Chrysosto. Sicut mortale peccatum est innocenti falsum crimen imponere, sic verum

B Thom. 2. quæst. 26.

crimen occultum aliis reuelare. verbi gratia. Si aliquis aliquod peccatum occultum cōmisisset, quod tibi, & soli Deo constaret, & si aliis hoc publicares ad infamandum eum, peccares mortaliter, licet verum esset. Sed si manifestares illi, qui posset ei prodesse, vt emendaret, hoc esset bonum, & laudabile, quia in hoc quæreretur salus proximi. Item, si ille iterum, apud quem proximum infamasti, alteri eadem intentione hoc occultum malum reuelaret, scilicet ipsum infamando, similiter mortaliter peccaret, & in te etiam culpa redundaret. O quot, & quanta mortalia perpetrantur, cum quis sic per totam ciuitatem vel prouinciam infamatur; imo si aliquis manifeste in aliqua ciuitate infamatus est & factum eius notorium est in illa ciuitate, & tu venires ad aliam ciuitatem vbi hoc nescitur, tunc si publicares illi peccatum, & excessum illius hominis ea intentione, vt ibi etiā infamaretur, grauius peccares. Similiter si quis de longinquis partibus veniret ad ciuitatem illam, vbi ille sic manifeste infamatus est, & mentio fieret de homine illo, tunc si manifestares ei hoc manifestum malum illius hominis ea intentione, vt eum infamares, grauiter peccares. ergo nullo modo debemus manifestare mala proximi illis, q non sciunt, vbi nō prodesse sed obesse potest. Sed tamen sciendum est, quod si quis occultū peccatum proximi publicaret bona intentione, vt corrigeretur, & emēdaretur, hoc esset licitū, & meritorium. Vnde dicitur in decre. Crimen publicare, vbi prodest, est meritoriū. Secundo, fit detractio, quādo quis audita mala de proximo cum augmento refert aliis. Et hoc heu, valde cōmune est, vt mala proximorum augmententur, & aggrauentur; quod tamen est multum periculosum homini, & graue peccatū talia mala cum augmento proferre, & sic proximum confundere. Tertio, fit detractio, cum quis crimina falsa imponit proximo, & illa manifestat aliis, qui sic false finxit super proximum; & hoc grauissimum peccatum inter peccata detractionis, & vix remittitur tale peccatum. vnde *Her.* Non facilis venia praua dixisse de rectis; vnde sciendum, quod inter omnia peccata, illa duo, scilicet detractio, & rerum ablatio, magis difficulter dimittūtur homini, quia sine restitutione, nec valet contritione, nec lachrymarum effusio, etiamsi tot lachrymas effunderes, sicut beatus Petrus, & Maria Magdalena effuderunt, quando amare peccata sua deplanxerunt. Item nec valet peccatorum confesio, nisi fiat secundum pollicitationem ablatorum restitutio. Ergo detractores, q iniuste proximos, in publico diffamauerunt, tenentur in publico reuocare, & eis bonam famam restituere secundum posse & nosse, si vo-

12 quast s. hoc videtur.

ſi volunt gratiam & remiſſionem conſequi peccatorum. Quartò detractio fit, quando quis negat occulta bona proximi. verbi gratia: Sicut cùm aliqua bona referuntur de proximo, & ille inuidus negat, hæc bona vera eſſe, quæ dicuntur de illo, cui inuidet, quamuis vera ſint in ſe: Et cùm hoc facit ex inuidia & vindicta, grauiter peccat. Quintò, quando quis nititur minuere bona manifeſta proximi, quæ non poteſt ex toto negare, tamen nititur ea minuere. vnde Hug. Detractor eſt, qui bona proximi in quantum poteſt, diminuit. Sextò, quando quis bona proximi peruertit in mala, dicens, ea eſſe facta mala intentione, cùm tamen cor eius ſoli DEO pateat. vnde Hug. Detractio eſt locutio ex inuidia procedens, bona aliorum denigrans. Et hoc quod ſic bona proximi quis conuertit in mala, procedit ex inuidia, & ex defectu charitatis. vnde *Aug.* Certum eſt, quod de malo incerto neminem iudicarem, quem tanquam meipſum diligerem. Inſuper eſt ſignum magnæ nequitiæ & peruerſitatis in homine, qui ſic proximum ſuum iudicat, & bona ſua deprauat. vnde *Chryſ.* *Chryſoſt. ſuper Matth.* Sicut difficile aliquem ſuſpicatur malum, qui bonus eſt, ſic difficile aliquem ſuſpicatur bonum, qui malus. Item ibidem: Omnis homo ſecundùm ſe æſtimat alterum. Septimò, fit detractio ſecundùm ſanctum *Thomam*, malitioſè reticendo bona proximi, vt cùm quis innocenter diffamatur, & tu ex inuidia non contradicis, reus eris. Nam quilibet tenetur ex charitate impedire, & præuenire damnum proximi temporale, multò fortius infamiam eius. Nam eſt vnum de nouem peccatis, alienis non reſiſtere peruerſis, cùm bene poſſes. vnde in decr. dicitur: *Reſiſtere poſſe peruerſis, & non facere, eſt eis conſentire*: 23. q. 3. qui poteſt. Sciendum, quòd ſummè cauere debemus de his ſeptem modis detractionum: vt autem hoc melius ſeruare poſsimus, tunc nullus deberet loqui proximo ipſo abſente. Vnde dicitur: *Non maledices ſurdo.* *Leuit. 19.* Surdo maledixit, qui abſenti detrahit, homo enim abſens minus audire poteſt detrahentem, quam ſi ſurdus eſſet. Surdus etiam quandoque audit, quando ſibi alta voce clamatur; abſens verò quando diſtat per duas leucas, vel amplius nõ audit detrahentem quantumcunq; clamat. vnde *Hieron.* Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Pauci enim ſunt, qui huic vitio plenè renuntient. vnde *Auguſt.* ſuper illud Pſal. *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi &c.* dicit. Plus nocent in membris Chriſti detrahentes proximo, qui animas interficiunt creditorum, quàm qui eius carnem mox reſurrecturam peremerunt: & propterea detractores grauiter punientur à DEO, & quandoque etiam tales deſperãt in agone mor-

tis, vt patet in tali exemplo sequenti. Fuerunt duo socii clerici, quorum vnus erat detractor pessimus, sic quod de nullo poterat bonum loqui: qui infirmitate detentus, cùm ad pœnitentiam à socio moneretur, paruipendens monitionem eius in nullo omnino se emendauit. Et cùm ad extrema appropinquaret, adiuratus à socio, promisit sibi, quòd infra triginta dies appareret ei, si posset, & si DEVS permitteret. Et sic mortuus est, & post paucos dies, Deo permittente, non pro salute eius, sed vt cæteri tali erudirentur exemplo, apparuit socio eius niger, & accensus, totus ignitus intus, & foris incendio infernali. Ad cuius conspectum cùm ille tremore deficeret, dixit ei: Ego sum ille infelix quondam socius tuus, pro quo oras inaniter, quia perpetuò sum damnatus. Et cùm ille quæreret, quomodo successisset sibi in agone, respondit: Cùm essem in extremis, ductus fui coram iudice. Cumque obmutescerem præ timore, vidi multas animas Sole lucidiores ad iudicem contra me manus extendentes, & clamantes: Vindica Domine sanguinem nostrum de illo mendace detractore, qui nos apud homines mendaciter diffamauit. Ad hanc vocem, cùm me iudex inspiceret torua facie, & irato vultu, ego in eius aspectu territus & confusus, & de prolatis contra me malis mihi conscius, memetipsum, & magnam misericordiam DEI sum oblitus, & sic desperans perpetuò sum damnatus. Circa tertium sciendum, quòd libenter audire detractiones de proximis periculosum est. Vnde verba sacræ Scripturæ dissuadent nobis hoc: Vnde: *Labia detrahentium sint procul à te.* *Prouer. 4.* vnde: *Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam.* *Ecclef. 28.* Item, quæritur, vtrum peccet quis audiendo detractionem? Respondetur secundùm sanctum Thomam: Si *D Thom. 2.2. q 73.* aliquis detractionem audiat absq; resistentia, videtur detractori consentire, vnde fit particeps peccati eius. Si etiam quis inducit aliquem ad detrahendum, vel saltem placeat detractio propter odium eius, cui detrahitur, non minus peccat quã detrahens, & quãdoq; magis: vnde *Bernh.* Detrahere, vel detrahentem audire, quid horũ damnabilius sit, non facile dixerim. Si verò ei peccatum non placeat, sed ex timore, vel negligentia, vel etiam ex verecundia quadam omittit detrahentem repellere, & ei ostendere, quod ei detractio displiceat, tunc peccat quidem, sed multò minus quàm detrahens, & plerumque venialiter. Quandoque ipsum etiam potest esse mortale, vt quando ex officio incumbit ei detrahentem corripere, vel eius propter aliquod periculũ inde consequens, vel propter radicem, qua timor humanus quandoque potest esse peccatum mortale: quòd fit quando homo

do homo sic est dispositus, vt propter timorem cuiuscunq; rei temporalis faciat aliquod prohibitum, vel prætermittat aliquid, quod est præceptum in lege diuina: talis timor est peccatũ mortale, alioquin est veniale. Item qui libenter audiunt detrahere proximis, sunt sicut canes. Cùm vnus canis læditur, tũc omnes canes accurrunt & eum lacerant & mordent. Sic similiter faciunt detractores, cùm audiunt alicui obloqui, tunc obloquenti applaudunt, insuper & verba sua etiam apponunt. Sic animas suas ꝓprias occidunt, & mortem æternam incurrunt. Consequenter dicit August. Non accommodes aures tuas ad percipienda verba detrahentis, ne concipias mortem in anima. Detrahenti enim & audienti vtrique esca est mors animæ: & vt breuius concludam, detractor & libens auditor diabolũ portant in lingua. Vnde quilibet in quantum potest, debet compescere detractores. Vnde legitur de quodam episcopo, qui fuerat in purgatorio, & vehementer affligebatur in fœtore clerici sui existentis in inferno, ascendentis ad ipsum: quia detractiones eius quandoque audierat, & eum propterea non satis acriter corripuerat, quamuis alias Episcopus in se satis bonus erat. Item quàm infelix sit lingua detractoris, patet per hoc exemplum. Erat quidam maximus detractor religiosorum, clericorũ, & aliorum bonorum hominum, qui tandem decessit & obiit. Et post multos annos cum aperiebatur eius sepulchrum, totum corpus inueniebatur putridum præter linguam eius, sed sanè linguam inter se voluentes rodere non valebant, in signum, quod lingua illa nõ erat digna in terram redigi, pro eo quòd multos homines læserat: & miser ille homo, cuius illa lingua erat, iam in anima, & post iudicium in corpore & anima in æternũ torquebitur, nec tamen consumetur. vnde: *Mors fugiet ab eis.* *Apocal. 9.*

DOMINICA V. POST Festum Trinitatis.

Sermo XCII.

De operibus, quæ fiunt in peccato mortali.

PRaceptor, per totam noctem laborantes nihil cœpimus. *Luc. 5.* Sciendum, quòd isti laborant in nocte, qui bona opera sua faciunt in peccato mortali, cum quibus non merétur vitam æternam, Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quomodo non meremur vitam æternam cum bonis operibus, quæ in peccato mortali fiunt. Secundo, qui fructus temporales sequuntur ex bonis operibus, quoniam in peccato mortali fiunt. Tertiò, exemplum: Quantum ad primũ, sciendum, quod cum bonis operibus, quæ facit quis existens in pec-

in peccatis mortalibus, scil. inuidia, superbia, gula, luxuria, vel auaritia, & sic de aliis, nihil meretur, quantum ad vitam æternam. vnde: *Si maculam habuerit, non erit acceptum Domino.* vnde Esa. *Non accipiam à vobis sacrificium: quia manus vestræ sanguine plenæ sunt.* Leuit. 22. Nam sicut mors corporis priuat hominem ab vsu membrorum, scilicet, quod nō potest ambulare, nec stare, nec audire, & sic de aliis. Sic & peccatum mortale priuat hominem vsu membrorum, quo ad opera meritoria, eo quod nihil merentur cū omnibus operibus suis, quod sit meritorium vitæ æternæ, sicut nec animal brutum. Psal. Homo, cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ergo sicut iumentum, quod continuè laborat, nihil meretur, nisi pabulum suum temporale: sic & homo existens in peccato mortali solum meretur temporalem remunerationem cum suis bonis temporalibus. Ergo sicut iumentum est talis homo. Vt ergo opera nostra sint DEO accepta, & nobis meritoria, tunc ea debemus facere in charitate & gratia, sine qua nullum opus valet, quantumcunque etiam sit de genere bonorum. vnde *Bernhard.* Charitas est bonum, cum qua nec opus minimum despicitur, sine qua nec maximum acceptatur, hoc probatur, quamuis prædicatio sit opus de genere bonorum, tamen sine charitate non est meritoria. vnde Apostolus: *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum sicut æs sonans, & cymbalum tinniens.* 1. Cor. 13. Item nec eleemosyna valet sine charitate. Vnde Apostolus ibidem: *Etsi distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non haberem, nil mihi prodest.* Item: *Nec corporis afflictio, nec martyrium valet sine charitate.* Ibidem: *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem nō haberem, &c.* Ardere autem est maxima afflictio. Si enim maior afflictio non est meritoria, nisi in charitate fiat, nec minor, scil. ieiunium, vigiliæ, & orationes, &c. Opera enim erunt bona, & meritoria ex operantis bonitate: *Bonus homo de thesauro sui cordis profert bonum.* Luc. 6. Item: *Arbor bona fructus bonos facit. Mala autem arbor fructus malos facit.* Matth. 7. Aug. *Nihil est bonū, nisi ex te bono.* vnde Gr. *In quantum enim boni sumus* ¶ L *coram Deo, in tantum bona erunt opera nostra apud Deum.* Quantum ad secundum, est sciendum, quod septem bona proueniunt ex bonis operibus, quæ fiūt in peccato mortali. Primo valent illa opera bona ad temporalia in bonorum multiplicationē: *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* Esa. 1. Et hæc est ratio vna principalis, quare mali prosperantur in diuitiis & honoribus, sanitate corporis, gaudiis mundi,

mundi, & sic de aliis, quia hoc remunerātur pro bonis operib⁹ suis, & nullus est tam malus, quin quandoq; aliquid boni faciat, scilicet orando aliquando vnum Pater noster, vel audiendo Missam, vel dando eleemosynam, vel ieiunando, & sic de aliis. Modo nullum bonum manet irremuneratum, sed ex quo in cœlo talia bona non remunerabuntur, tunc oportet, quod hic in terra per ista temporalia bona illa opera remunerentur. Vnde *Gregor.* Quicunque bene in hoc sęculo habetis, cū bona egisse vos recolitis, valde de his pertimescite, ne concessa vobis prosperitas eorundem sit remuneratio bonorum. Vnde etiam dicitur in decret. Mali propter bona, quæ faciunt, præsentem prosperitatem pro retributione accipiunt. Ergo malum signum est prosperitas temporalis, & continua. Vnde *Gregor.* Magnus affluxus rerum temporalium æternæ damnationis est indicium. Vnde *August. in libr. de doctr. Christiana*: Nihil infelicius felicitatè peccantium. Sicè conuerso bonum signū est aduersitas cum patientia. Vnde *Gregor.* Attende scripturam, dicentem, tibi: *Flagellat omnem filium, quem recipit.* Tu dicis forte, exceptus sum, si exceptus fueris à flagellorum passione, eris & exceptus à numero filiorum. Ergo patienter infirmitates, & tribulationes sustinere debemus. Vnde *Hieron.* Libens nunc tormenta patior, vt futura mihi gloria seruetur. Itē, quia in prosperitate multotiens obliuiscuntur Dei, prout ipse conqueritur per Prophetam, dicens: Saturati sunt, & obliti sunt mei, sed ne boni obliuiscantur Deum, tunc punit eos in præsenti. Vnde Gregor. Dilectis suis Deus iter asperum fecit, ne dum delectantur in via, obliuiscantur eorum, quæ sunt in patria, & quando Deus punit eos hic, hoc facit ex charitate. *Ego quos amo, arguo, & castigo.* *Orig.* Qui diligitur à Domino, corripitur, qui non diligitur, in peccatis suis dimittitur. Ex iam dictis patet, quod continua prosperitas temporalium est signū iræ Dei, & remuneratio bonorum operum, quæ in peccato mortali fiunt. Secundo valent illa bona opera ad temporalis pœnæ dilationem, vel diminutionem. Peccator enim quandoque demeruit, ¶ M quod etiam hic præsenti puniri debuit: sed tamen propter talia bona opera: quæ in peccato mortali fiunt, differtur talis pœna & plaga Dei. In signum huius quandoque duo peccant, & unus hic punitur, & alius non: quia forte bona opera facit in peccato mortali, propter quæ bona opera Deus distulit plagam, & prolongat sibi vitam propter emendam, cum alius, qui simile peccatū fecit subitanea morte interiit; vel alias hic adeo grauiter plagatur, ita quod sua pœna hic incipit, & in futuro nunquam finietur, sicut legitur de Antiocho

De pænit. dist. 3. c. quāquam.

Gregor. in moral.

Hieron. in Epistola.

Apoc. 3.

Orig. sup. Ozee.

rege, cuius pœna hic incipit, & in perpetuũ in inferno durabit. vnde legitur quod Raab meretricem fecit Iosue viuere, & domum eius atque omnia, quę habuit, quia nuncios recepit ad hospitium, quos Iosue misit ad explorandum terram promissionis. Exemplum legitur: quod quidã mercatores fuerunt in mari in vna naui, & cum remigarent ad portum, & ad litus maris, & exirent de naui, tunc vnus mercator qui fuit paganus, vidit hominem mortuum iacentem non tumulatum, & ipse paganus misericordia motus sepeliuit illum, & in eadem nocte apparuit ei Angelus Domini in somno dicẽs sibi, quod crastina die nullo modo deberet nauigare, sed per illũ diẽ ibi manere quiescere & de mane hoc sociis suis indicauit, rogãs eos, vt ibi manerẽt quod noluerũt ei acquiescere, sed nauim cum mercimoniis intrauerunt, & omnes submersi sunt. Et hoc periculum mortis euasit paganus ille cum suis mercimoniis. Et legitur de eodem pagano, quod semel fuit in vna taberna, vbi multi homines fuerunt inebriati, & Deum blasphemauerunt, tunc venit Angelus in forma nuncii, & iussit sibi vocare mercatorem illum, & cum exiuisset de domo, & nuncium quæreret, immediate domus corruit, & omnes in ea existentes oppressit, & sic iterum ille paganus euasit mortem, propter illam misericordiam, quam exhibuit in illo mortuo, quem sepeliuit, quã-

Iosue 6.

uis in peccato mortali fuit, tamen bonum opus fecit sepeliẽdo mortuũ. Tertio, talia opera valent ad gratiæ habilitationem, scilicet quod peccator ille citius cõuertitur, quia qui corpus suum virgis, & ieiuniis affligit, magis habilitatur ad gratiam recipiendam, quam alius peccator, qui talia opera non facit. Et etiam cum eleemosynas dat pauperibus, & illæ pro eo intercedunt, & quandoq; gratiam sibi impetrant à Deo, & sic citius conuertitur, quam si nulla bona opera in peccatis mortalib. fecisset. Hoc patet, quia quandoq; duo peccant in eodem peccato, & vnus cõuertitur, & alius obduratur, & damnatur. vnde hoc dicitur in decret. in peccatis existentes, debẽt bene facere, vt Deus per hoc cor illorum illustret. Quarto, talia bona opera valent ad assuefactionem bene operandi vnde: *Bonum est viro cum portat iugum domini ab adolescentia sua.* Et hoc intelligitur per assuefactionem. *Adolescens iuxta viam suam, & cum senuerit non recedit ab ea.* Ratio est, quia secundum *Aristotelem*, Omne consuetum delectabile est. Idem. Multa naturaliter non sunt delectabilia, sed cum assuefacta fuerint, erunt delectabilia. Ergo bonum est bona opera facere propter assuefactionem; quia quod quis assuescit, postmodum vix dimittere potest: similiter intelligitur cum quis assuefactus est in malis operibus. Vnde Hieremias: *Si mutare potest Aethiops*

In decretis. de pen dist. 5. Falsas

Tren 3.

Prou. 22.

1 Rhetoric.

Hiere. 13

thiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos potestis bene facere, cum didiceritis mala facere. Ratio est; quia secundum *Aristotel.* actu multotiens iterato, fit habitus. *Idem* Difficile resistere est consuetudini, quæ assimilatur naturæ. Quinto, talia opera valent ad resistendum peccatis. Quia vt ait *Gregori.* Peccatum suo pondere mox ad aliud trahit: sed per bona opera cõseruatur quis quandoque, quod non tot peccata committit. Vnde Ecclesiasticus: *Ignẽ ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis*: sic etiam intelligitur de aliis bonis operibus, sicut de eleemosyna. Sexto, talia bona opera valent ad ædificationem proximorum propter bonum exemplum, quod ab illis bonis operibus recipiunt. Vnde *Bernardus*: Seminemus hominibus semen, id est exemplum bonum per aperta opera. Sed illi, qui non solum mali in semet ipsis sunt, sed ẽt malitiam suam proximis ꝑ exemplũ malũ infũdunt pessimi sunt. vnde *Arist.* Pessim⁹ est ille, qui nõ solũ vtitur malis ad se, sed etiam ad alios vnde: Tot mortibus quis dignus est, quot exempla praua in posteris reliquit. Ergo bonum est bona opera facere in peccato mortali propter exemplum & ædificationem proximorum. Septimo, talia opera valent, quod pœna eorum minor erit in inferno in casu quo damnantur. Sed quæritur quomodo hoc intelligitur, quod pœna eorum minor erit: Respondetur, quod non intelligitur, quod illa pœna, quam iam cum peccatis suis meruerunt, eis minuatur per talia bona opera, quia illa pœna, manet, sed intelligitur de illa pœna quam incurrissent si bona opera non fecissent; & hoc tripliciter potest fieri. Primo, quod homo damnatus non solum punitur pro peccatis commissis, sed etiam punitur de bonis operibus omissis, quæ debuit & potuit facere; verbi gratia. Audire missam in Dominica die tenetur quilibet de præcepto, &c. Modo qui non audiuit missam, & potuit audire, punietur pro illa commissione. Sed ille, qui audiuit minus punietur: pro illa enim omissione non punietur, quia obediens præcepto ecclesiæ fuit: sic etiam intelligitur de ieiuniis ecclesiæ, & de aliis bonis operibus, quamuis non eo modo, fecit quo debuit, tamen melius est fecisse, quam ex toto omisisse, & ideo minus punietur. Secundo, quia eo tempore, quo opera bona fecit, fortasse mala fecisset; modo secundum quantitatem culpæ erit quantitas pœnæ. vnde *Gregorius*. Vnus gehennæ ignis credendus est, sed non vno modo omnes cruciat peccatores: vnusquisque enim quantũ egit de culpa, tantum illic sentiet

Arist. 2. Ethic. *7 Ethic.* *Eccl. 3.* *Bern. in ser.* *Arist. 2. Ethic.* *Greg in moral* *De consecr. di. 1 missas. & ; omnes fideles.*

de pœna; quia duo peccato mortalia commisit, & damnabitur, grauius punietur quam ille, qui solum vnum commisit. Et etiam ideo, quia reddituri sumus rationem de tempore. vnde *Bern.* Omne tẽpus nobis impensum à nobis exigitur qualiter sit expensum, & qui aliquid boni fecit, quãvis in peccato mortali, melius tempus suum expendit, & minus punietur, quam si nihil boni interim fecisset. Tertio, propter exẽplum: quia si peccasset manifeste, tũc alii occasio fuisset per suum malum exemplum ad similia alia peccata perpetranda, & tunc non solũ propter se puniretur, sed etiam pro aliis, quibus malum exemplum dedisset; ergo peccator, qui aliquid boni fecit, & nulli occasionem peccandi dedit minus punietur si dambitur. Ista prædicta sunt septem bona, quæ proueniunt ex bonis operibus, quæ in peccato mortali fiunt. Quod autem bona opera, quæ fiunt in peccato mortali, non sunt Deo accepta, ostenditur per tale exemplum. Quidam filius habuit patrem, qui obiit, & filius triginta annis pro anima patris quotidie specialem orationem fecit. Cui post hoc tempus pater apparuit, dicens se esse in magnis pænis. Cui filius: Nonne pater profuit tibi oratio mea, quam iam vltra triginta annos quotidie pro anima tua oraui? Respondit pater: Non mihi profuit. Et filius: O mi pater, iam bene audio quod in inferno es, ex quo oratio mea non tibi profuit. Respondit pater: Fili non sum in inferno, nec etiam sum damnatus, sed sum in purgatorio, & ibi crucior maximis pænis, donec exsoluam omnia peccata mea vsque ad nouissimum quadrantem. Et filius: Quare tunc non profuerunt tibi orationes meæ? Respondit pater; quia semper illud longum tempus in peccato mortali fuisti. Et filius patri: quomodo potest hoc esse: cum singulis annis confessus sum & sacramentum Eucharistiæ suscepi? Respondit pater: Tu singulis annis confessus fuisti, & communicasti, Sed semper indigne suscepisti, quia tua contritio, & confessio non fuit vera, quia non ex charitate processit, sed ex quadam consuetudine. Et in signum huius tuam confessionem distulisti vsque ad vltimam septimanam quadragesimæ. Et quando præ confusione humana confessionem tuam vlterius differre non potuisti, tunc primo confessionem tuam fecisti, & in nullo te simpliciter emendasti. Et ita per hæc duo, scilicet, quoniam tu sic confessionem tuam distulisti, vsque ad vltimam septimanam, & in nullo te simpliciter emendasti, cognoscere debes quod per illud longum tempus nunquam habuisti firmum propositum te emendandi: Ergo nunquam vere contritus fuisti, nec vnquam aliquod peccatum per illud longum tempus tibi indulsit Deus. Et ille compu-

compunctus postmodum vere fuit cōtritus.& pure confessus,& abiecit omnes vanitates mundi in vestibus,& in omnibus aliis moribus, & gestibus,& Deo amplius seruire studuit,& etiam tunc deuotius pro anima patris orauit,& eam in breui de purgatorio liberauit.

In Eadem Dominica. Serm. XCIII.

De laqueis ipsius diaboli.

Luca. 5. IN *nomine autem tuo laxabo rete.* Sciendum quod sicut prędicatores laxant retia verbi Dei ad capiendum animas: sic diabolus expandit retia sua ad illaqueādum animas. Pro quo est sciendum, quod diabolus habet octo retia ad illaqueandum animas, siue astutias cū quib⁹ homines seculares mūdanos inducit & retinet in peccatis, à quib⁹ sibi vnusquisq; diligenter debet cauere, ne illaqueet, & ad dānationem æternam perducatur. Prima astutia diaboli est, quod diabolus inspirat homini, vt cogitet non esse tam durum vt prædicatores dicunt Et illud est falsum: quia dæmon est horribilissimus ad videndum: quia nullus pictor potest suam horribilem speciem depingere: quia hæc est vna specialis pæna damnatorum secundum Greg. scilicet horrida visio dæmonum. Et si damnati nullam aliam pænam sentirent, nisi horribilem visionem dæmonum, ei talis pæna satis grauis esset, quia sicut sancti cœlo habent ineffabilem delectationem, & dulcedinem videndo Deum, Beatam Mariam, omnes sanctos, & angelos Dei: sic econuerso damnati habent magnam pænam videre Luciferum, Sathanam, & omnes dæmones,& damnatos in inferno existentes. Et tales seculares homines etiam dicunt: non totum est mortale peccatum, quod prædicatur. Si tot essent mortalia peccata, quis saluaretur? Quondam non fuerunt nisi quatuor peccata mortalia, scilicet, qui dominum suum tradidit, & se ipsum occidit, & qui adulterium commisit, & qui proximum contra iustitiam interfecit, & hoc vlterius dicunt. Quis potest inimicum diligere? quis potest caste viuere? quis potest à delitiis carnis,& à gaudiis mundi abstinere? Respondeo. Qui vult saluari, oportet eum non solum amicum diligere, sed etiam inimicum, & ei ex corde indulgere sic, quod nunquam amplius ex rancore vult se vindicare, nec verbo, nec, facto. Et oportet hominem esse castum,& ab omni actu carnali præterquam in matrimonio abstinere: quia non solum oportet saluandum se cauere à maximis peccatis mortalibus, sed etiam à communibus mortalibus: quia cum minimo peccato mortali quis damnatur ita bene sicut cum maximo peccato, licet pæna infligatur secundum quantitatē peccati, quia

maiori peccato maior datur pæna. vnde dicitur in decre. Pæna sequitur quantitatem delicti. Ergo qui vult saluari, ab omni peccato mortali debet abstinere. Sed diceret quis an sit possibile viuere hominem sine peccato mortali? Hoc quære ante sermo. LXXVII. C. Ergo quandocunque ex instinctu diaboli tibi talia incidunt, scilicet non est ita durum sicut prædicatores dicunt, & sic de aliis; scire debes quod hoc est rete, & laqueus diaboli, cum quo te capere nititur. vnde dicitur: *Arcta est via, quæ ducit ad vitam, & spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi ambulant per eam*. vnde *Iustus vix saluabitur* psalm. *Hæc porta domini, & iusti intrabunt in eā.* Si Christus dixit, arcta est via, quomodo prædicator audet oppositum dicere? & si oppositum prædicat, non est prædicator, sed seductor, & deceptor, Bern. Christus, qui non falletur, elegit quod carni molestius est. Illud ergo vtilius, illud etiam magis eligendum est. Et quisquis aliud docet, vel suadet, ab eo tanquam à seductore cauendum est. Secundus laqueus, siue rete quo diabolus peccatores capit; est, quod dat eis cogitare, quæ mala fecisti; alii plus fecerunt, & tamen sperant saluari, multi faciunt, quod tu ipse inuite faceres: tu scis tales clericos, tales religiosos, qui hoc, & hoc fecerunt, & faciunt, & illi sacerdotes, & illi literati, & tales prudentes, & tales anno si faciunt hoc vel illud, cur non facies, quæ ipsi audent facere, cum tamen etiam intendant saluari; Resp. q illa excusatio nulla, quia secundū dictum Christi. *Seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, vapulabit plagis multis.* Ex quo sequitur quod qui sciunt, & intelligunt mala, & vltra hoc faciunt, grauius peccant & grauius punietur: ergo vt euadas illos laqueos diaboli; tunc debes inspicere vitam sanctorum & bonorum hominum qui tendunt ad cælum, & etiam hoc ostendunt factis, & sic poteris inuenire qualis sis respectu ipsorum & sic ipsorū laudabilis vita te inducet ad emendationem vitæ tuæ, & ad pænitentiam. vnde *Greg.* Nunquam peccatores ad lamentum pænitentiæ redirent, si nulla essent bonorum exempla, quæ eorum mentem traherent. *Bern.* Qui vitam præcedentium patrum conspicit, quid in se gerere debeat subtilius cognoscit: ergo considerare vitam sanctorum est multum vtile, quia ex hoc homo debet sumere normam viuendi. *Ambro.* Sanctorum vita est cæteris norma viuendi. Ergo quicunque vult proficere in bono, debet aduertere vitam bonorum, & non malorum, quia respicere vitam malorum est valde periculosum, quia inducit hominem in obdurationem. Tertius laqueus, siue rete diaboli est quod homo secum cogitat. Deus misericorditer egit mecum, hæc bona, & hæc bona

Marginal notes: *24. quæst. nō. auferamus* — *1 Pet. 4.* — *psal. 117.* — *Ber. sup. Cantic.* — *Luc 12.*

bona fecit mihi, ibi liberauit me ab illo malo, ibi me custodiuit, ibi illa dona dedit mihi, non deseret me in fine. Respōdeo, hoc totum fecit tibi vt ad eū te conuerteres, & fructum bonorum operum faceres: sed quia sterilis es, tunc considera parabolā Euangelii, vbi dicit de ficulnea. *Ecce iam tertio veni quærens fructum in hac ficulnea, & non inuenio, succide ergo eam, vt quid etiam terram occupat. Arbor, quæ non facit fructum, excidetur, & in ignem mittetur,* sic contingit homini illi qui ingratus est Dei beneficiis. vnde *Chrysost. super Ma.* quanto maiora beneficia sunt hominibus constituta, tanto grauiora peccantibus iudicia, sicut enim lignum aridum vnctum cum pinguedine, feruentius ardet, sic etiam homo, qui multa beneficia à Deo accipit, & semper ingratus est, & sterilis inuenitur, ardentius ardebit, in igne infernali; ergo quando talis laqueus diaboli tibi occurrit, tunc cogitare debes, quod quanto plura beneficia à Deo recipis, tanto districtiorem rationem Deo reddes, & tanto plures testes contra te habebis; quia omnia beneficia erunt testes in extremo iudicio. vnde propheta: *Instaures testes tuos contra me*; ergo de beneficio Dei debes esse gratus.

Math. 7

S ¶ Quart⁹ laqueus, siue rete diaboli est, quod dat eis cogitare, quod nullus debet desperare, Maria Magd. multa peccata fecit, Petrus Christū ter negauit, Paulus ecclesiā est persecutus, Dauid adulteriū, & homicidium commisit; & sic de aliis. Hi omnes iam magni sunt in cælo: nam Deus est misericors, & totiens paratus est peccatori misereri, & indulgere, quotiens peccator vult se à peccatis conuertere. Respondeo, quod verum est, quod Deus est misericors, & nullus debet desperare de venia, sed illi, qui peccatores fuerunt, vt Maria Magd. & S. Petrus & cæteri proponuntur tibi, vt si peccasti ne desperes: sed non super hoc peccare debes, quia maledictus, qui peccat in spe. *Ber.* Est infidelis fiducia, solius vtiq; maledictionis capax cū videlicet in spe peccamus. Quādo ergo talis laqueus diaboli tibi proponitur, scilicet, ꝙ debes peccare, & non desperare, tunc cogitare debes illud psal. *Spes impiorum peribit.* Quidam enim peccatores nimis sperant, scilicet, qui cupiunt cum peccatis saluari, & maior est spes eorum, quam bonorum hominum: omnes enim boni homines quātumcunque boni, & deuoti, timent Deum propter magnam iustitiam suam. *Si enim vix iustus saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt?* Et talium peccatorū spes non dicit spes, sed præsumptio. vnde *Aug.* Sine meritis nō est spes, sed præsumtio; ergo debes vitam tuam emendare, & sic veniam à Deo sperare. vnde *Bernard.* Corrige te ipsum, & indulgentiam spera. Nulla est enim culpa, q̄ non habeat veniā.

Bern in sermon.

Quintus laqueus, siue rete diaboli est, quod

est, quod facit hominem cogitare: hoc, quod tu non scis non est peccatum; & sic decipit tales, quod etiam nolunt scire ea, quæ sunt salutis vt eo liberius possint peccare, æstimantes quod cum non sciant non sit eis peccatum. Vnde quæritur, vtrum sit aliqua ignorantia, quæ possit excusare hominem à peccato? Respondetur, quod triplex est ignorantia. Prima est inuincibilis & est duplex, scilicet innata, vt in pueris, & amentibus adultis, qui nunquam vsum rationis habuerunt, Alia est ex casu: vt in adultis, qui habent vsum rationis iam, & postmodum quandoque incidunt in amétiam propter debilitatem capitis, vel propter nimiá abstinentiá vel ex aliis causis licitis, & talis ignorantia inuincibilis excusat à peccato mortali. vnde *Aristotel*. Ignorantia excusatur peccatum: quia tales quicquid faciũt, excusantur: quia nullus potest committere peccatum mortale qui non habet vsum rationis. Secunda ignorantia, cum qua damnatur quis, dicitur ignorantia neglecta, seu crassa, & est cum quis potest scire, quæ Deus præcepit, vel prohibuit, & quæ ad salutem pertinét: sed occupationibus exterioribus, se intantum implicat, quod de illis non curat, & ista ignorantia non excusat. Tertia ignorantia dicitur affectata, cum qua non solum quis damnatur, sed etiam pro ea grauissime punietur. Et est, quando quis contemnit scire ea, quæ potest, & tenetur scire, vt eo liberius possit peccare Hanc ignorantiam habuerunt pharisæi de Christo, & ad huc multi habent, qui propterea fugiunt prædicationes: & est periculosus laqueus diaboli; & ideo hoc est malum signum, quod homo non vult audire veritatem, & hoc ideo contingit, quia excæcauit eos diabolus, & eorum propria malitia. Psal. *Noluit intelligere vt bene ageret.* & tales decipiunt se ipsos. Vnde *Isidor. de sum. bon.* Sunt qui ignorantię excusationem prætendunt, & scire nolunt, vt minus culpabiles videantur, qui tamen se ipsos nõ muniunt, sed decipiunt. Quæritur quis periculosius peccet, an ille, qui scit quid est faciendum vel omittédum, & non facit. vel ille, qui non vult scire, ideo vt eo liberius possit peccare? Respondetur, quod ille, qui non vult scire ideo vt possit liberius peccare dupliciter peccat. Primo, peccat in contumacia, & superbia, eo quod non vult scire, vt eo liberius possit peccare. vnde *Isidor.* Nescire simpliciter ad ignorantiam pertinet, noluisse vero scire ad contumacem superbiam. Secundo peccat in hoc, quod facit prohibitum, vel quod dimittit faciendum. Sed alius, qui scit, & intelligit viũ peccatum, peccat, quia facit quod sit prohibitum, quamuis in eodem genere peccati grauius peccat. vnde *Seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, vapulabit plagis multis*, & insuper ille, qui scit, & in-

Arist. 3. Ethic.

Isid de sum. bon.

Luca. 12.

& intelligit malum, postmodum potest conteri, & confiteri, & confiteri & satis facere, quia malum non euitatur nisi cognitum: sed ille, qui non scit, nec cognoscit malum, quod commisit, quomodo potest postmodum conteri, & confiteri, & pænitere, cum non scit, nec vult scire. vnde *Bernardus*. Scio neminem absque cognitione sui saluari, de qua mater salutis humilitas oritur & timor domini, quia sicut initium sapientiæ est, ita & initium salutis. Sextus laqueus diaboli vel rete est, quod dat homini cogitare: tu iuuenis es, & tempus sufficiens ad huc habes ad pænitendum postquam senueris. Qui enim audet peccare, audet & pænitere. Resp. moritur iuuenis, moritur & senex, & ignoras an ad ætatem senilem peruenies, quia nihil habes certius morte, sed hora mortis, nihil incertius. vnde *Ber.* Quid in rebus humanis certius morte, quid hora mortis incertius inuenitur? Ergo quilibet, qui peccat siue sit iuuenis, siue senex, debet se per veram pænitentiam ad mortem disponere, & semper, sibi mortem æstimare proquinquam, vnde *Greg.* Etenim nobis conditor noster diem mortis ignotum voluit esse, vt dum semper ignoratur, proximus semper esse putetur, & tanto quis feruentior sit in operatione, quanto incertior est de euocatione. *Estote parati, quia nescitis, qua hora dominus vester venturus sit.* Insuper dicis, qui audet peccare, audet pænitere. Respondeo, quod multi grauiter & multipliciter peccauerunt, sed pauci pænitentiam veraciter egerunt. vnde *Ambrosius*: facilius inueni, qui seruauerunt innocentiam baptismalem, quam qui côgruam egerunt pænitentiam. Sed quare Deus permittit aliquos mori in iuuentute? Hoc quære infra ¶ V sermo. cix. B Septimus laqueus, siue rete diaboli est, quod dat homini cogitare: Quicquid Deus vult, hęc oportet fieri, si debes saluari, nunquam damnaberis, quicquid tu facies, si debes damnari nunquam saluaberis, etiam quicquid tu facies; Deus bene dabit tibi contritionem, quando ei videbitur tempus, quia omnia oportet fieri secundum voluntatem Dei? Respondeo secûdum Apostolum, quod *hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra*, si illam habebis, dabit tibi vitam æternam, sin autem, mortem æternam. Stulti homines sunt, qui sic à diabolo decipiuntur, sic dicentes, quid conabor? quod futurum est, & Deus præuidit, hoc fiet. Cum tamen præscientia Dei non infert alicui necessitatem, quia liberum arbitrium semper manet ad vtrumlibet, sic quod quilibet homo potest bene, vel male facere. Si bene, saluabitur, si male, damnabitur. Sciendum, quod omnes boni prædestinati sunt ad gloriam æternam, & tamen cum ditione, si fidem tenuerint, & charitatem, humilitatem, patientiam, misericordiam, & pie-

Ber. super. Cant.

Greg. sup. Ezech.

Luc. 12.

1. Thess. 4.

&pietatem, &his similia habuerunt. Tales enim futuros præuidit Deus, quos ad vitam prædestinauit, & quasi prædestinando eis diceret: Ego quidem vos ad vitam prædestino, si taliter, & taliter vixeritis, si mandata mea seruaueritis, & si fidē & misericordiam habueritis, & si in bono statu inuēti fueritis. Qui ergo talis esse non vult, qui scilicet mandata Dei seruare noluerit, & in malitia perseuerare proponit, ille pro certo sciat, se ad mortem æternā esse prescitum. Nullus ergo dicat se frustra, orare, & alia bona opera facere, quia sicut Deus aliquem seruandū præuidit, sic & modum, quo saluari debeat, id est per merita sua, & bona opera. Et propter hoc stultus est, qui dixit volo facere, quod mihi placuerit, quia si saluari debeo, saluabor: si damnari debeo, damnabor, sicut stultus esset ille infirmus, qui diceret. Volo comedere, & bibere quod mihi placuerit. Si curari debeo, curabor, & si mori debeo, moriar, ac si sibi inutilis esset medicina. Vnde ¶ X legitur tale exemplum in Cæsareo, Ludouic. Landgrauius Thuringiæ homo literatus, tanto errore fuit deceptus, vt se assereret necessario esse saluandum, si prædestinatus esset, vel damnandum si præscitus esset: Et dixit se horam mortis non posse effugere, vel anticipare, & ob hoc infinitis vitiis sine vllo timore se multipliciter exponebat. Tandem grauiter infirmatus medico vocato, dixit vt curam adhiberet, vt conualescere posset. Medicus peritus in Medicina, & Theologia, illius errorem non ignorans, respōdit: Domine, si dies mortis vestræ aduenit, non potero vos curare, si vero nondum venit, frustra curam adhiberem, quia sine hac curabimini. Cui Comes: Quomodo sic respondes? Scio quod nisi cito mihi subuenias, morte moriar ante tempus; Respondit medicus: Si creditis vitam prolongari virtute medicinæ, quare hoc non creditis de pænitentia, quæ est medicina animæ? Considerans Landgrauius virtutem verborum dixit ei. De cætero esto medicus animæ meæ quia per tuam medicinalem linguam liberauit me dominus à maximo errore. Octauus laqueus, siue rete diaboli est malum exemplum malorum hominum. Et hoc rete est principalissimum, cum quo capitur, & decipitur quasi omne genus hominum, tam iuuenes, quam senes, tam nobiles, quam ignobiles, tam pauperes, quam diuites, quia vnusquisque vult se excusare dicens, oportet me conformari, aliis hominibns, alias nihil curarent de me; ille, & ille facit hoc, iste sic incedit in vestibus, siue in aliis moribus, & iam est communis modus hominum sic viuendi, quare & ego non facerem? Quibus respondeo, quod nemo potest duobus dominis seruire, id est Deo & mundo. vnde Apostolus. *Si adhuc mundo placerem, seruus Christi non essem.* Hoc Galat. 1. paret

patet: quia amcitia huius mundi hominem inimicum Dei constituit, quia; amor mundi expellit Deum, & eius gratiam à corde hominis. Quia sicuti gnis,& aqua sunt contraria, & sicut frigidum & calidum mutuo se expugnant, sic amicitia Dei & huius mundi simul stare non possunt. Ergo quando talis laqueus tibi proponitur à diabolo, scilicet quod cogitas. Iste est iam modus, & cursus mundi, oportet sic etiam viuere; tunc cogitare debes, quod lata, & ampla est via, quæ ducit ad perditionem, & multi ambulant in ea. Ratio est, quia plures sunt mali, quam boni. Et hoc causatur principaliter ex malo exemplo quod vnus præbet alteri, quia vnus inficit alium per malum exemplũ, sicut carbones se inuicem incendunt. Quia nullo modo essent tot superbi, auari, luxuriosi, gulosi, lusores, chorizantes; nisi viderent ab aliis talia fieri. Et isti homines sunt fatui, qui volunt se conformare aliis in malis. Nam vnus asinus, cum videt alium asinum cadere, cauet sibi & nullo modo eum imitatur. O quã plurimos viderunt & audierunt illi cadere, sicut Luciferum in superbia epulonem in gula, totum mundum in luxuria, quando diluuium deleuit totum mundũ, & tamen adhuc homines fatui, & stulti audent superbire, luxuriari, & gulose viuere.

In Eadem Dominica Sermo XCIIII.

De his, quæ debent nos retrahere ab amore temporalium

R*Elictis omnibus secuti sunt eum.* Luc. 5. In hoc quod isti sancti Apostoli, de quibus in hodierno euangelio fit mentio, viso miraculo in captione piscium, omnia propter Christum reliquerunt. Exemplum debemus sumere, quia cor nostrum ab illicito amore temporalium retrahere debemus. Vnde sciendum, q sunt septem, quæ ¶ A debent nos retrahere ab amore temporalium. Primum est, quia temporalia in vita præsenti modicum prosunt, quia nisi victum, & amictum nobis administrant. *Qui* Eccl. 5. *diuitias amat, fructum non capit ex eis.* Diuites enim intuendo diuitias quid aliud faciunt, nisi q oculos pascunt: Si quis enim habuerit cistam plenam florenis, tamen nihil ex eis capere posset nisi victũ, & amictum. Ex quo patet, quod diuitiæ ad nihil valent corporaliter loquendo, nisi quod os, & ventrem replere possunt, & tegere nostram nuditatem. sed mentem, & animã non possunt satiare. Vnde ¶ B Guil. super illo verbo Apost. *Sufficientia nostra ex Deo est.* Guil. Lugd. Assignat triplicem rationum, quare temporalia non possunt replere desiderium animæ. Prima ratio est, propter capacitatem ipsius animæ, quia secundum sanctos doctores animã Dei capacẽ nihil minus Deo re-

plere potest vnde *Ber*. Ad imaginē Dei quippe facta est anima rationalis, cæteris omnibus occupari potest impleri omnino non potest. Capax est enim Dei, & quicquid Deo minus est, nō eam adimplebit. Vnde cum totus orbis terrarum sit ante Deum *quasi gutta roris ante solē*. Ergo totus orbis non sufficit replere cor vnius hominis. Secunda ratio est propter bonorum temporalium vanitatem *Ber*. Non plus satiatur cor hominis auro, quā corpus aura. Ideo dicit virgo Maria gloriosissima. *Et diuites dimisit inanes*. Ergo omnia temporalia propter suam vanitatem non possunt satiare desiderium animæ. Tertia ratio, quia bona temporalia non intrant in cor hominis essentialiter, & ideo non replent illud. Sicut vinum ad huc existens in dolio, ventrem hominis non implet, nec corporalem sitim sedat, sic pecunia existens in bursa, vel in cista, nec replet cor hominis nec satiat sitim auaritiæ. Sola enim Dei gratia quæ cor intrat, sitim cordis potest extinguere. Sed pecunia sitim augmētat auaritiæ. vnde *Greg*. Omnis auarus ex pecunia sitim multiplicat quia cum ea, quæ appetit, adeptus fuerit, ad petenda alia amplius anhelat. vnde *Auarus non implebitur pecunia*. Etiam *August*. auarus inferno est similis; infernus enim quantoscunque deuorat, nunquam dicit satis est, sic etsi omnes thesauri cōfluxerint in auarum. Ex his iam dictis patet, quod temporaliter, & corporaliter loquendo, temporalia non valent nisi ad sustentationem corporis ad breue tempus. Cur ergo homo multa desiderat cui pauca sufficiūt? Quia dicit Apostolus: *Habentes victum, & vestitū, his contenti simus*. Sciendum, quod temporalia non sunt propria hominis, sed accommodata, hoc patet. Quia Deus potest te priuare illis bonis, quando vult. Insuper fur potest furari, ignis cōburere, aqua submergere illa tēporalia, si Deus permiserit. vnde Apost: *Quid habes, quod non accepisti*? Modo sicut rem accommodatam nō multum diligis, sed cum timore vteris, ne offendas illum, qui tibi accomōdauit, sic & tu te habere debes quo ad temporalia, quæ Deus tibi accomodat. Quod autem temporalia non sunt nostra propria, hoc patet secundum *Guil. Lugd*. per quatuor; primo per sacram scripturam. *Væ qui congregat non sua* idest temporalia. & Bona hominis non sunt quæ secum ferre non potest, ergo temporalia assimilantur fluuio. psa. *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere*. Ad modum enim fluuii affluunt; & effluunt diuitiæ, Aqua enim quæ pertransit ciuitatem, quilibet potest vti ad necessitatem, sic est de bonis temporalibus nobis collatis. Secundo ostenditur, quia terra, in qua crescunt temporalia non est nostra. psalm. *Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena*. *Item aduena ego sum* apud

Sap. 1.
Luc. 1.
Greg in quadam hom.
Eccl. 5.
August in epistol.
1. Thes. 6.
1. Cor. 1.
Abac. 2.
Ambros. sup. Luc.

apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei, vnde *Bernar.* Filii Adam genus auarũ, & ambitiosum, audite quid vobis dicam cum terrenis diuitiis, & gloria temporali, quæ non vere uestræ sunt. Aurum & argentum nonne terra est rubea, & alba, quam solus hominum error facit, & magis reputat pretiosam? Denique si vestra sint hæc, tollite ea vobiscũ, sed homo cum interierit non sumet quicquam. Tertio ostenditur, quia ianitor, id est mors nihil permittit deferri de mundo. Cum aliquis sedet ad mensas diuitis, multa sibi apponuntur, scilicet scyphi argentei, & scutellæ, in quibus solum vsum habet. Si quis vero ex simplicitate crederet ea sua, & vellet ea secum ferre, ianitor bene ostenderet ei in porta quod nihil iuris in ea haberet, ita, diuites credunt bona temporalia sua esse, sed mors ostendet eis contrarium. vnde nihil intulimus in hunc mundum haud dubium, quod nec auferre quicquam possumus, vnde: *Nudus egressus sum ex vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.* Nudum terra te suscepit, cum natus fuisti, & nudum terra te suscipiet econuerso, cum morieris, & sepelieris. Cupidus autem cupit diues fieri in mundo, in quo paruo tempore durabit, quod est stultitia magna, vt patet de illo diuite, qui dicit, *Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illic congregabo omnia, q̃ mihi nata sunt, & respõsum est ei: Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, quæ autem parasti cuius erunt?* Item psalm. *Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.* Item *diues cum dormierit nihil secum auferet* aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Quarto ostenditur exemplo canis. Quando enim canis sequitur duos homines, nescitur quis eorum sit Dominus eius, sed si separantur illi adinuicem, canis sequitur Dominum suum & tunc apparet cuius sit: diuitiæ in morte remanent in mundo, & deserunt auarum. Et est notabile exemplum magni principis saracenorum, qui cum mortem sibi inspiceret imminere, pannum lineum, de quo ei sudarium consuendum erat, erexit in signum, & fecit circumferri à precone per ciuitatem clamante: Hæc dicit princeps noster. Cum sim Dominus vndecim regnorum hoc solum de gloria mea, & de diuitiis mecum auferam. Item sciendum, quod diuitiæ sunt sicut infideles amici, qui amatores suos in necessitate extrema deserunt. vnde cum quidam in morte sua à diuitiis suis auxilium postularet, nec posset habere, ait: o fallaces diuitiæ toto corde vos amaui, & honoraui, & nunc tali necessitate positus nihil consilii, nec auxilii habere possum à vobis. Paratæ enim estis me deserere, nec vultis me sequi, quare & ego præmittam vos, & his dictis, distribuit omnia pauperibus. Tertium est, quod

Iob. 1.

Lucæ 12.

amor, & solicitudo temporalium amorem Dei, & dulcedinem diuinæ gratiæ extinguit. Quod amorẽ Dei extinguit, patet per *Chrysost.* Qui vult Deum amare, necesse est vt odiat diuitias. Qui autem voluerit amare diuitias, necesse est, vt odiat Deum. Et quod etiam dulcedinem diuinam expellat patet per dictum *Bernardi.* Præoccupatum quippe secularibus desideriis animum delectatio sancta declinat. vnde etiam *Gregor.* Qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. vnde etiam: O infelix anima, quid solicita es erga plurima, cum vnum sit necessarium? Dilige vnum in quo sunt omnia, ibi fige cor tuum, & desiderium, *mundus* enim *transit*, *& concupiscentia eius*. Quartum est, quod temporalia inquietant mentem, & replent eam amaritudine, ergo spinæ vocantur in Euangelio. vnde auari habent duplicem inquietudinem, & amaritudinem, sci. hic, & in futuro. vnde *Isidor.* Qui mundum diligit, velit, nolit, timoris, & amoris pœnæ succumbit. vnde *Chrysost.* Qui pecuniæ deseruit, & præsentibus compedibus constringitur, & futuris. Habent enim temporalia multam amaritudinem annexam. Est enim labor in acquirendo, quia cum magno labore acquiruntur. Hoc patet, quia plures ad acquirendum temporalia per mare nauigant, terras & syluas perambulant, frigus sitim, & famem sustinent. Est etiam timor in custodiendo, quia diues auarus nunquam est securus, nec veraciter quietus. Vnde Salo. *Saturitas diuitis non sinit eum dormire.* vnde *Gregor.* Auarus hinc inde insidiatores metuit. vnde si potentiorẽ videt, timet raptorẽ, si inferiorẽ, suspicatur furẽ. Infelix tanto, quãto pati timet, atq; hoc, quod ipse aliis fecit, ab aliis sibi fieri pertimescit. Habent etiam temporalia dolorem in amittendo. vnde *Greg.* Quæ feruenter diligimus, habita, grauiter suspiram⁹ ablata. Itẽ habẽt anxietatem in distribuendo; scilicet quando minorantur, & habent pudorem in non dando quando ex quadam parcitate retinentur. Quid enim ista omnia nisi amaritudines, & inquietudines cordis? ergo auari, & diuites vix lætari possunt. Pauper enim laborator, qui se nutrit de laboribus suis, quandoque etiam maiora gaudia in præsenti habet, quam diues, qui est quotidie plenus, & cui etiam prospere succedunt, & qui etiam in delitiis, & sacietate viuit. Sudat pauper foris in opere, sed nihil quid minus anxie diues intus in sua cogitatione laborat. Aperit iste os suum in oscitatione, aperit ille in ructatione, & interdum grauius ille fastidio, quam inedia cruciatur. Quintum est, quod temporalia in morte nihil valent, quia nec corpus à vermibus custodiunt, nec hominẽ in vita diuti⁹ cõseruare possunt, quia moritur pauper, moritur & diues, nec à dæmonibus liberant.

Chry. sup. Matt. | Ber in ser. | Hugo de s. Victor. | Isid lib. 3. de summo bo. | Chrys sup. Matt. | Greg. li. 15 Moral. | Greg. li. 11 Moral. | Ber. in ser.

Non

Prou. 11. *Non proderunt diuitiæ in die vltionis*, immo grauant hominē in morte, quia talis cum dolore moritur, cū separari se cernit à diuitiis, quas multum dilexit], & pro quibus diu laborauit, & propter quas salutem propriam sæpius neglexit. Insuper hic satis abundat in omnibus, quę appetit, & nescit quid in futuro habebit, et vbi prima nocte manebit.

Eccl. 41. *O mors quā amara est memoria tua homini habenti pacem in substantia sua*, quod enim homo omnia tēporalia sua libere resignet in agone, & sponte separetur ab eis, hoc speciale donum Dei est. Vnde sciendum quod homo in agone mortis seipsum debet consolari, scilicet sic cogitando, quod pro istis temporalibus Deus dabit sibi æterna dona, & pro vxore, à qua tam sponte separatur, quia dat voluntatem suam in voluntatem Dei, dabit sibi Christus matrem suam benedictam & pro amicis, & filiis dabit sibi societatem angelorum, & sanctorum, pro honore præsenti, & potestate, quam propter Deum relinquit dabit sibi æternum honorem, & regnum perpetuum, Sextum est, quod temporalia nocent post mortem, quia de his omnibus reddituri eriE q mus districtā rationem. Primo, quomodo lucratus sis omnia temporalia tua vsque ad nouissimum denarium. vnde Apostolus: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli.* 1. Thim. 6. Hoc enim iam verum est secundum quod iā est cursus mundi, nam vix temporales lucrantur sine peccato. Secundo, quomodo expendisti tua temporalia. Tertio, quomodo hæredibus post te dimisisti, quia quilibet præuenire debet, ne post mortem lites fiant de rebus suis, quia melius esset nullum denarium post se relinquere, quam cum temporalibus post se relictis causam litis administrare. Sed seculares dicerent, nos filios, & pueros habemus, & illis nos congregare oportet, ergo oportet nos diligere temporalia & solicitudinem de eisdem habere: Respondeo, quod propter pueros nullus debet animam propriam negligere, nec contra salutem suam facere in lucrando temporalia, quia quanto plura eis relinquis communiter, tanto maiores peccatores, & peiores pueri tui efficiuntur, quia superbi, luxuriosi fiunt & gulosi, & sic de aliis. Et væ tibi & animæ tuæ, si aliquid iniuste lucratum relinquis post te hæredibus, quia hoc pænā tuā augmentabit & damnat te ipsum vna cum filiis, quibus in iusta bona relinquis. Septimum, quod nos debet retrahere ab amore temporalium est, quod temporalia sunt quādoq; occasiones, q quod homo efficitur malus, & peruersus quia dant quandoque occasionem peccandi, & quandoque contingit, ꝙ ille, quia est pauper est bonus, & timens Deum, & sic in sua paupertate saluabitur, qui si diues esset, forte cum diuitiis suis damnaretur, ergo Deo committendum

dum

dum est, qui omnia nouit. Si enim tibi vtile esset habere diuitias tibi illas administraret, sunt enim diuitiæ aliquando occasiones litis. vnde *Aristot.* Pecunia seditiones facit & malignitatem, Quanto quis curis mundi maioribus occupatur tanto facilius vitiis præmittitur. Quod propter diuitias sæpius fiunt lites ostendit *Sen.* dicens: Quietissime viuerent homines, si tollerentur illa duo pronomina, scilicet meum & tuum. Item diuitiæ superbiam generant. *August.* vermis diuitiarum est superbia, vnde difficile est, quod non sit superbus, qui diues est. Item diuitiæ faciunt hominem gulosum, & communiter luxuriosum, vnde *Ber.* Periclitatur castitas in delitiis, familia in diuitiis, pietas in negotiis, veritas in multiloquio, charitas in hoc nequam seculo. Quod autem diuitiæ quandoque sunt occasio quod homo malus efficitur, patet per tale exemplum. Legitur in vitis patrum, quod quidam eremita apud quendam lapicidam hospitatus, inuenit in eo, quod vnam partem lucri sui exponebat in necessitates proprias, aliam in eleemosynas pauperum, tertiam in peregrinorum hospitalitatem. Cum autem ingressus esset ad cellam, & rogaret vt Deus ei bona sua multiplicaret, qui ea ita bene expenderet. Responsum est ei, quod illi forte non expediret. Illo autem non acquiescente, sed pro eo fideliter instante, concessum est quod petebat. Nam in mane causa operandi murum antiquum frangens, inuenit magnum auri thesaurum, quo accepto, factus est familiaris imperatoris, & magnus oppressor pauperum, quo facto, eremita raptus ad iudicium, vidit Angelos conquerentes de illo oppressore pauperum, quib. respondebatur quod fideiussor pro illo responderet. Stupefactus eremita supplicabat beatissimæ virgini, vt eum iuuaret, quæ impetrabat vt eremita ad eum corrigendum mitteretur, quod cum facere vellet, nec ei loqui posset, et se ingerens se verberatus fuisset, reuersus ad cellam iterum rapitur ad iudicium & sicut prius accusatur, sed B. Virgine eum adiuuante, & mortuo imperatore alius succedens in imperium illum diuitem, & potentem capere voluit. Sed ille fugit omnia bona sua perdens, et ad pristinum artificium rediens, & ad pietatis opera. Et sic postmodum vitam suam in bono finiuit. ergo temporalia non sunt diligenda, nec appetenda, nisi inquantum nobis necessaria sunt ad præsentem vitam conseruandam, & quantum possunt nobis prodesse ad merendum per opera misericordiæ vitam æternam.

Arist. 1. Pol. Isid. de sum. bon.

DOM. VI. POST FESTVM Trinitatis.

Sermo XCV.

De ira

OMnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Quæritur vtrum Christus velit nos hic retrahere ab omni ira, in hoc *Matt. 5.*

hoc, quod dicit: *Omnis, qui irascitur, &c.* Notandum, quòd quædam est ira bona & licita, & quædam venialis, & quædam mortalis. Ad declarandum autem, quando sit ira licita, & quando peccatum mortale, & quando veniale est, notandum, quòd ira octo modis fit. Primò fit contra peccatum proprium, & cōtra peccatum proximi, si quando homo irascitur de hoc, quòd Deus offenditur, & talis ira est licita, & bona, & laudabilis. vnde Ps. *Irascimini, & nolite peccare.* Item: *Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis*: quia quilibet debet corripere & admonere fraterna dilectione proximos delinquentes, quia ad hoc quilibet tenetur sub præcepto. Contra hoc faciunt adulatores, qui rident, & laudant mala in proximis, quæ sunt contra honorem Dei, & salutem animarum. Et tales faciunt se participes omniū malorum illorum, quæ in proximis adulando laudant, & tales adulatores sunt præcones diaboli, quia ligant peccatores & malefactores in peccatis suis cum adulationibus suis, sicut præcones ligant malefactores, tradendo eos iudici. vnde August. *Adulantium linguæ ligant homines in peccatis. Delectat enim ea facere, in quibus non solùm non metuitur reprehensor, sed etiam laudatur operator.* Ergo quilibet Christianus vindicare debet iniurias Dei, & proprias patienter sustinere. Exemplo Christi, qui vendentes & ementes eiecit de templo, quia in hoc fiebat iniuria Patri cœlesti, sed proprias iniurias sibi à Iudæis inflictas patienter sustinuit, & tanquam agnus mansuetus obmutuit. Item exemplum de hoc habemus in Moyse, ꝙ debeamus vlcisci & vindicare iniurias Dei, qui propter idololatriam, quam filii Israel fecerunt, cùm vitulum conflatilem adorauerunt, & circa eum chorizauerunt, occidit cum filiis Leui de populo Israel 23000. hominum. Et hoc est signum, quòd sunt filii Dei, qui non possunt sustinere iniuriam Dei, sed qui non curant de iniuriis Dei, sicut illi, qui in domibus suis permittunt Deum omnipotentem blasphemari, lusores ludere, peccatores inebriari, fornicatores luxuriari; & insuper permittunt, chorizātes chorizare, & sic de aliis. Et ista ideò permittunt, vt lucrum temporale mundi acquirant, & sic tale lucrum Deo, & propriæ saluti animæ præponunt, tales in hoc se ostendunt, esse filios diaboli, & nō Dei. Quis enim fidelis filius posśit sustinere æquanimiter iniuriam sui dilecti patris, quin contradiceret, & impediret in quātum posset? Sic simile est de Deo, & de filiis Dei; ergo irasci super propria, & aliena peccata, & vindicare iniuriam Dei, talis ira est bona, & laudabilis, & meritoria, & nullū peccatum. Dicit enim *Bonauentura*, ꝙ affectus iræ est datus homini, vt irascatur vitiis, &

Eccles. 7.

& malis suggestionibus, & sic ꝙ non compatiatur se trahi ad consensum peccati, & vlciscatur DEI iniurias, & transgresiones iustitiæ. Sic legimus, Christum iratum fuisse Pharisæis, & aliis non rectè agentibus. Similiter hoc idem legitur de pluribus sanctis, & sic hæc ira vocatur zelus iustitiæ. Secundò, est quædam ira subita, & sine rationis deliberatione, quę venialis est, quia in aliquibus ignis iræ citò accenditur, & citò remittitur, & in aliquibus tardius accenditur, & tardius extinguitur, & cessat, & illi peiores sunt prioribus. vnde Aug. *Melior est, qui quamuis ira sæpe tentetur: tamen festinat, quod sibi remittat ille, cui se fecisse iniuriam agnoscit, quā qui tardius irascitur, & ad veniam petendam tardius inclinatur.* vnde etiam Hier. Neque verò qui aliquando irascitur, iracundus est; sed ille dicitur iracundus, qui crebò hac passione superatur: ergo cùm quis ex surreptione commouetur, & quàm citò hoc ratione aduertit, tunc hoc expellit, hic solùm peccat venialiter. Tertio, cùm quis irascitur, & in modico vult se vindicare, quamuis etiam cùm bene posset se in magno vindicare, tamē nollet facere, tunc talis ira & commotio ꝓpter paruitatem vindictæ potest solùm esse peccatum veniale; sicut trahere puerum per crines, & sic de aliis. Quarto, cùm quis irascitur in seipso, & impatiens efficitur, & tamen in nullo vult irā istam vindicare, nec verbo, nec facto, & hoc idem quandoque contingit ex quadam naturali cōmotione, quod homo in seipso cōmotus est, & tamen istam iram nō vult perducere ad effectū, & talis etiam potest esse peccatum veniale. vnde *Cassio.* venialis ira est, quæ non ducitur ad effectum. Quinto, cùm quis irascitur cum deliberatione, & cū consensu rationis, & in animo suo cogitat, quomodo posset se vindicare, sed hoc nō ostendit, & talis deliberata ira est peccatum mortale, & talis sic irascens reus erit iudicio: *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Talis enim ad iudicium Dei citabitur, & qualiter illud præceptum: *Diligas proximū tuum sicut teipsum,* seruauerit, ab eo requiretur. O quomodo tunc respondebit iracundus homo, qui sæpius & frequenter mala cogitauit aduersus ꝓximum, & deliberato animo affectauit vindictam super proximū, & talis quamdiu sic stat in tali ira, & rancore, quem gerit in corde cōtra proximum, semper est in statu damnationis. vnde Propheta: *In tempore vindictæ disperdet te.* Ita alibi legitur per sapientem Proph. *Qui vindicari vult à Deo, inueniet vindictam.* Sexto, quandoque ira nō solùm in corde retinetur, sed etiā per signa exteriora ostenditur. Signa aūt huiusmodi sunt ista, sicut non loqui, faciem auertere proximo, vel etiam torua facie respicere, & si quando obuiare ei debet, tunc per aliam

Hieron in epist. ad Titum.

Matth. 5

per aliam plateam vadit, vel oculos i[...]clinat, ne eum respiciat, talis reus erit concilio, ergo dicitur Matth. 5. *Qui autē dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio.* Racha, secundùm *Remigium* est interiectio indignãtis, velut cùm diceretur à dolente, heu, & à cadente, hei. Cõsilium autem Trinitatis est, quod eadē mensura remetietur eis. i. sicut ipsi proximis suis signa iræ ostenderunt, sic Christus & B. Virgo Mater, & omnes sancti, & Angeli ostendent eis etiam signa irę & indignationis. Christus ostendet eis iram suam, sic quòd nunquam eum lætè videbũt, & quòd nunquam miserebitur eorum, nec liberabit eos à pœnis, etiamsi omnes sancti orarent pro eis:

Hier. 7. *Noli orare pro populo hoc, nec assumes laudes pro ipsis*, i. e. orationes, *quia non exaudiam te.* Signum iræ beatissimæ virginis Mariæ, & sanctorum est, quòd nunquã aliquod suffragium eis faciunt. Exemplum de diuite epulone, qui petiit guttam aquæ, & non obtinuit. Signum iræ Angelorũ est, q̃ in iudicio exibunt Angeli, & separabunt malos à medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi fletus, & stridor dent.ũ. iuxta illud: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Sep imò, qñ ira non solùm ostenditur signis, sed etiam exprimitur verbis malitiosis & vituperiis, & talis erit reus ge-

Matth. 5. hennæ ignis: *Si autem dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Circa quod quæritur, vtrum contumelia siue conuitium sit peccatũ mortale. Resp. secundùm S. Thom.

S. Thomas 2. 2. q. 72. Proprie, & per se vtrumq; est peccatum mortale, non minus, quàm furtum & rapina. Non enim homo amat minus honores suos, quàm rem possessam; ergo sicut est mortale peccatum, furtum, vel rapinã committere; sic & proximo conuitium dicere, & eum in fama sua dehonestare. Differt autem contumelia à conuitio in hoc, quod per verba contumeliosa repræsentatur propriè defectus culpæ, sed per conuitium repræsentatur generaliter quicunque defectus, siue culpæ, siue pœnæ. Vnde si quis dicat alicui iniuriosè, eum esse cœcum, conuitium quidem dicit, sed contumeliam non infert, sed si dicat, quòd sit fur, non solùm conuitium dicit, sed etiam contumeliam infert. Sæpè tamen vnum pro alio reputatur, & ponitur. Item quæritur, an liceat causa correctionis dicere conuitium? Respondeo, ¶ K

D. Thom. 2. 2. q. 72. secundùm *sanctum Thomam.* Sicut licitum est aliquem verberare, vel in rebus damnificare causa disciplinæ, sic etiam quis potest alteri, quem debet corrigere, aliquod verbum conuitiosum dicere, & hoc modo vocauit Dominus discipulos suos stultos, vt habetur Luc. vlt. dicens: *O stulti & tardi corde ad credendũ*: & Apost. dicit ad Gal. 2. *O insensati Galatæ.* tamen vt dicit August. Nisi ex magna necessitate obiurgationes nõ sunt adhibendæ,

dæ, in quibus non vt nobis, sed vt Domino seruiatur, insistemus. Ergo valde est necessaria discretio, vt homo moderatè talibus verbis vtatur, quia posset esse graue conuitium, quod per verbum incautè prolatum auferret honorem eius, cõtra quem profertur, & tunc posset homo peccare mortaliter, etiamsi non intenderet dehonorationem alterius, sicut si quis incautè aliquem in ludo percutiens grauiter lædat, vel vulneret, non excusatur à peccato mortali; sic, & hic. Item quæritur, vtrum homo contumelias sibi illatas debeat sustinere? Respondeo secundùm sanctum *Thomam, vbi supra.* Sicut in aliis iniuriis, sic etiam in verbis cõtumeliosis tenemur habere animũ præparatum ad tolerantiam, si expediens fuerit. CHRISTVS enim nõ præbuit percutienti se ad vnam maxillam, aliam, sed hoc fieri docuit, quod *Si quis te percutiet, &c.* quia hoc non est faciendum, nisi quando ex hoc speratur sequi emendatio illius percutientis, vel aliorum hoc videntium. Quandoque tamen oportet, quod contumeliam repellamus, & hoc propter duo. Primò, propter bonum eius, qui contumeliam infert, vt videlicet eius audacia reprimatur, vt de cætero non attentet talia. Secundò, propter bonum multorum, quorum profectus per contumelias nobis illatas impeditur. Sciendum, quòd si ille reus erit gehennæ ignis, qui dicit pximo suo, fatue, cum confundendo, cuius erit ille reus, qui dicit proximo suo fur, latro, nequam, adulter, & hoc cum magno clamore, vt ab aliis audiatur, & coram eis sic confundatur. Et iustitia DEI requirit hoc, quod eadem mensura remetiatur eis, scilicet quòd DEVS obiiciet eis peccata eorum, confundendo eos coram sanctis, & Angelis DEI, sicut ipsi confuderunt proximos suos, obiiciendo eis peccata & defectus ipsorum, animo confundendi; similiter & maledici, qui maledicunt proximis, videlicet vxoribus propriis, filiis, & aliis hominibus incurrunt maledictionem æternã, de qua dicitur: *Ite maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. Sciendum, quòd quicunque ex ira, vel vindicta maledicit proximis, ipso facto peccat mortaliter toties quoties, & frequenter talis maledictio, quam quis facit, seu dicit proximo, super caput ipsius maledicentis reuertitur. vnde dixit Isaac ad Iacob filium suum: *Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus.* Genes. 27. Sic DEVS iam loquit. de quolibet homine bono, cui iniustè maledicitur, quia quicquid maledicendo proximis optaueris, huius tu reus eris secundùm Dei iustitiam, & DEVS iusto homini conuertit maledictionem in benedictionem. vnde Psal. *Maledicent illi, & tu benedices.* vnde Aug. *Qui iustus est & maledicitur, præmium ei pro maledictione redditur.*

vnde etiam Matthæi. 5. *Bea-ti e stis cum maledixerint vobis homines*. Item maledicere adeo est illicitum, quod etiam est illicitum & diabolo maledicere. vnde Ecclesi. 21. *Cum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam*. Cum enim diabolus sit creatura Dei, & secundum suum esse bonus, licet in voluntate sit malus, peccatum est ei malum optare. Vnde legitur cum Michael Archangelus cum diabolo disputans, altercaretur de corpore Moysi, non est ausus ei conuitium inferre blasphemiæ; sed dixit imperet tibi Dominus, quod si Michael Archangelus diabolo aduersanti blasphemiam dicere noluit, sed modesto sermone coercuit, quanto magis hominibus blasphemia est cauenda? Item aliqui maledicunt creaturis irrationalibus, cum ab eis offenduntur, & in hoc ostenditur magna stultitia ipsorum, qui brutis animalibus maledicunt, cum tamen non intelligant. vnde *S. Thom 2. 2. q. 76.* dicit quod maledicere irrationalibus rebus, in quantum sunt creaturæ Dei, est peccatum blasphemię, sed maledicere eis secundum se consideratis, hoc est vanum, & otiosum, & per consequens illicitum. Ex quo patet quod reprehensibiles sunt isti, qui maledicunt suis proximis, cum non liceat maledicere aliis creaturis, & principaliter illi, qui maledicunt suis vxoribus, vel suis propriis filiis, aut famulis, vel famulabus suis. Vnde legimus in Cæsareo, quod quidam vir iracundus dixit vxori suæ, vade in nomine diaboli, & diabolus statim in eã intrauit, & eam grauiter vexauit de quo vir multum cõtristatus fuit, & amplius se nunquam vxori, vel alicui hominum, nec alicui creaturæ promisit maledicere. Item sciendum, si iste, *qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio*, cuius tunc iste reus erit, qui non solum fratri suo irascitur, sed etiam suum proximum ad iram prouocat? Et talis, qui scienter proximum prouocat ad iram, omnium peccatorum, quæ iste in tali ira committit, siue in verbis, siue in factis reus erit, quia iracundia est ianua omnium vitiorum. Ideo merito quilibet sibi cauere debet ne alium etiam prouocet ad iram. Contra hoc faciunt isti, qui senes prouocant, aut alios homines pasionatos, qui cito prouocantur ad iram, & in hoc volunt recreari, quod tamen vergit in periculum animarum suarum, & grauiter in futuro pro talibus solatiis punientur, quia omnes maledictiones, & blasphemiæ, & comminationes, quas iste sic prouocatus profert, illi lugebunt. Quia est regula iuris: *quod qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur*. vnde solicite vxor alicuius cauere debet, ne maritum ad iram prouocet, alias omnium peccatorum, quæ ipse in tali ira committit, ipsa particeps erit. Sic etiam simili-

dæ, in quibus non vt nobis, sed vt Domino seruiatur, insistemus. Ergo valde est necessaria discretio, vt homo moderatè talibus verbis vtatur, quia posset esse graue conuitium, quod per verbum incautè prolatum auferret honorem eius, cōtra quem profertur, & tunc posset homo peccare mortaliter, etiamsi non intenderet dehonorationem alterius, sicut si quis incautè aliquem in ludo percutiens grauiter lædat, vel vulneret, non excusatur à peccato mortali; sic, & hic. Item quæritur, vtrum homo contumelias sibi illatas debeat sustinere? Respondeo secundùm sanctum *Thomam, vbi supra.* Sicut in aliis iniuriis, sic etiam in verbis cōtumeliosis tenemur habere animū præparatum ad tolerantiam, si expediens fuerit. Christvs enim nō præbuit percutienti se ad vnam maxillam, aliam, sed hoc fieri docuit, quod *Si quis te percutiet, &c.* quia hoc non est faciendum, nisi quando ex hoc speratur sequi emendatio illius percutientis, vel aliorum hoc videntium. Quandoque tamen oportet, quod contumeliam repellamus, & hoc propter duo. Primò, propter bonum eius, qui contumeliam infert, vt videlicet eius audacia reprimatur, vt de cætero non attentet talia. Secundò, propter bonum multorum, quorum profectus per contumelias nobis illatas impeditur. Sciendum, quòd si ille reus erit gehennæ ignis, qui dicit ꝓximo suo, fatue, eum confundendo, cuius erit ille reus, qui dicit proximo suo fur, latro, nequam, adulter, & hoc cum magno clamore, vt ab aliis audiatur, & coram eis sic confundatur. Et iustitia Dei requirit hoc, quod eadem mensura remetiatur eis, scilicet quòd Devs obiiciet eis peccata eorum, confundendo eos coram sanctis, & Angelis Dei, sicut ipsi confuderunt proximos suos, obiiciendo eis peccata & defectus ipsorum, animo confundendi; similiter & maledici, qui maledicunt proximis, videlicet vxoribus propriis, filiis, & aliis hominibus incurrunt maledictionem æternā, de qua dicitur: *Ite maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. Sciendum, quòd quicunque ex ira, vel vindicta maledicit proximis, ipso facto peccat mortaliter toties quoties, & frequenter talis maledictio, quam quis facit, seu dicit proximo, super caput ipsius maledicentis reuertitur. vnde dixit Isaac ad Iacob filium suum: *Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus.* Genes. 27. Sic Devs iam loquit̃ de quolibet homine bono, cui iniustè maledicitur, quia quicquid maledicendo proximis optaueris, huius tu reus eris secundùm Dei iustitiam, & Devs iusto homini conuertit maledictionem in benedictionem. vnde Psal. *Maledicent illi, & tu benedices.* vnde Aug. *Qui iustus est & maledicitur, præmium ei pro maledictione redditur.*

vnde etiam Matthæi. 5. *Bea-ti estis cum maledixerint vobis homines*. Item maledicere adeo est illicitum, quod etiam est illicitum & diabolo maledicere. vnde Ecclesi. 21. *Cum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam*. Cum enim diabolus sit creatura Dei, & secundum suum esse bonus, licet in voluntate sit malus, peccatum est ei malum optare. Vnde legitur cum Michael Archangelus cum diabolo disputans, altercaretur de corpore Moysi, non est ausus ei conuitium inferre blasphemiæ, sed dixit imperet tibi Dominus, quod si Michael Archangelus diabolo aduersanti blasphemiam dicere noluit, sed modesto sermone coercuit, quanto magis hominibus blasphemia est cauenda? Item aliqui maledicunt creaturis irrationalibus, cum ab eis offenduntur, & in hoc ostenditur magna stultitia ipsorum, qui brutis animalibus maledicunt, cum tamen non intelligant. vnde *S. Thom 2. 2. q. 76.* dicit quod maledicere irrationalibus rebus, in quantum sunt creaturæ Dei, est peccatum blasphemię, sed maledicere eis secundum se consideratis, hoc est vanum, & otiosum, & per consequens illicitum. Ex quo patet quod reprehensibiles sunt isti, qui maledicunt suis proximis, cum non liceat maledicere aliis creaturis, & principaliter illi, qui maledicunt suis vxoribus, vel suis propriis filiis, aut famulis, vel famulabus suis. Vnde legimus in Cæsareo, quod quidam vir iracundus dixit vxori suæ, vade in nomine diaboli, & diabolus statim in eā intrauit, & eam grauiter vexauit de quo vir multum cōtristatus fuit, & amplius se nunquam vxori, vel alicui hominum, nec alicui creaturæ promisit maledicere. Item sciendum, si iste, *qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio*, cuius tunc iste reus erit, qui non solum fratri suo irascitur, sed etiam suum proximum ad iram prouocat? Et talis, qui scienter proximum prouocat ad iram, omnium peccatorum, quæ iste in tali ira committit, siue in verbis, siue in factis reus erit, quia iracundia est ianua omnium vitiorum. Ideo merito quilibet sibi cauere debet ne alium etiam prouocet ad iram. Contra hoc faciunt isti, qui senes prouocant, aut alios homines passionatos, qui cito prouocantur ad iram, & in hoc volunt recreari, quod tamen vergit in periculum animarum suarum, & grauiter in futuro pro talibus solatiis punientur, quia omnes maledictiones, & blasphemiæ, & comminationes, quas iste sic prouocatus profert, illi lugebunt. Quia est regula iuris: *quod qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur*. vnde solicite vxor alicuius cauere debet, ne maritum ad iram prouocet, alias omnium peccatorum, quæ ipse in tali ira committit, ipsa particeps erit. Sic etiam simili-

ter intelligimus de viro, qui non debet prouocare vxorem, nec pueros, nec familiam ad iracundiam. vnde Apostolus: ad Phi. 6. *Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros.* Octauo, cum homo ex ira procedit ad factum contra proximum, sicut percutere, vulnerare, occidere, vel manus imponere contra Deum, & iustitiam, & hoc est valde magnum peccatum, quia occidere proximum, & effundere sanguinem innocentem est vnum peccatum de quatuor peccatis clamantibus in cœlum ad vindictam. vnde dicitur. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui manu tua.* Si terra est maledicta, quę sanguinem innocentem suscepit, quid tunc de illo erit, qui sanguinem innocentem effudit contra Deum, & iustitiam? Ergo quicunque ex vindicta & iracundia lædit vel percutit proximum vel vulnerat, peccat mortaliter totiens quotiens. Circa quod quæritur, vtrum vir percutiens vxorem propriam, peccet mortaliter? Respondetur quod si causa correctionis, & moderate hoc fecerit, non peccat mortaliter, quia superior habet corrigere inferiorem, quia vir est caput mulieris, & non è conuerso. vnde Genes. tertio, dixit Deus ad Euam. *Sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui.*

Gen. 4.

Si autem ex vindicta, & ira, & sine causa eam lædit, & percutit, grauiter peccat. Hoc autem aduertendũ est de illis, qui cum offensi sunt ab aliis, siue in taberna, siue alias, & nõ possunt vindicare se de eis, qui eos prouocauerunt, tunc vindictam talem inferunt vxoribus sine causa, & in hoc Deum grauiter offendunt. Insuper sciendum, quod mulieres debent esse patientes, & mites. In signum huius habent voces leues & ligant collum peplis mollibus, in signum, quod debent dulciter respondere suis iracundis viris, & temperare malitias, & iracundias malitiosorum virorum suorum, suis mollibus responsis. Quia secundum Salomonem: *Responsio mollis frangit iram.* & mulier signanter cauere debet ne sit iracunda, quia *non est ira super iram mulieris,* Quod est propter fragilitatem sexus. Et est bene pauper vir, qui habet iracundam, & rixosam mulierem. Vnde exemplum de iracunda muliere. Legitur quod quædam mulier erat valde iracunda, quod vix aliquis cum ea concordare potuit, & tamen reputabat se esse sanctam, & deuotam, quia corpus suum ieiuniis macerabat, & in orationibus multum vigilabat, & in aliis bonis operibus frequenter se exercebat. Sed hoc vitium principaliter in se habuit, vt quicunque eam semel offendit, illum amplius nunquam dilexit, & nemo illam iracundiam

& vin-

& vindictam ab ea remouere potuit. Tandem grauiter infirmata petiit confessorem. & confessa est alia peccata sed vitium illud non confitebatur, & cũ sacerdos pixidẽ aperiret, & corpus domini sibi porrigere vellet. tunc ipsa os suum clausit, & ad parietem se vertit, dicens coram sacerdote, & omni populo ibidem existente: Sicut vertebam me sæpius ab his, qui me offenderunt, & nũquam eis ex corde indulsi, nec eos amãdo dilexi, & continue in iracundia steti, & alios iracundia mea perturbaui, & & ad iracundiam prouocaui: sic Deus auertit se à me, & me nunquã misericorditer respiciet, nec ego eum læte propter meam iracundiam in regno cœlorum videbo, sed cum omnibus iracundis dœmonibus infernum intrabo, vbi æternaliter cum omnibus damnatis ardebo, & sic misera, & iracunda mulier expirauit.

In Eadem Dominica Sermo. XCVI.

Quomodo reconciliari debemus.

S*I offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te &c.* Matt. 5. In omnibus operibus nostris tria attendere debemus, scilicet honorem Dei, ædificationem proximi, & & meritum nostrorum. Deus enim tantæ bonitatis est, quod plus respicit ad nostrã vtilitatem, & proximi ædificationem, quam ad suum honorem. Offerre enim munus ad altare pertinet ad honorem Dei, sed qui istud offert cum odio proximi, non habet meritum, & scandalizat proximũ. vult igitur Deus, vt homo intermittat honorem suũ, & fiat proximo reconciliatus prius, & sic meritoriam offerat oblationem. vnde *Chr.* vide misericordiã Dei, qui plꝰ respicit hominum vtilitatem, quam suum honorem plus enim respicit & diligit concordiam fratrũ, quam munera sua. Dicit ¶O ergo, *Si offers munus &c.* vnde *Gre*; Munus non accipitur, nisi ante discordia ab animo pellatur, vnde etiam *Aug.* super illa verba dicit: si absens est valde, vt pedibus corporis non possis ire ad eum, tunc animo prosternas te in conspectu Dei, cui oblaturus es: si prope, vel præsens est, reuocãdus est ad amorem, ab eo veniam petendo, si eum læsisti, vel si te læserit, dimittendo cordis rancorem. Sed si diceres, quis est modus reconciliandi proximum? Respondeo, quod talis est modus secundum *Chrysostomum super Matth.* Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare, si verbis, verbis, si factis, factis, nisi enim quẽ factis læsisti; factis placaueris, sine causa oras Deum, sine causa eleemosynas facis de rebus, quibus alios spoliasti. Quid enim prodest, si vnus pro te ad Deum orat & alius aduersus te Deum interpellat? Iuxta il-

ter intelligimus de viro, qui non debet prouocare vxorem, nec pueros, nec familiam ad iracundiam. vnde Apostolus: ad Phi. 6. *Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros.* Octauo, cum homo ex ira procedit ad factum contra proximum, sicut percutere, vulnerare, occidere, vel manus imponere contra Deum, & iustitiam, & hoc est valde magnum peccatum, quia occidere proximum, & effundere sanguinem innocentem est vnum peccatum de quatuor peccatis clamantibus in cœlum ad vindictam. vnde dicitur. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui manu tua.* Si terra est maledicta, quę sanguinem innocentem suscepit, quid tunc de illo erit, qui sanguinem innocentem effudit contra Deum, & iustitiam? Ergo quicunque ex vindicta & iracundia lædit vel percutit proximum vel vulnerat, peccat mortaliter totiens quotiens. Circa quod quæritur, vtrum vir percutiens vxorem propriam, peccet mortaliter? Respondetur quod si causa correctionis, & moderate hoc fecerit, non peccat mortaliter, quia superior habet corrigere inferiorem, quia vir est caput mulieris, & non è conuerso. vnde Genes. tertio, dixit Deus ad Euam. *Sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui.*

Gen. 4.

Si autem ex vindicta, & ira, & sine causa eam lædit, & percutit, grauiter peccat. Hoc autem aduertendũ est de illis, qui cum offensi sunt ab aliis, siue in taberna, siue alias, & nõ possunt vindicare se de eis, qui eos prouocauerunt, tunc vindictam talem inferunt vxoribus sine causa, & in hoc Deum grauiter offendunt. Insuper sciendum, quod mulieres debent esse patientes, & mites. In signum huius habent voces leues & ligant collum peplis mollibus, in signum, quod debent dulciter respondere suis iracundis viris, & temperare malitias, & iracundias malitiosorum virorum suorum, suis mollibus responsis. Quia secundum Salomonem: *Responsio mollis frangit iram.* & mulier signanter cauere debet ne sit iracunda, quia *non est ira super iram mulieris,* Quod est propter fragilitatem sexus. Et est bene pauper vir, qui habet iracundam, & rixosam mulierem. Vnde exemplum de iracunda muliere. Legitur quod quædam mulier erat valde iracunda, quod vix aliquis cum ea concordare potuit, & tamen reputabat se esse sanctam, & deuotam, quia corpus suum ieiuniis macerabat, & in orationibus multum vigilabat, & in aliis bonis operibus frequenter se exercebat. Sed hoc vitium principaliter in se habuit, vt quicunque eam semel offendit, illum amplius nunquam dilexit, & nemo illam iracundiam

& vin-

& vindictam ab ea remouere potuit. Tandem grauiter infirmata petiit confessorem. & confessa est alia peccata sed vitium illud non confitebatur, & cũ sacerdos pixidẽ aperiret, & corpus domini sibi porrigere vellet, tunc ipsa os suum clausit, & ad parietem se vertit, dicens coram sacerdote, & omni populo ibidem existente: Sicut vertebam me sæpius ab his, qui me offenderunt, & nũquam eis ex corde indulsi, nec eos amãdo dilexi, & continue in iracundia steti, & alios iracundia mea perturbaui, & & ad iracundiam prouocaui: sic Deus auertit se à me, & me nunquã misericorditer respiciet, nec ego eum læte propter meam iracundiam in regno cœlorum videbo, sed cum omnibus iracundis dœmonibus infernum intrabo, vbi æternaliter cum omnibus damnatis ardebo, & sic misera, & iracunda mulier expirauit.

IN EADEM DOMINICA Sermo. XCVI.

Quomodo reconciliari debemus.

SI offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te &c. Matt. 5. In omnibus operibus nostris tria attendere debemus, scilicet honorem Dei, ædificationem proximi, & & meritum nostrorum. Deus enim tantæ bonitatis est, quod plus respicit ad nostrã vtilitatem, & proximi ædificationem, quam ad suum honorem. Offerre enim munus ad altare pertinet ad honorem Dei, sed qui illud offert cum odio proximi, non habet meritum, & scandalizat proximũ. vult igitur Deus, vt homo intermittat honorem suũ, & fiat proximo reconciliatus prius, & sic meritoriam offerat oblationem. vnde *Chr.* vide misericordiã Dei, qui plus respicit hominum vtilitatem, quam suum honorem plus enim respicit & diligit concordiam fratrũ, quam munera sua. Dicit ¶O ergo, *Si offers munus &c.* vnde *Gre*; Munus non accipitur, nisi ante discordia ab animo pellatur, vnde etiam *Aug.* super illa verba dicit: si absens est valde, vt pedibus corporis non possis ire ad eum, tunc animo prosternas te in conspectu Dei, cui oblaturus es: si prope, vel præsens est, reuocãdus est ad amorem, ab eo veniam petendo, si eum læsisti, vel si te læserit, dimittendo cordis rancorem. Sed si diceres, quis est modus reconciliandi proximum? Respondeo, quod talis est modus secundum *Chrysostomum super Matth.* Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare, si verbis, verbis, si factis, factis, nisi enim quẽ factis læsisti, factis placaueris, sine causa oras Deum, sine causa eleemosynas facis de rebus, quibus alios spoliasti. Quid enim prodest, si vnus pro te ad Deum orat & alius aduersus te Deum interpellat? Iuxta il-

ita illud Ecclef. 34. *Dona iniquorum non probat altissimus.* Circa quod sciendum, quod modus reconciliandi debet esse talis, q. si offendisti proximum corde eum odiendo, aut sibi inimicando, vt ei ex puro corde indulgeas, nec aliquam vindictam, siue verbo, siue opere ei inferas. Sed qualiter tenemur indulgere proximis? De hoc quære infra sermo. cxxx. Y. Secundo, si offendisti proximum tuum verbis, quæ offensio verborum contingit multipliciter. Primo, offenditur proximus verbis, & hoc per falsum testimonium. Pro quo sciendum, quod falsus testis in falso testimonio multa mala committit. Primo, animam propriam occidit cum mendacio suo, & falso testimonio. *Os, quod mentitur, occidit animam.* Sap. 1. Secundo, Christum negat, quia corruptio veritatis est abnegatio Dei. Vnde qui veritatem negat, Christum negat, imo est valde detestabile & horrendum, nomen Dei assumere in testimonium falsitatis. Tertio, proximũ lædit, & damnificat, aut in reb⁹, aut in fama, aut in persona cũ suo falso testimonio, & quilibet talis bon⁹ homo sic læsus potest dicere cum Christo illud Psal. *Insurrexerunt in me testes iniqui &c.* Sciendum, quod quilibet falsus testis secundum *sanctum Thomam* peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem omnium damnorum, quæ per suum falsum testimonium proximo euenerunt, quæ sine suo falso testimonio non euenissent. Secundi, qui proximos verbis offenderunt, sunt derisores, qui offendunt proximum deridendo, & subsanando, & quilibet talis irridebitur à Deo. vnde Ps. *Qui habitat in cœlis, irridebit &c.* ¶ Q Circa quod quæritur, vtrum derisio sit peccatum mortale? Respondeo secundum *S. Th:* dicendo, quod quando aliquis malum alicuius personæ, vel defectum in risum, vel ludum ponit; derisio dicitur, & si quidem hoc fiat in quantum malum est paruum secundum se, sic est derisio peccatum veniale. Sed quando accipitur quasi paruũ ratione personæ, sic aliquem irridere, est eum omnino paruipendere, & tam vilem æstimare, vt de eius malo non sit curandum sed sit quasi pro ludo habendum, & sic derisio est peccatum mortale, & tanto grauius, quanto maior reuerentia debetur personæ, quæ irridetur. vnde grauissimum genus irrisionis est irridere Deum, & ea, quæ Dei sunt, sicut Beatam virginem & sanctos. Secundo, grauior est derisio parentum, qui maiori reuerentia sunt habendi. Tertio, derisio iustorum, per quam etiam homines à bene agendo impediuntur, & sic de aliis. Tertii qui verbis proximum offendunt sunt illi, ¶ R qui discordias inter homines seminant, quod peccatum dominus inter omnia alia maxime detestatur, sicut per oppositum in cordis

D. Thom. 2.2.q.75.

chari-

charitate, & vnitate cordium maxime delectatur, hoc patet, quia ideo venit de cœlo, vt pacem faceret inter Deum patrem, & humanam naturam. Et quando exiuit de mundo, pacem suis discipulis reliquit. *Ioan 14.* *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Et post resurrectioné apparens discipulis suis, Iterum dixit: *Pax vobis*, & ostendit eis manus, & pedes quasi dicat: Attendite, quam chare pacem emi: Ergo eam diligenter seruate, vt filii Dei esse possitis. *Matt. 5.* *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* vnde *Gregorius in pastor.* Si vocantur filii Dei, qui pacem faciunt, proculdubio Sathanæ sunt filii, qui confundunt: ergo quicunque ex proposito & inuidia discordiam seminauerit, inter maritum & vxorem, siue inter alios homines cuiuscunque conditionis, totiens peccat mortaliter, & diabolo familiarius seruit. *Gregorius.* Quisquis enim seminando iurgia, dilectionem proximorum perimit, hosti Dei familiarius seruit. Item sicut pax est via, & dux ad vitam æternam, ita discordia ad infernum. Vnde *Ambrosius*: Pax est dux ad *Amb super Lucã.* vitam æternam, & sicut Christus moratur cum pacificis Psalm. *In pace factus est locus eius*; sic diabolus cum litigiosis: & sicut pacifici in futuro possidebunt regnum æternum; vbi pax est æterna, sic litigiosi possidebunt infernum, vbi est æterna discordia inter dæmones, damnatos. Vnde *Augustinus* dicit: Non poterit ad æternam *Aug 19 de Ciuit. Dei* domini hæreditatem peruenire, quisquis testamentum eius noluerit obseruare. Item sciendum, quod seminatores discordiæ Christum plus perturbant, quam ille, qui latus eius lancea aperuit, vel quam, qui ipsum cruci clauis affixit. Cuius est ratio secundum. *Henricum de Vrinaria*, quia tales eius sanguiné euacuant, per quem omnia pacificauit, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Item legimus tale exemplum, quod quidam vir cum vxore sua triginta annos vixit sic in pace, quod diabolus nunquam poterat eos in his annis semel facere discordare. Postea diabolus accessit ad quãdam vetulam, & promisit ei duos nouos calceos, vt faceret discordiam inter virum istum, & vxorem eius, quod ipsa promisit se facturam, & accessit ad virum dicens, quod vxor sua vnum alium plus diligeret, & eum occidere proponeret, nisi illud valde caute præuideret, & illud vir penitus credere noluit. Tunc postea accessit ad vxorem viri dicens ei, quod maritus eius vnam aliam plus diligeret, & cum de sero simul cœnarent in mensa, vir vxorem torua facie inspexit, vxor è conuerso ostendit indignationem erga virum: tunc vterq; cœpit adhibere fidem verbis vetulæ: tunc vetula altera die accessit ad vxorem dans ei consilium tale, scilicet, vt magnum cultellum

lum viri sui, & aquam benedictam acciperet in ecclesia, & de nocte sub ceruicali viri poneret, & eum desuper dormire faceret, & tunc eum reamaret; etiam eadem accessit ad virum dicens ei, quod de nocte vigilaret, alias vxor eum occideret, & in signum huius cultellum visum sub cussino capitis sui illa nocte inueniret: quem ipse sub capite suo reperiens arripuit, & vxorem propriam cum eo transfigit. Tunc diabolus calceos, quos vetulæ promiserat in hasta suspendit, & ei trans aquam porrexit, vbi ista stetit, & lauit pannos, dicens: Vereor tibi appropinquare, ne me similiter decipias sicut maritum, & vxorem eius decepisti. vnde quidem ista fœmina dæmonibus tribus assibus est peior. Quarti qui verbis proximum offendunt, sunt illi, qui fraudulenter proximis loquuntur, qui habent mel in ore, & fel in corde: sic proximos decipiunt, & tradunt. vnde versus: *Qui mel in ore geris, me retro pungere quæris. Eius amicitiam nolo mihi socium.* Item *quando bonum faris, & in corde malum meditaris. Oscula, quæ Iudas Domino, dedit, hæc mihi tu das.* Sciendum, quod quando quis fraudulenter bonum loquitur de alio, & vult quod audiens eum loquatur oppositum, & malum de eodē, talis peccat dupliciter. Primo, in semetipsum, quia fraudulenter loquitur. Secundo, in proximum, cui nititur dare occasionem loquendi. Quinti, qui verbis proximum lædunt, sunt qui proximos cum conuitiis, & improperiis perturbant, & isti secundum *Henric. de Vrinar.* spiritualiter in faciem Christi conspuunt, & sputis verborum suorum amabilem eius faciem inficiunt. vnde auctoritas. Faciem Christi videtur alapis contundere, qui proximum in præsentia nititur confundere, quando contumelia sit peccatum mortale, hoc quære sermon. 25. R. Sexti sunt, qui verbis procacibus, & lasciuis proximū scandalizant, & mentis integritatem corrumpunt. Vnde *Corrumpunt bonos mores colloquia praua.* Idem ad Ephes. 5. *Fornicatio autem, & omnis immundicia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos.* Contra hoc plures faciunt, qui verba scurrilia, & luxuriosa proferunt, per quæ proximos ad malas concupiscentias prouocant, & in hoc Deum grauiter offendūt, & cum tales corriguntur dicunt quod non denotant corde sicut proferūt ore. quod tamen falsum est, vnde Christus dicit in euangelio quod *ex abundantia cordis os loquitur,* ergo qui talia verba proferunt, siue sint viri siue mulieres, in his ostendunt se habere impudicitiam cordis. *Chrysostomus:* quale cor vnusquisque habet, talia verba loquitur, & talia opera facit, & hoc etiā patet in bonis hominibus, qui nunquam vel raro talia verba proferūt, sed Iesum Christum sæpius nominant,

¶T

1. Cor. 15. *Ephe. 5.* *Chrys. sup. Matth.*

irant, eo quod versatur in cordibus eorum. Hoc patet in Beato Ignatio martyre, qui in tormentis positus, sæpius Iesum Christum nominauit, & requisitus quare hoc nomen totiens nominaret, respondit: Hoc nomen habeo scriptum in corde meo, & ideo reticere non possum; & tortores post mortem extraxerunt cor eius de corpore, & illud in partes sciderunt, & in qualibet parte fuit scriptum hoc nomen *Iesus* litteris aureis. Ergo qu libet Christianus se cauere debet à verbis malis, & scurrilibus, & luxuriosis. vnde Apostolus: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Isidorus*: Mali sermones in ore Christiani esse non debent; & merito, quia secundum dictum Christi in euangelio: *De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines &c.* Multo forti⁹ de verbis scurrilibus & noc uis. Septimi sunt, qui proximum verbis rixosis ad iracũdiam prouocant, & omnium peccatorum, quæ ille in tali ira committit, siue in verbis, siue in factis, rei erunt ipsi prouocantes; qui eum scienter prouocauerunt ad iracundiam talem, hoc quære ante serm. xcv. M. Octaui sunt, qui proximos lædunt in fama per detractiones, & infamationes; tales grauiter peccant, & tenẽtur ad reuocationem, & restitutionẽ. Grauius.n. peccant, qui famã proximi denigrant, quã si eis quascunque res temporales subtraherent, quia fama bona melior est quam quælibet res tẽporalis esse poterit. vnde Prou. 22. *Melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ.* Ex quo patet, quod detractores bonæ famæ deteriores sunt, quam fures raptores temporalium rerum. vnde *Ambrosius:* Tolerabiliores sunt fures, qui nobis bona temporalia diripiunt, quam detractores, qui nobis nostram bonam famã dilacerant, & de detractione quære ante sermo. xcii. B. Tertio, si offendisti proximum rebus, tunc reconciliari ei teneris restituendo ei ea, quæ iniuste possides. De hoc quære ante sermo. lxxxii. D. Item si læsisti proximum in corpore, eũ vulnerando, vel verberando: de qua percussione infirmitatem, vel debilitatẽ incurrit, teneris ei satisfacere co. à Deo secundum discretionem, & iudicium sapientum. Item si virginem deflorasti, teneris ei satisfacere coram Deo secundũ posse tuũ, qa priuasti eam preciosissimo thesauro, sc. virginitate. vnde *Non est condigna ponderatio continentis animæ*, quod tales grauiter peccẽt, qui virgines corrumpunt: & à Deo grauiter punientur, patet per tale exemplum. Miles quidam quandam virginem defloraùit, Eo mortuo, cum illa pro eo oraret, & fleret, mortuus miles visibiliter apparens voce raucissima eã alloquebatur, quæ cum quæreret causam raucitatis eius, ait, quia in vocis dulcedine gloriabar cantilenas luxuriosas, & seculares decãtãdo.

Eph 4.

Isid. de sum. bon.

Prou 22.

Eccles 26.

Cuius cum crura nigerrima, & scabiosa, & vlceribus plena appareret, & inquireret causam, respondit. Quia multum gloriabar in cruribus meis de pulchritudine, more militari illa extendens, & ornans superbe. Nunc inter spinas gradior, crucior, vulneror que in illis. Ita iterum dixit: Domine quis reliquus status vestri corporis? & ille. Aperi oculos tuos, & vide, & proiecit pallium à pectore, quo amictus videbatur, & vidit maximum bufonem & teterrimum, pectori eius inhærentem, ita vt brachiis eius collum suum stringere, & os suum ori illius iungere. Cuius etiam per ventrem dependens pedibus eius, genitalia sua quasi quibusdam loris stringere, & ligare videbatur. Requisitus quare hoc pateretur. Respondit, pro osculis lubricis, quibus te, & alias mulieres osculatus sum, hæc patior oscula, & pro amplexibus, amplexus bufonis, & pro opere libidinis, in genitalib. crucior sine cessatione. Cum mulier quæreret, vtrum ne ab aliis pœnis esset liberandus? Respondit Non ores pro me, quia nihil mihi prodest, quia æternaliter damnatus sum, & hoc ideo, quia medicinam pœnitentiæ neglexi Hoc dicto, disparuit Mulier postea inclusorium elegit, & ibi peccata sua defleuit.

DOMINICA VII. POST FESTUM TRINITATIS.

Sermo. XCVII.

De misericordia Dei.

Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me. Mar. 8. Misericordia Domini diffusa est per vniuersum mundum. Vnde psal. *Misericordia Domini plena est terra.* Hoc sic patet, quia Christus modo est misericors super turbam omnium fidelium. Ideo dicit. *Misereor super turbam.* Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quare Deus tam pronus est ad misericordiam. Secundo, quibus generibus hominum Deus miseretur. Tertio, exemplum. Circa primum est sciendũ, ¶ A quod Deus est pronus ad misericordiam; & hoc faciunt tria, sc. proprietas naturalis, potentia vniuersalis, & experientia singularis. Primum est, proprietas naturalis. Sicut enim naturalis proprietas ignis est calefacere, & proprietas solis est lucere; sic proprietas Dei est misereri semper & parcere, quia ergo misereri Deo est proprium; ideo punire Deo est alienum, & est tardus, & inuoluntarius ad puniendum. Quod punire sit alienum Deo patet per illud Esai. 28. *Alienũ est opus eius ab eo,* vbi loquitur de opere punitionis. Apis habet mellificare, & hoc est suum officium proprium; habet etiam pungere

gere, cùm scilicet molestatur, & hoc est suum alienum; sic & DEVS quando dat mel suæ misericordiæ, facit officium sibi proprium, quando verò adhibet stimulum suæ iustitiæ, facit officium sibi alienum, & inuoluntarium, quia inuitè punit: *Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* vbi dicit gloss. More pii patris eos licet inimicos plangit & percutit. Est etiam tardus ad puniendum, quia sicut dicit *Chrysost.* Illud, quod homo secundùm naturam facit, citò facit; sic Deus facit citò opus misericordiæ, quia hoc habet secúdùm naturam suam, tardè autem opus iustitiæ, quia est cõtra naturã B ¶ suam: *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis?* Si ergo opus iustitiæ est Deo alienum, & inuoluntarium, & tardum; quærit *Chrys.* quare ergo punit? & respondet, quia compellitur. vnde ait: Deus inuitus, & cum magno dolore compellitur peccatores damnare. Nõ enim sic dolet, quòd ipse ab illis offenditur, sed quia violẽter cogitur perdere, quos omnes cupit saluare. Deinde quærit dicens: Cũ in potestate sua Deus habeat perdere & saluare, quis eũ inuitum compellit? Respondet: Tu qui non desideras misericordiam Dei. Nam sicut qui desideranti misericordiam denegat, crudelis est; sic qui nõ desideranti misericordiã præstat, iniustus est. Deinde quærit tertiò, dicens: Quis est homo, qui non desiderat misericordiam Dei? Respõdet: Tu qui permanes in peccatis. Desiderare enim Dei misericordiam, est conuerti ad Deum; ille enim desiderat Dei misericordiam, qui timet iram eius, qui autem non timet, misericordiam nõ desiderat, sed contemnit. Secundum, quod facit eum promptum ad misericordiam, est potentia vniuersalis, quantò enim quis est magnanimior, tantò ad indulgẽtiam est pronior, & hoc videmus in animalibus & hominibus. Nam ea, quæ sunt nobiliora ad indulgẽdum magis sunt prona, & non econuerso. vnde leo à catulo prouocatus, se non vindicat propter sui magnanimitatem, & catuli vilitatem. Sed si catulus mordet catulũ, tunc statim mutuis morsibus se lacerãt, quia animalia vilia sunt. Similiter videmus, quod homines magnanimi sunt, ad indulgentiam faciles. *Ambr.* Procul à magnanimis cupiditas vltionis est: *Reges domus Israel clementes sunt.* Econtra autem mulieres, quia viles sunt, & fragiles, ideo sunt ad iram & vindictam faciles: *Non est ira super iram mulieris.* Deus enim cùm sit omnipotens, & nos viles vermiculi, nostras iniurias paruipendit; & si eas recognoscimus, statim repellit, & hoc propter suam maiestatem, & nostram vilitatem. Psal. *Excelsus Dominus & humilia respicit*: At si dicat, quia ipse est excelsus per potentiam maiestatis, ideò humiles respicit à cœlo pietatis: *Miseris*

Margin notes: *Esa. 1.* — *Rom. 2.* — *Chrys. sup Matth.* — *3. Reg. 20.* — *Eccles. 25.*

reris omniū, quia omnia potes, Sap. 11. Ac si dicit, quia tu habes potestatem vniuersalem: ideò habes misericordiam generalem: & in isto sensu loquitur Ecclesia: *Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserando manifestas, &c.* Tertium, quod facit promptum ad misericordiam, est experientia singularis. Molestiam enim morbi tribus modis medicus scire potest: Aliquando per suam scientiā theoricam, tunc est infirmo multū misericors. Aliquando per practicam & exercitationem longam, & tunc est magis misericors. Aliquando per experientiam, quando in persona propria infirmitates plurimas est expertus, & tunc est maximè misericors. Et ideò bonum est, quod ipsi medici aliquando infirmentur, vt eò melius infirmis compatiantur. Sed si esset aliquis medicus, qui esset bonus theoricus, & bonus practicus, & etiam infirmitates sæpe in seipso expertus esset, iste adhuc est magis misericors. DEVS autem ante incarnationem infirmitates nostras tam corporales quàm spirituales cognouit per æternam sapientiam; & ideò tanquam pater benignissimus multum erat misericors. Psal. *Quomodo miseretur pater filiorum, sic misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum: Recordatus est, quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius sicut flos agri sic efflorebit, &c.* Per incarnationem autem sicut per quandam practicam, & longam exercitationem, quia per triginta tres annos circa infirmitates nostras sanandas tam corporales, quàm spirituales practicauit, & sic factus est magis misericors: *Qui pertransijt benefaciendo & sanando, & omnes oppressos á diabolo curando.* Actor. 10. Et sicut medicus multum contristaretur, quādo circa aliquem infirmum diu se exercitasset, & nihil profuisset; ita CHRISTVS circa nostras infirmitates. vnde Psal. *Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.* Ac si dicat: De tribus rebus doleo, & contristor, scilicet, quando mea exercitatio nihil valet, & quando apud vos inimici, id est, diaboli suggestio plus valet, quàm mea inspiratio, & quando ego peccatorem tribulo, id est, punio. Tandem sciuit per experientiam, quia expertus est tentationes, scilicet famem, dolores, & mortem: & ideò factus est maximè misericors. vnde: *Debuit per oīa fratribus assimilari, vt misericors fieret, &c.* Hebr. 2. Circa secundum sciendum, quòd Christus miseretur tribus generibus hominum, scilicet peccantibus, pœnitentibus, & iustis. Primò peccantibus, & hoc tripliciter. Primò in hoc, quòd non statim peccatorem punit, sed exspectat ad pœnitentiam: *Exspectat nos Deus, vt misereatur* Esa. 30.

reatur nostri. Hoc Angelis non fecit, quos de cœlo propter superbiam deiecit: nec Adæ, quem de Paradyso propter inobedientiam expulit. Si enim DEVS peccatores statim quando peccant, puniret, nec Dauid, nec Maria Magdalena, nec Petrus, nec Paulus iam in cœlo essent, sed animæ eorum iam in inferno arderent. Psal. *Nisi quia Dominus adiuuit me, pauló minus habitasset in inferno anima mea:* Et si consideremus, quàm magna peccata & multa vitia quotidie in mundo committuntur, in hoc diuinam misericordiam cognoscere poterimus? Quia iam in mundo nec est veritas, nec fidelitas, nec vera vita Christiana, sed superbia regnat vbique, similiter luxuria, & auaritia, & sic de aliis. Vbi enim iam sunt veri humiles, veri mites, veri veraces, & obedientes? en plures hodie non peccant ex ignorantia, vt Paulus, qui dicit: *Ignorans feci*: nec ex infirmitate, vt Petrus, qui ex timore mortis CHRISTVM ter negauit; sed heu, ex certa malitia peccant, & tamen Deus sustinet eos, & ergo tales abutuntur dono Dei, quia non statim puniuntur, ideò
Eccles 8. liberius peccant: *Eo, quòd non citò profertur contra malos sententia, absque vllo timore filii hominum perpetrant mala, & tales graue iudicium sustinebunt.* Quia secundùm *Gregorium*: Illos Dominus grauius damnat, quos hic diu longanimiter portat. Tales deberent cogitare, quòd quoties mortaliter peccarent, toties ab hac vita auferri deberent, quia quoties mortaliter peccauerunt, toties hoc meruerunt: non enim amplius fuerunt digni vitæ præsentis, quia auctorem vitæ contempserunt, peccando scienter contra eum, & DEVS misericorditer tam diu vitam eorum prolongauit viginti, vel triginta annos, & hoc propter emendationem, & illud tempus gratiæ, quod CHRISTVS eis concessit, non meruerunt, quia præteritum tempus malè expenderunt. cum *Bernh.* dicit: *Nihil pretiosius tempore.* Secundò, miseretur peccatoribus in hoc, quòd eis temporalia beneficia tribuit. Quia secundùm Aug. *Peccator non est dignus pane, quo vescitur*: & tamen Christus dat talibus multoties temporalia, non solùm ad necessitatem, sed etiam dat eis magnas opes, & diuitias: & hoc vt puto propter tres causas. Primò, vt per hoc eos ad amorem suum alliciat. Secundò, vt nobis exemplum benefaciendi nostris inimicis præbeat, in hoc, quod ipse suis inimicis, id est, peccatoribus tot beneficia tribuit. Tertiò, vt peccatoribus retribuat illa bona, quæ faciunt, quamdiu in peccatis mortalibus scienter stant, & in his temporalibus beneficiis possimus magnā misericordiam DEI intelligere. Quis .n. hostem rebellantem sibi pascit & potat. At Dominus

mi ius tribuit sanitatem corporis, concedit lucem Solis ad videndū, & omnes creaturas concessit ad se uiendum, quæ sunt in te ra, aë e, & mari, & hoc ingratis; imò re ri buentibus mala pro bonis, & odium pro dilectione. vnde *Bernh.* O clementissima circa filios Adam diuinæ re ordatio pietatis, quæ sua beneficia largiri non desinit, non so ùm, vbi nullum inuenit meritum, sed plerunque vbi totum vid t contrarium. Si enim Deus misericors non esset, tunc omnes peccatores, qui abusi sunt DEI beneficii, fame, siti & frigore mori debe ent, quia DEVS dedit eis corporis fortitudinem, vt sibi seruirent, cùm qua seruierunt mundo, & diabolo. Item diuitias ex bonita e concesit eis, & ipsi abusi sunt eisdem in voluptatibus carnis, quia facti sunt gulosi, & cōmuniter luxuriosi, & sic de aliis. Tertiò, misetetur peccatoribus, quia statim vt conuersi fuerint, ad gratiam eos recipit: *Derelinquat impius viam suā & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendū.* (*Isa. 55.*) Qui differs ò peccator, agere pœnitentiam? ad Dominum conuertere, & miserebitur tui: nō est enim adeò stultus homo, qui vtitur ratione, si offendisset dominum suum temporalem, ita quod dominus suus eum occidere vellet, si sciret, dominū suum tam misericordem, quod quàm citò quæreret gratiam, inueniret eam apud ipsum, certus sum, quòd non negligeret, quin rogaret eum, vt parceret ei, propterea vt euaderet mortem temporalem, & non expectaret in crastinum, cùm hodie esset certus, & cras dubius de venia & gratia, & ecce, miser peccator adeò stultus est, q non vult quærere gratiam, vt euadat mortem animæ: cùm tamen ipse scit, Deum ita misericordem, quod statim vt peccator ad ipsum conuertitur, vult ei misereri: *Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quoniam benignus & misericors est, & præstabilis super malitia.* (*Ioan. 2.*) Secundò dico, quòd Dominus misere ur pœnitentibus tripliciter. Primò in hoc, quod omnia peccata relaxat. (D) Psal. *Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras.* De remissione totius iniquitatis *Bernh.* dicit: Sic ex toto indulsit, & tam liberaliter donauit omnem iniuriam, vt iam nec damnet vlciscendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando: *Quacunq; hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatū eius non recordabor amplius.* (*Ezech. 18.*) vnde non ait: Si biennio, vel triennio, ante mortem, sed quacunque hora imò quocunque momento, etiamsi in ipso animæ exitu ingemuerit. Nec ait: *Decem iniquitatum eius, vel centum, vel mille &c.* sed, *Omnium iniquitatum eius non recordabor amplius.* Item: *Nunquid*

Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce, quàm mitis & benignus est ad ignoscendum? non tamen sub hac spe est peccandum, quia maledictus homo, qui peccat in spe, nec etiam in peccatis morandum, quia quamuis venia tibi in fine promittitur, si veraciter pœnitueris, valde tamen difficile, vt vera sit pœnitentia, quæ venit tam sera. Tunc enim cruciatus membra ligat, dolor sensum opprimit, vt vix aliud valet cogitare. vnde *Aug.* Si quis pœnitens in vltima voluntate voluerit accipere pœnitentiam, fateor non esse illi negandum, quod petit. Sed non possumus dare securitatẽ, quod bene hic exeat, si securus hic exierit, nescio, pœnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus; nunquid dico damnabitur? sed nec dico, quod saluabitur. Vis ergo à dubio liberari? vis quidem incertum euadere? Age pœnitentiam dum sanus es: si sic agis, dico tibi, quòd securus es. De pœnitentia sera quære infra serm. 156. A. Secundò, miseretur Deus pœnitentibus in hoc, quod æternam pœnam in temporalem commutat, quæ cõsistit in ieiuniis, genu flexionibus, castigationibus, gemitibus, & in fletibus, quæ pro satisfactione accipit, & est magna misericordia, quòd Deus temporalem pœnam recipit pro æterna pœna, quam sustinuisset, si non pœnituisset. Sicut latroni, cui deberet caput abscindi, & pro capite abscinderetur ei vnus capillus capitis eius. Vnde Apostolus: *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, &c.* Sic etiam intelligitur de pœnis præsentibus, & futuris, quarum nulla potest esse æqualitas, quia pœnæ inferni sunt infinitæ. Aristoteles: *Finiti ad infinitum nulla est proportio.* Ergo sis patiens in tribulationibus, & infirmitatibus, & in pœnitentiis agendis, quæ hic pro peccatis tuis iniunctæ sunt. Vnde *Isidorus*: Attende etiam in mente quascunque seculi pœnas, quoscunque tormentorum dolores, quascunque pœnarum acerbitates, & compara hoc totum gehennæ, & leue erit tibi omne, quod pateris. Tertiò, miseretur pœnitẽtibus in hoc, quod virtutes resuscitat, quas per peccatum extinxerunt: Psalmus: *Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me*: & quandoque plures, quam ante habuerunt, tribuit virtutes. Sicut patet in Maria Magdalena, quæ perfectior facta est post casum, quàm ante fuit. Vnde etiam habetur de filio prodigo, cui pater dixit citò proferre stolam primam, id est, innocentiam, quam peccando perdiderat, & pœnitendo recuperet, *& date illi annulum*, id est, gratiam operandi, quia opera extra charitatem facta nihil valent ad vitam æternam, *& calceamenta in*

Rom 8.

Isid in Synod.

Luc. 15.

pedibus eius: id est, patientiam, in qua anima custoditur, ne lædatur. Luc 21. vnde: *In patientia vestra &c.* Tertiò dico, quòd Dominus miseretur E[illegible] iustis bene operantibus tripliciter. Primò, eos in bono conseruat, ne recidiuent, quia nisi Dominus hominem in bono seruaret, faciliter recidiuaret: vnde difficultas standi, & in bono permanendi, patet in Lucifero, in Adam & Iuda. Luciferum, ventus vanæ gloriæ, deiecit de cœlo. Adam mulier expulit de Paradyso. Iudas propter auaritiam cecidit de consortio Apostolorum. Quid tunc nos fragiles homines, qui sumus in hoc mundo, qui est plenus laqueis, constituti. Psalmus: *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.* Secundò, quòd internam dulcedinem & consolationem dat suis, quæ est quasi quædam arrha Spiritus sancti, Eccl 24. *Spiritus enim meus super mel dulcis*: Quia deuotio & dulcedo spiritualis excedit omnem delectationem carnalem; & est signum præsentiæ Spiritus sancti in homine. Aug lib de confess. Vnde *August.* Qui Spiritu sancto semel inebriatus est, ad omnia bona hilarescit, si laborat, non lacessit; si dolet, non sentit; si deridetur, non aduertit. *Bernhardus*: Cibus animæ est gratia DEI dulcissimus, omnem habens in se suauitatem, & delectamentum saporis. Tertiò, quia dat iustis regnum cœleste ex sua misericordia, quia propter merita nostra parum tenetur nobis, imò nihil de condigno. Nam si aliquid boni facimus, plus tamen tenemur DEO. Vnde cùm omnes vires, corporis & animæ, consumpserimus in seruitio DEI, & totum posse nostrum fecerimus, adhuc dicere debemus: *Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus, &c.* Luc. 17. Quod ex nostris meritis non possumus vitam æternam habere ex condigno, sed solum ex DEI misericordia ostendit *Bernhard.* dicens: Si nati essemus, ex quo factus est homo super terram, & vsque ad centum millia annorum vita nostra extenderetur, non esset tamen condigna operatio huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

IN EADEM DOMINICA.

Sermo XCVIII.

De his, quæ reprehensibilia sunt in comedendo.

ACcipiens septem panes gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerent, & apposuerunt turbæ. Matth. 8. Cùm homo tripliciter consideretur, scilicet, quantum ad corpus, & quantum ad animam, & quãtum ad vtrumque coniunctum. Ideò DEVS sibi triplicem cibum præparauit, scilicet corporalem, quo corpus reficitur; spiritualem, quo anima nutritur,

tritur; & cœlestem, quo totus homo beatificatur. Conuiuium autem corporale tantùm bis CHRISTVS in hac vita fecit, scilicet hic de septem panibus, & Ioan. sexto, de quinque panibus. Conuiuium autem spirituale multoties fecit. Nam quoties prædicabat, toties alimenta spiritualia tribuebat. *Augustinus:* Non est magnum pascere ventres citò morituros, sed magnum est pascere animas in æternum victuras. Conuiuium autem cœleste tantum semel faciet, quod tamen nunquam finem accipiet: Lucæ 22. *Edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Sciendum, quòd sicut Dominus pauit quatuor millia hominum corporaliter; sic nos quotidie pascit etiam corporaliter, quia nihil habemus à nobis ipsis. Ergo cum gratiarum actione sumere debemus cibum sicut donum DEI, vt DEVS ex hoc honoretur & laudetur, vnde *Augustinus*: Porrò si manducas & bibis ad refectionem corporis, & DEO gratias agis, tunc cibus & potus tuus DEVM laudant. Vnde pro præsenti sermone tria sunt dicenda. Primò, quomodo homo se debeat habere in comedendo & bibendo, & quæ sunt reprehensibilia in cibo & potu. Secundò, quomodo quis peccat mortaliter in comedendo & bibendo. Tertiò exemplum. De duobus vltimis dicetur in sequenti sermone.

F ¶ Circa primum est sciendum, quòd homo in comedendo & bibendo sic se debet habere, quod fugiat illa, quæ sunt reprehensibilia circa comestionem: & talia sunt quinq;. Primum est, ante debitum tempus comedere. Nam sicut serui Dei secundùm doctrinam Christi, primò quærunt regnum DEI; sic gulosi, quorum Deus venter est, primò quærunt regnum Dei sui, & regnum Dei eorum est esca & potus. Contra quos dicit Apostolus: *Non esca & potus est regnum Dei.* Rom. 13. Vnde Esaias de gulosis: *Væ qui consurgitis manè ad sectandam ebrietatem.* Esa. 5. Ergo meritò reprehendendus est Christianus ille, qui de manè comedit, antequam aliquod Pater noster dicat, vel DEO aliquam reuerentiam exhibeat, quia quilibet homo debet primò cibare animam cum deuotis orationibus, & sanctis meditationibus, quia anima nobilior est corpore. *Augustinus*: Maius est damnum in amissione vnius animæ, quàm mille corporum, sed isti, qui quandoq; per duos dies nunquam aliquod Pater noster dicunt, periculosè stant, quia est signum, quod DEVM non diligunt, nec propriam salutem quærunt, ideo obliuiscuntur DEI; vnde: *Obliuio est signum paruipensionis:* & isti, qui sic Arist. 2. Rhet. obliuiscuntur DEVM in vita sua, illorum vult etiam Deus obliuisci in morte. *August.* Ita fit, vt in fine obliuiscatur sui, qui dum viueret, oblitus est Dei. ¶ G Sciendum, re-

reprehensibile est, quando quis nimis delicata cibaria vult habere, & nimis magnam diligentiam apponit ad cibaria præparanda. vnde legitur de filiis Israel, qui in deserto carnes desiderabant, & propter hoc iram Dei incurrerunt. (*Num. 11.*) Psalm. *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos.* vnquamuis satisfaceret DEVS desideriis & concupiscentiis eorum, tamen nihilominus eos puniuit. In quo ostendit, quòd ei displicet, quòd homo nimis delicata cibaria appetit, & tales etiam vt frequenter nimis magnam solicitudinem habent in præparando cibaria. Aliqui quasi in tantum occupantur circa præparationẽ ciborum ventris, quod vix vel nunquam vnam Missam possunt audire, sed de cibariis animæ modicum, vel nihil curant. Aliqui etiam, etsi per se non faciunt, oportet tamen, quòd ancillæ vel familia in tantum occupentur circa illa, quo negligant Missam, & sermonem, & quòd nunquam vel rarò possunt visitare Ecclesiam, & principaliter in die Dominico, cùm tamen quilibet illa die teneetur audire Missam sub præcepto Ecclesiæ. (*De Cons. d. 1. Missas c. omnes fideles.*) Nec aliàs excusatur, nisi magna necessitate cogente, vt habetur *eod. c.* & tunc talis neglectio redundat in dominos illorum, qui sic eos occupant. vnde Hu. (*Hug. in suo claustrali.*) Quidam superstitiosum nimis in præparandis cibis studium adhibent, decoctionem frixariorum & condimentorũ genera excogitantes, modò mollia, modò dura, modò frigida, modò calida, modò cocta, modò assata, modò pipere, modò sale condita secundùm consuetudinẽ prægnantium mulierum desiderantes, & cum tãta solicitudine præparantur, vt deuoratis quatuor vel quinq; ferculis prima non impediant nouissima. Isti debent colere ventrem suum tanquã Deum, & heu, q; peius est, tales gulosi nunquam vel rarò contenti sunt de cibariis psis pparatis, etiam quando vxor vel familia fecerunt omnẽ diligentiam suam in præparando cibaria, tunc adhuc conqueruntur & murmurãt, aut sunt nimis salsa, aut nimis frixa, aut nimis mollia, aut nimis dura, & sic de aliis, & q; adhuc peius est, si aliqua negligentia notabilis facta est in præparando cibaria, tunc irascuntur maledicendo vxori & familiæ, etiam quandoq; blasphemant, & volunt proiicere ipsis scutellas ad collum. Tu qui es talis, cogitare deberes, q; Deus ideò permisit illam negligentiam fieri, vt recognoscas te non esse dignum cibariis bene præparatis, quia fortè es peccator mortalis, & antea ingratus fuisti Deo de bonis cibariis, quæ ex largitione Dei habuisti, vel etiam quia antea in bene præparatis cibariis excessisti, & Deum offendisti, & ergo iam Deus punit te in illis rebus, in quib⁹ peccasti, imò quando recognoscis, te esse in peccatis mortalibus, tunc scire debes, quòd

quod non es dignus comedere panem, & bibere aquā ad satietatem, sed vix deberes sumere puram necessitatem ad sustentationē naturę, & ratio huius est, qu a peccator indignior est omnibus creaturis vnde: Sicut optimum animalium est homo fruēs lege, & iustitia, sic pessimum animalium est homo à lege, & iustitia separatus. Ergo nō est dignus habere vsum aliquarum creaturarū, quas Deus ad hoc creauit, vt homines vsum illarum haberēt, & Deo de hoc gratias agerent, & ei seruirent. Sed heu tales peccatores, & gulosi homines plus consumunt de creaturis, quā boni homines de quib. Deo raro, vel nunq̄ regratiātur, nec ei seruiunt, sed potius diabolo, & mundo seruire volunt, de quib. omnibus sic vsis districtā redditturi sunt rationem Deo. Ex quo sequitur, quod merito nullus de cibariis murmurare deberet vel blasphemare, sed pro peccatis suis sustinere deberet hoc & cogitare, q̄ Christus in cruce pro peccatis nostris pendens comedit, & bibit amarum cibum, & potum, vnde Ps. *Dederunt in escam meam fel & in siti mea potauerunt me aceto.* Tertio, reprehensibile est quando quis nimis multum sumit de cibo, & potu, vt legitur de Sodomitis: *Quod vixerunt in delitiis carnis,* Sicut in H̄ pluuia nimis magna nociua est, si autē nimis parua, etiam non valet, sic quisquis sibi prouidere diligenter debet quod non nimis multum sumat, ne omnib. aggrauet corpus, & suffocet rationē, nec etiam nimis modicum, ne corpus nimium debilitetur, sed in medio consistit virtus, vnde Ari. 2. Et hic. Mediū in omnib. est laudabile, quia secundum *Hug.* de S. Vict. Sic caro est nutrienda, vt seruiat, & sic domanda est, quod non superbiat. Quartum reprehensibile est, quando quis nimis auide sumit cibum. Signum autem huius auiditatis est, quando sic animus ad cibū tanto ardore concupiscentiæ trahitur, vt nihil sinat hominem de Deo cogitare, vel de aliis bonis, sed effundit se super cibum tāquam brutum animal, & hoc vtique non est bonum nec rationabile, quod homo rationalis effundit se super cibū vt irrationale animal, & etiam corporaliter nocet, quia ad sanitatem corporis valet, quod cibus honeste, ordinate & moderate ingeratur, quia sic tanto facilius, & salubrius digeritur, ergo contra istam auiditatem bonum est, & laudabile, q̄ quilibet homo ante sumptionem cibi, ad minus dicat vnū pater noster: & signū crucis faciat antequā cibum sumat. Exemplum legimus de vna moniali, quæ de mane antequam orauerat, in horto comedit lactucam sine signo crucis, & diabolum cum lactuca comedit. Itē quidā cōuersus bibit vinum in ciuitate sine licentia, & sine signo crucis, & sic diabolum cum vino bibit; & semper in principio prandii, &

Arist. 1. Pol.

Genes. 18.

cœnæ homo cogitare debet de pauperibus, sic quod velle quod quilibet pauper in tantum haberet sicut ipse habet ad comedendum, & bibendum. Insuper debet eis impartire eleemosynam de mensa sua, inquantum facultas admiserit. vnde Cato: Dum sedes in mensa, primo de paupere pensa, tunc bene prandemus cũ Christus adesse videtur, & infra prandium cum sedet in mensa debet loqui de bonis, & honestis, & deificis & debet cauere de verbis scurrilibus; immundis, & detractoriis. Exemplum tale legimus, quod quidam diues inuitauit vicinos & cognatos suos, locando eos in vna mensa, & in alia mensa collocauit pauperes, & vnus inter pauperes, qui fuit sanctus homo, vidit quando Benedicite dixerunt, & prima duo fercula comederunt angelos circumire discumbentes, quia loquebantur de Deo; & postmodum loqui incipiebant mundana, & consequenter vitiosa, & detractoria, tũc dœmones affuerũt, & discumbentes circũdederunt, & angeli fugerunt ab eis, & dederunt locũ dœmonibus. qui tunc oẽs discumbentes circumierunt, & circa eos saltauerunt, tũc amare fleuit iste sanctus homo. Postmodũ iterũ in fine mensæ inceperunt loqui de Deo & honestis, & bonis materiis; tunc angeli redierunt, & discumbentes alacriter circũdederunt, & tunc dœmones fugerunt, & iste deuotus homo hoc videns, cœpit alacriter ridere, tunc alii postmodũ interrogauerunt illum deuotum hominem, quare primo fleuisset, & postmodum risisset, & ipse manifestauit eis, quæ vidit, & exhortatus est eos, vt vbicunq; essent cum hominibus congregati, quod semper loqui deberent de Deo, & de bonis, & honestis materiis, tunc Christus cum Angelis suis semper esset præsens vnde: *Vbicunque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum sum.* Item post mensam quilibet debet dicere gratias, & regratiari Deo de præceptis. vnde Apost. *In omnibus gratias agentes.* Ex his patet, q̃ homo quãdoq; potest vti preciosis cibis sine peccato, & alius grossis cibariis vtens potest Deum offendere vnde *Aug.* Potest esse vt sine aliquo vitio crapulæ, vel voracitatis preciosissimo cibo sapiens vtatur, Insipiẽs autẽ fœtidissima gulæ flãma in vilissimũ plus ardescat. Iterũ *Aug.* Non propter potũ, sed ꝓpter pomũ mortẽ primus, hõo inuenit, & Esau primatũ suũ nõ propter gallinam, sed propter lenticulam perdidit. Et legimus regem nostrum non de carne, sed de pane tentatum. Quintum reprehensibile est varietas ferculorum, quæ reprensibilis est, imo nociua homini non solum quantum ad animam, sed etiam quantum ad corpus, q̃ autẽ varietas, & multiplicitas ferculorum noceat homini in corpore, hoc probat Macrobius per quinque

Matt. 18.

1. Thim. 5.

Aug. de Doct. Chri.

que

que rationes. Primo modo, probat per hoc, quod vt frequenter animalia sunt sana, quia vtuntur simplici cibo, & assueto suæ naturæ cōuenienti, & nullo modo illis, quæ sunt contraria naturæ suæ. Cuius oppositum non rationales sæpe facit, scilicet comedendo, & bibendo ea, quæ non competūt suæ naturæ, sed solum vt satisfaciat delectationi, & appetitui. Secundo, probatur per artem medicinæ, quia medici suadent infirmis simplicem cibum comedere, & potum bibere, & non diuersa fercula assata, & frixa. Ratio est, quia simplex cibus, & potus magis digestibilis est, & etiam quia antea nimis se repleuerunt de diuersis cibariis, & secundum Arist. 2 Eth. Medicinæ fiunt per cōtraria, ergo oportet eos postmodū abstinere, & simplicem cibum sumere. Tertio, probat per hoc. v. g. Si duo homines eiusdem complexionis biberent eandem mensurā, & vnus biberet diuersa vina simul, & semel, tunc citius infirmaret, & minus cōpetit suæ naturæ ille multiplex potus, q̄ ille, qui bibit simplicem potum, sic similiter intelligendum est de cibo. Quarto, probat per hoc. Si quis postmodum infirmaretur, tunc medici eo facilius cognoscere volent, vnde habet illam infirmitatem, quam si diuersa K cibaria comedisset, & diuersa pocula bibisset. Quinto, probat per hoc, quia natura est vniformis in operatione sua. Cum autem homo comedit diuersa, & multiplicia fercula, tunc natura digerit istum cibum, q magis est digestiuus remanente illo cibo in stomacho, q minus est digestiuus, & cum gulosus superaddit cibum super cibum, s. comedendo & replendo se ante digestionem, tūc ille cibus, qui manet in stomacho indigestus, fit putridus, sic stomachus corrumpitur, & consequenter homo infirmatur, & moritur. vnde Sen. Multa fercula multos morbos fecerūt, vnde etiam dicit Sapien. *Quod gula plures interficit quam ensis, quia multi per crapulam efficiuntur*, contracti, leprosi, hydroprici, paralytici, & sic de aliis, & hæc est magna fatuitas quod homo propter delectationem vnius horæ, vult omni tempore esse infirmus. Item vitam hominis minuit. *Propter crapulā multi obierunt*, sic è conuerso abstinētia, & simplex cibus causat sanitatē, & prolongat vitam. vnde: *Qui autē abstinens est, adiiciet vitam*, vnde *Hier.* Mater sanitatis est abstinētia mater ægritudinis est voluptas, vnde etiam Ari. Abstinere à comestionibus nimiis, & à superfluitate, est summa medicina. Quod autē abstinentia prolongat vitam, hoc patet per experientiam, quia in principio mundi homines diu vixerunt, ratio vna fuit, quia parce, & moderate vixerunt, quia vt legitur, Adam vixit nongentos triginta annos, & post eū plures alii habuerunt multos annos antequā moriebantur

Ecc 37.

Eccl. 37.

Arist. de regim. Prin.

bātur. Nam Mathusalem vixit nōgētos sexaginta nouem annos, qui fuit antiquior inter omnes veteris testamenti. Item hoc patet in sanctis noui testamenti, sicut Ioannes Euang. qui vixit à tempore passionis Christi sexaginta octo annis, & totum tempus fuit nonaginta nouem annis. Item B. Paulus primus Eremita, vixit centum tredecim annis. Item B. Ant. vixit in eremo centumquinque annis, & tales non habuerunt diuersa fercula, nec pretiosa pocula. Ex his omnib. patet, quod vtilius, & salubrius est etiam quantum ad corpus, comedere simplicem cibum, & bibere simplicem potū, & assuetum, & ex his patet, quomodo homo debet se habere in sumendo cibum, & potum, sc. quod debet comedere moderate, & cū gratiarū actione, vnde legitur exemplum in vitis patrū, quod quidā senex deuotus comedit cum aliis pluribus fratribus, & comedentibus illis, vidit in spiritu ille senex, q aliqui ad mensam sedētes, & comedebāt mel, alii panem, alii stercus, & admirabatur intra seipsum, & deprecabatur Deū dicēs: Domine reuela mihi mysterium hoc, quod idem cibus omnibus appositus est super mensam, & manducando sic immutatus videtur, quod quidam edunt mel, quidam autem panem, alii vero stercus, & venit vox desuper dicens: Illi, qui manducant mel, hi sunt qui cum timore, & terrore, & gratiarū actione sedent ad mensam; incessanter orantes, & eorum oratio, sicut incensum ascendit ad Deum, ideoq; mel comedunt. Qui autem panem manducant sunt illi qui gratias agentes percipiunt ea, quæ à Deo sunt donata illis. Illi autem qui stercus comedunt, hi sunt, qui murmurant, & dicunt hoc bonum est, hoc malum est. Hæc autem fieri à nobis non debent, sed magis debemus glorificare Deum, atque laudes ei offerre, vt in nobis impleatur illud dictum Aposto. 1. Cor. 10. *Siue manducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in Gloriam Dei facite.*

IN EADEM DOMINICA. Sermo. XCIX.

Quot modis peccet quis in comedendo.

ACCIPIENS *septem panes gratias agens, fregit &c.* ¶ M Circa secundam partē præcedentis sermonis, sciendum, quod in comedendo, & bibendo quinq; modis potest quis peccare mortaliter. Primo, quando quis intantū diligit corpus suum, q contra præceptum ecclesiæ quis paratus sit comedere dieb. ieiuniorū, cum tñ bene posset ieiunare, sed non vult corpus suum intantum molestare, vt ieiunet, & sic soluit ieiunium sine causa, q ab ecclesia est præceptū. vnde Herman. de Schilditz dicit.

Quan-

Quando quis inordinatæ gulæ, vel concupiscentiæ inhæret, tanquam vltimo fini, sicut de quibusdam dicitur. *Quorum Deus venter est, horum finis interitus*, ita quod talis quasi Deum contemnens paratus sit præcepta Dei transgredi, vt delectationes gulæ assequatur, talis grauiter peccat, quia quicunque transgressus fuerit ieiunium, quod sub præcepto ecclesiæ est institutum, scienter & sine causa, ex contemptu peccat mortaliter. Secus est, si ex rationabili causa hoc faciat. Secundo, quãdo quis sumit cibum illicitum, & prohibitum, sicut Adam comedit in paradiso fructum vetitum, ideo expulsus est. Sic simile est, si quis vicõederet carnes, vel e.lacticinia in quadragesima, ille cibum illicitum N¶ & prohibitũ comederet. Circa quod quæritur, à quibus cibis ieiunantes debent abstinere? Respondetur secundum Sanctum Thomã In ieiunio quadragesimali interdicuntur vniuersaliter oua, & lacticinia. In aliis autem ieiuniis sunt diuersæ consuetudines, quas quis obseruare debet secundum mores eorum, inter quos conuersatur, & moratur, vt patet distinctio quarta, denique. Esus autem carnium generaliter in omni ieiunio prohibitus est, quia generaliter magis delectabilis est, & humorem luxuriæ magis cooperatur, vnde in sextis feriis necesse est abstinere à carnibus, & etiam in sabbatho secundum generalem consuetudinem. Sciendum, quod homines tenentur totam quadragesimam ieiunare, & hoc in quadragesimali cibo, qui sani, & fortes sunt, & vti bene possunt tali cibo. Vnde dicitur in decret. In quadragesima est ieiunandum à lacticiniis distinct. 4. Denique. Secus est de illis, qui sunt infirmi, & debiles, vel etiam mulieres prægnantes, & pueri lactantes, & in puerperio existentes, quia si necessitas corporalis debilitatis impedit eos, vel eas, non tenentur ieiunare, imo si timeatur probabiliter de periculo, vel de abortu, non solum possunt, sed tenentur soluere ieiunium. Tertio, quando quis scienter cibum sibi nociuum in viribus, & in corpore comedit propter solam delectationem, qua non vult carere, talis grauiter peccat, quia facit contra charitatem, qua homo tenetur, sed ideo diligere, & vires suas præseruare, vt Deo diutius posit seruire. Psalm. *Fortitudinem meam ad te custodiam*. Contra quod talis gulosus, & voluptuosus vires corporis debilitat scienter, & vitam sibi abbreuiat sumendo talem cibum, vel potum, qui non competit suæ naturæ, vnde & tantus posset esse appetitus illicitus ad talem nociuum cibum vel potum, quod homo Deũ grauiter offenderet. Aliquando enim dicunt, scio quod hoc competit mihi comedere, vel bibere, & æque bene sumunt, quare? nisi quia volunt

Philip 3. — *S. Th. 2. 2. q. 147.* — *Ext de obs. ieiu c concilium Cõc. Innoc.* — *In Decret. d 4. deniq.*

Cccc satis-

ſatisfacere appetitui, & delectationi? Sciendũ, quod omnis cibus creatus eſt ad ſuſtentationem naturæ, vt inde homo Deo ſeruiat; ergo ſi tan vnus cibus naturæ tuæ non competit, tunc bonitas Dei diuerſa cibaria creauit, vt ſic te cum cibo tuæ naturæ competenti reficere poſsis. Item qui ſeſsiones longas faciunt, & commeſſationes, & conuiuia propter ſocietatem, & complacentiam hominũ, ita quod poſtmodũ quandoq; infirmãtur, vel quãdoq; etiã citius moriunt̃ ex talib. longis ſeſsionibus ac ſuperfluis cõmeſsationib. etiã poſtmodũ fiunt indiſpoſiti ad ſeruitium Dei, & negligunt animæ ſuæ ſalutem, tales etiam grauiter Deum offendunt; ſimiliter illi peccant, qui talia conuiuia faciunt. Vnde *Auguſtinus*: Quicunque ad bibendum pronus fuerit, vel ad conuiuium alios iuuerit, pro ſe & ipſis in die iudicii reus erit. Quarto quando ſumit cibum licitum, & ſanum, ſed excedit in quantitate ſic, quod perdit rationem, vel nauſeam, vel vomitum acquirit propter illam ſuperfluam crapulam, talis etiam grauiter peccat. Circa quod ſciendum ſecundum Henricum de Vrin. Quicunque inebriatur, vel quicunque excedit menſuram in comedendo, ſi hoc facit cum propoſito, & intentione peccandi, vel ſe replendi nimis, peccat mortaliter. Secus ſi fit ignoranter, & ſine propoſito, vel ſi caſu euenerit, vel ex fortitudine cibi, vel potus, vel ex fragilitate ſumentis, tunc eſt veniale. Sciendum ſecundum Herman de ſchiditz, quod quando quis in tantum ſumit de cibo vel potu, quod oportet ſequi vomitum, vel aliam inordinationem; vel intantum ſuperflue ſumit cum grauamine etiam ſine vomitu, vnde deberent, & poſſent plures alii ſuſtentari, qui forte fame periclitantur, vel forte magna inedia peruergetur, credo quod in talibus caſibus etiam contingunt peccata mortalia, quia manifeſte patet, quod talis comeſsio ſit contra charitatem proximi. Item de nimia ſumptione cibi ſecundum eundem doctorem, quando tanta eſt, quod propter eam ratio abſorbetur, & corpus ſcienter nimis ad rebellionem ſpiritus, & ad carnalia vitia incitatur, ita quod homo certitudinaliter ſcit, quod ſumptis talibus cibariis vel in tanta quantitate, ipſe nullo modo poteſt perſeuerare, niſi quod in peccata mortalia incidat, credo quod ſit peccatum mortale, quia ille voluntarie præcipitat ſe in periculum. De ebrietate autem ſciendum, quod ebrietas directæ rationis vſum impedit, & vehementius quam comeſtio, cum tamen bonum humanum fundatur in vſu rationis. Doctores tenent communiter, quod ebrietas ex genere ſuo eſt peccatum mortale, quando homo, qui inebriatur

briatur, scit pro certo potum esse inebriatiuum, & scienter, & voluntarie immoderate sumit illum. Secus tamen est si nesciret potum esse inebriatiuum, vel tam subito inebriatiuum esse, vel non credebat, vel non intendebat ex proposito, eum sumere immoderate, sic quandoque potest esse peccatum veniale. Et credo quod minus peccatum sit ebrietas in his, qui habent capita debilia, quod citissime ex potu modico inebriantur, nec etiam audeo dicere, quod in eis sit peccatum mortale, & forte in aliquo tanto viliores reputantur illi in moribus, & ex natura male dispositi: quanto citius, & facilius vsum rationis, & bonum humanum amittunt, & cum debilitatem suam multoties experiantur, quod tamen non cauent. Et pro tanto etiam ebrietas potest esse in eis grauius peccatum, pro quanto est magis continua, quia sicut in habitu deducitur, & ipsi ex habitu peccare videntur, non ex passione, aut ignorantia, ebrietas valde detestanda est, quia non solũ est peccatũ mortale secundũ genus suũ, sed etiã quãdoq; maximũ peccatũ, s. multorũ peccatorum causa.

Orig. in ho. 27.

vnde *Orig*. Sicut ebrietas est mater omniũ vitiorũ, sic econuerso sobrietas est mater omniũ virtutũ. Item ebrietas facit de hõine bestiã, & de robusto infirmũ, & de prudẽte insanum.

Amb. in l. de per.

vnde *Amb*. Ebriosus dum absorbet vinum, absorbetur à vino, & abominatur à Deo, despicitur ab ãgelis, deridetur ab hominib. destituitur à viris. cõfunditur à dæmonib. Sciendũ, q, valde periculosũ, & stultum est inebriari, quia ebriosus cõparatur animali nõ habenti rationẽ Ps. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quib. nõ est intellectus*, per rationẽ homo solũ differt ab aliis animalib. irrationalib. vnde *Arist*. Inter omnia animalia solus homo habet rationem. Item quod periculosũ sit inebriari patet ex hoc, quia si homo in tali ebrietate occideretur, vel alias quacunq; morte alia moreretur, æternaliter damnaretur. Et est plurimum periculosa mors sic mori, quod probatur per hoc, quia quando homo cum deliberatione, & ex proposito inebriatur, tunc peccat mortaliter, illud peccatum non dimittitur sine vera contritione, & interim quod sic est priuatus vsu rationis, non potest confiteri, ergo si sic moritur, nunquam saluabitur; secus est quando homo habens vsum rationis submergitur, vel alias occiditur, tunc in momẽto potest confiteri de peccatis suis, & sic saluari. Vnde *Aug*. Ebrietas aufert memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, concitat libidinem, omnia membra debilitat, vitam diminuit, & omnem salutẽ exterminat.

Arist. 7. Pol.

¶ Qualem aut pænam habebunt gulosi, & ebriosi patet per tale exemplum: legitur, quod quidam miles frequenter inebriebatur, & cum quodam crusi-

bulo ad dedicationes perrexit, & tabernas visitauit, sed de ecclesiis, & indulgentiis nihil curauit, qui postmodum infirmatus, rogatus est à deuota filia sua, vt ei post mortem appareret, & statum suum ei indicaret. Qui post obitum suum ei infra triginta dies apparuit, & crusibulum in manu eius habuit, & ignitus ex toto fuit. Et filia eius perterrita, quis esset, quæsiuit, & quid cum crusibulo vellet? qui respondit: Pater tuus sum, & in illo crusibulo habeo potum meum, de quo dicit psal. *Ignis sulphur, & spiritus procel. pars calicis eorum.* Tunc secundo quæsiuit, vtrum sibi suffragari posset? Respondit, non, imò nec omnes sancti in cælo; quia sententia euangelii data est super me, vbi dicitur. *Ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.* Tunc cæpit clamare ter: væ, væ, in amaritudine, væ, in multitudine, væ in æternitate pænarum. Vnde *Greg.* Qui nunc se male in cupiditatibus dilatat, illum postea in suppliciis pæna āgustat. Quinto, cum quis in tantum diligit cibum, quod appetitus delectationis est causa finalis & principalis, sumendi cibum delectabilem sic, quod præponit talem delectationem eo, qui principalis causa, & finalis debet esse in omnibus operibus. Et talem delectationem quærunt homines voluptuosi, qui solū secundum corpus viuunt, & curam carnis in desiderio perficiunt. Apost. *Si secundum carnem vixeritis moriemini.* De quibus *Hieronymus.* in epistola, Difficile, imo & impossibile est, vt præsentibus quis, & futuris fruatur bonis, vt hic ventrem, & illic mentem impleat, & de delitiis transeat ad delitias. Sciendum tamen, quod quando quis esurit, & sic esuriendo comedit, & delectatur in cibo, non est peccatū quia hoc naturale est omni animali. Item si quis præparat cibum ea intentione, vt eum sumere possit, qui aliter non posset, hoc iterum posset fieri sine peccato. Vnde *August.* Vtantur diuites consuetudine infirmitatis suæ, sed doleant se aliter non posse, melius. n. possent, si aliter possent. ergo quilibet christianus cibum præparatū cum gratiarum actione debet accipere, nec debet nimis auide comedere, nec nimis delicata cibaria appetere, sed necessitatem ciborum accipere, semperque in Deum corde tendere, si non semper actu, tamen habitu. vnde *August.* Si quid manducas, & bibis ad refectionem, & recuperationem membrorum, & gratias agis ei, qui tibi mortali tribuit hæc suffragia, cibus tuus, & potus tuus Deum laudant.

Greg in Moral. — *Rom. 8.* — *August. de Verb. Dom.* — *Aug. de Verb. Dom.*

Dominica VIII. Post Festum Trinitatis. Sermo C.

De hæreticis & hypocritis.

Atten-

ATTENDITE *à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium &c.* Secũdum leges humanas puniendi sunt falsarii literarum regalium, & bullarum, similiter falsarii monetarũ. Falsarii literarum sunt hæretici, qui literas summi regis, id est sacram scripturam falsificant, quam etiam filius Dei per quinque bullas, id est, per quinque vulnera roborauit. Falsarii monetarum sunt hypocritæ, Monetæ enim regis cælestis sunt ieiunia, orationes eleemosynæ, quæ ipsi falso modo faciunt, quia in his non attendũt honorem Dei, sed fauorem sæculi. Et ab his duobus falsis prophetis debemus nos solicite custodire. Ideo Christus dicit in verbis præmissis. *Attendite à falsis prophetis &c.* Vnde in præsenti sermone tria sunt dicẽda. Primo, quomodo hæretici cognoscendi sunt. Secundo, quomodo hypocritæ cognosci possunt, & quare hypocrisis detestanda sit. Tertio, quando hypocrisis est peccatũ mortale, & quãdo non. Circa primum sciendum quod hæretici per quinque cognosci possunt. Primo, quia in occulto prædicant, & hoc est manifestum signum malitiæ: *Qui male agit, odit lucem.* Sed oppositum Christus docuit, quando Annas quæsiuit à Christo de doctrina, & discipulis eius, tunc Christus respondit. *Ego palam locutus sum mundo, & in occulto nihil, ideo interroga eos qui audierunt &c.* Hoc est signum bonæ & salubris doctrinæ, quando quis aperte docet, quia veritas non quærit angulos, econuerso autem doctrina in angulis est suspecta. Sciendũ, quod Annas à Christo duo quæsiuit, scilicet, quæ eius doctrina esset, & qui essent sui discipuli. Et solũ Christus respondit de doctrina, & nihil dixit de discipulis, quia pro tunc nihil potuit dicere de discipulis, quia omnes relicto eo, fugerunt & tunc etiã noluit quicquam mali de eis loqui, dans nobis exemplũ hoc, quod quãdo interrogamur de statu proximorum, si tunc aliquid boni scimus, hoc dicere debemus, & nullo modo malum proximorum publicare, sed potius omnino tacere de proximis exemplo Christi. Secundo, hæretici cognoscuntur in hoc, quod prælatis ecclesiæ detrahunt scilicet Domino Papæ, episcopis, sacerdotibus, & aliis religiosis, & hoc faciunt, vt laicos possint cõcitare contra clerum, quia prælati, & alii literati resistunt hæreticis, & impugnant eos, vt ergo seculares credant hoc fieri ex vindicta, & inuidia, tunc ipsi hæretici contrariantur prælatis, & detrahunt eis directe, quantum possunt. Item ipsi impugnant potestatem prælatorum, & libertatem clericorum ipsis à Christo collatam, & in hoc contradicunt euangelio. vbi Christus dicit. *Quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata, & in cælis &c.* Et intelligunt hoc signanter

Math 7.
Ioan. 3.
Ioan 18.

de vinculo excommunicationis, de qua excommunicatione peruersi hæretici nihil tenent, nec etiam tenent de absolutione peccatorum, quæ potestas solis sacerdotib. collata est. vnde Christus dixit discipulis suis: *Accipite spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta sunt.* Eadem verba episcopus dicit ordinando sacerdotes, qui assufflando super capita eorum dicit accipite spiritum Sanctum &c. Sed illi peruersi hæretici sibi mutuo confitentur scilicet vnus laicus alteri, ergo quicunque detrahunt prælatis, & sacerdotib. & impugnant potestatem, & libertatem cleri, est valde malum signum. Tertio cognoscuntur, quia mulierculis & simplicibus libenter loquuntur, qui non possunt intelligere fraudes ipsorum & frequenter allegant sanctos doctores scilicet *Aug. Hier. Ambr. Greg.* & sic de aliis. Licet ipsi hæretici sint sæculares, & loquntur placentia, vt eo libentius audiantur. *Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur*, qui ipsi peruersi hæretici volunt viam cæli facere latam, quam Christus dicit esse arctam. *Arcta est via, quæ ducit ad vitam* Hoc patet, quia hæretici asserunt simplicem fornicationem non esse peccatum mortale, quod tamen est falsum. Item dicunt, superbiam in vestibus iam esse in cōsuetudine, & quod ideo superbi de peccato excusentur, quod est falsum. vnde *Isidorus.* Consuetudo autoritati cedat, prauū vsum lex, & ratio vnica. Quarto cognoscuntur hæretici in hoc, quod opponunt se ordinationi, & præceptis ecclesiæ, scilicet in celebrando festa. Ipsi enim dicunt, quod festa propter lucra, & oblationes inuenta sunt à sacerdotibus; similiter de ieiunio, & aliis præceptis ecclesiæ non curant obedire, contra quos Christus dicit in Euangelio. *Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit*, etiam, quod grauius est, aliqui hæretici loquuntur contra sacramenta aliqua, scilicet contra sacramentum matrimonii, baptismi, & Eucharistiæ. Et etiam aliqui nihil tenent de aqua benedicta, vel de locis consecratis, nec de cœmiteriis, nec de animarum suffragiis. Vnde Apostolus: *In nouissimis diebus discedent quidam à fide, attendentes doctrinam loquentium mendacium, prohibentium nubere &c.* Quinto, cognoscuntur hæretici in hoc, quod libenter faciunt illa opera, quæ ostendunt eos esse sanctos, deuotos apud homines, sicut genuflexiones & longas orationes, quia vnus hæreticus quandoque orat per tres horas flexis genibus, sed omnia illa faciunt vt videantur ab homi-

Ioan. 20. Luc. 10. 1. Thim. 4. 1. Thi. 4. Matth. 7.

hominibus; & sciendum quod omnes hæretici cum omnibus suis fautoribus sunt ipso facto excom-
R ¶ municati maiori excommunicatione. Circa secundum sciendum quod hypocritæ per quinque cognoscuntur. Primo, cognoscuntur per hoc, quod opprimunt bonos, & obloquuntur eis. Nam omnes hypocritæ sunt detractores bonorum, & adulatores malorum, quia hypocritæ bona opera pauperum in peius interpretantur, & mala opera diuitum excusant, & in bonum interpretantur, & hoc faciunt propter fauorem, & lucrum. vnde *Bernard.* Aliis adulantes, detrahentes, mordaces, vt canes, dolosi; vt vulpes, superbi, vt leones, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ergo vbicunque cernis vnum in habitu spirituali, qui detrahit proximis, & libenter mala noua narrat de aliis, scias eandem personam esse hypocritam. Secundum signum est facilis reprehensio aliorum, quod faciunt ideo, vt videantur habere zelum, & charitatem, peccata aliorum aggrauant, & magna reputant, sua autem peccata parua, & leuia æstimant, reprehendunt alios & seipsos non emendant, contra quos
Luc 6. dicit Christus in Euangelio. *Quid autem vides festucam in oculis fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Hypocrita eiice primo trabem de oculo tuo, & tunc prospicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Bernardus.* Hypocritæ volunt esse sine autoritate iudices, sine visu testes, postremo falsi ac-
¶ S cusatores, & omni veritate carentes Tertio hypocritæ cognoscuntur in hoc, quod in aduersis sunt valde impatientes, super omne enim mouentur, & offenduntur ad contumelias sibi dictas, immo vnum verbum ipsis in contrarium dictum ipsos perturbat, & hoc est signum superbiæ. Vnde *Hieronymus.* Qui laudem non appetit contumeliam non sentit. Item est signum quod sunt vacui gratia Dei. Vnde *Gregorius.* Qualis vnusquisque apud se lateat, illata contumelia probat, sed tales, qui propter vnum verbum ipsis contrarium dictum mouentur, non sunt veri religiosi, nec deuoti, sed hypocritæ, quia nihil volunt sustinere propter Deum. Vnde *Bernardus.* hypocritæ volunt esse humiles sine despectu, pauperes sine defectu, bene vestiti sine solicitudine, delicate pasci sine labore. Quarto cognoscuntur per hoc, quod Deus permittit eos, quandoque cadere in publica, & manifesta peccata, etiam quandoque reuelat occultam nequitiam eorum sic, quod confundantur hic coram hominibus, & hoc signanter contingit illis, qui æstimant esse bonos, & spernunt alios. Vnde *Isid.* de summo bono. Plerum-

Isid. l. 4 de summo bono.

Bern in tract. de septem donis.

Greg. in Moral.

T¶ Plerumq; vtile est arrogantibus deseri à Deo, quaten⁹ suæ infirmitatis conscii, ad humilitaté redeãt, vt humiles post casum existant. vnde etiá *Ber.* Multo melius est esse peccatorem humilem, quam iustum arrogantem. Quinto cognoscuntur hypocritæ, quando nimis humilia de seipsis dicunt, & eadem ab aliis de se dici audire nolunt, sicut aliqui dicunt, ego sum malus, & pessimus, sed si hoc idem alius de ipsis proferret, hoc omnino non sustinerent, sed proteruis verbis contradicerent. Et hoc est signum superbiæ, & hypocritarum. vnde *Gre.* superbiæ vitium est, quod de se fateri quisquam quasi sponte dignatur, sibi hoc dici ab aliis dedignatur. vnde bonorum & humilium est se non laudare, nec etiam se multum vituperare. vnde Cato. Non te collaudes, nec te culpaueris ipse. Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis, Exemplum, legimus, quod erat quædam inclusa, quæ apparebat valde deuota, & consueuit frequenter dicere ad suum confessorem, quæ sæpius ad eam accessit, & confessionem eius audiuit: O bone domine orate Deũ pro me: ego sũ ita mala, & pessima mulier, quod timeo ne Dominus alios homines puniat propter delicta mea. Tunc sacerdos, sicut vir discretus, voluit experiri vtrum esset sibi fundamentum veræ humilitatis; & alia vice quando ipsa iterũ sibi talia verba protulit, dicens se esse pessimam præ aliis mulieribus, tunc sacerdos respondit ei dicens: hoc ego sæpius audiui antea de te dici: tũc ipsa immediate commota dixit: Vos mentimini ad collũ vestrum, & quicunque vobis dixit, vel de me talia loquitur similiter mentitur, quia nunquam fui talis sicut iam me asseritis. Tunc sacerdos humiliter respondit, dicés: Modo ego intelligo tuam superbiam, & hypocrisim, quia tu loqueris de teipsa, quod ab aliis dedignaris audire. Et hoc est signum non veræ humilitatis, sed superbiæ interioris. ¶ Circa secundum, sciendũ, quod hypocrisis est peccatum valde detestandum. Primo, quia hypocrita est simia diaboli, volens imitare filios Dei, & quod filii Dei faciunt ad sui decorationem, ipse facit ad sui iugulationem, sicut de simia quadam refertur exemplum. Quod quidam pauper sutor præparabat calceos, & scidit corium ad calceos, & quam cito surrexit, & cultellum de manu deposuit, tam cito simia ex opposito in domum cuiusdam diuitis, qui eũ obseruabat, accurrit, & etiá sibi coriũ præscidit, volens facere sicut sutorem vidit, & sic destruxit pauperi suum corium, quod ipse pauper diuiti sæpius conquestus est, sed ille diues modicum verba sua curauit; vnde postea vna vice ille sutor vnum nouaculam cæpit ad manum. & rasit sibi ipsi barbam, & sub collo suo, & sub gutture suo, quod

cernens simia etiam post recessum suum aduenit, & nouaculum recepit, & similiter sibi ipsi voluit facere sicut vidit, & sic sibiipsi abscidit collum: sic hypocritæ faciunt sibi ad perniciē, quod boni sibiipsis faciunt ad salutem. Secundo, potest valere ad detestationē huius peccati pœna, quam scriptura eis cōminatur, & vna pœna est, quod nunquā videbūt faciē Dei, nisi conuertantur. vnde Iob. 13. *Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita*, nec mirum, cum Deus nō sit ante conspectum hypocritæ, quia omnia opera sua facit, vt ab hominibus videatur, hoc vnum, quod multum displicet Deo, & è conuerso multum placet Deo, quod homo cor suum, & intentionem suam sæpe erigat ad Deum. vnde super illud Psal. *Firmabo super te oculos meos*, dicit glo. in persona domini: Non auferam à te oculos meos, quia tu semper leuas oculos tuos ad me. Tertio, possunt valere ad detestationem huius peccati maledictiones multiplices, quas dominus Iesus super hypocritas protulit Mat. 23. *Væ vobis scribæ, & pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis introire. Item væ vobis scribæ & pharisæi, & hypocritæ, qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes. Item væ vobis scribæ, & pharisæi hypocritæ, qui mundatis, quod de foris est &c. Item væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis &c.* & sic de aliis pluribus maledictionibus, quæ in euangeliis inueniuntur; sed quæres quare dominus ita persequebatur hypocritas? Respondetur secundum *Guliel. Lugdunensem*; quod ideo, quia ipsi sunt proditores simulantes se esse ex parte Dei, & sunt ex parte diaboli. Videntur enim esse amici, & sunt inimici, & ideo multum possunt nocere ecclesiæ Dei. vnde hęretici per hypocrisim homines decipiunt, & Antichristus, q erit caput malorū, per hypocrisim homines decipiet. Circa tertiū ¶ X quæritur, quot modis fit hypocrisis, & quando sit mortale, & quando non? Respondetur q, multis modis hypocrisis cōmittitur. Primo, quādo qs ostendit sanctitatem, quā nō habet nec habere curat; sed tm̄ sanctus appareat, & sanctus reputetur: sic secundū *S. Thō.* est peccatū mortale; qa null⁹ totaliter priuatur sanctitate, nisi per peccatum mortale. vnde dicit *Aug.* super psal. 63. Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas. Ex hoc patet, quod hypocrisis talis est duplex peccatum; scilicet iniquitas, quia occulte iniqui, & mali sunt; & falsitas, quia fingunt, & mentiuntur se esse sanctos, & non sunt. Vnde *Hieron.* in epist. Duplicis peccati reus est non habere, quod credideris, & quod non habueris simulare vnde dicitur quod licet hypo- 2. 2. q. 111. *Aug super Ps. 63.* *Decret 11. q 3 nolo.*

crita viuat corporaliter, mortuus tamen est spiritualiter. Secundo, si sanctitatem ostendit, vt falsam doctrinam, scilcet hæresim, seminare posit talis peccat mortaliter, & facit contra Deum & salutem propriam proximi, & talis simulatio sanctitatis est communis hæreticis, quia hæretici multum ieiunant, & genuflexiones longas faciunt vt sic homines decipiant, quod suis doctrinis credant. Tertio, si ostendit sanctitatem propterea vt posit sibi ecclesiasticam dignitatem acquirere, ad quam tamen indignus est; & talis etiã Deum grauiter offendit. *vnde Bernard.* O fratres quoties hominibus preesse desidero, tot es Deum meum præire contendo & tunc vere nõ sapio, quæ Dei sunt. vnde. *Aug.* Cum homo illis qui sibi sunt naturaliter pares, hoc est hominibus dominari affectat, intollerabilis qdem superb a est, Quarto, si quis ostendit sanctitatem, vt iniuste acquirat quæcunq; bona temporalia, in quibus finem constituit, hoc secundũ *Hermã.* à Schilditz. est peccatum mortale quia etiam sic patet. Quãuis .n. talis sibi non quærit honorẽ, & ecclesiasticã dignitatem, vt ambitiosi, nec quærit falsam doctrinã seminare, vt hæretici, tamen quærit temporalem substantiam congregare; ideo quia auarus est, & auaro nihil scelestius. Vnde *Aug.* Auarus antequã lucretur, seipsum perdit; & antequam aliquid capiat, capitur. vnde etiam *Chry*: Qui pecuniæ seruit, & præsentibus compedibus stringitur, & futuris. Quinto, si quis ostendit sanctitatem fictam, & in ipsa sola fictione delectatur cum alias, nullum malum prætendat, peccat venialiter secũdum Herman. de Schildiz. de quo dicit *Arist.* q, talis magis videt vanus quam malus. Sexto, qui simulat sanctitatem, quam libenter haberet, credo quod non peccat mortaliter. Septimo, si quis simulat sanctitatem occultando suum peccatum, ne alii ex hoc scandalizentur; & hoc secundum *Thom.* 2. 2. potest fieri laudabiliter, vt aliquis occultet peccatum suum, ne alii scandalizentur. *quia væ homini per quem fit scandalum.* Octauo, cum quis ad honorem Dei & proximi ædificationem simulat sanctitatem: vt quando aliquis bonus religiosus maiorem morum compositionem ostendit coram extraneis, vt ipsis magis ædificentur: iste non peccat, sed meretur. vnde Matth. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.*

Bern super Missus est.

Aug in li. de doct. Christ.

Chrys super Matt.

Arist 2. Ethic.

Matt. 5.

IN EADEM DOMINICA.

Sermo. CI.

De pœnis inferni.

OMnis arbor, quæ non facit fructum excidetur & in ignem mittetur. Sciendum

Matt. 7.

dum, quod si tanta pœna est sterilis arboris, quæ fructum non producit, quanta putatis esse arboris fecundæ cum malis fructibus? Nam de sterili dicitur. Luc. 14. *Succidite infructuosam arborem, vt quid etiam terram occupat?* Ergo quisque diligenter debet attendere, ne fit sterilis, & infructuosa arbor, quia tales infructuosi postquam fuerint per mortem excisi, in ignem æternum mittentur, prout in verbis præmissis minatur Christus, vt dicit: *Omnis arbor, quæ non facit fructum &c.* Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda Primo, qualiter exciduntur peccatores. Secundo, quomodo in ignem mittuntur: Tertio, quis ibi erit eorum cibus, potus. Circa primum, sciendum quod quinque sunt excisiones peccatorum. Prima excisio est, mors corporalis, per quam exciditur homo à præsenti vita & per quam anima separatur à corpore, quia secundum Amb. Mors nihil aliud est, quam recessus animæ à corpore, & per quam homo perdit tempus gratiæ, quo nihil preciosius est in hac vita. *Vnde Ber.* nihil pretiosius tépore, & heu, nihil eo vilius inuenitur, transeunt dies salutis, & nemo recogitat, nemo perire sibi diem, & nunquam rediturum causatur: sed sicut nec capillus de capite, sic nec momentum peribit de tempore. Secunda excisio est spoliatio, consanguineorum, bonorum delectationum, diuitiarum &c. Psal.

Luc. 14.

Amb in l. de bono & Morte.

Cum interierit homo, non sumet omnia secum, neque descendet cum eo gloria eius. Item Luc. 9. *Omni habenti*, supple spirituale bonum, *dabitur*, supple æternum & abũdabit, *etiam qui non habet*, supple spirituale bonum, *& quod videtur habere*, *auferetur ab eo*, scilicet illa temporalia, & transitoria. Et ista excisio erit grauis istis peccatoribus, qui ista temporalia hic nimis diligunt. vnde Aust. Separari ab amicis, & consuetis miserabile est, & hoc patet quia separari ab vxore propria à pueris, & consanguineis, & domibus; ab agris, à pecunia, & à vestibus, ab honoribus, & diuitiis istis amatoribus huius mundi multum graue est. Tertia excisio est, amarior, qua exciduntur à consortio bonorũ, tam in cœlo quã in terra viuentiũ. Licet. n in mundo isto simul viuant, scilicet boni, & mali, tamen in futuro separabuntur, vnde Mat. 25. *Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum.* O quam amarum erit separari à beata virgine Maria, ab Apostolis, à martyribus, confessoribus, & virginibus, ab omnibus electis, angelis, & ab omnibus tuis charis amicis, qui hic voluntatem Dei fecerunt, & amodo cũ Christo in perpetuum regnabũt. Quarta excisio est, quod exciduntur à statu misericordiæ, & pœnitẽtiæ, sic quod amplius nunquã possunt pænitere, nec misericordiã Dei inuenire. Sciendum quod si beata virgo cum omnibus sanctis vsque ad

nouissimum diem pro vna damnata anima supplicaret, ipse Christus eam nullatenus exaudiret, & hoc propter duas causas. Prima, quia dãnati sunt citra statum, & terminũ gratiæ & misericordiæ, ita quod nulla gratia potest pertingere ad eos Domino dicente per Prophetam *Isti vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus vsque in æternum.* Hinc dicitur: *Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores*, id est, extra statum misericordiæ, & pœnitentiæ. *Inter nos, & vos*, id est, inter electos & damnatos *chaos magnum firmatum est, vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.* Secunda causa est, quia Deus, qui est æterna veritas, fortissimum iuramentum præstitit, quod tales nunquam misericordiam consequentur, quia licet sit omnipotens tamen nullo modo potest venire contra eum iuramentũ. Hoc autẽ iuramentum tam in veteri, quam in nouo testamento est firmatum. Nam in veteri testamento dicitur: *viuit Dominus, si steterit Moyses & Samuel corã me, non est anima mea ad populum istum; eiicci eos à facie mea.* Ergo dicit Deus in omnibus tam electis, in cœlo, & in terra viuentibus. *Noli orare pro populo isto, quia non exaudiam te.* Item in nouo testamento dicit Christus: *Amen dico vobis, non recedent inde donec reddant nouissimum quadrantem.* Ideo etiam dicet eis in iudicio illud: *Ite maledicti in ignem æternum, qui preparatus est diabolo & angelis eius.* Ex quibus patet, quod pro anima damnata non est orandum, quia nullum suffragium ei prodest. *Aug.* si scirem patrem meum in inferno, non plus orarem pro eo, quã pro diabolo. Quod autem anima damnata sit extra statum misericordiæ, & quod nunquam liberabitur, ostendit *Gregorius* vbi dicit: Quisquis ad inferni mala toleranda descenderit, nequaquam vlterius ad lucem redibit; nec vltra misericordia parcẽtis liberat, quos semel in locis pœnalibus iustitia iudicantis damnat. Quinto excisio est, priuatio diuinæ visionis, & ista excisio est amarissima. Vnde *Chrysostom.* Duæ sunt pœnæ æternales, excidi, & in ignem mitti, multi gehennam horrent, ego autem casum gloriæ multo maiorem fore dico. Etenim decem millia melius vellet fulmina sustinere, quam Christi faciem mansuetissimam aduersam in iudicio videre, & ab ipso separari: quod amarissimum quid sit excludi à Deo, & sanctis, & omnibus electis, & Angelis Dei, ostendit etiam *Chrysostomus* dicens: Excludi à bonis æternis, & alienum effici ab his, quæ præparata sunt sanctis, tantum cruciatum, & tantum dolorem infert, vt si nulla pœna extrinsecus torqueret, hæc sola sufficeret.

Malach. 1. Mat. 22. Luc. 16. Iter. 15. Hier. 11. Matt. 5. Mat. 25. Greg. in Moral. Chrys. super Matt. Chrys. in quodã ser.

Hugo libr. de anima. ret. Vnde Hug. dicit: Quis putas tunc mœror erit, quæ tristitia, quádo separabuntur impii à consortio sanctorum, & visione Dei, & traditi in potestatem dœmonũ, ibunt cum ipsis in ignem æternum, ibiq; semper erunt sine fine in luctu, & in gemitu? vbi erit dolor intolerabilis, mors corporis & animæ sine fine, & sine spe veniæ & misericordiæ, vbi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur, aliquando moritur, sed sic moriuntur, vt semper viuant, & sic viuunt, vt semper moriantur. Quantum ad secũdùm, tunc post excisionem Christi peccatores in ignem mittentur. Circa quem ignem sciendum est, quod est quintuplex differentia inter ignem inferni, & præsens seculi. Prima differentia est, quod ille ignis præsens habet se quo ad calorem respectu ignis inferni, tanquam ignis depictus ad ignem verum, quia sicut ignis depictus in pariete habet magná differentiá respectu ignis nostri, quantum ad calorem, sic ignis noster habet se ad ignem inferni. Secunda differentia, quia ignis præsens solùm exurit corpus ab extra, sed ab intra animam vrere non potest, & etiam antequam penetret viscera interiora ipsius corporis, tunc homo anteà moritur; sed ignis inferni vrit corpus ab extra & intra, & vrit tam animam quàm corpus, sic quod ipsum corpus erit tanquam ferrum candens, ab extra & intra. Psal. *Pones eos, vt clibanum ignis.* Tertia differentia est, quia præsens ignis, vbi ardet, ibi etiam lucet, sed ignis inferni ardet, & tamen non lucet, quia ibi sunt tenebræ exteriores sic, quod ignis gehennæ non lucebit damnatis ad aliquam consolationem, sed lucebit ipsis ad augmentum pœnæ. vnde Isid. Ignis gehennæ lucebit miseris ad desolationem & augmentum pœnæ, vt videant, vnde doleant, & non lucebit ad cõsolationem, vt videant, vnde gaudeant. Vnde *Bernh.* Damnati non vident vnde gaudeant, sed videbunt vnde doleant, scilicet bonum, quod amiserunt. Et iusti videbunt & lætabuntur, considerantes, quid euaserunt. Quarta differentia est, quia ignis præsens cõsumit materiam, quam incendit, sed ignis inferni nunquam consumere potest. vnde: *Luent omnia, quæ fecerunt, nec tamen consumentur.* Quinta differentia est, quia ignis præsens est extinguibilis; ignis verò inferni inextinguibilis: *Ignis eorum non extinguetur.* In istum ignem perpetuum arbor, quæ non facit fructum, postquá excisa fuerit, mittetur. Quantum ad tertium est sciendum, quod in cœna E infernali habentur tria fercula, & amarissimus potus, & tristissima musicalia. Primum ferculum cœnæ infernalis est fames. vnde Psal. *Famem patientur vt canes, quia præ magnitudine famis libenter comederent ranas*, bufones, serpentes, si pos-

Isid. lib. 4. de summo bono.

Iob. 20.

Esa. 8.

si possent habere; sed hæc minimè habere possunt, & hoc isti non aduertunt, qui multiplicia fercula, & pretiosa pocula habere volunt, & sic in deliciis carnis viuunt, quibus Christus maledicit, vt habetur: *Væ vobis, qui nunc saturati estis, quia esurietis.* vnde Apostolus: *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini.* vnde etiam *Hieronym.* Difficile, imò impossibile est, vt quis præsentibus & futuris bonis fruatur, vt hic ventrem, & illic mentem impleat, & de delitiis ad delitias transeat, sed non sic impii, non sic, quia qui hic replentur saturitate, ibi cruciantur fame, vnde Salom. *Per quæ peccat homo, per hæc & punietur.* Ergo primum ferculum damnatorum est fames. Secundum ferculum damnatorum sunt carnes proprii corporis. vnde: *Vnusquisq; carnem proprii brachii sui vorabit.* O quàm amarum ferculum, vbi vnusquisq; præ magnitudine famis propriam suam carnem comedet. Tertium ferculum damnatorũ sunt carnes decoctæ, & etiam assatæ: vnde: *Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium.* Quando enim erunt in aquis niuium, tunc præ nimio dolore manducabunt linguas suas congelatas, & sic quodammodo comedent carnes decoctas. Qñ erũt in igne, tunc præ nimio dolore manducabũt linguas suas adustas: *Manducauerũt linguas suas præ doloribus:* & sic quodammodo comedent carnes assatas. Quantumcunq; enim & quotiescunque lingua comedebatur, subitò reintegratur, vt iterũ comedebatur. Sed de potu damnatorũ dicit Ps. *Ignis, sulphur, spiritus, procellarum pars calicis eorum.* Sicut enim vinũ intrat corpus & lætificat cor hominis; sic iste potus amaritudinis totum hominem penetrat & contristat. Et sicut in magnis conuiuiis consueuerũt sonare diuersa instrumenta musicorum; sic in istis conuiuiis siue nuptiis infernalibus resonant tria genera musicorum. Primum est stridor dentiũ: *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Secũdum est vlulatus dœmonum: *Vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit.* Moab igitur vlulabit, quia dœmones maiores vlulabunt, & cęteri eis respondebunt, & ad eos similiter vlulabunt. Et hęc est spiritualis pœna damnatorum, audire vlulatum, & clamorem dœmonũ, quia sicut sanctis & electis in cœlo est dulce audire cantum & laudem Angelorum; sic triste est damnatis audire vlulatum, & clamorem dœmonũ. Tertium genus musicorũ est planctus cõmuniter omnium damnatorum: *Planget terra,* scil. infernalis, *familiæ seorsum.* Nam seorsum clamat & plangit familia superborum, & seorsum familia luxuriosorum, & seorsum familia auarorum, & de aliis, & si triste est in præsenti audire clamorẽ hominis tribulati, quid tunc erit, vbi omnes damnati clamabunt: væ, væ, væ: Væ quòd vnquam

Margin notes: Luc. 9. — Rom. 8. — Hieron. in epist. — Esa. 9. — Iean. 23. [Iob 24.] — Apocal. 16. — Matt. 13. — Esa. 16. — Zach. 12.

vnquam nati sumus. Væ quod vnquam secundùm carnem viximus. Væ q, vnquam illicitè gauisi sumus. Exemplū de hoc q̄re *ante ser. 5. L.* Sic iam habemus de cibo & potu, & musicalib. instrumentis damna- G torū. Modò secundùm cursum mū[...]i tunc ad delitias corporis pertinet intrare balneum; ideò hic aliquid de balneo infernali est dicendum. Primò .n. damnati balneātur in igne infernali, sicut hoīes hic cōsueuerunt ꝓpter delicias corporis balneari in aquis, & iste ignis, vt antea tactum est, supra modū calidus est. Ad quem habet se ignis noster, quo ad calorē, sicut ignis depictus in pariete respectu nostri ignis, & in illo membro peccator grauius torquebitur, in quo plus peccauit. Vnde *Bernh. In quo autem membro peccator magis offendit, in eodē magis torquebitur.* Secundò, in balneo infernali hoc perizomata, i. mallei igniti, cum quibus damnati à dæmonibus percutiuntur & torquentur. Tertiò, in balneo infernali sunt fricatores, & sunt illi dæmones, qui cum vncis ferreis damnatos dilacerant & puniunt. Quartò, in balneo sunt rasores, & rasura balnei infernalis est priuatio totius boni. Quia damnati raduntur & priuantur oī bono, q, est in cœlo, & in mundo, quia anima damnata nunquā consolabitur in æternū à Deo & à sanctis, & corpus nunquā habebit cōsolationem aliquā ab omnibus delitiis mundi. Et postquam damnati balneati sunt, tūc lectū ad quie- H scendū eos intrare oportet, qui lectus est infernalis puteus, qui est tātæ profunditatis, q, damnatus habebit ignem supra, & similiter infra se, ita q, non est tāta distantia à cœlo ad terrā, quin iste ignis ꝓfundior sit. Istud balneum, & istum lectum infernalem isti aduertere deberent, qui singulis septimanis bis vel ter in deliciis carnis balneantur, & in plumis, & in lectisterniis mollibus de manè diu dormiunt, & se reuoluunt. vnde tale exemplū ponit Huberius: Legitur de quodā magistro delicatissimo, qui Bononiæ cōmorans, in tantum refugiebat statum pœnitentię, q, nolebat ad sermones ire, vel aliquod verbum audire loqui de Deo, ne moueretur ad ingressum religionis. Factum est autem, quòd quidam frater Prædicatorum suus compatriota semel visitaret eum in domo sua. Et cùm ingressus esset cameram eius, ipse timens, quòd vellet ei prædicare, ait: Frater ad quid venistis? si vultis mihi loqui de Deo, nihil curo. Si verò de negotiis aliis, bene veniatis. At ille: Magister habeo vobis loqui de quibusdam aliis negotiis. Et ex quo non vultis audire de Deo, non propono vobis loqui de Deo, nisi cum licentia vestra. Tunc ille recepit eum ad loquendum de aliis negotiis. Cùm aūt verba & rumores essent finiti, frater volens recedere, dixit illi: Magister date mihi licentiam vnū verbū loquendi de Deo. Ille

Huberius in tract. de septuplici timore.

Ille licet cum difficultate concessit. Et frater: Magister obsecro, vt hac nocte, quando intraueris lectum vestrum, recordemini de lecto, qué habituri sunt in inferno illi, qui hic non agunt veram pœnitentiam. Et ille, quis lectus erit? & frater Esaias dixit: *Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Post illa verba recessit frater. Et ille magister nocte illa recordatus verbi illius, cùm esset in lecto, non potuit dormire, cogitans de illo lecto infernali. Et in tantum prævaluit illa cogitatio in eo, quod post modicum tempus ordinem est ingressus.

De Eadem Dominica.

Sermo CII.

Quòd voluntas Dei consistit in septem.

Matth. 7. Qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Sciendum, quòd in præsenti Sermone tria sunt dicenda. Primò, quare meritò debemus facere voluntatem Dei. Secundò, in quibus voluntas Dei consistit. Tertiò exemplum. Circa primum, sciendum, quòd voluntatem Dei facere debemus, quia ipse fecit voluntatem nostram. Secundò, quia facit. Tertiò, quia faciet in futuro. Fecit enim voluntatem nostram scilicet sustinendo pro nobis mortem amarissimam: *Nos desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorosum & scientem infirmitatem.* Esa. 53. Igitur qualem desiderauimus eum, talis est factus. Est enim factus despectus propter paupertatem, quia diuites despiciunt pauperes, sed Christus factus est pro nobis pauperrimus, vnde *Bern.* Pauper natus, pauper vixit, pauper obiit. vnde Apost. *Propter nos egenus factus est, cùm esset diues, vt nos illius inopia diuites essemus.* 2. Cor. 8. Et etiam factus est nouissimus propter humilitatem suam, quia humiliauit se in tantum, quòd non potuit se vltra humiliare: vt nos doceret humilitatem, & nos in futuro exaltaret. vnde *August.* Discite à me, ait Dominus, non mundum creare, non visibilia & inuisibilia cuncta ordinare, nō in isto mundo miracula facere, vel mortuos suscitare, sed quia mitis sum & humilis corde. Aug. de Verbis Domini sermon. 10. Idem: Erubesce homo esse superbus, vbi humilis factus Deus. Insuper factus est vir dolorum, sciens infirmitatem, & hoc propter passionis amaritudinem: *Vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, &c.* Thren. 1. Nam Christus factus est plenus doloribus, quia à planta pedis vsque ad verticem non fuit in eo sanitas. vnde: *Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Esa. 53. Secundò, facit voluntatem nostram in præsenti, sc. preces nostras

Luc. 11. stras exaudiendo: *Ego dico vobis, petite & dabitur vobis, &c.* Tertiò faciet voluntatem nostram æternam beatitudinem nobis conferendo. Psal. *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.* Circa K ¶ secũdùm sciendum, quod voluntas Dei consistit in septem, quæ Dominus à nobis requirit. Primò voluntas Dei, est conuersio à peccatis, scilicet, vt per veram contritionem, confessionem, & pœnitentiam à peccatis nostris conuer-
Ezech. 18. tamur: *Nolo mortem peccatoris &c.* Ibidem: *Nunquid voluntatis meæ est mors impii, & non magis vt conuertatur, & viuat.* In signum huius DEVS prolongat nobis dies nostros, vt à peccatis conuertatur:
Esa. 30. *Propterea exspectat nos Deus, vt misereatur nostri.* Ergo voluntas Dei est, vt superbus auertat se à superbia sua ad humilitatem, quia superbia odibilis est DEO & hominibus. Nec mirum; quia secun-
Isid. de sum. bono. dùm *Isidor.* Superbia est origo omnium criminum: & veraciter, si reperies te superbum, tunc scias indubitanter, esse filium diaboli. vn-
August. in epist. de August. Quem superbum videris, filium esse diaboli non dubites. Ergo si filius DEI fieri volueris, tunc auertaris à superbia: & hæc est voluntas Dei. Si luxuriosus es,
Innoc. de vtilitate conditionis hum. tunc voluntas Dei est, vt efficiaris castus. vnde *Innocent.* Luxuria non solum maculat animam, sed & corpus fœdat. *Hier.* Qui luxuriatur, viuus mortuus est. Item, si sis gulosus, Deus vult vt efficiaris abstinens, & sic de aliis. Secundò voluntas DEI est, vt post conuersionem mundemur à peccatis. vnde dixit Christus ad leprosum: *Volo mundare.* Matth. 8. Sic iam dicit ad quemlibet peccatorem, qui leprosus est in anima; Volo mundare. ¶ L Mundatur autem aliqua res tripliciter. Primò, frequenti ablutione aquarum; sic anima mundatur frequenti effusione lachrymarũ. vnde Ps. *Lauabo per singulas noctes lectũ meum.* Idem: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte, &c.* Secundò, mundatur tersione, vti cõfricatione asperi panni; sicut cantarum vel cyphus mundantur frequenti fricatione panni, sic asperitas vitæ valet ad spiritualem mundationem animæ: *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum.* Matth. 3. Tertiò, limitatione; sic homo tribulatione mundatur. Vnde *Bernhar.* Quod lima ferro, quòd fornax auro, hoc tribulatio viro iusto. Tertiò, voluntas Dei est, vt in bono pficiamus, & perfecti efficiamur. ¶ M vnde Apostolus: *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Thess. 8. Bern. Semper ambula, semper profice, noli in via deficere, noli retroire. Ideò permittit hic nos Deus diu viuere, vt proficiamus in bono. Et etiam homo propterea debet desiderare longam vitam, vt possit peccata sua emendare, & in bono proficere. Sed heu, plures

sunt, qui quantò diutius viuunt, tantò peiores efficiuntur. Aliqui n. sunt, qui ante decem annos meliores fuerũt, & ad mortem melius dispositi, quàm hodierna die, & hoc est reprehensibile. Hier. *Crescat in te cum annis gratia, & cum ætate iustitia.* Quartò, voluntas Dei est, vt æqualitatem quantum ad proximũ habeamus, scil. ꝙ istam regulam omnib. actibus seruemus, in qua lex naturalis cõ[illegible]etur, quam Christus

Matth. 7. per se docuit in Euang. dicens: *Quæ vultis, vt faciant vobis homines, hæc*

Tho 4. *& vos facite illis.* & illud: Quod ab alio tibi oderis fieri, vide ne feceris alteri. Hanc regulam generalem seruare debemus, & specialiter seruare debent mercatores, laboratores, agricolę, mechanici &c. Et quilibet secundùm suum statum in omnibus verbis & factis. Quintò, voluntas Dei est honestas exterior ipsius hominis in omnibus verbis & factis, & moribus, ne proximum

1. Pet. 2. scandalizet: *Quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam*: scil. illorum, qui possent scãdalizari. Quilibet enim N ¶ studere debet seruare honestatem in omnibus verbis & factis, & hoc propter tria. Primò, quia honestas hominis placet Deo, & Angelis. Bern. *Grata res est Deo honestas, quæ est amica Angelorum.* Secũdò, quia

Matth. 5. ædificat proximum: *Sic luceat lux vestra coram hominibus.* August. *Duo sunt tibi necessaria, scil. conscientia & fama. Conscientia propter te, fama propter proximum.* Hug. de S. Vict. *Non sufficit nobis vita sancta, nisi sit & fama bona.* Tertiò, qui gratiam conseruat in homine, scil. honestatem morum, & verborum. Sextò, voluntas Dei est inflãmatio cordis nostri in amorẽ ipsius:

Ignem veni mittere in terrã, & quid Luca

volo, nisi vt ardeat? Ad hanc autem inflammationem valet meditatio beneficiorum Dei. Psal. *In meditationem meam exardescet ignis.* Beneficia aũt Dei & charitatem ipsius cognoscere debemus in digni- ¶O tate creationis, in assumptione carnis, & in tolerantia passionis. In dignitate creationis ostenditur, quòd plus hominẽ dilexit, quàm aliquam aliam creaturam mundi: & hoc in duobus. Primò, quia ad imaginem & similitudinem ipsius fecit hominem: *Faciamus hominem ad imagi-* Genes 1.

nem & similitudinem nostram. Secundò, quia eum dominũ omnium creaturarum fecit & cõstituit: *Do-* Ibidem.

minamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus super terram. Ecce enim dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna &c. & replete terram, & subiicite eam. Ps. *Omnia subiecisti &c.* In assumptione carnis ostendit, ꝙ plus dilexit hominẽ, quàm Angelum, hoc tripliciter. Primò, in honore quia naturam eius assumpsit, & nõ naturam Angeli. vnde: *Nus-* Hebr. 2.

quam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Secundò, in amore, quia

quia hominem proprio sanguine reparauit, quod non fecit Angelis
1. Cor. 6. lapsis: *Empti enim estis pretio ma-*
1. Pet. 1. *gno.* Et: *Scientes, quòd non corruptibilibus, auro vel argento, sed pretioso sanguine Christi redempti estis.* Tertiò, in visione, quia ex cõtemplatione humanitatis maiori gaudio, quàm Angelus homo perfruetur in patria, quia ibi videbit suam naturam diuinæ naturæ vnitam, quod non videbit Angelus.
Iob 19. vnde: *In carne mea videbo Deum Saluatorem meum.* In tollerantia passionis ostendit, quòd plus dilexit hominem, quàm seipsum, pro modo loquendi, quando pro homine exposuit corpus & vitam.
Ioh 15. vnde: *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Sic ergo habes quomodo Deus hominem super omnia dilexit, scil. super omnes creaturas corporales, super Angelos, & super seipsum; & quando homo meditatur talia beneficia Dei, tunc incenditur igne diuini amoris. Septimò, vult Deus omnes homines saluos P fieri, & hoc ostenditur in septẽ. Primò nomine, quod interpretatur *Saluator*: vnde Angelus dixit ad Mariam: *Et vocabitur nomen eius Iesus. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* De hoc nomine IESVS quære supra serm. 19. C. Secundò, ostendit ex opere, quod ipse fecit. Acceptauit enim peccatores, & manducauit cum illis. Vnde Pharisæi scandalizati sunt, dicentes: *Hic peccatores recipit, & manducat cum eis, vorator & potator vini, & amicus Publicanorum est.* Item Pharisæi dixerunt discipulis Christi: *Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat magister vester.* Christus respondit: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Non veni vocare iustos, sed peccatores,* sc. ad pœnitentiam. Tertiò ostendit hoc illa die, quòd vult omnes homines saluos fieri, quando cœlos ascendit; quia tunc dixit discipulis, vt patet: *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Marci vltimo.
Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò nõ crediderit, condemnabitur. In hoc, quòd misit discipulos in vniuersum mũdum, ostendit, quòd oẽs homines in omnibus partibus mũdi vult saluari. Vnde Psal. *In omnem terram exiuit sonus eorum.* Quartò ostendit in hoc, quòd tribuit omnibus hominibus multiplicia beneficia, non solùm bonis, sed etiam malis: *Solem suum oriri facit super bonos* Matth. 5.
& malos, & pluit super iustos & iniustos. Quintò ostẽdit in hoc, quòd instituit remedia communia, scil. Sacramenta, in quibus confertur gratia: & eadem sacramenta quilibet potest recipere, quia si quis perdit innocentiam baptismalem peccando mortaliter, tunc potest resurgere per Sacramentũ pœnitentiæ. Sextò ostendit hoc in oratione, quã ad Patrẽ fecit pendẽs in cruce.

quando pro suis inimicis orauit, vt habetur: *Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Ibi ostendit, quod omnes homines voluit saluos fieri, ex quo inimicos & crucifixores vult saluari: & postmodum plures de Iudæis fuerunt conuersi, & saluati propter orationem Christi, quam fecit pro eis ad Patrẽ, pendens in cruce, vt habetur *Act.2.* quod B. Petrus Apostolus in vno serm. tria millia Iudæorum conuertit. Septimò, ostendit in hoc, quòd præmium commune omnibus dedit, scil. pœnitentibus, qui malè vixerunt, & postmodũ conuersi sunt, quos præmiabit cum illis, qui sibi seruiunt à pueritia in innocentia & puritate: *Acceperunt autem & ipsi singulos denarios.* gl. i. æternitatem licet differunt in gaudiis, sc. in præmiis specialibus & prærogatiuis in cœlo; quia secundùm dictum Christi, vt habetur: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Etiam Apostolus dicit: *Reddet vnicuiq; iuxta opera sua.* Quod Dñs cupiat omnes saluari, & paratus sit nobis peccata indulgere quandocunque conterimur, hoc patet per tale exemplum: Cõtigit in quodam loco, q̃ quædam virgo in lapsum carnis cecidit, & postmodũ contrita valde, prostrauit se humiliter coram Altari B. Virginis Mariæ, vbi imago eius cum puero in sinu eius residebat. Quæ defleuit cõmissum suum, inuocans deuotè gloriosam virginem Mariam, & puerũ eius Iesum. Tunc imago pueri descendit de Altari ad mulierem, dixit ei: Dimissa sunt tibi peccata tua. Illa respondit: Quomodo credam hoc? Et ait puer: Ego sum tuus plasmator, & cupio te saluare, & semel pro te passus sum, & antequam te amitterem, si humana natura exigeret, iterum pro te crucifigerer, quomodo ergo tibi, & vnicuique peccatori, deuotè me inuocanti, peccata sua non indulgerem? quia propterea in hunc mundum veni, vt peccatores vocarem ad pœnitentiam, & saluum facerem humanum genus, quod per peccatum perierat.

Luc. 23. Act. 2. Matt. 20. Iohan. 14. Rom. 2.

Q q

DOMINICA IX. POST FESTUM TRINITATIS.

Sermo CIII.

De eleemosyna danda.

FAcite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Secundum dictum cuiusdam Philosophi, quilibet deberet habere vnum amicum, & vnum inimicum, vt amicus veritatem sibi diceret, & inimicus eius vias obseruaret. Etiam vt amicus eum corrigeret, & inimicus cũ persecutionibus exercitaret. Sic etiam quilibet homo habet angelum vnũ bonum, qui ad bonum ipsum prouocet; & malum, qui eum tentationibus exercet, scil. quia nomen inimici Luc. 16.

inimici est odiosum, & nullus vult habere inimicos, videamus saltem qualiter possumus habere amicos. Istud docet nos Dñs dicens: *Facite vobis amicos de mamona iniquitatis.* vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda: Primo, quæ vocitat ad dandum eleemosynam. Secundo, qualiter sit danda eleemosyna. Tertio fruct⁹, quos confert eleemosyna. Circa primũ sciendũ, q̧ R§ eleemosyna libenter est danda, & adhoc debent nos inducere tria. Primo, debes considerare q̄s sit qui à te petit eleemosynam, & est Dominus Iesus Christus in specie pauperis, *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Item alibi. *Qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis.* Ergo claudentibus ianuas pauperibus, ipse Christus claudet cœlum. Secundo, considerare debes quid petat, quia suum, & non tuum. *Quid habes, quod non accepisti?* Prius enim habuisti eum largitorem, & post facis eum tuum debitorem. Si enim Dominus terrenus commisisset tibi bona sua, & cum postularet partẽ de illis, tu denegares sibi nonne merito indignaretur? sic similiter, & Deus. vnde *Aug.* De meo vtique quæro, ait Dominus: Da mihi, & reddam tibi, habuisti me largitorẽ fac me debitorem, pauca mihi das pluraque tibi reddam, & terrena mihi, cœlestia vtique reddam temporalia das æterna restituam, memetipsum etiam tibi restituam.

Matt. 25.

1. Cor. 3.

Aug. de verbis Domini. ser. 53.

Tertio, debes considerare propter quid petat, quia propter vtilitatem tuam, & non suam Ps. *Bonorũ meorum non eges.* Quantum ad secundum sciendum, q̧ eleemosyna septẽ modis est danda: Primo, abundanter. *Quomodo potueris, esto misericors,* & tales debent dare cum magno affectu, & voluntate, scilicet quod libenter plus darent, si haberent: quia Deus intuetur cor & voluntatem eorum, vnde *Isid.* Quali enim intentione ab vnoquoque largitur, taliter & apud Deum recipitur, quia Deus non remunerat secundum qualitatem eleemosynę, sed secundum affectum hominis. vnde *Hie.* Quæ offeruntur non põdere, sed offerentis voluntate pensantur: ergo nullus de paupertate debet se excusare, quia si pauper esses, & tantum daretur tibi pro vno paruo denario de his, quæ venduntur hic in mundo, sicut diuiti pro floreno, libẽter emeres, nec ab emẽdo paupertas te retraheret; sic est de Christo, & de eleemosina, vnde dixit Christus de vidua, quę duo æra obtulit, quod plus omnib. aliis dedisset quia totũ, q̧ habuit, dedit, sed diuites dederunt de superfluo. Et si non habueris dare denarium, da tamen frustum panis, & si hoc non habes da haustum aquæ frigidæ. vnde: *Qui dederit calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam;* imo si libenter plus faceres, & non potes, Dominus dabit tibi vitam æternam pro hau-

Thob. 4.

Isid. de sum. bon.

Luc. 21.

Matt. 10.

sto aquæ frigidæ: & si hoc iterum non potes, da tamen bonam voluntatem. vnde *Aug st.*. Coronat Dominus intus voluntatem, vbi non inuenit facultatem. Secundo, danda est eleemosyna ordinate, scilicet vt homo primo misereatur suiipsius. *Miserere animæ tuæ placens Deo*. vnde *Aug*. Qui vult eleemosynam ordinatę dare, debet à seipso incipere. *Qui sibi est nequã, cui bonus erit*? Sicut enim non est misericors, qui matris indigentis non miseretur, sed aliorum miseretur; ita non est misericors, qui animæ suæ infirmanti vsque ad mortẽ non miseretur, cum plus eã diligere debeat, quã matrem. Sapiens: Semper tu tibi proximus esto. vnde etiam *Cato*. Cũ fueris felix semper tu tibi proximus esto. Item ad ordinẽ rectæ rationis pertinet vt potius misereatur animæ, quam corporis. Sed oppositum contingit multoties. Nam sæpius cum infirmatur corpus, tunc medicus quæritur; sed cum anima infirmatur, tunc nihil curatur de illa. Qualiter autem quis debeat misereri animæ suæ. Hoc quære supra serm. 73. B. Tertio, danda est eleemosyna cum hilaritate, & sermonis dulcedine *Hilarem datorem diligit Deus*. Quia per hilaritatem saginatur eleemosyna, & eodem vultu Deus restituet sicut dedisti aliis. Quarto, est danda eleemosyna cum festinatione. *Ne dicas amico tuo: vade, & reuertere, & cras dabo tibi cum statim possis dare. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur.* Contra hoc faciunt, qui pauperes ad ianuas suas diu stare & clamare permittunt. Et etiam eleemosyna danda est in vita hominis. vnde: *Ante mortem bene fac amico tuo*, id est, Christo, sc. in membris eius, id est, pauperibus Apost. *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes &c.* Quia eleemosyna in vita est lucerna lucens, ante hominẽ præcedens, quæ custodit hominem ne ipse cadat in foueam, & eleemosyna, quæ post mortem datur, est sicut lucerna, quæ post hominem portatur, quæ non custodit hominem quin in foueam cadere posit; & si ceciderit in eam, inde eum non extrahit, quia in inferno nulla est redemptio. Ergo vnus denarius quẽ quis sibiipsi subtrahit in hac vita, & dat propter Deum plus valet sibi, quam cẽtum post mortem: vel forte in morte. *Amb.* Bona hominis nõ sunt, quæ secum ferre non potest, & insuper bona, qua ibi præmittis, ibi inuenies. vnde Apost. *Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.* vnde etiam *Petrus de Rauen.* O homo si hic permansurus es, quæ tua sunt hic reponas: si autem illuc iturus es, cur ea, hic relinquis? Manus pauperum est gazophilatium Christi, quia quicquid accepit pauper Christi, Christus accepit. Da pauperi terram, vt accipias cœlum: da nummum, vt accipias regnum: da pauperi, vt det tibi, quia

Aug su. per. Ps.
Eccle. 70.
Eccles. 14.
2. Cor. 9.
Prou 3.
Prou. 22.
Eccle 14.
Gal.
Gal. 6.

quia quicquid pauperi dederis, tu habebis; & quod à te non acceperit pauper, habebit alter: vnde *Chr.* *Chryſ. ſuper Matt.* Ibi ſubſtantiam tuam colloca, vbi patriam habes: quia ſtultitia eſt illic relinquere, vnde exiturus es, & illic non præmittere, quo iturus es. Quicquid pro anima tua feceris, hoc tuũ eſt, quicquid hic relinquis, hoc perdes. Quod autem ſtultum eſt ſic differre bona opera ſua, & eleemoſynas, quas, quis dare intẽdit, vſq; poſt mortẽ, patet per tale exẽplũ. Erat quidã diues, qui habuit vnicũ filium, qui in agone mortis ſolẽniter teſtamẽtũ cõdidit, ꝓ anima ſua legando, iſta plebanis, & iſta religioſis, & ſic obiit. Poſt mortem patris plebani, & religioſi venerũt ad filiũ, & petierunt ſibi dari ſua legata à patre. Tunc filius reſpondit. Nulli quicquam dabo, & ſubiunxit rationem dicens: Vos dicitis, & cũ ſacra ſcriptura approbatis, quod ſi quis eſt in inferno, nihil ſibi proſunt ſuffragia, & bona opera, ſi eſt in cęlo tunc non indiget ſuffragiis, modo ego neſcio, an pater meus ſit in inferno, aut in cęlo. Si eſt in inferno, & bona opera pro eo faciam, nihil ei proſunt, & ſi eſt in cœlo non indiget de ſuffragiis meis, & ſi eſt in purgatorio, tunc purgetur vſque ad nouiſsimum peccatum, quia nihil dabo pro anima eius, quia illa bona temporalia, quæ iure hæreditario poſsideo non ſic ſub dubio pro anima eius expendam, ſed torqueatur vſq; dum purgabitur. vnde *Greg.* Tutior via eſt, vt bonum, quod quiſque poſt mortem ſperat agi per alios, agat dũ viuit ipſe per ſe. Beatius quippe eſt liberum exire quam poſt vincula liberantem quærere. Quinto, eleemoſyna danda eſt cũ humilitate, & bona intentione, & non propter vanam gloriam. *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.* *Matt. 6.* Cum humilitate. *Carnem tuã ne deſpexeris &c.* *Eſa. 58.* Quia vnuſquiſq; cogitare debet, quod talis fieri potuit, ſi Deus permiſerit ſ. cæcus, claudus leproſus, & ſicut tunc ſibi compati vellet, ſic iã compati debet aliis. Sexto, danda eſt eleemoſyna de bonis iuſte acquiſitis, quia omnia prædicta non ſufficerent, niſi & hoc fieret *Honora Dominum de tua ſubſtantia.* *Prou. 3.* Sciendum, quod triplex eſt eleemoſyna: ſcilicet bona, melior, & optima. Bona, quæ fit de patrimonio Chriſti, in quo ſolum clerici habent diſpenſationem, & ſacrilegium eſt clericis aliquid vltra victũ & veſtitum retinere. Melior, quæ fit de patrimonio proprio, quod quis à parentibus poſsidet. Optima, quæ fit de his, quæ acquirũt labore proprio. vnde Apoſtolus: *Laboret manibus ſuis operando, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.* *Ephe 4.* Deo .n. non placet eleemoſyna de furto, vel de rapina, ab illo, qui poteſt ſcire, cui reſtituendum eſt. vnde *Auguſt.* Quale eſt illud munus quod alter cum gaudio accipit, & alter cum lachrymis amittit. *Qui offert ſacri-* *Eccl. 34.*

ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Sicut enim aqua, ſi eſt munda, lauat, ſi immunda coinquinat: ſic eſt, de eleemoſyna, quæ ſi ſit de iure acquiſitis, meretur, ſi de iniuſte acquiſitis, perditur, & nihil iuuat, ſaltem cum conſtat, cui deberet fieri reſtitutio. Itẽ quæritur vtrũ liceat eleemoſynas recipere ab vſurario? Reſpõdeo, ſecun- *Vlricum*, quod ſic, niſi per hoc efficeretur impotens ad ſoluendum. Nam qui intantum reciperet ab eo, teneretur ſibi reſtituere, vel illis à quibus ipſe recepit: ſecus ſi haberet alia præter vſuram. Septimo, danda eſt eleemoſyna pauperi non diuiti, bono, & non iniuſto. vnde: (Luc. 14.) *Cum facis conuiuium, voca pauperes, & debiles &c.* Item eſt danda (Eccle. 12.) eleemoſyna iuſtis. *Iuſto tribue, & non recipias peccatorem, bene fac humili, & non dederis impio.* Vnde ſciendum, quod duobus caſibus malis non eſt danda eleemoſyna. Primo, ſi credis, quod propter donum tuum negligant iuſtitiam, & confortentur in malis; vnde *Hie.* Da indigenti, & non da ſaltanti, vt non cum tuis pecuniis animam illius perdas. Tu autem es cauſa perditionis illius cui occaſionẽ præſtas. Ergo grauiter peccant illi, qui ad hoſpitium recipiunt, & fouent hyſtriones, & meretrices cum ſuis malitiis. Secundo, cum datur malis non intuitu pietatis, ſed ob aliquam illicitam cauſam, vt ſunt illi qui dant hyſtrionibus cauſa hyſtrionatus. vnde *Auguſt.* (Aug. ſuper. Ioa.) Donare ſiquidem res ſuas hyſtrionibus cauſa hyſtrionatus, vitium eſt immane, & non virtus. Et de talibus eſt frequens fama cum laude, quia laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ. Sed malo homini, inquantum homo eſt, & neceſſarius licet dare eleemoſynam. vnde *gloſ.* Qui indigenti peccatori, non quia peccator, ſed q̃a homo eſt, tribuit, non peccatorem, ſed iuſtum nutrit, quia non culpam ſed naturam diligit. (Gloſ ſuper Eccle. 4.) Quantum ad tertium eſt ſciendum, quod ſeptem ſunt fructus eleemoſynæ. Primus augmentatio temporalium. *Honora dominum de ſubſtantia tua, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & torcularia tua vino redundabunt.* (Prou. 3.) vnde: *Date, & dabitur vobis.* (Luc. 6.) vnde *Petrus Damianus* narrat vnum exemplum, quod quidam pauper vir cũ vxore ſua vnum ſolum denarium habebat ad emendum aliis quid, q̃ in die ieiunii cum pane comederet, & quando fuit in via eundi ad forum ad emendum, quidam pauper venit, & ab eo eleemoſynam poſtulauit; & dedit illi denarium illum, & ſic rediit domum, & panis ad menſam ponebatur. Et ecce vir ignotus, & feſtinus viginti ſolidos denariorum in linteo ligatos in manu tenens poſuit ad menſam, dicens illos à domino ſuo

ſuo fore miſſos, & hoc facto mox receſſit, & quis iſte fuerit, non niſi angelus creditur. Tamen ſciendum eſt, quod hæc non debet eſſe principalis intentio, quare dãda ſit eleemoſyna, ſed honor Dei,
Hier. ad Nepotiã. & ſalus animæ. vnde *Hieron.* Sunt aliqui, qui pauperibus parum tribuunt, & accipiunt amplius, & ſub prætextu eleemoſynæ quærũt diuitias; quæ vtique fœneratio magis appellanda eſt, quam eleemoſyna: ſi enim hic remunerari vis, tunc æterna remuneratione carebis.
Matt. 6. *Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam.* Secundus fructus eleemoſynæ eſt remiſsio peccatorum.
Eccl. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.*
Dan 4. *Peccata tua eleemoſynis redime.* Ergo diues, qui multa peccata commiſit, eleemoſynas dare debet, vnde etiam *Auguſtinus*:
Aug. in ſermon. Multa ſunt genera eleemoſynarum, quas cum facimus, adiuuamur vt dimittantur peccata noſtra, ſed eo nihil eſt maius, quam cum ex corde dimittimus, quod in nos quiſquã peccauit. Tertius fructus eleemoſynæ eſt augmentatio.
2. Cor. 9. & collatio gratiæ. Apoſtolus: *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus metet,* ſcilicet gratiã in præterito, & gloriam in futuro. Ratio huius eſt, quia illi, qui miſertus eſt proximi, etiam miſericors
Amb in l. de off. debet eſſe Deus, ſcilicet gratias dando. vnde *Ambroſius*: Nihil ita commendat Chriſtianam animam quemadmodum miſericordia. imo non ſolum acquirit homini gratiam ſed etiam cuſtodit & conſeruat gratiam in homine. *Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit.* Eccl 17.
Nam quemadmodum ſe opponit manus ne oculus lædatur, ſic eleemoſyna in tentationib. diaboli ſe opponit, vt animam à peccatis cuſtodiat. Quartus fructus eleemoſynæ eſt, quod homini apud Deum multos interceſſores, & amicos acquirit, ſcilicet ipſos pauperes. *Hieron.* Qui opera pietatis libenter exercet, habet multos interceſſores, & impoſsibile eſt preces multorum non exaudiri. vnde Chriſtus dicit in verbis præmiſsis. *Facite vobis amicos &c.* Dato etiã, quod pauperes mali eſſent, & peccatores, adhuc eleemoſyna orat ad Deum: *Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro te.* Eccl 29.
Vnde ſciendum, quod pauperes tenentur pro benefactoribus orare, quorum eleemoſynas recipiunt, & q̃ pro eis laborant, & pretium laborum ſuorum cum eis communicant. Item ſciendum, quod eleemoſyna eſt danda illis, qui non poſsunt laborare, nec ſeipſos cum ſuis laboribus nutrire. Ergo illi grauiter peccarent, qui de dolore ſuo ſe poſſent nutrire, & propter pigritiam ſuam mendicarent. Vnde dicitur in decret. de cõſ. d. 5. c Nũquã.
Non licet homini ſano mendicare. Quintus fructus eleemoſynæ

Ffff eſt, quod

est, quod homini præparat viam ad cœlum, & patefacit ei ostium Paradisi. *Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum*. Ex h s patet, quod misericordia est ost aria Paradisi, quæ claudit ostium auaris, & aperit munificis. vnde *Greg.* Dei misericordiam non potest promereri, qui misericors non fuerit. Sextus fructus eleemosynæ est, quod hominem ad bonum finem perducit, & comitatur morientem, cum eum omnes amici sui deserunt. *Amb*: Non sunt bona hominis, quæ secum ferre non potest, sola misericordia bonum est defuncti. *Opera enim eorum sequuntur illos*. Quod enim eleemosyna, & misericordia ad bonum finem perducit, ostendit. *Hier.* dicens: Non memini me legisse mala morte moritu rum, qui libenter opera pietatis exercuit. Insuper eleemosyna in iudicio adiuuat & benedictionem impetrat. vnde Ps. dicens, *qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos in iudicio &c.* In signum huius in extremo iudic o specialiter fiet disceptatio de operibus misericordiæ. *Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui &c. Venite benedicti* C *patris mei &c.* Septimus fructus eleemosynæ, quod præmium æternum acquirit. *Mensuram bonam, & confertam, coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum &c.* Mensura bona est, quod Angeli animam illius hominis, qui hic misericors fuit in cœlum perducent. Conferta, quod angeli, & omnes sancti in cælo honorifice, & lætantur eum suscipient. Mensura coagitata est, q, angeli, & sancti, & ipse Christus bona sua secum diuidunt, quia hic temporalia cum pauperibus diuisit; mensura super effluens est, quod in perpetuum Deus, & omnes sancti regratiabuntur isti homini qui hic fecit misericordiam. Quia omnes fideles sunt mẽbra vni⁹ corporis mystici, & Christus est caput eorũ, & ergo caput, & omnia membra congaudent, & regratiantur in cœlo illi; qui hic est consolatus suum, proximum, exhibendo sibi opera pietatis, & D charitatis. Vltimo, mouendæ sunt aliquæ quæstiones. Prima est, an vxor in aliquo casu posit facere eleemosynã sine licentia viri. Resp. quod sic. & hoc in casu triplici. Primo, si vxor fuerit lucratiua. Secundo, si res habuerat paraphernales, id est, ꝓprias præter dotem, vbi huiusmodi paraphernalia de consuetudine locum habent: & vxores possunt de illis inuito viro eleemosynas dare, & facere. Tertio, si facit eleemosynam de rebus suę dispensationi commissis; puta de pane, vino, & huiusmodi, quæ de approbato more solent ad dispensationem vxoris pertinere, de his potest facere eleemosynas, moderate tamen sic, quod egestaté coniugi nõ inducat Secundo quæritur, vtrum seruus, vel ancilla in ali- E quo

Eccl. 15.

Apoc. 14.

Matt. 25.

Luc. 6.

quo casu possit facere eleemosynas de rebus domini? Resp. secundum *S.Tho.* Serui, & ancillæ nō possunt dare eleemosynas de bonis dominorum suorum sine eorum consensu, nisi panem vel brodium, & huiusmodi, quæ non inferunt sensibile nocumentū, sed de illis diuitibus, qui sunt parci, & tenaces ad pauperes quære ser. lxxii. E. & cum hoc exemplum ibidem.

B Thom. in 4. di. 15.

In Eadem Dominica. Sermo. XCIV.

De his, qui acquirunt res iniuste.

FAcite vobis amicos de mammona iniquitatis. Sciendum, quod secundum *Bedam* mammona lingua Siriorum diuitiæ nuncupantur, quæ dicuntur iniquitatis secundum *Aug.* tribus de causis. Primo, quia sæpe faciunt hominem iniquum, & sæpe sunt materia iniquitatis. Secundo, dicuntur iniquitatis ex eo, quod homines in præsenti vita decipiūt. Promittunt enim securitatem, & dant timorem; satietatem; & dant esuriem; stabilitatem, & dant subitam deiectionem. Tertio, dicuntur iniquitatis, quia sæpe per rapinas, & alios illicitos modos acquirūtur. Vnde in præsenti sermone dicendum est de aliquibus generibus hominum, qui iniuste bona temporalia acquirunt. Quorum primi sunt raptores, qui aliena violenter rapiūt, & tales raptores in tribus peiores sunt diabolo. Primo, quia diabolus solum torquet in futuro, qui hic male agunt, sed illi è conuerso plus torquent, & spoliant bonos, quam malos. vnde: *qui recessit à malo præde patuit.* & : *viri sanguinum oderūt simplicè*; diabol⁹ iustificare se potest in comparatione istorum, dicens: Ego afflixi in inferno solum illos, qui meruerunt, sed illi è conuerso illos spoliauerunt, qui nunquam meruerunt. Secundo, quia diabolus timet angelum, homines, & signum crucis, & aquam benedictam; ne violentiam faciat homini in corpore. Sed raptores, nec timent angelum, nec Deum, nec signum crucis, nec aquam benedictam, sed suam sæuitatem exercent violenter in hominem, eum spoliando. Tertio, quia in inferno punit diabolus, vbi est proprius locus ¶ E tormentorum, sed isti in mundo, vbi Deus dedit hominibus libertatem de se, & de suis rebus facere secundum voluntatem, ergo merito, ipsi raptores possunt dici Angeli diaboli, missi in mundum ad faciendum illud malum in isto mundo, quod diabolus facit in inferno, ergo dicet eis in extremo iudicio: *Discedite maledicti à me in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.* Sciēdum n. quod non solum raptores sunt, qui rapiunt, sed etiam, qui præcipiunt, & consulunt, & qui eos scienter in hospitio recipiunt & qui inde etiam comedunt, & bibunt, & rapta emunt; tales enim omnes tenen-

Luc. 16.

Esa 59.

Prou. 29.

tenentur ad restitutionem. vnde exemplum, legimus quod quidam miles rapuit cuidam viduæ pauperi vnam vaccam; quæ cum fleret, & instanter peteret, vt ei vaccã restitueret ꝓpter paruos pueros, quos haberet: respondit miles Si ego nõ caperem, tunc vnus alius post me veniens, caperet, & sic vaccam secũ duxit, & recessit. Ille potest obitum punitus est à diuersis dœmonibus, vnus inter cæteros eum incessanter, & infatigabiliter puniuit. Tunc ille miles damnatus dixit ad talem dœmonem: Cur me tam continue persequeris & punis, plus quam alius? Respondit dœmon. Si ego non facerem, vnus alius faceret; & hæc sunt verba quæ protulisti, dum vaccam pauperi viduæ rapuisti. Secundi sunt, qui per indebitas exactiones à suis subditis bona extorquent. De hoc quære supra sermon. lix. I. Tertii sunt, qui propter debita dominorum, ciues, & alios subditos indebite pignorant, quod est rapina apud Deum quando sic res pauperum indebite impignorantur; dimissis rebus principalium debitorum, vel dominorum. Sed heu, hoc iam commune est, q̃ mercatores, & rustici totã guerram luunt, qui nunquam causam, vel occasionem ad hoc dederũt; & tales pauperes merito essent martyres Christi, si patienter hoc sustinerent, & cum hoc à peccatis se cauerent. Quarti sunt, qui mercedem aliorum iniuriose detinent, & conseruant; & tales etiã grauiter peccant, qui iram Dei cõtra se grauissime ꝓuocant: q̃ patet, quia illud est vnum peccatum clamitans vindictam in auribus Dei continue. Dicitur .n. peccatũ clamare ad Deũ quod ex sua enormitate Deum ꝓuocat ad vindictã; & talia peccata sunt quatuor. Primum est, oppressio innocentum, & viduarum, & pupillorum. *Ascendit vox filiorum Israel ad Dominum &c.* Exod. 2. Ergo summe cauendum est cuilibet, ne pupillos, orphanos, & viduas innocenter opprimat, vel eis aliquam iniuriam faciat. Secundum est peccatum Sodomiticum vnde: *Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus est, &c.* Genes. 18. Tertium est detentio, & defraudatio mercedis mercenariorum. *Ecce merces operariorum vestrorum quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eius introiuit in aures Domini Sabaoth.* Iacob. 5. Quartum est homicidium proximi. vnde Dixit Dominus ad Cayn. *Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Genes 4. Sic Deus potest dicere ad quemlibet homicidam. Ecce vox sanguinis innocenter à te fusi, clamat ad me de terra, & requirit vindictam super te. Quinti sunt, qui vtuntur re apud se deposita vel etiam eis accommodata ad alium vsum, quã eis concessa est, vel etiam vtuntur pignore; tales furtum committunt, & contra Dei præceptum

ptum faciunt. Sexti sunt sacrilegi, qui scilicet rem sacram, vel etiam non sacram furantur, siue auferunt de loco sacro, & qui sacrum auferunt de loco non sacro; & tale furtum dicitur sacrilegium, quod etiã committitur, cùm quis facit iniuriam clericis, vel personis ecclesiasticis eos detinendo, vel eorum res auferẽdo; tales enim sacrilegi sunt communiter excommunicati ipso facto, & prohibiti à perceptione sacramentorum. Quæritur, vtrum reliquiæ sanctorum possint furtiuè subtrahi, vt honorabilius reponantur? Respondetur secundùm *Gui.* quòd non. Nam sacrilegium committitur, quoties aufertur sacrum de loco sacro, vel sacrum de loco non sacro. & nota secundùm *Ray.* quòd rel quias emere, vel vendere, symonia est. Septimi sunt, qui furtum committunt. Item quæritur, vtrum in re parua cõmittatur furtum, sicut in re magna? Respõdetur, quod sic; vnde dicitur in dec. Furtũ est iniusta ablatio rei quantumcunq; parua sit. Quia in furto nõ quod ablatum est, sed mens furantis attenditur. Et hoc intelligendum est, quando voluntas est talis, quod etiam maiora subtraheret, si posset, vel quando ex ablatione paruæ rei Dñs intelligitur grauari. Nam sicut dicit S. Thom. Si aliquis res minimas furtiuè accipit, per quas homo non reputat sibi nocumentum inferri, & ille, qui accipit, possit præsumere hoc non esse contra voluntatem Domini, excusatur; aliâs furtum semper est peccatum mortale, quia est contra dilectionem proximi, cui infertur nocumentum. vnde in talibus minimis, si quis habeat animum furandi, & inferendi nocumentum suo proximo, erit peccatum mortale, vt dicit sanctus *Thomas ibid.* Vnde hoc summè aduertẽdum est, quòd non solùm furtum notabile, sed etiam paruum, periculosum est homini; vnde si decem vnam vaccam furatam comederent, quilibet tenetur restituere partem, quæ ipsum contingit, si vult indulgentiam & remissionem consequi peccatorũ. Similiter intelligendum est de his, qui gramina de pratis aliorum metunt, vel cum pecoribus suis damna proximis suis scienter in segetibus & pratis inferunt. Item vectores, cum curribus suis per sata agrorum vehunt. Item qui fructus arborum, vel pira, vel rapas agrorum subtrahunt contra voluntatem proximorum. Item venatores, qui cum equis & canibus suis proximis segetibus damna inferunt. Omnes tales non sunt absoluendi à peccatis, nisi velint restituere damna illata. vnde dicitur in decret. Inferens damnum proximo non est absoluendus, nisi damno prius secundùm arbitrium la si restituto. Item rustici, qui quãdoq; agros proximorum sibi contiguos cum aratro abstrahendo diminuunt, & suos augmentant: omnes

18 quæst. 4 quisquis.

13 quæst. 6. c Vlt.

14 q. 6. c. Vlt.

B Thom. 2.2. q. 66.

14. quæst. 6. comperimus.

mnes tales tenentur ad restitutionem. Vnde habemus exemplum dialog. Cæsarii: Rustico cuidam morituro diabolus assistens palum igneum ori eius immittere minabatur; Ille culpam non ignorans, quocunque se vertebat semper diabolum præsentem vidit: Palum siquidem eundem cuidã vicino suo subtraxerat de agro suo, vt agrum suum augmentaret. Ad quem, cogente iam dicta necessitate, suos amicos misit, & ablata restituere promisit, & veniam postulauit: quibus ipse respondit: Non ignosco, sinite eum bene torqueri. Iterum terretur vt prius, & iterum mittit nuntios vt prius, sed veniam non consequitur. Tertiò, cum lachrymis venientibus, & dicentibus, quod ille miser nec possit mori, nec viuere. Respondit alter: Modò bene vindicatus sum, modò remittam. Ab illa igitur hora omnis terror diaboli recessit. Item parentes debent pueros suos debitè & benè informare, quod nec ipsis nec cuique homini aliquid auferant, nec furtiuè subtrahant. vnde legitur, quòd quidam puer defunctus est, & iudici præsentatus, quem puer quasi per velamen contemplatus est, multumque ei seuerus videbatur. Diabolus autem eundem puerum accusabat, dicens: Domine, iud ca secundùm iustitiam, quia iste puer obolum germano suo furatus est, nec inde fecit pœnitentiam, nec restituit ablatum, cui Dominus: Velles vt pró tantillo hunc puerum damnarem? mea iustitia non est sine misericordia. Supplicantibus pro puero quibusdam sanctis, quibus puer seruierat, culpa puero remittitur, sed ad præceptum iudicis puer ille proiicitur in puteum igneum, in quo tantam pœnam sustinuit, quod postmodum hanc pœnam verbis exprimere non potuit, & postea de illo puteo extractus est, & ab illa pœna liberatus, & tunc iudicem dulcem, & iucundum inuenit. & data est sententia, quòd anima corpori restitueretur, & ablatum persoluere iussus. Et admirantibus cunctis, qui aderant, per signa, quæ inuenerunt in eo, verbis eius compulsi sunt credere. Item, quòd homo post hanc vitam puniatur pro minimis rebus, patet per tale exemplum: Filius cuiusdam Ducissæ decedens, confessus est, quamuis non esset, nisi nouem annorum. Qui post mortem apparens matri, dicens, se esse in magna pœna purgatorii, quia non soluisset quæque debita, quæ accommodauerat à familia matris suæ ad faciendos ludos, & globos emendos, nec de hoc memor fuit in morte, vt soluisset tales hallenses, & petiit matrem, vt pro eo solueret, quia solutis illis, pœna sua finem haberet. Quæ respondit, libenter se velle facere: & inquisitione facta fecit omnes tales hallenses soluere famulis, & famulabus suis, quos ei concesserant. Post

hoc

hoc puer apparuit magna claritate, dicens, se esse liberatum à pœna, & positum in magna felicitate. Octaui sunt serui & ancillæ, quæ res dominorum suorum furtiuè & inutiliter consumunt, vel etiam de rebus dominorum suorum, ipsis inuitis, eleemosynas faciunt. Tales etenim propter piam intentionem à peccato mortali ex toto non excusantur. Noni sunt artifices & mechanici, qui artificia sua & opera sua fraudulenter faciunt, & sic proximos suos decipiunt, mala pro bonis vẽdentes. Contra quos dicit Dominus: *Væ vobis, qui dicitis malum bonum, & bonum malum.* Decimi sunt inuentores rerum, qui rem inuentam non restituunt. vnde *Augustinus*: Quicquid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti quantum potuisti, quia non plus potuisti; & ideò non plus fecisti. Ad hoc autem, quòd ille, qui rem alienam inuenit, euadat furti pœnam, tunc secundùm *Henric. de Vri.* debet publicè denuntiare, quòd illi, cuius res fuerunt, veniant, & si certa indicia expresserint, illis reddet, vel secundùm *Hostiens.* si ille non venerit, cuius res fuerunt, eroget pauperibus, vel ipse idem inuentor potest tenere rem, si indigens est, & pauper. & hoc secundùm quodã auctoritate pœnitentiarii sui, seu sui diœcesani, si fortè sibi retinuerit dispensationem talium rerum, quæ dicuntur vagæ restitutiones. Vndecimi dicuntur hospites, qui nimium computant hominibus secum commedentibus & hospitantibus, quia tales deberent moderatè hospitibus suis sumptus computare, sic tamen, quòd eis pro laboribus & occupationibus suis satisfacerent, quicunque tales vltra debitum modum, & nimis excessiuè proximos sic grauant, nimium computando, scienter & ex proposito tenentur ad restitutionem. Sciendum etiam, quòd isti hospites, qui propter lucrum temporale præparant cibaria prohibita suis hospitibus, participes se faciunt illorum peccatorum, in quo non modicum peccant tam comedentes, quàm etiam illi, qui administrant eis propter lucra temporalia talia cibaria. Ratio est, quia in tota quadragesima sub præcepto interdicuntur vniuersaliter oua, lacticinia, & huiusmodi. vnde dicitur in Decret. *Distinct. 4. deniq.* In quadragesima est ieiunandum è lacticiniis. Duodecimi sunt mercatores, qui mentiendo & decipiendo emunt & vendunt. & de ista materia quære infra sermone 106. A. Tredecimi sunt vsurarii & lusores, de quibus quære infra sermon. 114. C. Quod non solùm parentes, sed etiam hæredes damnabuntur pro rebus iniustis, patet per tale exemplum. Fuit quidam Comes bonæ opinionis & vitæ, secundùm opinionem hominum, & post obitum eius quidam religiosus vidit in spiritu dictum comitem

in infer-

In inferno in supremo gradu cuiusdam scalæ erectæ inter stridentes & strepitantes flammas. Surgebat autem prædicta scala de immenso baratro. Cumq; ille, qui aspiciebat, quæreret, quare ille comes, qui tam iustè vixit, sic torqueretur; respo sum est ei, quod propter quanda n possessionem cuiusdam Ecclesi æ, quam proauus eius abstulerat, c ii iam iste decimus in hæreditate successit, & quotquot vlterius moriuntur de isto genere, vnus post aliũ in eadem scala ponuntur.

ALIVS SERMO DE EODEM.

REdde rationem villicationis tuæ, &c. Hic est dicendum, quòd iudicium est duplex, scilicet particulare & vniuersale, & quomodo homo in agone mortis, de decem redditurus est rationem strictam: quære istam materiam supra serm. 3. O.

DOMINICA X. POST FEstum Trinitatis.

Sermo CV.

De Iudæis.

VIdens Iesus ciuitatem, fleuit super illam dicens, quia si cognouisses, & tu. Luc. 19. Dominus noster Iesus Christus, qui nullam materiam flendi in seipso habuit, misericordia motus, nostras defleuit miserias, volens admonere: vt & nos, qui veri miseri sumus, in hac lachrymarum valle defleamus nostras miserias exemplo sui, qui videns ciuitatem fleuit super illam. Sciendum, secundùm *Guil. Lud.* quòd Christus plorauit super ciuitatem, & non super villam. Ciuitates enim magis periculosæ sunt, quia in eis plus regnat sapientia mundi, quàm sapientia DEI, quæ multum aduersatur Deo. vnde *Gregor.* Valde difficile est, vt is, qui sapientem se æstimat, mentem ad humilitatem reducat, & rectè prædicantibus credat. vnde Apostolus: *Sapientia carnis inimica est Deo.* In ciuitatibus enim sunt homines magis ambitiosi, voluptuosi, luxuriosi, auari, &c. quàm in villis, & plura peccata perpetrantur in ciuitatibus, *quia* crapulosè viuunt & tepescunt in otio, quæ duo plurimum administrant occasionem peccandi, sed homines habitantes in villis, sunt, vt frequentius in continuis laboribus, sic carnem suam macerant, atque domant, & occasiones abscindunt. Sciendum, quòd Dominus fleuit super ciuitatem Hierusalem. ¶ N & hoc ex compassione cordis, quia cognouit plagam, & destructionem ciuitatis, & populi Iudæorum, quæ postea facta est à principibus, scilicet Tito & Vespasiano. Nam Dominus noster Iesus Christus, qui neminem vult perire, exspectauit quadraginta duobus annis, antequam plaga ista, quã defleuit, super istam ciuitatem venit. A passione

Gregor. in Moral.

Rom. 8.

ergo

ergo domini quadragesimo secundo anno, à principibus Romanis Hierusalem obsessa est tẽpore paschali, & qui omnes iudæos intra septa suæ ciuitatis concluserunt, & ad capiendum ciuitatem tres aggeres fecisse leguntur, vt nullus posset inde egredi, nec ingredi. Biennio igitur à Tito obsessa Hierusalem, tanta fames omnes tenuit, quod parentes filiis, & filii parentibus, & viri vxoribus cibos non tantum de manibus sed etiam ex ipsorum dentibus rapiebant. Tanta enim fames ibi erat, quod calceamenta sua, & corrigias manducauerunt, præ magnitudine famis. & legitur in scholasticis historiis, quod fuit in Hierusalem quædam nobilis matrõa, nomine Maria, cui prædones omnia rapiebant, & adhuc habuit paruum puerum lactãtem, & cum amplius non haberet lac ad nutriendum puerum suum, occidit eum dicens: O mi nate esto cibus matri, quæ & tibi iam dudum cibum ministrauit. Et produm medietatem pueri coxisset, prædones odorantes carnes, ad domum ipsius cucurrerunt & minati sunt ei mortem, nisi carnem eis ostenderet, quæ ostendit eis medietatem pueri cocti; quæ prædones videntes perterriti sunt. Secundo igitur anno Titus ciuitatẽ cæpit, & funditus est templum, & ciuitatem euertit, ita quod lapis super lapidẽ non remansit. Quod enim ista ciuitas Hierusalem, quæ modo est, non sit eadem, quæ prius, nec in eodem loco, vbi prius, patet, quia sepulchrũ domini nostri Iesu Christi, tunc erat extra ciuitatem, modo autem est in medio ciuitatis. Narrat enim Iosephus, quod vndecies centena millia iudæorum fame, & gladio perierunt. Et idem Iosephus dicit, quod nonaginta septẽ millia venditi, & dispersi sunt. Et sicut Christum triginta denariis emerũt sic pro vno denario triginta iudæos Romani vendiderunt, hanc futurã plagam Christus ex compassione defleuit. vnde dicitur in euangelio: Videns Iesus ciuitatem, fleuit super eam, &c. Sciendum, quod in præsenti sermone tria sunt dicẽda. Primo, quare ecclesia iudæos permittit viuere. Secundo, quomodo Christiani erga iudæos se debent habere. Tertio mouentur aliquæ quæstiones de pueris iudæorum. Quantũ ad primũ est sciendũ, ¶ O quod Deus noluit, quod iudæi penitus consumerentur, sed dispergerentur propter quinq; causas, propter quas etiam ecclesia non prosequitur iudæos. Prima causa est, propter honorem Patriarcharum, & Prophetarum; ex quibus populus iste processit, Secundo, propter reuerentiam Christi, & Apostolorum, quia ex illo populo secundum carnem fuerunt geniti. Tertio, propter nostræ fidei confirmationem, quia nobis vtiles sunt. Habent enim penes se libros veteris testamẽti, ex quibus testimonium profe-

Esai 7. rimus de Christo, vt habetur: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Et etiam de morte ipsius Christi dicitur: Hier. 11. *Quasi agnus mãsuetus, qui portatur ad victimam.* De redemptione humani generis per passionem Christi factam sic dicitur: Esai 53. *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, humiliatum.* Sed ipsi Iudæi nolũt credere Christum esse filium Dei, & virginis Mariæ, & redemptorem mundi, quãuis hoc ex scripturis suis habeant per dicta Prophetarum, quia annunciauerunt de Christo; sed ipsi iudæi falso exponunt sacram scripturam, & & dicunt Messiam adhuc venturum, sed ipsi decepti sunt, & decipiuntur.l. Vnde legitur in dialogo Cæsarii, quod erat quidam adolescens, & studens, qui dormiuit cum filia cuiusdam iudæi, quæ concepit à studente illo: & studens accepit arundinem, & accessit domum Iudæi de nocte, & loquebatur per arundinem, per fenestram cameræ, vbi iudæus cum propria vxore iacuit, dicens: Gaudete, & glorificate Deum, quia Dominus visitauit plebem suam, quia vestra filia impraegnata est, & pariet verũ Messiam, qui promissus est in lege, & scripturis. Et hoc ille studens fecit ter. Et cum parentes cognouissent filiam suam imprægnatam adhibuerunt fidem verbis illius suggestoris, & annunciauerunt hæc cæteris Iudæis, qui omnes gauisi sunt: & Deum glorificarunt: & illam puellam in magno honore tenuerunt. & cum instaret tempus pariendi, omnes iudæi congregati sunt ad videndum tam grande spectaculum. Tandem illa puella peperit cum magno dolore non filium, sed filiam. Quod, cum iudæi vidissent, confusi sunt omnes, videntes se esse deceptos. Et vnus iudæus accurrẽs cum impetu iræ suæ arripiens illam puellam caput eius ad statum elisit: & sic omnes iudæi illic existentes cum confusione & indignatione recesserunt. Quarta causa quare ecclesia permittit iudæos viuere, ita q̃ nõ ex toto deleãtur, est ista, vt ipsi nobis sint memoriale dñicæ passionis vt, quoties Iudæos videm⁹, toties Dñicæ passionis recordemur, vnde psal. *Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei &c.* Quinta causa est, ões Iudæi quia in fine mũdi debent conuerti. psal. *Conuertentur ad vesperã.* Et sic tunc fiet vnus pastor & vnum ouile. & tunc omnis Israel saluus erit. Hier. 23. vnde etiam. *In diebus illis saluabitur Iuda &c.* Quantum ad secundum, sciendum, quod Christiani debent decem habere quoad Iudæos. Primo Christiani secundum q̃ P Rayn. non debent cum iudæis comedere: aut eos ad sua conuiuia inuitare. Secundo, Christiani non debent in infirmitatibus suis ad se vocare iudæos, aut accipere à Iudæis medicinam. Tertio, Christiani

non

28 q. 1. nullus. & c. omnes. non debent cum iudæis balneari in eisdem balneis. Quarto, non debent permitti habere inter Christianos officia publica, ne occasionem sæuiendi, habeant. Quinto cogendi sunt iudæi talem habitum deferre, quo manifeste à Christianis distinguantur. Sexto, in diebus lamentationis & dominicæ passionis non debent in publicum procedere: & etiam in die Parasceues non debent habere ostia aperta, & fenestras apertas. Septimo, non debent habere famulos, & famulas Christiani nominis, quia nullo modo Christiani debent esse assidui intra domos iudæorum, neque tanquam famulæ aut nutrices, aut obstetrices: alias ipsi Christiani, si ab eis nolunt recedere, debent excommunicari. Et quamdiu tales Christiani sunt in seruitio iudæorum, continue morando cum ipsis, sunt priuati perceptione sacramentorum ecclesiæ, & participatione omnium bonorum, quæ fiunt in ecclesia; & si sic morerentur, deberent sepeliri in sterquilinio, & in campo, & nullo modo in loco sacro, nec etiam aliquod sacramentum ecclesiæ eis est administrandum. & semper talis Christianus inimicus est Dei omnipotentis, beatæ Mariæ gloriosæ Virginis, omnium sanctorum Angelorum in cælo existentium. Octauo, Christiani non debent suas domos locare iudæis ad exercendum vsuras in eisdem, alias rei erunt peccatorum iudæorum, quæ ipsi iudæi in domibus eorum committunt, quia est vnum de nouem alienis peccatis hospitare malos, & peccata in domibus suis perpetrari à malis permittere. Nono Christiani non deberent retinere munuscula, vel aliqua dona à iudæis eis data. Circa quod quæritur, an liceat Christianis recipere munuscula, vel dona à iudæis? Respõdetur quod sic: tali tamen modo, quod ipse recipiens non velit aliquid facere propter talia dona, quod sit contra Deum: & tunc licite potest recipere, sed non debet sibi retinere, nisi forte essent talia, quæ ab eo, vel antecessoribus suis ipsi iudæi per vsuram recepissent. Vnde Sanctus Thomas. Cum ea quæ iudæi per vsuram extorserunt non possunt ab ipsis licite retineri, consequens est, vt si vos ab illis receperitis, nec vos licite retinere poteritis, nisi forte essent talia, quæ à vobis vel antecessoribus vestris hactenus extorserunt. Si qua vero dant quæ extorserunt ab aliis debent restitui illis, quib. iudæi restituere tenētur si inueniũtur. Alioquin ad pios vsus secundũ sui diœcesani cõsiliũ talia munuscula & dona dãda sunt. O quid ad hæc dicturi sunt, qui recipiunt propinas, & dona à iudæis, qui non habent pecunias, nisi quas cum vsuris lucrati sunt. Sicut illi, qui recipiunt aucas, vel cancros, vel scyphos argẽteos, & sic de aliis propinis,

Margin notes: 17 q. 4. c. constituit. — Extra eod. in nonnullis. — Extr. eodẽ quia superius. — Extra eod. Iudæi & c. Ad hæc. — S. Thom. in quadam epistola ad Ducissam Lotharingiæ.

pinis, quia omnia illa eroganda sũt pauperibus. Ergo quicunque receperit tali modo aliquid à iudæis, & moritur sine re itutione, ipse & sui hæredes, qui detinent illa dona, & vtuntur illis scienter, damnabuntur. Et etiam omnes illi, qui comederũt de aucis, quas iudæi propinauerunt suis dominis circa festũ sancti Martini, quilibet talis tenetur pauperibus erog re secundum cõsilium sui confessoris. Insuper sciẽdum, quod tales vt frequenter habent infortunia in illis bonis, quæ à Iudæis receperunt, etiam si pro suis laborib. recepissent, tales enim nunquam vel raro ditantur. Decimo Christiani non debent sententiare; nec aliquem cogere ad soluendum vsuras, siue iudæis, siue Christianis vsurariis: nam omnes potestates, rectores, consules, iudices, officiales, qui statuta faciunt, scribunt, vel dictant, per quæ quis compellatur soluere vsuras, vel etiam non repetere iam solutas, aut qui obseruant illa statuta & secundum ea iudicant, omnes tales ipso facto incurrunt sententiã maioris excommunicationis, & tales nõ possunt absolui à peccatis, nisi velint desistere, & antea sint à sententia excommunicationis absoluti, quia absolutio à sententiis debet præcedere absolutionem à peccatis. Quo ad tertium quæritur vtrum pueri iudæorum, inuitis parentibus sint baptizandi? Respõdetur secundum D. *Thomam* quod non licet ante annos discretionis, quando ad annos discretionis peruenerint, possunt fidem recipere, etiam inuitis parentibus, & etiam baptizari, Sed tamen si quis puerum iudæi in agone mortis baptizaret, statim puer ad cælum euolaret, si sic moreretur. Item quæritur vtrum pueri Iudæorum sine baptismo decedentes, similes sint pueris Christianorum? de hac materia quære supra sermo. lxxvii. D. Vltimo, sciendum, quod ad huc hodierno die tanta est inuidia iudæorum contra Christum, & fidẽ catholicam, quod si auderent, & possent, libenter Christum, & fidem Christi persequerentur. De quo legitur exemplum tale, quod cum iudæi in quadam ciuitate in die Parasceues fecissent imaginẽ Christi ceream; & eam cruci clauis affixissent, & lancea perforassent, apparuit beata Virgo conquerens Christianis de hoc, quod sustinerent hoc, quod adhuc in vrbe illa die iudæi filium suum crucifixerunt; Christiani autem Iudæorum domos penetrantes, & eos capiẽtes, inuenerunt imaginem crucifixi & eius vulnera cruenta. Quo viso mi aculo, multi iudæi ad fidem christianam sunt conuersi. *D. Tho. 2.2. q. 10.*

In eadem Dominica.

Sermo CVI.

De mercatoribus.

Ei in-

Matth. 21. Luc. 19.

E*T ingressus in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes.* Sciendum quod Christus eiecit de templo materiali vendentes, & ementes in illo, sic possunt denotari duodecim genera mercatorum, quos principaliter eiicit de templo cælesti ad profundum inferni. Primi mercatores sunt qui mentiendo, & decipiendo vendunt, & emunt. Vnde quæritur, quantum illi peccant, qui nec emere, nec vendere nouerunt, nisi cum mendaciis, & iuramentis. Respondetur, secundum *Ray.* quãdo peierant, vel mentiuntur scienter, & causa decipiendi, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem, & hoc non solum intelligitur de magnis rebus, sed etiam de paruis, vt patet in quibusdam hominibus, qui paruas res vendunt, vel emunt, & tamen in eisdem multipliciter mentiuntur, & proximos decipiunt, in quibus omnibus grauiter Deum offendunt. Secundi mercatores sunt, qui in statera delinquunt, & hoc fit tripliciter. Primo, cum quis diuersa pondera habens, emit ad maius, & vendit ad minus. Secundo, cum habet mensuram iustam, & pondus iustum, & tamẽ scienter male mẽsurat, vel põderat, vt caupones, qui replent mensuram cum spuma, & etiã aliqui, qui digitũ libræ supponũt, similiter pãnicidæ, qui cum pollice vlnam retrahunt, & sic de aliis. Tertio quando quis habet iustam libram, & mensuram, sed facit vt res ponderosiores fiant tempore venditionis & mensurationis; vt qui lanam, vel linum aspergit aqua, vel qui piper ad cellarium portat, & voluit de vno latere ad aliud, vt eo ponderosius fiat, & qui vinũ, quod vendit miscet limphando, vel falsificat; tales habebũt duplex damnum. Primum temporale. *Non habebis in vno sæculo diuersa pondera, maius, aut minus, nec erit in domo tua modius maior aut minor. Pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram quã Dominus Deus dederit tibi, abominabitur enim dominus eum, qui facit hæc, & aduersatur omnem iustitiam.* Sic per oppositum cito moriuntur tales & etiam illæ res sic iniustæ acquisitæ cito recedunt, & perduntur. Secundum, est spirituale damnum, quando sanctus Michael trutinat mala, & bona ipsorum, tunc bona opera ipsorum nullius, vel quasi parui ponderis erunt, respectu malorum operum, quia scriptum est. *Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus.* Tertii mercatores sunt, qui propter dilationem temporis res suas vendunt charius, & maiori pretio, quam valent, vel valere possunt, nisi dubium sit quod merces venditæ tempore solutionis debeant plus vel minus valere, quia tunc licite pos-

Deut. 25. (right margin, first occurrence)

Deut. 25.

¶ N ¶ B

sunt vendi in tanto plus, quanto plus æstimatur, quod debeant valere tempore solutionis. & hoc intellige, si iste venditor iam nolebat vendere istas merces, sed intendebat seruare vsque ad illud tempus, & tunc primo vendere. Cum enim venditor statuat in corde suo pro quantum velit rem suam dare, non debet propter dilationem téporis pretium augmentare: verbi gratia. Si quis vellet equum vendere pro decem florenis tunc si propter dilationem ad dimidium annũ illum vendit pro vndecim florenis tunc tenetur vnum florenum restituere, quia vsuram commisit. Sed aliqui dicunt nonne possumus védere merces nostras cum dilatione temporis? Respondetur, Cum dilatione bene licet vendere, sed propter dilationem pretium non debet augmentari. Nam qui sic vendunt merces suas longe charius propter dilationem solutionis, quã eis incontinenti soluerent, vsuram committunt; vt patet de vsu. consuluit. Quarti sunt qui aliud ostendunt, & aliud vendunt, vt faciunt illi, qui malum occultant sub bono, & bonum ponunt super malum, & in medio, & vlterius in fundo ponunt illud quod deterius est, dicunt quod totum est sicut superius apparet, & sic mentiendo, proximos decipiunt. Inde legimus tale exemplum in dialogo *Cesarii*. Quædam matrona venit in quadragesima ad confitendum peccata sua, & flectens genua sua coram confessore, quicquid se boni commisisse nouit, cępit narrare, & cum Pharisæo illo, de quo dicitur in euangelio, se iustificare dicens: Domine tot sextis feriis soleo in aqua, & pane ieiunare. & tales eleemosynas dare, ecclesias frequentare, & multa bona opera facere. Cui sacerdos dixit: Ad quidnam domina venisti? numquid pro istis bonis operibus vultis accipere pęnitentiã? quare non dicitis peccata vestra? Respondit illa, nihil mihi conscia sum. Ait sacerdos, cuius estis officii? Respondit mulier: Ferrum védere soleo; ad quam ille: Soletis ne minores particulas in ligaturis maioribus intermiscere, & sic totum vendere? Dicente illa, soleo. Respondit Ecce hoc criminale peccatum est, quia dolus, & fraus. Secũdo, interrogauit dicens: Soletis ne aliquando mentiendo iurare, & peierare, & aliquando maledicere æmulis vestris, & aliis plus vendétibus inuidere? Respondit: In his sæpius deliqui, & sacerdos: ista omnia sunt peccata mortalia, & nisi de his pænitentiam egeritis condignam, condemnabimini. Illa territa his verb. eius, peccasse se multipliciter recognouit, & quid de cætero confiteri deberet, didicit. Quinti mercatores sunt, qui vilius solẽt emere rem quam valeat, vt contingit in necessitate, cum quis coactus est aliqua necessitate vrgente, oportet eum cum damno bona sua vendere,

vendere, & tales sic ementes scienter, & multo minus in pretio dãtes quam bona pr ximi valeant, tenẽtur recompensare damnum, & in hoc illi non aduertunt, qui quandoque, si possent, libenter emerent pro vno floreno, quod valeret tres, vel quatuor, & de hoc sibi nullam conscientiam facere volunt, cum tamen talis res communiter non sic venditur, sed ille ex mera & pura necessitate sic vendere cogitur. Exemplum de vno qui emit perpetuos reditus, & certos semper pro vno floreno, cum tamẽ consuetudo perpetuandi reditus multo plures requirat, sed venditor ex necessitate coactus sic vendidit, sed emptor cum damnatione sui, & suorum sic emit. Item alius, qui pro quadraginta florenis vendidit vnum equum, qui vix triginta valuit: & super hoc ei concessit ducẽtos quinquaginta florenos per annum, & insuper eodem anno tali bis communicauit, & talibus vsurariis peccata non dimittuntur, nisi restituant, & recompensent da-
14.q.6.si res mnum proximis. vnde dicitur in *decret.* Vsurarius non vere pænitet, nisi prius vsuras restituat, & quod dictum est de venditore intelligendum est etiam de emptore: vt quãdo crederet venditor rem suam, minus pretiosam esse quam sit: vt puta si venderet aurum pro minori pretio, quia credit aurichalcũ, animal sanum, quod putat esse infirmũ, & sic de aliis, & si emptor hoc cognoscit, & minus dat, quam res valet, iniuste emit, & tenetur ad restitutionẽ. Sexti sunt, qui vitiosas, & defectuosas res vẽdũt pro bonis. Circa quod quæritur, vtrũ vẽditor teneatur dicere vitium rei vendendæ. Respon. Secund. S. Tho. venditor qui rem vitiosam ad vendendũ exponit, ex hoc ipse dat emptori damni, vel periculi occasionem: Damni quidem, si propter huiusmodi vitium res sit minoris pretii, & ipse venditor nihil de pretio diminuit, periculum autem si propter hoc vitium vsus rei reddatur impeditus, vel noxius, puta si aliquis vẽdat alicui equum claudicantẽ pro veloci, vel domum ruinosam pro firma, vel cibum corruptum pro bono, & recenti, & sic de aliis. Vnde respondeo breuiter: si huiusmodi vitia sunt occulta, & venditor non detegit, erit dolosa, & illicita venditio, & venditor tenetur ad dãni recompensationẽ, si vero rei vitiũ sit manifestũ; puta si equus sit monoculus, vel cum vsus rei, non cõpetat ementi, potest tamen cõpetere alteri, & venditor propter hoc vitium subtrahit de pretio inquãtũ oportet, tunc nõ tenetur ad manifestandũ vitiũ rei, quia propter huiusmodi vitiũ forte ẽptor vellet plus de pretio subtrahi, quam esset subtrahendum: vnde venditor potest licite vitiũ reticere: hæc ille. Septimi sunt illi, qui prompta pecuniaem unt, & incontinenti illud idem sibi vel alii econuerso vendũt, & pro-

S. Tho. 2.2. q. 67.

& propter dilationem dant carius quam valet aut valere potest, & nullum laborem, vel nullum dubium, vel nullas expensas cum hac re habuerunt, sed immediate in eodẽ tempore, & loco propter dilationẽ multo charius vendunt v. g. Sicut qui emunt auenam cum est in bono foro, & propter dilationẽ multo carius vendunt, quam vendi potest. Itẽ qui quandoq; emunt duo vel quatuor vasa vini pro promptis pecuniis, & immediate propter dilationem multo charius vendũt & quandoq; nunquã extra cellã trahunt; & sic quandoque illa vasa vini bis vel ter vendunt, & tñ semper in eodẽ loco manent. Itẽ qui emũt vina, vel blada cum adhuc crescũt minori pretio credentes verisimiliter, computato etiã dubio, quod circa autũnum, vel messis tempore multo magis valeant, vel etiam tũc multo carius vendunt. Secus autẽ si probabiliter dubitaretur si plus vel minus essent pro tunc valituræ, quia tunc non esset vsura. Item qui emunt pannum, vel lanam, vel huiusmodi pro promptis pecuniis, & immediate charius vendunt propter temporis dilationẽ, tales quãdoq; plus lucrantur, quam ille qui talia mercimonia adduxit per quadraginta vel quinquaginta miliaria & fecit magnas expensas, & labores. Circa hoc quæritur, vtrum negotiatores possunt licite lucrũ accipere, & carius vendere, quã emptum sit? Resp. cum laborant pro omnibus, & quasi cõmune negotium in mercatibus gerunt, possunt moderatum lucrum accipere. Secus est de immoderato; Sciendum quod intelligendum est, si ipse venditor meliorauit, aut etiam, quia pretium rei mutatum est, secũdum diuersitatem loci, vel temporis, vel ꝓpter periculũ cui se exposuit trãsferendo rem de loco ad locũ, potest carius vendere, cũ tñ hoc moderate fiat: vt dictum est. Octaui mercatores sunt qui tenebrosa loca eligunt, lucem solis, & claritatem Dei obtenebrant: & hoc ideo faciunt, vt res aliter pareant, quam sunt, vt faciunt pannicidæ: & in hoc ostendunt esse filios tenebrarum: vnde dominus merito dicet eis illud. *Mittite eos in tenebras exteriores*, qa tenebras dilexerunt ideo tenebras habebunt, in hoc ostendunt se male velle scienter facere, vel agere. vnde de talibus dicit Christus in euangelio. *Omnis qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguatur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucem vt manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt.* Et tales mercatores, qui causa decipiendi, hoc faciun, quantum in eis est, oculos Christi conantur velare. Oculos inquam domini omne aspicientis, qui malum pro bono nituntur vendere, vel mutare, & à talibus in casu, quo nunquam proximos decepissent, sola intentio ad æternam damnationem sufficeret.

Extr. de de empt & vend. c. 1.

Matth. 22.

Ioann. 3.

Noni

Noni sunt, qui cum mechanicis conueniunt, & pactum faciunt, dando eis promptam pecuniam, vt sibi suppeditent tot paria, vel tot facta mechanica præparent, & sciunt veraciter, quod tempore illo sibi assignato multo plus eisdē mechanicis solui deberet pro talib. ab eis sic præparatis, & sic nimis grauant illos pauperes mechanicos: sic quod ipsi ex suis continuis laboribus vix sibi nutrimentum acquirunt. Decimi sunt qui istas res vendunt, quæ ad nullum vsum sūt vtiles nisi ad peccandum; sicut gladios, & sagittas intoxicatas, aut venena, aut falsos tesseres, & huiusmodi; omnes illi indubitanter peccant, qui faciunt, vel tenent, vel vendunt, vel donant; & omnia mala consequentia, quæ cum huiusmodi fiunt, istis imputabūtur, quia qui occasionem damni dat damnū dedisse videtur. Concordat *Sanctus Thomas*, & *Hostien*. Si autem illæ res, quæ vendendæ sunt, possunt esse vtiles, vt arma in iusto bello, vel quædam venena ad aliquod medicinale, vel contra animalia nociua, qui talia vendit, vel dat, nō peccat, nisi forte sibi probabiliter dictaret conscientia, quod emptor rem illam quæreret ad malefaciendum, tunc enim non debere ei vendere, nec dare, nec accōmodare illam rem, verbi gratia: Sicut si veniret vnus, qui vellet vnum iniuste occidere, vel aliquē lethaliter vulnerare, tunc tali non debes gladium vendere, nec accomodare, alias reus eris illius peccati. Item aurifaber, qui facit annulum aureum illi, quem scit ueraciter abuti velle scilicet quod velit dare alicui virgini, vel mulieri, vt alliciat eam ad actum illicitum, talis aurifaber reus erit peccati illius, & sic de aliis, & hoc idem possumus à simili cognoscere per talia exempla, quia si quis cognosceret, quod aliquis quæreret aliquem ad occidendum, tunc indicat scienter sibi locum vbi eum inueniat, reus erit homicidio. Item si quis alicui fornicari volenti indicaret prostibulū, vel locum alium, vbi tales meretrices inueniret, reus esset illius facti; ergo, vniuersaliter loquendo, quicunque iuuat verbo, vel facto aliquem ad peccandum, reus erit omnium illorum peccatorum, imo non solum talis, qui consentit, sed etiam, qui non impedit, si potest, vt scriptum est: *Mandauit Deus vnicuique de proximo suo.* Vndecimi sunt, qui in diebus festiuis mercimonia sua exercent. Vnde quæritur, an tales peccent mortaliter? Resp. secundum *Guil.* Si quis hoc facit non ex consuetudine, sed pro sua necessitate, & ante audiuit diuina, non credo, quod peccat mortaliter Secus si ex consuetudine, vel lucrādi cupiditate & maxime subtrahendo se à diuinis, aut etiam si huiusmodi mercata prohibita sunt à prælatis illius loci, siue forsan excōmunicata. Mercata tñ quæ ex

Extra de iniu. dam. dat. cap. si culpa.

quadam necessitate fiunt de victualib. & necessariis ad diē aliquē nō credo illicita esse, dūmodo in se ꝓpter hoc nō subtrahūt à diuino officio. Heu, hoc non attēdūt isti institores, qui in dedicationib. vel in aliis festis summo mane sua venalia exponūt, & totum diuinum officiū negligunt, nec illa die Missam, vel sermonem audiunt, in hoc grauiter delinquunt. In signum huius tempore Paschæ ꝓhibetur communio omnibus, qui mercantias in diebus festiuis exercent, & communio nō prohibetur, nisi pro peccato mortali. Simile est de eis, qui vendunt & emunt in loco sacro. Duodecimi sunt, qui emunt rapinam vel furtum. Vnde sciendum, quòd qui sciuit, & probabiliter credidit rem esse furatam, vel raptā, & illam emit, grauatur quinque modis. Primò, quia tenetur semper rem reddere, & etiam si ante decem annos emisset, & eodem die, quo emit, sibi violenter fuisset ablata, vel aliàs sibi periisset, vt si fuisset animal, & mortuum sibi fuisset, adhuc tenetur restituere, si vult veraciter pœnitere, quia semper tenetur fur rem furatam restituere, nisi in vno casu, puta, si rem obtulisset domino tempore & loco congruo, & ille noluisset accipere. Secundò, tenetur restituere omnes fructus perceptos, & qui medio tempore percipi poterant. Tertiò, quia res æstimanda est secundùm optimum suum statum, puta, si res tempore venditionis fuisset melior, quàm postea, tūc non sufficit, quòd simpliciter restituatur. Quartò, quia non potest recipere ab illo, cuius res est pretiū, quod dedit illi, qui rem vendidit, nec etiam potest agere corā iudice cōtra venditorem de pretio soluto, quia obstat sibi sua turpitudo. Quintò, quia perdit etiam expensas voluntarias, quas in eam tempore intermedio fecit. Si autem emit fide bona, puta si probabiliter rem credidit esse iustā, sic bona fides quatuor sibi confert. Primò, quòd non tenetur restituere durante bona cōscientia, sed si postea sciuerit rem esse furatam, tenetur restituere, sed fructus perceptos, & consumptos nō tenetur restituere. Secundò potest rem alienare & vendere *stante* bona conscientia, sed si aliquod lucrum ex venditione furti consequitur, illud debet reddere domino postea venienti. Tertiò, quia rem nō tenetur in casu furtiuo restituere durante bona fide, si res interim pereat absq; culpa sua, & nullo tenetur restituere domino. Quartò, quia post restitutionem rei, potest agere cōtra venditorem de pretio, quod dedit, & venditor tenetur sibi restituere pretium.

DOMINICA XI. POST FESTUM Trinitatis.

Sermo CVII.

De iactantia.

DVo homines ascenderunt in templum, vt orarent, vnus Phari-

Luc. 18. *Pharisæus, & alter Publicanus.* Sicut dicitur *in histo. scholast.* Pharisæi dicuntur quasi diuisi, quia à cæteris Iudæis in quibusdam obseruantiis diuisi erant. Nam in fronte, & in manibus membranas portabant, in quibus decalogus scriptus erat, ad innuendum, q. Dei præcepta ante oculos cordis habere deberent per iugem meditationem, & in manibus per impletionem. In fimbriis etiam palliorũ spinas alligabant, vt incedentes pungerentur, & sic mãdatorũ Dei memores redderentur. De quorum numero iste Pharisæus erat, de quo in præsenti Euangelio legitur, qui cum Publicano in tem- H plo ascendit, vt oraret. Nota hic quatuor mala de superbia istius Pharisæi. Primum est irreuerentia Dei, quia stans apud se orabat, in hoc se irreuerenter apud Deum habuit, q. genua sua non curuabat. Sic adhuc quotidie faciunt multi pomposi suo creatori: contra quos dicit *Philip. 2.* Apostolus: *In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, &c.* Superbia .n. tollit reuerentiam Dei, quia quãto quis superbior fuerit, tantò erit minus reuerens in Deum, & homines, quia ex superbia oritur, quòd quis verecundetur se humiliare corã Deo suo, nec etiam proximos honorat, quia reputat se meliorẽ & digniorem cęteris. Sed humilis honorat Deum humiliter & reuerenter. Similiter & proximos honorat, quia iudicat alios digniores & meliores se. Secũdum malum istius Pharisæi est, complacentia sui, quia apud se ipsum orabat, & damnabile homini est, nimiam complacentiam habere circa se ipsum, quia displicet Deo. Ergo quãdo diabolus immittit alicui extollentiam cordis, & complacentiam suiipsius, tunc homo cogitare debet de peccatis suis, & de iustitia Dei, quia non est certus, vtrum vnquam verè pœnituerit, quamuis de misericordia DEI semper debeat habere spem. Tertium malum est, contemptus proximi. Vnde dicit: *Non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus.* Notandum, quòd si iste Pharisæus sic dixisset: Non sum sicut cæteri homines iusti &c. quia peccator sum &c. vel etiam, nõ sum sicut cæteri peccatores, sed amplius omnibus peccator; tunc bene cõtinuasset suam orationem. Sciendum, quòd iste Pharisæus tria mala aliis imposuit, scilicet rapinã, adulterium, & iniustitiam, & licet hoc pomposè dixerit, tamen in multis verbis dixit, quia multi sunt raptores, multi sunt adulteri, multi sunt iniusti, scienter res iniustas possidentes, quibus non est spes salutis sine restitutione, & emendatione vitæ. vnde dicitur in decret. *Non remittitur peccatũ, nisi restituatur ablatum.* Quartum malum, in quo reprehenditur Pharisæus iste, est iactantia de bono opere suo, quia dicit: *Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium, quæ possideo.* Vnde in *Dist. 54. generalis, & 14. q. 6. si res aliena, & 11. q. 1. fraternitas.*

Hhhh 2 præsenti

præsenti sermo. tria sunt dicenda. Primò, quare iactantia detestanda sit. Secundò, quando iactantia est peccatum mortale. Tertiò, exemplum de superbia. Circa primum sciendum, quod iactantia propter tria detestanda est. Primò, quia iactans se de bonis, gratiam Dei effundit, & omnia perdit. vnde de primo dicitur: *Gratia fatuorum effundetur.* (Eccl. 20.) de secundo. *Maximus* dicit: *Non possumus pro vno, & eodem opere fauorem mundi expetere, & præmium cœlestis gloriæ inde acquirere.* (Maximus in serm.) Item *Greg.* O quàm miseri sunt, qui affectant laudes hominũ, in semetipsis dissipant fructus laborum suorum, dumq; se alienis oculis ostendere appetunt, damnant, quod agunt. (Greg. in Moral.) Secundò, quia talis, qui seipsum iactat, fert testimoniũ de se ipso; ergo ad talem potest dici verè, quod Iudæi dixerunt ad Christum mendaciter: *Tu de teipso testimonium perhibes, & testim nium tuum non est verum.* (Ioan. 8.) In Christo, cui hoc dicebatur, non habebat locum hoc dictũ, quia veraciter potuit de seipso testimonium perhibere, quia seipsum nouit plenè quod alii homines non possunt facere, quia seipsos plenè & veraciter non cognoscunt. vnde *Hil.* Soli Deo de se credendum est, qui se solus nouit. Sed in aliis hominibus verum est, quod dicit Apost. *Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus cõmendat.* (2. Cor. 10.) Tertiò, quia talis, qui iactat se, idolum seipsum facit, seipsum colens, gloriam sibiipsi attribuit, quæ Deo principaliter attribuenda est. vnde Apost. *Soli Deo honor & gloria.* (1. Tit. 1.) Psal. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Circa quod sciendum, quod seipsum iactare siue laudare potest contingere octo modis, quibus cognoscitur, quãdo est peccatum mortale, vel veniale, vel etiam nullum peccatum. ¶ K Primò potest quis se laudare propter bonum propriæ famæ, vt sc. homo possit seruare suam bonã famam. Sicut Samuel se laudauit postquam senuit coram filiis Israel, dicens ad filios Israel: *Itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsq; ad hanc diem, ecce præstò sum, loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusque munus accepi, & contemnam illud hodie, restituamque vobis* (1. Reg. 12.) & post hoc subdit: *Testis est mihi Dominus, quia non inuenietis in manu mea quidquam mali.* Sic simili modo cùm quis inculpatus esset iniustè, vel etiã timeret iniustè culpari, in tali casu similiter posset seipsum laudare ad conseruandum suam bonam famam; imò homo, cùm inculpatur iniustè, tunc tenetur defendere suam bonam famam, & se excusare & ostendere innocẽtiam suam, quia dicitur: *Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.* (Prou. 22.) vnde *Hug.* de sancto Vict. Non

sufficit

sufficit nobis vita sancta: nisi sit bona fama. vnde etiam *Augustinus*: Duo sunt tibi necessaria. s. conscientia & bona fama. Conscientia propter te ipsum, & fama bona propter proximum. Secundo, potest se quis laudare de bonis suis propter subleuationem spei. Sic se laudauit. Ezechias, rex Iuda: *Ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem, & introiuit ad eum Esaias Propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus; Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues & conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. & fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum Domini ad Esaiam dicens: Vade, & dic Ezechiæ, hæc dicit Dominus; Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas: ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam.* Sic simili modo, cum quis esset in magnis anxietatibus constitutus, siue in agone mortis, tentationib⁹, maxime vexatus, & spiritualiter de desperatione tentaret̃, tunc posset quis in tali casu bona opera sua ad memoriam reducere, ne desperaret, & è conuerso, cũ homo de elatione, & complacentia suiipsius tentaretur, tunc peccata sua essent ad memoriam reducenda, vt inde humiliaretur. huic simile legitur de S. Antonio, cui diabolus dixit Cum te exaltare in elatione mentis desidero, tunc tute deprimis; cum te deprimere volo tũc te exaltas. Sciẽdum tamé, q, in agone mortis homo maxime debet habere recursum ad diuinam misericordiã. vnde *Amb.* De diuina miseratione tunc sperandũ est amplius, cum præsidia humana defecerint. Vnde legitur de beato Bernardo, qui in vtero passionis Christi in tantum confidebat, quod cũ in infirmitate quandoq; sibi videret, quod ante tribunal Domini præsentaretur, & Sathan multa cõtra eum diceret; Respondit Regnũ cœlorum duplici iure Dominus meus obtinet, scilicet hæreditate patris, & merito passionis suæ; altero ipse contentus, alterum mihi donat. Ad hæc inimicus confusus, recessit. Tertio, potest qs se lau-¶M dare ad gloriã Dei, & ad ædificationem proximorũ: vt fecit Apo. *Æstimo me nihil minus fecisse à magnis Apostolis.* Idem dicit in alio loco. *Abundantius omnibus his laboraui.* Idẽ iactat se de his, quæ passus est. vnde dicit: *In labore, & ærũna, in vigiliis multis, in frigore, & nuditate, in mortibus frequenter à iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium, feci,* & sic de aliis periculis multis, quæ ibi enumerat, in quib. omnibus fuit. Hæc B. Paulus de se

Esai. 38. | Amb. in examerõ. | A | 2. Cor. 9. | 2. Cor. 11.

narrat, vt eos ad tolerantiam, & operationem animaret. vnde dicit ibidem: *Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis vos in faciem cædit.* Ideo dicit: *Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere.* Ergo tali intentione potest quis opera sua manifeste coram hominibus facere, & etiam quandoque de eisdem bonis operibus se laudare, vt Deus ex hoc honorificetur, & proximus ædificetur: vnde Christus dicit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.* vnde *Greg.* Actio fit in publico, vt intentio maneat in occulto. Quarto, cum quis se iactat propter aliquem actum venialis peccati, sicut quando quis laudari vult, eo quod venialiter in laude delectetur. v. g. Vt cum quis laudari vult in aliquo paruo, quod non est contra charitatem Dei & proximi tali intentione, vt sic bonus socius æstimetur, & nominetur; & hoc est veniale peccatum. Quinto propter lucrum temporale, & ex auaritia solent se aliqui laudare; vt aliqui mercatores, qui seipsos commendant, & sic proximos in emendo, vel vendendo decipere intendunt, vel etiam vt aliqui hypocritę, qui se commendant propter lucrum. Sciendum, quod quando malus homo ostendit se bonum propter lucrum temporale, & non est, & propterea recipit aliquas eleemosynas, cum eis non indiget, tenetur restituere in foro conscientiæ pauperibus. Vel etiam aliqui mœchanici, qui vltra modum suos labores, & sua opera extollunt & cōmendant, & labores, & opera aliorum reprehendunt, & vituperāt, quasi nihil valeant, quamuis etiā quandoq; meliora sint, quod constat esse contra charitatem proximi, quia aliis facit, quod non vellet sibi fieri: scilicet artem & opera aliorum vilipendendo; tales grauiter peccant, quia hoc non procedit ex charitate, sed ex inuidia. vnde *Arist.* Inuidus est, qui tristatur de prosperitate bonorum. Item dicit *Richardus*: Similis simili inuidet, si in hoc, quo similes sunt, vnus excedit alium, vnde figulus odit figulum. Sextò, cum quis se iactat in malitiis suis, & tunc tale est peccatum, quale est illud peccatum, de quo se iactat scilicet mortale, vel veniale. v. g. Vt cum quis se iactat de procatione mulierum, & de tactu illicito, vel de actu luxuriæ, vel etiam de superbia, vel de complacentia, quam habuit in chorizando, vel in aliis peccatis. vnde *Greg.* Sunt nonnulli, qui nequaquam deflent quę faciunt, sed etiam laudare, & defendere non desistunt, & nimirum cū defenditur culpa, geminatur, vnde dicit quidam: Dupliciter peccat, qui se de crimine iactat. Sciendum, quod tam ille, qui laudat alium in peccato mortali, ipsum in peccato con-

Rom. 12.

Matt. 5.

Greg. in Moral.

Arist. 2. Topic.

N

Greg. in Moral.

confortando, quam ille, qui laudem quærit in peccato tali ambo- grauiter peccant. vnde *Augustin.* Duo sunt genera persecutorum scilicet vituperantium, & adulantium. Sed plus persequitur lingua adulantis, quam vituperantis. Idē. Adulātium linguæ ligant homines in peccatis. Delectat enim ea facere, in quibus non solum metuitur reprehensor, sed etiam laudatur operator. Sed, heu, iam complebitur illud dictum Ps. *Laudatur peccator in desideriis suis, & iniquus benedicentur,* quia superbia vocatur honestas, auaritia prouidentia, astutia prudentia, & sic de aliis, sed qui sic laudantur decipiuntur. vnde *Populus meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt*; Ergo non debemus nos iactanter laudare in malitiis nostris, nec gaudere de iniquitatibus nostris, de quibus dolendū est, nec velle honorari in his, in quibus merito debemus verecundari coram Deo, & hominibus. vnde *Bernardus.* Quid est magis peruersum, quam lætari cum malefeceris, & in rebus pessimis exultare? Septimo, cum quis se falsè & mendaciter iactat, sicut heu, sæpius contingit, quod multi se iactant de his, quæ non sunt vera, & sic mentiendo quærunt vanam gloriam, tunc secundum *Herman. de Schilditz*, quando verba talia iactantiæ sunt in materia falsa, tunc est peccatum mortale & veniale, sicut ea falsitas, de qua se iactat, vel mendacium, in quo gloriam quærit. Octauo, cum quis se iactat, & laudem quærit in suis operibus bonis, tunc secundum Herman. de Schilditz, quando per talem iactantiam quærit gloriam, quæ præfertur honori diuino, vel suæ saluti, vel dilectioni proximi, tunc est peccatum mortale. Sed cū quis se iactat de aliquibus, & in eis gloriam quærit, tamen non præfert illam honori diuino, vel suæ saluti, vel dilectioni proximi, etiamsi inanem gloriam quærat potest esse veniale, & de ista materia loquitur etiam magister in compendio Theologicæ veritatis dicens: Si laus quæritur per opera virtutum, hoc est dupliciter, vel quia appetitus laudis coniungitur operi virtutum tanquam incedens, sicut contingit in cantu, & prædicatione quandoque, & est veniale, vel laus, vel finis principaliter præstitus operi virtutis & operanti, ita quod ibi constituit finem vltimatum sic est mortale, quia tunc inhæret ei tanquam fini vltimo. Ergo aliqui possunt damnari cum bonis operibus suis, scilicet, qui primo principaliter, & finaliter intenderent laudē humanam, quam proponerent Deo, & propriæ Saluti. Exemplum in Euangelio de Pharisæo. Luc 13. Qui decimas dedit, & duos dies in hebdomada ieiunauit, & tamen cum his promeruit infernum, quia de bonis operibus se iactauit & in eisdem vanam gloriam quæsiuit.

Scien-

Aug. super Psal.

Ps. 9.

Esa 3.

¶ O

Sciendum etiam, quod si homo posset amittere mercedem suam, si iactaret de bonis suis operibus, etiamsi mortaliter non peccaret. Hæc ille. Ergo periculosum est se laudare, & iactare in suis operibus bonis. vnde *Isidorus*: Qui hic de bono laudari appetit, spem perdit, & gloriam mercedis in futuro non recipit. vnde *Chrysostomus*: O insipiens, quid tibi prodest illa laudatio post mortem, si vbi eris non lauderis? Item non solum cauere debemus, ne bona opera nostra iactanter proferamus, sed etiam diligenter cauere debemus, ne elatione mentis nos de bonis nostris extollamus. Vnde legitur tale exemplum. Quidam monachus in spelunca fuit magnæ abstinentiæ, & multis annis florens in virtutibus, qui in profectibus suis confidens, non totum Deo sed sibi ipsi attribuebat, & in mente sua se exaltabat propter bona opera sua quæ fecit. Hanc præsumptionem mentis intuens tentator diabolus, quodam vespere fingebat se esse in specie mulieris oberrantis in eremo. Quæ vt fessa ad ostium speluncæ lassitudinem simulans, intus se proiecit, & obuoluta genibus eius, vt sui misereretur, exorauit. Nox inquit me reprehendit, iube me in angulo cellulæ conquiescere, ne feris efficiar præda; acquieuit ille. At illa causam errandi per eremum recitans, elegantia corporis & suauitate sermonis affectus illius illecebroso amore deflectit: hinc iam blandiora eloquia, ioci risusque miscentur, manus etiam procax ad mentum barbamque protenditur, quid plura? ad vltimum capiuum ducit militem Christi, & laborum præteritorum, & professionis suæ oblitus, obscœnos iam conabatur inire amplexus. Illa vero vlulatum teterrimum emittens, per manus amplexantis elabitur, tunc multitudo dæmonum in aere ad ipsum spectaculum congregati, ingenti clamore inquiunt. O qui te vsque ad cœlum exaltabas, quomodo demersus es in infernum, disce, quia q se extollit, humiliabitur. Tunc ille quasi amens deceptionis suæ non ferens pudorem desperans seipsum tradidit omni immundiciæ.

Isid. de sū bon.

Chry. super Matt.

In Eadem Dominica.

Descendit hic iustificatus in domum suam. Hic in isto sermone est dicendum quomodo vnusquisque debet iustificari qui vult saluus fieri. Istum ser. quære infra ser. cliiii. E.

In Eadem Dominica

Omnis qui se exaltat humiliabitur, hic est dicendum de superbia vestium, quādo est mortale. Istum sermo. quære ante sermon. lxxxiii. G.

DE DOMINICA XII. Sermo. CVIII.

De illis qui arguunt Deum.

Marci. 7. BEne omnia fecit &c. Sciendum, quod diuersi homines stulti diuersimode Deum reprehendunt. Primi, enim sunt, qui Deum reprehendunt de inæqualitate distributionis, vt pauperes, qui multotiens dicunt, quare Deus dat vni multa bona temporalia, vnde centum, vel plures possent contentari, & mille finit mendicare? Resp. quod Deus dat vni multa aliis pauca hoc non facit sine causa: pauperibus enim in signū maioris dilectionis dat pauca temporalia, & promittit eis æterna. vnde: *Beati pauperes spiritu, quoniam &c.* Quod enim Christus pauperes diligit, ostenditur in hoc, quia ipse dat eis, quod ipse per se in præsenti vita possedit. s. paupertatem vnde dicit per Proph. *Ego vero egenus, & pauper sum. Bern.* Christus pauper est natus, pauper vixit, vnde: *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Item patet in hoc, quod pauperes elegit. *Nonne pauperes elegit Dominus.* hoc patet in Apostolis, q fuerūt piscatores, & homines pauperes. Sic adhuc hodierna die sibi pauperes elegit. Vnde *Grego.* hos Christus, elegit, quos mundus spernit. Item etiam ostenditur in hoc quia orationes eorum exaudit, & desiderium cordis ipsorum implet. Ps. *Deprecationem eorum exaudiet &c.* Idem: *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.* Item ostenditur in hoc, quia Christus est memor & solicitus super pauperes. Ps. *In finem nō obliuio erit pauperis,* Ps. 9. Idem: *ego autem mendicus sum, & pauper, & Dominus solicitus est.* Item *honorat pauperes, & saluat eos* Psal. *honorabile nomen eorum coram illo.* Psal. 47. Nam diuites hic nominantur & honorantur nomina eorum, & pauperes in futuro, vt patet de diuite Epulone, qui non nominatur in Euangelio, sed pauper Lazarus nominatim exprimitur, & iste est sūmus honor, q pauperes debent esse Reges, & Reginæ in regno cœlorum. Luc. 16. vnde *Augustinus*: Non tibi displiceat paupertas tua, nihil ea putes ditius inueniri. Vis scire quam locuples sit, cœlum emit. Psal. *Animas pauperum saluas faciet.* Psal. 47. Ergo pauperes debent esse patientes in sua paupertate, tunc in futuro ditabuntur cū æternis diuitiis. Quibusdam etiam bonis hominibus dat diuitias, quia meruerunt à Deo, & etiam vt mereantur vitam æternam. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cū defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula:* Luc. 16. vnde *Bernardus.* Vere beatus qui intelligit, non super cupidum, sed super egenum & pauperē, illum inquam pauperem, qui inuite petit, & ve- Ber. in ep.

Matth. 5. Lucæ 9. Iac. 2.

Sciendum etiam, quod si homo posset amittere mercedem suam, si iactaret de bonis suis operibus, etiamsi mortaliter non peccaret. Hæc ille. Ergo periculosum est se laudare, & iactare in suis operibus bonis. vnde *Isidorus*: Qui hic de bono laudari appetit, spem perdit, & gloriam mercedis in futuro non recipit. vnde *Chrysostomus*: O insipiens, quid tibi prodest illa laudatio post mortem, si vbi eris non lauderis? Item non solum cauere debemus, ne bona opera nostra iactanter proferamus, sed etiam diligenter cauere debemus, ne elatione mentis nos de bonis nostris extollamus. Vnde legitur tale exemplum. Quidam monachus in spelunca fuit magnæ abstinentiæ, & multis annis florens in virtutibus, qui in profectibus suis confidens, non totum Deo sed sibi ipsi attribuebat, & in mente sua se exaltabat propter bona opera sua quæ fecit. Hanc præsumptionem mentis intuens tentator diabolus, quodam vespere fingebat se esse in specie mulieris oberrantis in eremo. Quæ vt fessa ad ostium speluncæ lassitudinem simulans, intus se proiecit, & obuoluta genibus eius, vt sui misereretur, exorauit. Nox inquit me reprehendit, iube me in angulo cellulæ conquiescere, ne feris efficiar præda; acquieuit ille. At illa causam errandi per eremum recitans, elegantia corporis & suauitate sermonis affectus illius illecebroso amore deflectit: hinc iam blandiora eloquia, ioci risusque miscentur, manus etiam procax ad mentum barbamque protenditur, quid plura? ad vltimum captiuum ducit militem Christi, & laborum præteritorum, & professionis suæ oblitus, obscœnos iam conabatur inire amplexus. Illa vero vlulatum teterrimum emittens, per manus amplexantis elabitur, tunc multitudo dœmonum in aere ad ipsum spectaculum congregati, ingenti clamore inquiunt. O qui te vsque ad cœlum exaltabas, quomodo demersus es in infernum. disce, quia qui se extollit, humiliabitur. Tunc ille quasi amens deceptionis suæ non ferens pudorem desperans seipsum tradidit omni immundiciæ.

Isid. de sū. bon.

Chry. super Matt.

In Eadem Dominica.

DEscendit hic iustificatus in domum suam. Hic in isto sermone est dicendum quomodo vnusquisque debet iustificari qui vult saluus fieri. Istum ser. quære infra ser. cliiii. E.

In Eadem Dominica

OMnis qui se exaltat humiliabitur, hic est dicendum de superbia vestium, quãdo est mortale. Istum sermo. quære ante sermon. lxxxiii. G.

De Dominica XII. Sermo. CVIII.

De illis qui arguunt Deum.

Marci. 7. BEne omnia fecit &c. Sciendum, quod diuersi homines stulti diuersimode Deum reprehendunt. Primi, enim sunt, qui Deum reprehendunt de inæqualitate distributionis, vt pauperes, qui multotiens dicunt, quare Deus dat vni multa bona temporalia, vnde centum, vel plures possent contentari, & mille sinit mendicare? Resp. quod Deus dat vni multa aliis pauca hoc non facit sine causa: pauperibus enim in signũ maioris dilectionis dat pauca temporalia, & promittit eis æterna. vn-
Matth. 5. de: *Beati pauperes spiritu, quoniam &c.* Quod enim Christus pauperes diligit, ostenditur in hoc, quia ipse dat eis, quod ipse per se in præsenti vita possedit. s. paupertatem vnde dicit per Proph. *Ego vero egenus, & pauper sum. Bern.* Christus pauper est natus, pauper vixit,
Luca 2. vnde: *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Item patet in hoc, quod paupe-
Iac. 2. res elegit. *Nonne pauperes elegit Dominus.* hoc patet in Apostolis, q fuerũt piscatores, & homines pauperes. Sic adhuc hodierna die sibi pauperes elegit. Vnde *Grego.* hos Christus, elegit, quos mundus spernit. Item etiam ostenditur in hoc quia orationes eorum exaudit, & desiderium cordis ipsorum implet. Ps. *Deprecationem eorum exaudiet &c.* Idem: *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.* Item ostenditur in hoc, quia Christus est memor & solicitus super pauperes.
Ps. *In finem nõ obliuio erit pauperis*, Ps. 9.
Idem: *ego autem mendicus sum, & pauper, & Dominus solicitus est.* Item *honorat pauperes, & saluat eos* Psal. *honorabile nomen eorum* Psal 47.
coram illo. Nam diuites hic nominantur & honorantur nomina eorum, & pauperes in futuro, vt patet de diuite Epulone, qui non nominatur in Euangelio, sed pau- Luc. 16.
per Lazarus nominatim exprimitur, & iste est sũmus honor, q pauperes debent esse Reges, & Reginæ in regno cœlorum. vnde *Augustinus*: Non tibi displiceat paupertas tua, nihil ea putes ditius inueniri. Vis scire quam locuples sit, cœlum emit. Psal. *Animas pauperum* Psal 47.
saluas faciet. Ergo pauperes debent esse patientes in sua paupertate, tunc in futuro ditabuntur cũ æternis diuitiis. Quibusdam etiam bonis hominibus dat diuitias, quia meruerunt à Deo, & etiam vt mereantur vitam æternam. *Fa-* Luc. 16.
cite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula: vnde *Bernardus.* Vere beatus qui intelli- Ber. in ep.
git, non super cupidum, sed super egenum & pauperẽ, illum inquam pauperem, qui inuite petit, & ve-

recunde accipit, & accipiens glorificat patrem suum, qui in cœlis est. *Aug.* Redime te homo, dum viuis redimere te potes; redime te, inquam, dũ pretium in manib. habes: redime te, ne dum mors amara te præuenerit, & vitam simul, & pretium perdas, sine causa hoc vis dimittere vxori, quæ forsitan alium accipiet maritum. Sed aliqui dicunt: Mirum est quare Deus malis hominibus concedit tanta bona temporalia qui sibi non seruiunt, nec eũ diligunt. Respõdetur, quod hoc non facit sine causa, sed propter quinq; rationes malis hominibus bene facit. Prima ratio est, vt per talia beneficia conuertantur ad Deum. Cum .n. nolunt timere pœnam gehennæ, vt desistãt à peccatis, tũc Deus ex sua bonitate benefacit eis; vt sic eos alliciat; vt se ad Deum conuertant psalm. *Dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt; vt custodiant iustificationes eius, & legem eius, requirant.* ergo si es peccator, & Deus tibi benefacit dando tibi sanitatem: & diuitias, & honores; tunc cogitare debes, si Deus in præsenti tibi benefacit, cum es inimicus eius, quid tunc faciet tibi cũ amicus eius eris conuertendo te ad ipsum? Secunda ratio est, vt exemplum bene faciendi nostris inimicis nobis ostendat. vnde *Gre.* Omnis Christi actio, nostra est instructio; ergo quando cognoscis Deũ benefacere suis inimicis, tunc debes recipere exemplum; vt tu etiam sic facias tuis inimicis. vnde *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filii patris vestri qui in cœlis est.* Tertia ratio est, vt nullus principaliter Deo pro talibus seruiat, quæ cernit etiam malis dari. Sed seruitiũ Dei debet ex mera charitate veri, quam debemus habere ad Deum; & firmã spem debemus habere ad Deũ, q. Deus hic nobis in temporalib. necessitatem prouideat, & in futuro vitam æternam nobis donare velit. *Ber.* Tria considero, in quibus tota spes mea consistit, scilicet charitatem adoptionis, veritatem promissionis, & potestatem redditionis. Scio eñ, cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me: quia verax est in promissione, potens in exhibitione. Quarta ratio est, vt ex prosperitate continue filii Dei, & filii diaboli cognoscantur, quia quãdo quis est peccator, & semper habet prosperitatem in temporalibus, & ex hoc se non emendat, est signum suæ æternæ damnationis. Vnde *Gre*: Magnus affluxus temporaliũ est æternæ dãnationis iudicium; sed aduersitas, & paupertas cum patientia est signum electionis à Deo. vnde Apostolus: *Flagellat omnem filium, quem recepit.* vnde *Greg.* Si exceptus fueris à persecutione flagellorũ, eris & exempt à numero filiorũ. Quinta ratio est, vt hic

Psal. 135. Matth. 5. Heb. 12.

vt hic mali remunerentur pro bonis suis operibus, quæ in peccato mortali faciunt, quia cum istis bonis operibus, quæ quis facit existés in peccato mortali; nihil meretur in vitam æternam; sed ex quo nullum bonum manet irremuneratū, & in cœlo talia opera non remunerabuntur, tunc oportet quod hic in terra per ista tēporalia, bona ista opera remunerentur vnde. *Grego.* Quicunque in hoc seculo bene habetis, cum vos bona egisse recolitis, valde pertimescite, ne concessa vobis prosperitas eorundem sit remuneratio bonorum. Et hæc est vna principalis causa quare mali, qui filii diaboli sunt, & qui etiam nunquam conuertuntur, nec saluantur, sed damnantur, habent hic prosperitatem in temporalibus, in diuitiis, & honoribus; quia ipsi etiam quandoque ieiunant, quandoque missam audiunt &c. & sic talia opera remunerantur eis per ista temporalia bona, & transitoria. vnde dicitur in *decret.* Mali propter bona, quæ faciunt, præsentem prosperitatem pro retributione suscipiunt. Et tales indurati merito timere debent; quia lignum aridum cum pinguedine perfusum vehementius ardet, & sic ipsi, qui hic accipiunt multiplicia bona, & beneficia Dei, & ista in crapulis, & voluptatibus consumunt, vehementius in inferno ardebunt. *Quantum in deliciis fuit tantum date ei tormentum.* Vnde exemplum legitur in vita sancti Ambrosii, quod quodam tempore cum beatus Ambrosius Romam pergeret, in quadam villa Tusciæ apud quendam hominem locupletem hospitatus fuit: & cernens ibi omnia esse repleta, domū, & curiam cū iumentis & pecorib. cum famulis, & famulabus: tunc illū hominem super statu suo solicite requisiuit: cui ille. O Domine status meus semper felix extitit, & gloriosus, diuitiis abundo, & familiam plurimam habeo, & oīa semper ad nutum meum, habui & nunquam mihi aliquid aduersum accidit vel quod me contristaret, aduenit. Hæc audiens beatus Ambrosius, vehementer obstupuit, & his qui secum in comitatu suo erant, & dixit. Surgite. & hinc quanto citius fugiamus quia Dominus non est in loco isto, festinate filii, nec fugiendo moram facite, ne nos hic diuina vltio comprehendat, & in peccatis eorū pariter, & nos inuoluat. Cum ergo fugeret, & aliquantulum processissent, subito terra se aperuit, & hominem illum cum vniuersis, quæ ad eum pertinebant ita absorbuit, vt nullum inde vestigium remaneret, quod cernens beatus Ambrosius dicit: Ecce fratres quam misericorditer Deus parcit cum aduersa tribuit, & quam seuere irascitur, qauando semper prospera elargitur. In eodem autem loco fouea profundissima remansisse dicitur, quæ vsque hodie in huius rei testimo-

dist. 23. quanquā.

Apoc. 18.

testimonium adhuc ibidem inuenitur, ecce dilecti amici, quam horrenda pœna, & ruina: non ergo cõtradicamus signis Christi, & si corruimus, resurgamus; vt nostra ruina sit, vt ruina fulgoris, q. fulgur super cadens quodam impetu nunquam resurgit. Secundi arguunt Dominum de ordinatione temporum dicentes: Iam nimis pluit, iam nimis ningit, iam nimis tonitruat, iam nimium frigus, iam nimis æstus: & sic de aliis. quibus respondetur: *Non est vestrum nosse tempora, vel momẽta &c.* Vnde stultum est, Deum de aere informare, qui solus nouit omnia gubernare. vnde sciendum q. Sęmultis de causis Deus suscitat aeris intemperiẽ. Primo, propter hominum peccata. *Si mandata mea non custodieritis, dabo vobis desuper cælum sicut ferrum, & terram æream.* hoc etiã patet tempore diluuii. vbi Deus propter peccata hominum totum mundum submersit præter octo homines, qui remanserunt in arca Noe. Etiam patet in Sodomis, vbi Deus propter peccata hominum cõbussit quinque ciuitates & omnem terram circumiacentem cum igne & sulphure. Secundo, vt peccatores terrore percutiat, & sic citem conuertantur. *Dominum formidabunt aduersarii eius & super ipsos in cælis tonabit.* Sed diceres: quare fit pulsus campanarum contra tempestatem aeris? Respondetur quod propter duo. Primo, vt homines

Act. 5.

Leuit. 26.

1 Reg. 2.

propter auditum campanarum prouocentur ad inuocandum Deum, ne nos plaget propter peccata nostra sicut totum, mundum plagauit, quãdo diluuium venit: ergo homines, siue in die, siue in nocte, quando audiunt pulsum campanarum contra tempestatem aeris, debent timere sibi, & Deum humiliter inuocare vt misericorditer nobiscum agat, & nõ subsannare Deũ, nec contra eum murmurare. Vnde legitur, q. erãt tres iuuenes simul iacentes in lecto vno; & quando de nocte venit tempestas, medius iuuenis surrexit de lecto, & orauit, & alii duo eum traxerũt, & deriserũt; & dominus permisit, q. tonitruum alios duos occidit, & tertius solus illæsus permansit. Secundo, pulsantur campanæ vt diaboli in aere existentes, q nobis nocere nitũtur, terreantur, quia campanæ sunt tubæ Christi regis cœlestis. Tertio, ne homines nimis confidant in labore suo neglecto diuino officio, & seruitio; si .n. labore tuo diuinum negligis officium laborando in diebus festiuis, vel per totum aratrũ abscindis limitem agri proximi tui, vel quamcunq; facis fraudem, scire debes, quod labores tui in manu Dei sunt, & quando vult potest per aeris intemperiem deuastare. psalm. *Dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locustæ.* Vnde legitur contigisse in Anglia, quod pulcherrima blada creuerũt; ¶ Et ecce appropinquãte tẽpore mes-

Psal. 77.

messum, venit quoddã genus muscarũ in maxima multitudine, quæ illa blada in tantum consumpserũt, quod vix inter quinq; miliaria vnum quartale bladorum inueniretur. Homines verò illius patriæ quasdam de illis muscis ceperunt, & diligenter inspicientes, inuenerunt eas literas depictas in alis habentes: in vna adscribebatur, ira, in alia Dei, vt manifestum esset, quod propter demeritum & vindictam Dei hoc esset factum. Quartò, vt faciat nos ad decimandum & honorandum Deum promptiores, in hoc, quòd cognoscimus nos nihil habere, nisi in quãtum nobis Deus dederit. Et ista debemus tunc condiuidere pauperibus: vnde Luc. 6. *Date & dabitur vobis.* Et cum gratiarum actione debemus vti donis Dei, & nullo modo debemus murmurare contra Deum propter aëris intemperiem, sed Deo omnia committere. Vnde legitur in speculo exemplorum, quod erant duo religiosi, quorum vnus quandoq; petebat pluuiam, quandoq; serenitatem, quandoque frigus, quandoq; calorem, secundùm quod iudicabat in terris sibi commissis expediens esse. Alter verò nihil petebat in speciali, sed totum committebat diuinæ prouidentiæ. Cùm autem venisset messis terræ illius, qui in speciali petebat, omnes terræ illius fuerunt steriles, sed terræ alterius erãt copiosissimè abundantes. Et V ¶ tunc cognitum est, quòd iste, qui committebat se diuinæ prouidentiæ, erat discretior, & melius fecit. Tertii arguunt Deum de inæqualitate, quia sæpe dat pauperibus multos pueros, quam eos pascere nequeunt. Et quandoq; diuitibus, qui libenter haberẽt pueros, paucos, vel nullos. Respõsio, quòd hoc non facit sine causa, cùm enim Dominus dat pauperibus multos pueros, hoc primò facit in signum dilectionis, & non est diffidendum, quin eos etiam pascat. Ps. *Qui dat iumentis escam ipsorum, &c.* & tamen brutis animalibus nihil promisit, nec etiam ea cum morte sua redemit, nec vitã æternam eis spopondit, sicut nobis: vnde Matth. 6. *Nolite soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus? &c.* Primùm quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. vnde ipsa: *Nunquam vidi iustum derelictum, &c.* Secundò, Deus dat pauperibus multos pueros, vt multa præmia eos nutriendo mereantur in cœlo. Circa quod quæritur vtrum labor sit meritorius, quem parentes habent cum pueris. Respondeo, quod sic, dum modò talis intentio sit in parentibus, quod intendunt pueros nutrire ad honorem Dei, vt fideles seruitores Christi fiant. Et si ipsi parentes sunt in gratia, tunc omnes labores, quos habent cum pueris, cedent eis ad meritum, scil. lactando, balneando, portando, inuoluendo, eleuando, cibando, vigilando,

gilando, informando, corrigendo, quando delinquunt; ista omnia e- parunt eis meritoria. vnde Apostolus: Rom. 8. *Scimus, quoniã diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.* Tertiò, DEVS dat pauperibus multos pueros, in signum beatitudinis & benedictionis æternæ. vnde Ps. Psal. 127. *Labores manuum tuarũ, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans, & filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.* Ergo sicut Deus hic multiplicat semen bonorũ pauperum, sic etiam in cœlo vult multiplicare eorum gaudium, quia oẽs, qui nati sunt de ipsis, & ad cœlum peruenient, Deum æternaliter laudabunt: & hoc erit eis speciale gaudium in perpetuum. Ergo pauperes non debent conqueri de multitudine filiorum, sed debent Deum inde laudare, & sibi gratiarum a- Boet. 1. de con. Phi. ctiones referre, quia *Boet.* dicit: Maxima felicitas huius mundi cõsistit in amicis. Sed diuitibus Deus non dat pueros: Primò, propter ipsos parentes, qui sunt auari, ne amplius peccent per auaritiam, propter multitudinem puerorum, quia quando quis est auarus, & si tunc haberet multos pueros, tunc adhuc efficeretur magis auarus, & sic Deum plus offenderet. Secundò, propter oppresſiones pauperum, ne in tantum exactiones faciant in suos subditos: si enim pro nunc grauant suos subditos; quid tunc facerent, si haberent multos pueros? Tertiò, propter pueros, ne illi damnentur cum parentibus. Cùm enim parentes possident iniusta bona scienter, tunc Deus ex sua misericordia talibus parentibus generationem subtrahit, ne pueros generent ad damnationem, quia non solùm parentes, sed etiam hæredes damnabuntur propter iniusta. Ergo quilibet diues, timere debet, ne iniusta bona possideat, qui libenter vellet habere pueros, & non habet: quamuis etiam hoc quandoq; accidit ex naturali defectu, sc. propter sterilitatem parentum. Sciendũ est, quòd quandoque ex permissione diuina pueri illorum, qui scienter iniusta bona possident, in pueritia moriuntur, ne vtantur illis iniustis bonis, & sic cõtra Deum delinquant, quia, heu, auari rarò restituunt oĩa bona iniustè acquisita. Vnde legitur, quòd Lib. de dono timoris. quidam Sacerdos monebat quendam vsurariũ de salute animæ suæ, quia grauiter infirmabatur. Dicebat ei, quòd tria sibi essent necessaria ad salutem, scil. contristari, plenè confiteri de peccatis, & restituere secundùm posse. At ille; Prima duo libenter faciam: Tertium quomodo faciam, quia nihil mihi, nec pueris meis remaneret? Et Sacerdos: Sine his tribus nõ poteris saluari: & ille: Dicunt ita sapientes & Scripturæ? Et Sacerdos: Ita verè. At ille: Ego volo probare, vtrum verum dicant, quia nihil restituam. Et sic mortuus est magis

timens

timens paupertatem temporalem, quam æternam, quam eum æternaliter subire oportebat.

DE EADEM DOMINICA. Et est continuatio præcedentis Sermonis.

Sermo CIX.

De his, qui reprehendunt Deum.

Marci 7. BEne omnia fecit. Sicut enim iam in præcedenti sermone dictum est de tribus generibus, qui DEVM reprehendunt: Hic iam continuando, dicendum est de aliis generibus eorum, qui Deum vendunt. Vnde quarti, qui DEVM arguunt de imprudentia gubernandi mundum, & omnia, A ¶ quæ in eo sunt, sunt illi, qui dicunt, quare Deus quandoq; plures iuuenes mori permittit, & senes debiles & deformes diu sinit viuere? Responsio, quòd hoc Deus non facit sine causa. Nam sæpe tales iuuenes, si boni sunt, mori permittit, ne malitia mundi eos coinquinet: Sap. 4. *Raptus est, ne malitia immutaret intellectum eius*, & ne fictio malitiæ deciperet animum eius. Secundò, Deus bonos iuuenes mori permittit ex eo, quod falsus mundus non est dignus tales bonos habere: Hebr. 11. *Quorum dignus non erat mundus*. Ergo quasi omnes pestilentiæ à iuuenibus incipiunt, in signum, quòd probi & innocentes sunt. Tertiò, quando parentes nimis & indiscretè & superfluè diligũt pueros suos, tunc quandoq; subtrahit eis tales pueros, & permittit eos mori. Sed quare Deus quandoq; malos iuuenes, qui sunt robusti & fortes, & secundùm cursum mundi, vtiles, veloces & agiles, etiam citò mori permittit? Resp. quod hoc fit propter quatuor: Primò, ne peiores fiant, & ex hoc eorum pœna augmentetur. vnde Ambr. *Melius est peccatoribus malè agentibus mori, quàm vt in peccatis diu versentur*: Et ratio huius est, quia pœna eorũ ex hoc minor erit. vnde Aug. *Tantò ibi quisq; tolerabiliorem habebit damnationẽ, quantò minorẽ hic habuerit iniquitatem*. Secundò, iuuenes mali in iuuentute moriuntur, ne de tẽporalibus bonis nimium cõsumant, sicut quandoque contingit, q, vnus vna die tantùm de vino bibit, quantum aliis quatuor sufficeret; sic similiter in vestibus, & aliis superfluis expẽsis: & tales nec Deo regratiantur, nec ei seruiunt, & tamen multa bona temporalia malè & inutiliter expendunt, vnde alii plures Deo seruientes viuere possent. Et ideò tales sic multa temporalia dilapidantes, & inutiliter cõsumentes, citius moriuntur, vt ista temporalia, quæ illi malè expenderẽt, aliis bonis ad vsum perueniant, & inde Deũ laudent. Tertiò, quia demeruerunt, & signanter in honoratione parentũ, quia sicut DEVS vult prolongare vitam gratię, eis, qui honorant suos paren-

Ambros. super Luc.

parentes, sic econuerso vult abbreuiare vitam illis, qui inhonorant parentes. vnde: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram.* Et ergo inhonorantes parentes suos sæpius moriuntur subitanea, & improuisa morte. Quartò, permittit Deus iuuenes, & fortes citò mori, & hoc in terrorem aliorum, vt alii iuuenes peruersi ex hoc terreantur, & inde vitam suam emendent. Sed etiam aliquos malos Deus quandoq; diu viuere permittit. Primò, vt conuertantur à suis peccatis. vnde: *Propterea enim exspectat nos Deus, vt misereatur nostri.* Ergo si es homo peccator, & Deus prolongauit tibi vitam per viginti, vel triginta, vel quadraginta annos: tunc intelligere debes, quòd Deus hoc fecit propter emendationem vitæ tuæ, & si te non emendaueris, tantò grauius punieris. Secundò, permittit malos viuere, vt puniant bonos: quomodo enim sanctus Stephanus, & sanctus Laurentius tantam gloriam iam haberent in cœlo, si nullos tortores in præsenti habuissent? Sed D§ pauperes & infirmos, claudos, & debiles permittit Deus diu viuere. Primò vt peccata eorum deleantur, quia fortè grauiter peccauerunt in iuuentute, & de necessitate oportet, quod de quolibet peccato satisfaciant, aut hic aut in futuro; tunc Deus ex sua bonitate, & misericordia permittit tales hic puniri per tribulationes, infirmitates & paupertates, ne in futuro puniantur grauissimè. vnde *Greg.* Misericorditer adhibet Deus temporalem seueritatem, ne æternam inferat vltionem. Ex quo patet, quòd quilibet infirmus, claudus, & pauper cogitare debet, hæc bene demerui, pissimè Deus cum corpore meo te sæpissimè offendi, & oportet me satisfacere, aut hic aut in futuro, quia nullum malum impunitum. vnde *August.* Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Secundò, vt meritum illorum pauperum & infirmorum augmentetur, quia pro qualibet infirmitate & passione, etiam quotiescunque bono homini acciderit, æternum præmium habebit. vnde Dominus dicit in Euang. *Gaudete & exultate, quoniã merces vestra copiosa est in cœlis.* Tertiò permittit Deus pauperes & debiles diu viuere, vt diuites habeant materiam vitam æternam merendi pro eleemosynis suis. Quomodo enim diuites vitam æternam promereri possent, si pauperes non essent? vnde *Chrys.* Ne putes, quòd propter vtilitatem pauperum Deus diuites fecerit, quos sine diuitibus sustentare potuit, sed propter vtilitatem diuitum pauperes fecit, qui nimirũ infructuosi, & steriles erant futuri, nisi pauperes fuissent facti. Quinti arguunt Deum de deformitate creationis dicentes: Quare Deus fecit nos deformes, vel leprosos, &c. sicut quidam rusticus ratione infirmitatis suæ à mente aliquan-

Exod. 20. *Esa. 30.* *Matth. 5.* *Chrys. super Matt.*

quantulum alienatus de pedibus suis ait, quicunque fecit hos pedes, tres obolos vix meruit. Responsio, quòd Deus facit aliquos deformes, vt tollat ipsis & aliis occasionem peccandi, quia ꝓpter speciem multi perierunt. Vnde legitur de Susanna, quamuis fuerat deuota & sancta, tamen pulchritudo eius fuit illis duobus iudicibus occasio concupiscentiæ malæ. vnde *Greg.* Si enim in corpore deformi te vix poteris à vana gloria & luxuria seruare, quid faceres in corpore specioso, cùm caro semper cõcupiscit aduersus spiritum: Ex quo patet, ꝗ illis, qui ex naturali inclinatione superbi vel luxuriosi sunt, Deus omnipotens benefacit eis, subtrahendo pulchritudinem corporis, ne ipsis & aliis fiat occasio peccandi, quia propter speciem multi perierunt. Sed diceres; quare DEVS tunc aliquos pulchros creauit? & F ¶ quomodo homo se tenere debet, quando pulchros homines videt, ne Deum offendat? Respondetur, duo cogitanda sunt illi, qui ornatam & pulchram personam videt. Primò, quòd nunquam tantam curam & diligentiam habuisti orando animam tuam æternaliter victuram ad complacendum Deo, sicut illa persona habet ornãdo corpus suum putridum & mortale, & ad complacendum mundo; & sic debes dolere de acedia & negligentia tua, & de perditione illius animæ, quàm sic pomposè vides incedere. Secundò, cogitandum est illi homini, qui seipsum cernit esse pulchrum à Deo creatum, vel alium pulchrum, & ornatum hominem, quàm pulchrę sint facies electorum in cœlo, & quàm pulchrè ornantur sancti cum stola gloriæ Si ille mortalis homo, qui hodie viuit, & fortè cras morietur, tam pulcher est ad videndum, quid tũc erit de immortalibus post iudiciũ æternaliter viuentibus cum corpore & anima & sic homo per hoc debet sibi acquirere affectum perueniendi ad cœlestem claritatem. Sexti argumẽt de immisericordia. vnde Ps. *Exsurge, quare obdormis Domine?* & tales temerè solent dicere: Si Deus deberet pignus suum inter Iudæos ponere pro me, non posset tardius me iuuare. Vnde sciendum, ꝗ Deus permittit, nos multis mod. tribulari, & ¶ G hoc fit vtiliter: Primò, vt hominis meritum accumuletur. Secundò, ne homo extollatur. Apost. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, qui me colaphizet.* Tertiò vt homo à culpa purgetur: vt Maria, soror Moysi, quæ propter murmur, quod fecit cõtra Moysen, percussa est lepra corporis sui. Quartò, vt ex liberatione Deus glorificetur; vt in cœco nato. vnde *August.* Puniuntur iusti, vt oppressi clament, & clamantes exaudiantur, & exauditi glorificent Patrem, qui in cœlis est. Quintò, vt eis ad regnum via præparetur: *Oportet nos per multas tribula-*

Marginalia: *Dan.* 8. — 2. *Cor.* 12. — *Act.* 4.

 bula-

bulationes intrare regnũ Dei. Luc. 24. *Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.* Secundo pessimi arguunt Deum adhuc de tentatione dicentes; quare Deus permittit tantā potestatem diabolo tentandi hoĩes? Resp. vt tentati diabolo resistant, & resistendo vincāt, & vincendo mereantur coronam, quia secundũ Apost. 2. *Tim.* 2. *Nemo coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.* vnde Aug. *Si nullus esset hostis, nulla esset pugna: si nulla pugna, nulla victoria: si nulla victoria, nulla esset corona.* Item adhuc alii sunt, dicentes, quare Deus permittit eos tentari, quos scit lapsuros, & quos sic scit damnandos? Resp. q; Deus tam gloriosus est princeps, quod se bene dignum iudicat, vt sibi liberè & voluntariè seruiamus, & nullum vult coactum, vel quasi per crines trahere in regnum cœlorum. Et ideo dedit homini rationem discernendi inter bonum & malum, & liberum arbitrium, vt possit reprobare malum, & eligere bonum. Insuper dedit homini angelicũ auxilium, & sacram scripturam, quibus præcauere possit lapsum, & resurgere post lapsum. si ergo sponte relinquit bonum, & eligit malum, diuinam iustitiam habebit iudicantem & vindicantem. Si vero reprobando malum eligit bonum, diuinam misericordiam habebit præmiantem. Vnde nota plures rationes, quare Deus creauit hominem, vt possit peccare. Prima est, vt ostendatur potentia Dei, qui solus inuertibilis est, omnes autem creatura est mutabilis. Psal. *Mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, &c.* Secunda est, vt ostendatur Dei sapientia, quia ex malo ipse scit elicere bonum, quod non poterat fieri, nisi Deus creaturam fecisset vertibilem in malum. vnde *Aug.* Melius iudicat Deus ex malo eligere bonum, quàm prohibere, ne mala penitus fiant. Tertiò, vt manifestaretur DEI clementia, qua Christus per mortem suam hominem perditum liberauit: *Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis.* 1. Cor. 15. Quarta, vt ostendatur Dei iustitia, quæ non solum bonis reddit præmia, sed etiam *malis* supplicia. vnde Apost. *Vnusquisq; propriā mercedem accipiet, &c.* 1. Cor. 3. ¶ Vnde legitur tale exemplum: Cùm quidam eremita murmurasset in corde suo de diuersis iudiciis Dei, de hoc quòd illi, qui malè viuebāt, sæpe bene habebāt; & è conuerso benè viuentes multas habebant diuersitates: & aliquando qui bonā duxerunt vitam, in fine videbantur habere finem abiectũ, & mali pulchrum finem, & boni amittebant frequenter bona temporalia, malis autem bene successit. Cùm in istis diu se occuparet, rogauit Deum, vt sibi hæc ostendere dignaretur. Tũc affuit ei Angelus, dicens, quòd missus esset, vt sibi hæc ostenderet; & dixit ei, vt eum sequeretur in forma eremitæ peregrini sibi apparente,

quòd

quod cùm faceret, venerunt primò ad domum cuiusdã eremitæ, quem inuenerunt à leonibus dissipatum frustatim; de quo ille eremita multum admirans ait: Sanctus erat hic, de quo mihi constat, quia perseuerauit in hac solitudine penè quinquaginta annis, seruiens Deo, & iã à bestiis permissus est dilaniari. Ait ei Angelus: nunc vidisti vnum iudicium DEI. Secundò venerunt ad alium, cuius domus super saxũ nimis altum sita erat super mare; cui prędicat Angelus de tentationibus, & contra impatientiam tenere perseuerantiam, cõfessus est cum multis lachrymis, quod cùm fuisset ibi cum magna afflictione pœnitentiæ per quadraginta annos, ad vltimum ita victus fuerat à cogitationibus suis, quòd volebat dimittere suam bonam vitam, & ad seculum redire. Quem cùm videret verè pœnitentẽ Angelus præcipitauit eum subitò in mari, & submersus est. Cùm autem ad hoc factum terreretur eremita, & fugeret, vocauit eum Angelus dicens: Noli timere, ostendit tibi Deus secundum iudicium suum. Tertiò, venerunt ad domum alterius eremitæ, qui recepit eos cum magno honore, & propinauit eis potũ ex scypho argenteo, quem habebat. Quem occultè recipiens Angelus in sinu suo occultans, secum asportauit. Venerunt autẽ de nocte ad domum cuiusdam prædonis militis, & vix in ea sunt recepti, & valde malè tractati, & conuitiis afflicti; tamen aliqua pauca sunt eis ibi data, & lecti parati, licet malè. De manè noluit Angelus recedere, nisi prius hospiti loqueretur, & extrahens scyphum dedit sibi illum. Quod videns eremita admirabatur, murmurans in corde de hoc, quod viderat. Alia nocte venerunt ad domum alterius militis, qui satis bene recepit eos, tamen mediocriter eos tractauit. In manè dum vellent recedere, rogatus ab Angelo, dixit filio suo vnigenito, vt conduceret, & viam eis mõstraret, quod dum puer faceret, subitò arripuit eum Angelus, & occidit, & in foueam proiecit. Quod cùm vidit eremita, fugit, dicens eum non esse Angelum, sed diabolum. Ecce, inquit Angelus, in his, quæ vidisti, ostensa sunt tibi iudicia Dei occulta, quorum causam scire volebas. De primo eremita à bestiis deuorato, scias sibi hoc contigisse in coronam martyrii, quam longo tempore affectabat, haberet, & crebris orationibus sibi dari postulabat; salutem istius secundi eremitæ procurauimus, quem præcipitauimus, qui de suis tentationibus compunctus, ad Deum se conuertit, & sic mortuus, ad DEUM iuit, non habens aliam pœnam, nisi illam mortem illatam, qui si superuixisset, redeunte tentatione quod conceperat, adimplesset. Tertius eremita homo contemplatiuus est, & magnarum orationum: diabolus autem cum sua astutia procura-

uerat impedimentum suis orationibus, & ordinauit, quod quidam diues illum scyphū argenteum, quem absoluli, ei dederat, vt pro eo oraret: cùm autem orare vellet, veniebat sibi cogitatio, quid de illo scypho facere posset, vel ne aliquis furaretur ei illum, semper timebat, ita q; cor suum & orationes ille scyphus ea ferebat. Ideò salutem ipsius procurauimus, scyphum illum sibi auferendo: & nunc redibit ad solitas orationes sine vllo impedimento. Ille autem primus miles, ad quem venimus, est homo malus, nec est dignus cœlesti remuneratione, pro eo q; fecit in nobis, ideò dedimus ei temporalē remunerationem. Alius miles homo fuit hospitalis, & multarum eleemosynarum, & cùm nō haberet prolem rogauit viros religiosos, vt rogarēt Deum pro eo, vt ei prolem daret. quod & Dominus fecit, & dedit illi illū filium, quem me vidisti occidere, quo habito, incepit opera misericordiæ, quæ consueuerat pauperibus exhibere, dimittere, & multa mala facere, vt multa bona temporalia illi filio accumularet. Puero autem mortuo, in innocentia sua salutem procurauimus, qui si superuixisset, multa mala commisisset. Similiter pater & mater, eo mortuo, ad consueta opera conuertentur.

DOMINICA XIII.
Sermo CX.
De peccato veniali.

PLagis impositis abierunt semiuiuo relicto. *Luc. 10.* Sciendum, quòd homo in corpore vulneratur dupliciter, quandoque vsque ad mortem. Sic spiritualiter per peccatum mortale vulneratur homo in anima vsque ad mortem. vnde: *Peccatum cùm consummatum fuerit, &c.* *Iacobi 1.* Quandoque aūt vulneratur homo, & læditur in corpore, non propterea moritur, sic spiritualiter possumus de peccato veniali intelligere quo ad animam: vnde in præsenti sermo. tria sunt dicenda. Primò, quid sit peccatū veniale, & quot modis cōmittitur. Secundò, damna, quæ inferuntur homini per peccata venialia. Tertiò, quot modis peccata venialia dimittuntur. Circa primum, sciendum, quod secundùm *Aug.* Peccatum veniale est, quod hominem vsq; ad reatum perpetuæ mortis non grauat, ¶ L sed pœnam meretur, & facile sibi indulgetur. Notandum, quòd secundū *Magistrum*: In paruulis post baptismum primò surgūt venialia, & post mortalia. *Magist. in Compend. Theol. Veritatis.* vnde Greg. *In vno quoq; lapsu à minimis incipitur, sed succrescentibus defectibus ad maiora & grauiora deuenitur.* *Greg. in Moral.* vnde Isid. *Qui dilabuntur ad vitia, non statim à magnis criminibus incipiunt, sed à modicis assuescunt, vt sic cum maximis corruant.* *Isid. de sum bono.* Quæritur, vtrū hic in isto seculo aliquis possit viuere sine peccato veniali, dum est in hac vita? Respondetur: Si loquamur de tota vita hominis, qui iam venit

venit ad ætatem adultam, de excellenti, & speciali gratia est quod talis sit sine peccato veniali, sicut videtur dicere *beatus Augustinus*: de beata virgine, quæ nunquam venialiter peccauit: vnde si omnes sancti interrogarentur vtrum peccassent, omnes in vna voce responderent: *Si dixerimus quod peccatum non habemus nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Vnde Salo. *Septies in die cadit iustus, & resurgit.* vnde etiam *in decret.* dicitur. Venialia ex fragilitate humana comittuntur, & nullus M homo potest ea vitare. Sed tamen sine peccato mortali quilibet potest viuere, vt dictum est ante. sermo. 72. Item sciendum, quod peccatum veniale committitur quatuor modis. Primo, quando committitur aliquod paruum, quod in se est veniale, scilicet quod non est contra præceptum Dei, nec vnum de septem peccatis mortalibus, verbi gratia. Sicut loquendo verbum otiosum sine causa, est peccatum veniale. Item iocose ridere. Item cogitationes vanæ, & sic de aliis. Secundo propter imperfectionem actus, sicut primi motus, qui alias quando perfecti essent, essent mortalia, verbi gratia. Sicut videre mulierem cum libidine, & delectatione præter rationem tamen & plenam deliberationem propter imperfectionem actus est veniale. Sed si cum libidine, & plena deliberatione videt quis mulierem concupiscendo eã, erit mortale. Item irasci tamen sine deliberatione. Item gaudere de aduersitate aliorum, & dolere de prosperitate, non tamen cũ deliberato. año. Si enim cum ratio aduenerit, resistit talibus, & expellit, tunc non sunt nisi peccata venialia. Ergo quandocunque aliquid, quod in se est peccatum mortale, fit ita subito sine deliberatione rationis, ita quod actus ille est imperfectus, omnes subiti motus, qui sic præueniunt rationem, qualitercunque & à quibuscunque fiunt tales subiti motus, & primi sunt solummodo venialia. Tertio modo propter pœnitentiam, & sic per accidens de mortali fit veniale, vnde dicitur in *decre.* Fit veniale in confessione, quod mortale fit in operatione. Non quod illud peccatum mutetur in se, sed hoc, quod est mortale, iam taliter est veniam consecutum, quod obligat ad pœnam non æternam, sed temporalem, quæ debetur veniali. Ideo dicit *Amb.* Omne peccatum mortale per pœnitentiam fit veniale. Et hoc sic dicitur veniale ex euentu per accidens scilicet in eo quod pœna æterna, quæ debetur mortali peccato, vertitur in pœnam temporalem, quæ debetur veniali peccato. Quarto, committitur veniale peccatum per erroneam conscientiam, quia qui aliquid reputaret peccatum veniale, quod in se nullum esset peccatum, & super hoc illud idem faceret, tunc pro-

Prou. 23.

de pœn. d. 1. Medicina & c Tres aũt sunt.

de pœn. d. 1. quem pœnitet.

pter conſcientiam peccatum veniale comm tteret. Et ſimiliter hoc intelligendum de peccato mortali, id eſt, quãdo facit aliquid, quod in conſcientia ſua tenet diffinitiue eſſe peccatum mortale, peccat mortaliter per conſcientiam, quamuis hoc non ſit peccatũ mortale in ſe. vnde *Aug.* Quicquid fit contra conſcientiã ædificat ad gehennam. Quantum ad ſecundum, ſciendum quod peccata venialia inferunt ſeptem damna; quare merito peccata venialia ſunt cauẽda à deuotis hominibus, quantum poſſibile eſt. Primũ damnum eſt, ꝙ obligant ad pœnam, non aũt determinate & præciſe obligãt ad pœnã æternã, vel purgatorium, vel præſentem ſatisfactionem; ſed aliquam illarum pœnarum; qm̃ ſecundum forum eccleſiæ præſentis ſatisfacit hõ leuiter: ſed ſecundum forũ purgatorii punietur homo grauius, qa grauiorẽ pœnam in purgatorio ſuſtinebit pro vno veniali peccato, quam S. Laurentius ſuſtinuit in craticula: Vnde dicit̃ *in dec*, Igni purgatorio nulla pœna temporalis eſt comparabilis. Hoc multi homines parum curant, q tot venialia committunt, & quotidie augmentant ſuper ſe. Sed ſecũdum forum inferni grauiſsime, qa æternaliter. Quæritur vtrũ in inferno etiam puniant̃ venialia? Reſpondetur ꝙ proprius locus eſt hic in mũdo, vel in purgatorio, vbi venialia purgantur; ſed infernus proprius eſt locus, vbi puniuntur mortalia. Si autem in peccatis mortalibus moritur quis, tũc venialia æternaliter punientur in inferno cum mortalibus, ſed minor erit pœna ꝑ veniali quam pro mortali. Secundum eſt, ꝙ animam maculant. Et ponatur tale exemplum, ꝙ denigretur aliqua imago depicta in tantum, ꝙ videri non poſsit, alia vero ſic obſcuretur, vt videri quidẽ poſsit ſed non plene diſcerni, & ideo propter talem duritiam *Greg.* dicit veniale obſcurat, mortale obtenebrat, Item *Aug.* de vita Chriſtiana. Anima in peccato perſeuerans nigrior eſt coruo. Hoc intelligitur de peccato mortali, ſed veniale ſolum maculat. Tertium eſt, ꝙ minuũt feruorem charitatis, ſicut aqua in ignẽ proiecta licet totum ignẽ non extinguit, feruorem tñ illius debilitat, & temperat; Et quãto plura quis venialia cõmittit, tanto plus minoratur feruor charitatis. Nã aliqui notabiliter qñque perdunt feruorem charitatis, & repeſcunt. Et ratio eſt, quia venialia non curãt dimittere. vnde *Au.* Minutæ ſunt guttæ, q̃ tñ ſimul iunctæ multa flumina implẽt. Mortale peccatũ extinguit totã charitatẽ, ſed veniale, & charitas ſe mutuo cõpatiũtur, & veniale ſolũ opponitur feruori charitatis Quarto, potẽtias ¶O animæ in bonis operibus laſsant; ſicut qñ imponitur alicui onus, minus erit ille prõptus ad ambulandum. vnde *Au.* Minuta ſunt grana arenæ, ſed ſi multa arena ponatur, premit,

Aug ſuper Ioan. *Aug ſuper Ioan.* *d 25 qui aliud.*

premit, atq; opprimit. Potentiæ eñi rationalis operatio est discernere, sed ꝓpter aggrauationẽ venialium non ita clare discernit bonorum, & malorũ differentiã. In huiꝰ signum, boni & perfecti homines minima ẽt qñq; peccata discernũt, quę imperfecti nõ noscunt. vnde *Gr.* Quãto maius lumen gratiæ quis percipit, tanto amplius reprehensibilem se cognoscit esse. Hoc etiã patet ad sensum: quia in cibo, & mũdo panno etiam parua macula cognoscitur, sed in nigro & immundo, vix qñq; notabilis, & magna macula cognoscitur; sic similiter est conscientia hominis. Concupiscibilis aũt potẽtiæ appetitiuæ est appetere bonũ, q cognoscit rationalis. Sed venialia aggrauant potentiã concupiscibilem, q non ita ardenter appetit bonum, ac nullis venialib. esset aggrauata. Irascibilis operatio est detestari malũ. In signum huius, pfecti viri q habent mũdas conscientias, valde ẽt detestãtur parua mala, quod imperfecti nõ faciũt. vnde *Hier.* Mẽs Christo dedicata sic cauere debet minora, qũo etiã maiora, sciens etiam ꝓ verbo otioso rõnem esse reddẽdã? Quinto, retardat à gloria; quia homo, qui deberet, & posset statim post mortem euolare ad cœlum, cogetur propter venialia ad tẽpus in purgatorio expectare; nunquã .n. ab aliquo Dei facies videbitur donec soluat per pœnas minimũ quadrãtẽ venialiũ peccatorũ. *Non exibis inde donec reddas nouissimum quadrantẽ.* vnde *Hũber.* Nunquã .n. à quoquã Dei facies videbitur, donec per pęnã venialium peccatorum quadrans minimus psoluat. Et ignis purgatorii est miro modo grauis. vnde *Au.* Ignis purgatorii, licet æternus non sit, miro tñ mõ est grauis. Excellit .n. omnẽ pęnam quã vnquã aliquis passus est in hac vita. Etiam pro paruis peccatis oportet hominem in purgatorio quandoque diu purgari, quæ in pręsentia faciliter & leuiter deleuisset. Vnde dicitur de sorore sancti Damiani, quod propter auditum vnius cantilenæ, quam cum delectatione audiuit cãtare in quadam chorea, de quo non fuit contrita, nec confessa, nec pro eo egit pœnitẽtiam, fuit in purgatorio decem & octo diebus: sicut ipsa post mortem suam reuelauit cuidam sancto homini. Sextum est, quod bona gloriæ cœlestis dimittunt, non quidem illa, quæ iam debẽtur, & quæ habemus ibi per meritũm reposita, sed quæ deberentur si venialia non fierent, quia medio tempore possent aliqua bona fieri, quãdo illa venialia fiunt, per quæ bona opera bonũ cœlestis glorię augmẽtaretur. Et etiam post perpetrationẽ venialium, tunc secundum magistrũ, Oportet nos opera qdam cõuertere, ad solutionẽ huiusmodi debitorũ, pe q ẽt deberet nobis crescere cumulus æterni præmii. Septimũ est q venialia sæpe sunt occasio mortaliũ peccatorũ. Et hoc con-

Greg. 31. Moral.

Hie. in ep.

Mat. 5.

¶P

Mag. in Compen. Theol. Veri.

¶Q

contingit quatuor modis. Primo, ex complacentia. vnde *Aug.* Nullum peccatum adeo veniale est, q. non fiat mortale, dum placet. Non idem actus numero, sed idem specie. Notandum, quod quanto est maior delectatio in peccando, tanto maior pœna debetur illi peccato in futuro. *Quantum in delitiis fuit tantum date ei tormentum, & luctum*: ergo propter securitatem, confitendum esset, quando in aliquo peccato, quod secundum se æstimatur veniale, habuisses nimis magnam complacentiam, & excessiuam delectationé: ergo reprehensibile est nimiam complacentiam habere in risibus, & in leuitatibus, & in verbis iocosis: & sic de aliis; nisi fierent causa recreationis, & moderate; quia secundum *Arist.* Homo quandoque indiget, quadam delectatione, quasi quadam recreatione, propter multos labores, qui sibi occurrunt. sed excessus in risibus, & leuitatibus caueri debet. vnde dicit *Basilius*: Iocus, siue risus, remissam efficit animam, & negligétem erga Dei præcepta, nec delicta sua ad memoriam potest reuocare, & obliuiscés ea, nec se instigat ad pœnitentiam; & ita paulatim omnibus bonis priuabitur. vnde etiam *Bern*: dicit, compatitur Dei filius, & plorat, homo patitur, & ridet. Secundo, ex dispositione, quia per frequentem lapsum venialium, disponitur homo ad mortale. Et secundum hoc intelligitur. *Greg.* Vitasti grandia; vide ne obruaris arena. Hoc dicit quia sæpe de minimis peccatis p̄uenitur ad magna, sicut de parua scintilla, quandoque crescit magnus ignis. *Qui spernit modica, paulatim decidet.* vnde *Greg.* Qui minima peccata deflere, ac deuitare neglexerit, de statu iustitiæ non quidem repente, sed paulatim, & particulatim cadit. Tertio, ex processu, quia quando insurgit veniale, si non prohibetur, posset progredi vsque ad mortale. Non quia ipsum veniale in substantia fuerit mortale, sed quia ex ipso veniali occasionaliter progrediendo fieret mortale. Istud patet in primis motibus qui inter venialia computantur, sed quando delectatio conualescit in tantum, quod consensus accedit, iam est peccatum mortale, & veniale. sic quod sunt duo peccata vnde *Aug.* Non est peccatum adeo paruum, quod non crescat, neglectum. Quarto, propter conscientiam erroneam, & nimis strictam, scilicet quando quis teneret firmiter, & diffinite aliquod peccatum quod in se est tátum ʃR veniale, quod hoc esset mortale: & sic super hoc faceret, mortaliter peccaret propter cóscientiam. Sed quantum ad tertium, sciendum, quod peccata venialia octo modis dimittuntur. Primo, per confessionem generalem, quæ fit publice cũ multis, & coram multis, sicut fit communiter post sermonem, & prædi-

Apoc. 18.

Arist. 7. Ethic.

Ber de cõtemp. Mundi.

Eccl. 19.

Greg in past.

Aug in li. de pænit.

prædicationem, & illa confessio habet efficaciam ad dimissionem venialium ex tribus. Primo, ex contritione confitentis. Secundo, ex humilitate confessionis; ergo cum humilitate genua flectere debes, & caput humiliter inclinare, qñ tu dicis talem generalem confessionem. Tertio, ex oratione sacerdotis, qui dicit super populum. Misereat vestri omnipotẽs &c. ergo interim, q sacerdos dicit talẽ orationẽ, quilibet recollecto corde deuote, petere dẽt, & desiderare hoc adeo adimpleri, quod sacerdos petit. Sic similiter intelligẽdum est de illis, qui dicunt, Cõfiteor, cũ sacerdote ante missam. Secundo, per deuotam pectoris contusionem, exemplo publicani qui percutiens, pectus suũ, dixit: *Deus propitius esto mihi peccatori.* *de pœnit. d. 1.* *c. Tres sunt actiones* Tertio, per aquæ benedictæ aspersionem. *d Consec. d. 3. aquã sale.* Aliqui habent aquam benedictam in domo sua, vt quemadmodũ sæpe venialiter peccant ita etiam è conuerso in deletionem venialium aquam benedictam sępius recipiãt, & laudabilis, & bona est talium deuotio. Sciendum est tamen, q aqua benedicta deuote recipienda est, & non derisorie siue accipiatur à sacerdote, siue à seipso, & vbicunque, & in quacunq; parte corporis tetigerit hominem, siue in manibus, siue in facie, siue in aliis locis, bonum est, attamẽ in facie cõiter accipitur. Et hoc propter dignitatem, quia facies est nobilior pars corporis. Etiã propter quinque sensus, in quibus sæpius peccauimus, qui magis vigẽt in capite. Item bonum est habere aquam benedictam circa lectum, & aspergere se de sero cum ea, quando quis vult intrare lectum. Et maxime circa infirmos, qui sunt sæpe aspergendi aqua benedicta ad effugandum fantasmata dœmonum. vnde Ps. *Cõtribulasti capita draconis in aquis &c.* vnde in consecratione aquæ leguntur verba valde notabilia, s. discedat omne fantasma in loco quo aspersa fuerit aqua &c. Exemplum legimus quod ¶ S in vno monasterio quidam laicus de nouo conuersus, cum esset in articulo mortis, vidit totam domum repleri cum deformibus personis, & rostratis. Quod cum significaret custodi suo, ille intelligens q immundi spiritus essent, fecit sibi porrigi vas aquæ benedictæ, & cum ea aspersit totum locum, & cum hoc faceret, alte clamare cœpit: Eia, eia, fac, quod facis, quoniam ecce diaboli fugiẽtes summa celeritate cõtendũt exire alter in alterũ impingẽtes. Et ille fortiꝰ cępit aspergere, & sic liberatus est æger à dœmonũ infestatione. Quæritur, vtrum aqua benedicta sit sacramentum? Resp. secundum *Ray.* quod non, sed est quasi quoddam sacramẽtale, & est quædam dispositio ad sacramentum. vnde datur cõtra dœmonum nequitias, & contra venialia, & cõtra omne illud quod effectum sacramentorũ impedire posset. Quid

fiet, cum aqua benedicta apponitur aquæ non benedictæ? Respondetur secundum. *S Tho.* Totum est benedictum. Virtus enim, quæ acquisita est aquæ ex benedictione peruenit ad aquam additam. Simile est de oleo nõ consecrato. Quarto, per contritionem cordis. Ergo bonum est immedaite confiteri, quando aduertis te aliquod veniale cõmisisse: vnde *Caß.* super illud Ps. *Ad dominum cum tribularer,* sic dicit: Dominus nescit differre. quãdo quẽ corde cõpũcto senserit sibi supplicare Quinto, per orationem, præcipue dominicam. *Au.* de quotidianis leuibus peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Sexto, per episcopalem benedictionem, & secundum quosdam, etiam per sacerdotalem. Ergo manẽdum est in ecclesia vsq; ad finem missæ, & benedictionem, quam sacerdos dat in fine missæ deuote debet suscipere quilibet Christianus. Septimo, eleemosynarum largitionem. Vnde *Peccata tua eleemosynis redime,* vnde canitur in quadragesima. Abscondite eleemosynã in sinu pauperum, & ipsa orabit pro vobis. Quia sicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemosyna extinguit peccatum. *Sicut in sereno glacies, ita per eleemosynam soluentur peccata tua* Et addunt quidam, per iniuriarum dimisionem, quæ est eleemosyna spiritualis, de qua dicit. *Dimittite & dimittemini,* vñ ẽt *Au.* Multa sunt genera eleemosynarũ, quas cũ facimus adiuuamur, vt dimittãtur peccata nostra. Sed ea nihil est maius, quam cum ex corde dimittimus, q̃ in nos quisque peccauit. Octauo, per dignam Eucharistiæ communicationẽ. Et quidam addunt etiam per extremã vnctionẽ. De his sunt versus. Confiteor tundo, aspergor, cõteror, oro. Signor, edo, dono, per hæc venialia tollo. Et non solum per illa specialiter enumerata, sed etiam per quodlibet bonum opus delẽtur venialia & sicut dicit *S. Tho.* plura, vel pauciora venialia per prædicta remittunť secundum quod per hæc maior vel minor feruor charitatis concitatur, quæ de pluribus, vel de paucioribus saltem implicite contritionem contineat: vnde non oportet, quod per hæc semper omnia peccata venialia dimittantur.

S. Thom in 4 di. 12 | Caßi super. Psal | de pænit. d. 3. quotidiam. | Dan 4. | Eccl 3. | Luc. 6. | de Consec. d. 2. cum. omne crimen | Ext de sac. vnctione c. vnico.

DE EODEM EVANGELIO.

SAmaritanus appropinquans, alligauit vulnera eius. Hic est dicendum de septem sacramẽtis ecclesiæ. Et istum sermonem quære infra sermo. cxlviii. P.

DOMINICA XIV.

Sermo. CXI.

De sacerdotibus.

ITE, *ostendite vos sacerdotibus:* In hoc quod Christus leprosos istos post mundationem ad sacerdotes misit, dat nobis exemplum honorandi sacerdotes. vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, de dignitate sacerdotũ. Secun-

Luc. 17.

Secundo, quam grauiter illi peccant qui sacerdotibus detrahunt. Tertio, quam periculose stant maxime li sacerdotes, s. cõcubinarii. Circa primũ sciendum quod sicut sunt nouem chori Angelorum in cœlo, sic etiam sunt nouem dignitates sacerdotum. Primo, sacerdotes sunt super omnes reges, & principes terræ. *Hier. Ego cõstitui te hodie super gentes, & super regna.* Etiam patet in hoc, quia dignitas sacerdotalis habet consecrare, & facere, sed omnes reges mundi non possunt vnũ sacerdotẽ facere, ẽt & in signũ huius quod maiores sunt, tunc iam nõ est princeps adeo magnus, quin tenetur ceruicem suam in confessione flectere & humiliare corã sacerdote loco Dei, qui est vicarius eius. Vnde breuiter Deus exaltauit sacerdotes super oẽs homines & super omnes creaturas. vnde quidã doctor dicit: Si conditione estis homines, dignitate estis super oẽs homines. Idẽ doctor: Sacerdos est altior regib., felicior Angelis, creator sui creatoris. Secundo, honorauit eos tẽporalib., quia illa quæ sibi Deus reseruauit, s. decimas, oblationes, testamenta, primitias, & alia patrimonia crucifixi, gratis sacerdotib. contulit pro sustentatione corporis, vt illi sine labore, cũ alios homines laborare oporteat, quiete Deo seruiant in spiritualib. Tertio, V honorauit eos, immunitatẽ conferendo, vt nullus terrenus princeps super eos iurisdictionem habeat, nec rex, neć princeps, nec aliquis hominũ secularium audeat manus suas violẽter in eos mittere, vel ponere in minimũ. i. in aco litum. Oppositum faciẽs, eo facto est excõicatus maiori excõicatione, tam in cœlo quam in terra. Sic ẽt protegit eos, vt null⁹ audeat eos perturbare verbis, vel factis, & opprobriũ illis illatũ reputat quasi sibi factũ. vñ dñs dicit per Prophe. Zac. 2. *Qui tetigerit vos tãgit pupillã oculi mei.* Idẽ Ps. *Nolite tãgere Christos meos.* Vnde nec etiã verbis sunt molestãdi, sed honorandi. Vnde dicit dominus ad Moysem, & Aaron. *Benedicã benedicentibus vos, & maledicã maledicentibus vos.* vnde etiam ab ecclesia sacerdotes sunt priuilegiati intantũ, q̃, quicunq; cõtra libertatem clerici, & sacerdotũ statuta faciunt, vel talia statuta seruãt, excommunicationẽ incurrunt. Itẽ nullus principum secularium audet exactiones facere in clerum: Itẽ nec aliqs debet pedagiũ accipere à clero, alias sententiã excõmunicationis incurrit, nec à prædicta excommunicatione absolui potest, nisi plene restituerit. Quarto, honorauit eos in hoc, quod commisit eis animas fideliũ id est, ecclesiam sanctã vnde *Chry.* Cœlo Angeli & omni creaturæ honorabilior est ecclesia: Christus amplius ecclesiã dilexit, quam seipsum: Vnde venit de cœlo in terram, & triginta tribus annis pro ea seruiuit, & tandẽ amaram mortem postea sustinuit, & iã

dat ei corpus suum in cibū, & sanguinem in potū, & post hanc vitam dat ei seipsum in cœlo in premium. Insuper hanc dilectam ecclesiam commisit sacerdotib. cum omnib. bonis .i. sacramentis. Solus enim ordo sacerdotalis ex officio habet baptizare, quāuis in necessitate cuilibet liceat. Itē solus habet cōferre sacramentum confirmationis. Item solus sacerdos habet audire confessiones, & à peccatis absoluere & pœnitentiā iniungere. vnde *Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis &c.* Item solus habet porrigere sacramentum vnctionis, & sic de aliis. In hac dignitate incomprehensibili eos honorauit singulariter præ omnibus aliis hominibus. X ¶ *Vos estis lux mundi.* Sicut enim mundus nihil esset sine luce, sic ecclesia sine sacerdotibus. Quinto, honorauit eos in hoc, quia vult q̄ districte obediatur eis loco sui ab omnib. hominib. cuiuscunq; status, & cōditionis fuerint. *Qui vos odit, me odit, & qui vos spernit, me spernit*: Aug. Quicquid non licet, pastoris est prohibere ne fiat, gregis audire, ne faciat. Ergo obediendū est eis tanquam Christo, quando præcipiunt hominibus ieiunare, festiuare: & sic de aliis. Ideo cōminatur Dñs inobedientibus, & rebellibus. *Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, morte moriatur.* Exemplū de Dathā, & Abiron, & Chore, qui rebelles fuerūt Moysi, & Aaron, & ideo terra se aperuit, & viuos eos absorbuit. Sexto, honorauit eos dando eis potestatem ligandi, & soluendi. *Quæcunq; ligaueritis super terram, erunt &c.* Hęc potestas ligandi, & soluendi vno modo intelligitur de excōicatione, quæ est gladius spiritualis. Et multum est timenda propter quinque. De ista materia, quære ante ser 69. H. Alio modo hæc ptās de absolutione peccatorū intelligitur. Vnde episcop⁹ qñ ordinat sacerdotes. exsufflat in eos dicens illud. *Accipite Spiritum sanctum &c.* ¶ Y Septimo honorauit eos in hoc quod nominantur in scripturis Angeli. vnde *Gr.* dicit. Omnes qui sacerdotis nomine censentur Angeli vocantur. Quare autem Angeli vocantur? q̄a habent similitudinem cum Angelis. Primo, quia Angelorum officium est ministrare Deo & hominibus, quia secundum. Apost. *Omnes sunt administratorii spiritus.* Sic etiam sacerdotes habent ministrare Deo die noctuq; & hominibus in sacramentis. Secundo, q̄a Angelus est vita purus, & sic q̄libet sacerdos tenet̃ esse castus; Castitas aūt est vita Angelica. vnde *Amb.* Qui nō nubunt, nec vxores ducūt sicut Angeli in terris sunt. *Dam*: A nuptiis abstinētia est Angelorū imitatio. Tertio, habēt informare, & admonere homines p bonā inspirationē, & sic sacerdotes per verbū Dei. Quarto, hēnt Angeli Deū. Laudare Ps. *Laudate Dominū oēs angeli eius &c.* Sic & sacerdotes. quotidie sub præcepto

Marginal references: *Io. 20.* — *Matt 5.* — *Luc. 10.* — *Deut. 17.* — *Matt. 18.* — *Ioan. 20.* — *Heb. 1.* — *Dam li. 4.*

pto mortalis peccati tenet ſoluere 7. horas canonicas in laudem Dei.
A ¶ Octauò, Deus honorauit ſacerdotes in hoc, q, aliqualiter ſimilis eſt Mariæ beatiſſimę virgini. Primò, ſicut beatiſſima virgo Maria cōcepit per 5. verba verum corpus Chriſti: Luc. 1. *Fiat mihi ſecundùm verbū tuum.* Sic ſacerdos per quinque verba corpus Chriſti. Et ſicut immediatè poſt conſenſum Mariæ fuit Chriſtus totus in vtero eius. Sic immediatè poſt prolationē verborum cōſecrationis, tranſubſtantiatur panis in verum corpus Chriſti. Secundò, ſicut B. Virgo poſt partū Chriſtum portauit manibus ſuis, & in præſepe collocauit, & eum econuerſo ſeruiuit. Sic ſacerdos poſt cōſecrationē leuat Chriſtum, & locat eum è conuerſo, & portat eum ad infirmos, & tractat eum manibus ſuis. Tertiò, ſicut B. Virgo fuit ſanctificata in vtero antequā concepit Chriſtum. Pſ. *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.* Sic ſacerdos anteà ordinatur, antequam cōſecret, quia ſine ordine nihil conſecraret. Ergo laicus quantumcunq; ſanctus, nihil ageret, ſi verba conſecrationis proferret. Nono honorauit eos ſuper Angelos, & etiam ali-
B ¶ qualiter ſuper dignitatē B. Mariæ virginis. Primò, in dignitate cuſtodiæ: ſacerdos. n. habet cuſtodire plures animas, ſicut Epiſcopus totum Epiſcopatum, Papa totum mundum, Parochus totam Parochiam. *Bernh.* O quàm digni cuſtodes, qui tam ſolicitè peruigilant, vt animas ſibi creditas à morte æterna cuſtodiant: ſed Angelus habet tantùm cuſtodire vnam. *Bernh.* Magna dignitas animarum, cùm vnaquæq; ab ortu natiuitatis in ſui cuſtodiam habeat Angelum deputatum. Secundò, ſumendo & tangendo corpus Chriſti; Angelorū enim eſt videre Deum: *Angeli eorū ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt.* Matt. 18. Sed in hoc ſacerdos maior eſt Angelo, quia ille videt: iſte autem tractat & ſumit; quia nunquam datum eſt alicui Angelo, q, ſic ſumat, ſed ſufficit ei Deum contemplari. Tertiò in conſecrando corpus Chriſti, in hoc ſacerdos nō ſolùm Angelos, ſed etiam Mariam matrem Chriſti aliquo modo excellit. Vnde minimus ſacerdos in terris poteſt hoc, q, maximus Angelus in cœlo nō poteſt. vnde *Bern.* O venerāda dignitas ſacerdotum, in quorum manibus, tanquam in vtero virginis Dei filius incarnatur. vnde etiam *Aug.* In conſecratione ſacræ hoſtiæ tota cœleſtis curia ſibi ſeruit: omnis cœli ad eum deſcendit. vnde *Ambr.* Non dubites aſſiſtere Angelos, quando aſſiſtit Chriſtus in altari, quando ſcil. immolatur. Ambroſ. ſup. Luc. vnde Chriſtus poteſt dicere cuilibet ſacerdoti illud: *Quid vltra debui tibi facere & non feci?* Eſa. 5. Circa ſecundum ſciendum, quòd quilibet homo debet honorare ſacerdotes, ex quo Deus ita multiplici honore eos ſublimauit. Sed contra hoc faciunt,

ciunt, qui sacerdotes inhonorant in quo Deum grauiter offendunt. vnde Hen. de Vri. dicit: *Væ illis, qui sacerdotes non honorant, sed eis detrahunt & infamant, quia rursum crucifigũt filium Dei.* Nam quoties religioso vel sacerdoti detrahis, toties coronã spineam capiti Christi imprimis, quia ipsi sunt caput & superior pars Ecclesiæ militãtis: quoties aũt iniuriam ipsis facis, toties ipsum Christũ clauis configis, quoties eos conuitiatus fueris, toties in Christi faciem conspuis, quoties ipsos exosos habueris, vel dicta vel facta eorum reprobaueris, toties lancea latus Christi configis. Vnde Deus ostendere volẽs, quõ illud peccatum detestetur, ostẽdit hoc in pœna insolita, quam Datham & Abiron, & Chore pertulerunt, cùm eos terra viuos absorbuit, pro eo, q; ipsis sacerdotibus insultauerunt. Ex quo patet, q; sacerdotes ab hoĩbus meritò sunt honorandi, & hoc quantũ ad secundum: Sed qm̃ ad tertium, D ¶ sciendũ, quòd sacerdotes fornicarii in periculosissimo statu stãt. Vnde sciendum, q; sacerdos fornicarius, vel sacerdos existens in quocunque peccato mortali, nondum verè contritus, nec dignam agens pœnitentiã, vt oportet, quoties alicuius actum ordinis facit, peccat mortaliter. Vnde qñ baptizat, vel absoluit confitentes, vel prædicat, aut matrimonia solennizat, aut sacramentum Eucharistiæ, aut extremæ vnctionis præbet, vel mortuos sepelit, aut mulieres post partũ introducit, vel aquã vel sal die dominica exorcizat, aut populum aspergit, vel candelas in festo Purificationis Mariæ, aut ramos in die Palmarum, vel ignem, vel cœreum, vel Baptismum in vigilia Paschæ, vel Pentecostes benedicit, vel, q; maius omnibus his est, quando celebrat Missam & sacramentum Eucharistiæ consecrat, atq; sumit: in omnibus istis, nec nõ in aliis actibus, qui sacris ordinibus sunt annexi, ac in quolibet ipsorum singulariter exercendo, semper mortaliter peccat, & toties quoties aliquem actum vt minister Ecclesiæ exequitur & exercet, sicut ex dictis S. *Thomæ* manifestè probatur, ac etiam non solùm in præscriptis actibus & effectibus, sed etiam secundùm *Diony.* quando & quoties ad aliquem huiusmodi actũ exercendum aliquam vestem sacerdotalem sumit, siue induit, vel albam, vel manipulum, vel stolam, vel casulam, aut alias sacras vestes communiter, vel diuisim. Quod reuera satis est horrendum, stupendum, & valde periculosum, in tali statu, atq; dignitate toti & tantis criminibus subiacere, atque implicari. Vnde nõ immeritò dicitur: Quantò gradus altior, tantò casus profundior. Item sacerdos incontinens fornicarius suspensus est ipso iure, & Missa eius non debet audiri: Audiens autem Missam eius, peccat mortaliter, secundùm *Thomam.* Hoc autem intelligitur de publi-

Henr de Vrim super quarto præcepto.

S Thomas in 4. dist.

Extr de cohab cler. & mu. c. Si verit.

S Th in 10 quodl. quæst. 8.

de publicis fornicariis. Quæritur E ¶ hic, si talis celebrat, vtrum sit irregularis? Respondeo, quòd sic, sicut dicit *Guil.* Et quæritur, vtrum Episcopus possit cum ipso dispensare? Respondetur, quòd sic. Ex quo dispensatio in hoc casu non est prohibita. Et iura, quæ inueniuntur in contrarium, illa prætendunt de suspenso ab homine, non à iure, quia iura benignius solent agere quàm homines. Hæc *Guil.* Item quæritur, clerici qui expendunt patrimonium crucifixi cum meretricibus, vtrum teneantur ad restitutionem? Resp. quòd clerici, qui res siue bona Ecclesiæ dant meretricibus, hystrionibus, vel etiã suis consanguineis, non ad sustentationem naturæ, sed vt possint eos ditare de patrimonio crucifixi, raptores sunt F ¶ & tenentur ad restitutionem. Quæritur vlterius, de quibus rebus debent restituere? Resp. si habent patrimonium seculare, vel aliquid de artificio, vel de labore manuali, de istis possunt restituere, sed de rebus Ecclesiæ non sufficit restituere, quia quicquid ei superest, pręter victum & amictum, hoc debent dare pauperibus. vnde dicitur in decret. *Bona sacerdotis sunt bona pauperũ.* Nisi sibi subtraheret de necessariis, vel nisi res quas habuerunt de patrimonio, vel de artificio, expendissent in vsum Ecclesiæ. Hæc *Guil.* G ¶ Quæritur, vtrum concubinæ sacerdotũ teneantur restituere, quę à sacerdotibus pro tali illicito opere receperunt? Resp. secundùm *Ray.* quòd sic. Nam fornicariæ & huiusmodi personæ turpes tenentur restituere ipsi Ecclesiæ, nisi forte eis fuerit datum causa eleemosynæ in summa necessitate, quia tunc fuit debitũ. Idem *Hos.* Sciendũ, q, ¶ H *Magister* dicit: Quamuis oẽs sacerdotes habeant claues, non tamen omnes possunt ligare & soluere: sicut excõmunicati, suspensi, & hæretici damnati. Hoc autem non est propter defectum ordinis, sed quia non habent materiam, sc. subditos, qui auferuntur eis, quãdo excommunicãtur, vel suspenduntur; possunt tamen baptizare, quia hoc est sacramentum necessitatis. Possunt quoq; tales Eucharistiam cõficere, quia hoc substãtialiter adhæret ordini. Ligare aũt, & soluere ordini adhæret accidentaliter. Vnde legitur vnum exemplum de sacerdote fornicario in vita B. Eligii episcopi, quod cùm quidã sacerdos infamis esset in diœcesi ipsius episcopi, & frequenter admonitus ab eo nollet abstinere à concubina sua, & à peccato luxuriæ, tunc B. Eligius Episcopus excommunicauit eum, & prohibuit, quòd nullo modo celebraret. Cùm autem sententiam Episcopi paruipenderet, & celebrare vellet, astans altari, subitò cecidit retrorsum, & à diabolo suffocatus expirauit coram omni populo.

Distin. 27. sicut & hi, & 16. quæst. cap. vlt.

Magister in comp. ve lib. 6. 25.

De Eadem Dominica.
Sermo CXII.
De gratiarum actione.

Cecidit

Luc 18. *Cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens.* Sciendũ, ꝙ ille Samaritanus à Christo de lepra mundatus reuersus est ad Dominum, gratias agens ei de beneficio sibi impenso: ergo cecidit in faciẽ ante pedes eius. vnde in præsenti serm. tria sunt dicenda. Primò quæ sunt illa, quę debent nos inducere ad laudandũ & regratiandum Deum. Secundò, de quib. debemus regratiari Deo. Tertiò exemplum I ¶ de gratiarũ actione. Circa primum sciendum, ꝙ septem inducũt nos ad gratiarum actiones Deo referendas. Primum est sacra scriptura, quam Spiritus S. locutus est per Prophetas & SS. Doctores. vnde dicit Thobias senior filio suo: *Omni tempore benedic Deum*: sic vnusquisque pater debet docere filium suum ad laudandum Deum, exemplo illius Tobiæ senioris. Item Ps. *Benedicam Dominũ in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo.* O quàm felix esset hic, qui hoc in veritate cũ Propheta Dauid dicere posset. vnde Aug. *Verè felix esset, qui posset diuinæ laudi semper insistere.* Item Apost. *In oĩbus gratias agite.* Secũ¶dùm, ꝙ nos inducit ad laudandum Deum, est cõsideratio creaturarum, q̃ suum creatorem laudant. Nam in illo Psalmo, qui cantatur in matutinis, scil. *Benedicite omnia opera &c.* monentur omnes creaturæ, scil. montes & colles, ligna fructifera, & vniuersa germinantia in terra, aqua, ignis, & sic pisces maris, volucres cœli, & bestiæ terrę, & sic de aliis, præter peccatorẽ & diabolum, illi non monentur ad laudandum Deum, quia indigni sunt, quia *non est speciosa laus in ore peccatoris.* Sed diceres, *quomodo creaturæ iam enumeratæ laudãt Deum?* Resp. Aqua per continuum cursum suum, in q̃m potest, laudat Deum. Terra autẽ fructus germinando, & flores. Arbores in altũ se erigendo, herba crescendo erga creatorẽ, volucres in cantando, &c. Absurdum est hominem tacere, & de mane in lecto dormire & pigritari, cùm auiculæ paruæ in aurora Deum suum laudant. vnde Gr. *Mirum est, quòd homo Deum non semper laudat, cùm omnis creatura ad Deum laudandũ semper eũ inuitat.* Tertium est, ¶ L natura ꝓpria. Nam in corpore humano generauit natura tot membra, vt dicũt Physici, quot sunt dies in anno: vt hoc ẽt rationali instinctu informemur, ne vlla dies nos pertrãseat sine laude diuina, & gratiarum actione; ergo cùm quis mẽbra corporis sui inspicit, tunc reducere debet ad memoriam, ꝙ Deus tot mẽbra corpori suo cõtulit, quot sunt dies in anno, vt Deum laudare debeat cũ corpore ad honorẽ ipsius ordinãdo cogitationes cordis, verba oris, & opera corporis. vnde: *Omnia quæcunq; facitis in verbo, vel opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi facite.* Et ex hoc actiones illius hoĩs nõ censentur humanæ, sed potius cœlicæ & diuinæ, quia cœlicam for-

Tob. 4. — August. in lib. Confess. — 1. Thes. 5. — Eccles. 15. — Gregor. in Moral. — Cor. 3.

eam formam ipsis imprimit, cum eisdem solum diuinum honoré intendit, & sic honor in omnibus actibus suis potest mereri remunerationem æternæ vitæ, s. comedendo, bibendo, dormiendo, laborando. Vnde Ap. Scimus quoniam diligentib. Deum oîa cooperantur in bonum, quod homo in sumendo cibum in hoc Deum laudare potest patet per *Aug.* dicenté: Porro si mãducas, & bibis ad refectionem corporis, & Deo gratias agis, & cibus, & potus tuus laudant Deum. Item dormiendo. vnde *Gr.* Somnus sanctorum non vacat à merito, quia cũ homo comedit, vel dormit pro sustentatione, & confortatione suæ naturæ, vt Deo seruire, & laborare possit, semper meretur, ergo bonũ, & laudabile est cuilibet Christiano, qui cum de mane surgit, vt omnes actiones suas, & opera, quæ illo die facere intendit, Deo bono zelo offerat, & petat ab eo dirigi in omnibus verbis, & factis. Et cum de sero transit dormitum, quod antea discutiat suam propriam conscientiam, si in aliquo Deum die illo offendit, vt de hoc doleat, & sic cum contrito corde se ad lectum suum locet. Vnde *Chrysostomus.* Quando cubueris super stratum tuum, antequam veniat tibi somnus, profer in medium codicem conscentiam tuam, reminiscere peccata tua, si quid in verbo, vel facto, vel cogitatione peccasti, quia valde periculosum est dormire per vnã noctem scienter in peccato mortali, quia si quis moreretur, æternaliter damnaretur. *Dion.* Audacior est, qui cum vno peccato mortali dormit, quam qui cum septem hostibus de morte sua inuicem obligatis confligit, ergo debemus semper stare in timore Dei die noctuque, & eum semper præ oculis habere in omnibus cogitationibus, verbis, & operibus. vnde *Isid.* Timor expellit peccatum, timor reprimit vitium, timor cautum facit hominem, & sollicitum, vbi non est timor, salus ibi non erit. vnde scriptum est: *Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua.* vnde *Bern.* Connexa quidem sunt timor, & religio, nec manere potest alterum sine altero. O quam plures, qui sine omni timore Dei viuunt, & illis nõ non erit salus. vnde psal. *Initium sapientiæ timor domini.* Nam homo quantumcunque sanctus, si non in timore Dei stat, finaliter male habebit. vnde *Bern.* Omne namque virtutum ædificium illico vergit in præcipitium, si timoris domini amiseris præsidium. Quartum, quod inducit ad laudandum Deum est, quod Deum laudare, & ei gratias agere est quædam diuinæ maiestatis protestatio, & nostræ necessitatis deuotio. In hoc. n. quod Deo de suis beneficiis gratias agimus, eum dominum nostrum, & capitaneum protestamur. vnde Christus volens de quinq; panib. festũ facere, quod

Rom. 8. *Chrys. in sermone.* *Dyon. de Diuinis no.* *Isi. de summo bono.* *Ecclesi. 17.*

non fuit festum humanum, sed diuinum, gratias egit, & fregit, deditque discipulis suis, vt apponerent turbæ. Item etiam nostræ necessitatis denotatio. Qui enim regratiatur, suam necessitatem protestatur. Dum. n. de perceptis Deo gratias agimus, protestamur quod nihil M ꝗ habemus, nisi quod de eius munere possidemus. Quintum inductiuum est, quia gratiarum actio est bonorũ receptorum à Deo augmentatio. Nam Deũ sic prouocamus ad dandum maiora, si de perceptis gratias referamus. vnde *Ber.* Dona multiplicantur, si propiora, tanquam dona suscipi videntur. vnde etiam *Chry.* Gratiarum actio est inuitatio ad plus dandum. Et ideo optimus modus impetrandi, etiam de perceptis, prius gratias agere Deo: ergo quando homo seriose aliquid à Deo vult impetrare, tunc de perceptis primo debet gratias agere. v. g. Si petis à Deo aliq; temporale tibi necessarium, scilicet pro vestimento corporis, tunc antea sibi regratiari debes, quod te misericorditer à pueritia tua vestiuit, & nunquam te præ frigore mori permisit. Vnde *Greg.* Sequentium rerum certitudo est præteritarum exhibitio, similiter: si petis cibum, tunc regratiare sibi, quod te pauit à iuuentute tua, similiter si petis cõseruationem fructuum, segetũ, & vinearum, tunc regratiare sibi de perceptis fructibus; similiter si petis præseruari cum mercimoniis tuis à raptorib. tunc regratiare sibi, quod antea sæpius custodiuit, & prosperitatem concessit, & postquam ad domũ reuersus fueris, tunc de his, q̃ lucratus es debes ipsi Christo partẽ dare, s. pauperib. subueniendo, & si aliquod infortuniũ tibi in corpore, vel rebus acciderit, hoc tibi & peccatis tuis adscribere debes, quia ãtea ingratus fuisti, & dona, & bñficia Dei male expendisti; ergo Deus hoc super te permisit, & dic cũ psal. *Iustus Dominus in omnib. viis suis, & sanctus &c.* quia ingratus meretur priuari iã habitis, nec est dignus recipiendis. vnde *Aug.* Quod Deus dat gratis, tollit ab ingratis. Inde ẽt *Ber.* Accipiendis indignus est, q fuerit de acceptis ingrat⁹. *Sextus est,* quod gratiarum actio est conseruatio acceptorũ, tam *spiritualium*, q̃ temporalium. vnde *Chr.* Optimus beneficiorũ custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua confessio gratiarũ; ergo q iacũdoq; aliquod beneficium à Deo acceperis, & si illud perdere non vis, tunc sis gratus Deo, quia *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eã.* Septimum est, quia gratiarum actio est beatorũ in cælo existentium operatio, qui nihil faciunt, nisi quod Deum pro suis beneficiis laudant. Esa. li. Gaudiũ, & lætitia inuenitur & gratiarum actio, & vox laudis. psalm. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* vnde *Ber.* Discamus in terris quas facturi sumus

Bern. in ser.

Chry. super Math.

ſumus laudes in cælis: nihil ita propr:e in terris cæleſtis habitationis ſtatum repræſentat ſicut alacritas laudantiũ Deũ. Ex quo patet, quod qui hic Deum deuote laudant, habent officium ſanctorum, & Angelorum in cælo exiſtentiũ. Sed hõies ingrati, qui Deum in ſuis beneficiis non laudant, tales obmuteſcent N ¶ in futura vita. vnde *Aug.* Qui hic incipit tacere, in futuro erit mutus. Circa ſecundũ, ſciendum quod Deo regratiari debemus de multiplicib. beneficiis ab eo nobis impẽſis, in quib. nobis maximam ſuam charitatem oſtendit, & hoc facit ſignáter in tribus, ſ. in dignitate creationis, in aſſumptione carnis, & in tolleratia paſsionis. In dignitate creationis oſtendit Deus, quod plus dilexit hominẽ, quam aliquã aliam creaturam mundi: & hoc in duobus. Primo, quia eum ad imaginem, & ſimilitudinem ſuã fecit. vnde: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Anſ.* Fateor Dñe, & gratias tibi ago, qa me creaſti ad tuam imaginẽ, vt tui memor ſim, te cogitem, te diligam, te intelligam. Secundo, quia, cum Dñm omniũ creaturarũ conſtituit, & propter eũ omnes cæteras creaturas creauit. *Dominamini piſcib. maris, & volatilib. celi, & vniuerſis animantib. ſuper terram. Ecce dedi vobis oẽm herbã, & vniuerſa ligna, &c.* Quod e. Deus omnem creaturam ꝓpter hominem creauit, patet primo in angelis, qui ſeruiunt hominibus. vnde pſ. *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiãt te in omnibus viis tuis.* Item ſol lucet ſibi in die, & luna in nocte, terra profert ſibi fructus, aqua piſces, aër volucres, ignis calefacit. pſ. *Omnia ſubiecisti ſub pedib. eius.* ergo quando quis vtitur beneficiis Dei, ſ. induẽdo tunicam, laudare Deum debet, qui ouem creauit, quæ lanam portauit; ſimiliter cum cõedit cibum, & bibit potum, laudare debet illũ, à quo habet ſcilicet ipſum Deum, qui omnia propter hominem creauit; & vti debet creaturis creatis ad honorem Dei, & vtilitatẽ propriam. Sed, heu, plures ſunt, qui non regratiantur Deo de creaturis ſuis, imo ſæpius abutuntur donis Dei. vnde *Auguſt.* Quiſquis beneficia Dei non videt, cæcus eſt, nec laudat, ingratus eſt: quiſquis in laudando reluctatur, inſanus eſt & tales de omnibus his diſtrictam reddent rationem. vnde *Chryſoſt.* In die illa nihil eſt, quod reſpondeamus, vbi cælum, & terra, aqua, ſol, & luna, dies & noctes, & mundus totus ſtabunt aduerſus nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum. Secundo, in aſſumptione carnis oſtendit, quod plus dilexit hominẽ, quam Angelum: & hoc tripliciter. Primo, in honore, quia eius naturã aſſumpſit, & non Angeli. vnde Ap. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ.* Secundo, in amore, quia hominem proprio ſanguine reparauit, quod non fecit

Aug in lib. Confeſſ.

Gen. 1.

Gen. 1.

Aug de ciuit. Dei.

Chryſoſt. ſup. Matth.

Hebr. 2.

1. Cor. 6. Angelis lapsis. *Empti enim estis pratio magno.* Tertio in visione. Nam ex contemplatione humanitatis homo maiori gaudio, quam Angelus perfrueretur in patria, quia ibi videbit suam naturam diuinæ naturæ vnitam, quod non videbit Angelus. *In carne mea videbo Deũ.* Iob. 19. Tertio, in tollerantia pasſionis ostendit, quod plus dilexit hominẽ, quam seipsum, pro modo loquendi quando pro homine exposuit corpus suum. vnde dicitur. *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis*; & Ioann. 15. sic regratiari debemus Deo de beneficio creationis, incarnationis, & pasſionis: & non solum debemus Deum laudare in prosperis, sed etiam in aduersis. Vnde *Greg.* Rectæ mentis est, Deum nõ solum in prosperis benedicere, sed etiam in aduersis collaudare, quia secundum *Guil.* Minus periculosa est aduersitas, quam prosperitas. vnde psal. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.* vnde *August.* Ipsum lauda, siue in eius bonis, siue O in eius flagellis. Ergo Deũ laudare debemus tam in infirmitate, quam in sanitate, tam in paupertate, quam in diuitiis &c. Exemplum de gratiarum actione habemus tale. Erat quidam monachus ordinis Cistercien. cuius virtute multi sanabantur infirmi, maxime ex contactu vestimentorum eius, qui cum interrogaretur ab Abbate suo, quæ esset causa miraculorum. Respondit. Non præ cæteris fratribus laboro, ieiuno, vel oro, sed hoc vnum scio quod extollere me non potest prosperitas, nec frangere aduersitas. Cui Abbas. Non te conturbauit, quod miles talis nuper grangiam nostram incendit? Respondit. Non, Totum enim Deo committo, si modicum habeo, cum gratiarum actione accipio: si multum, iterum gratias ago; & cognouit Abbas, quod virtus tantorum miraculorum esset amor Dei, & patientia in aduersis, & contemptus rerum mundanarum, & terrenarum.

DOMINICA XV.

Sermo CXIII.

De seruitio Dei.

NEmo potest duobus Dominis seruire. Sicut dicit *August.* Matth. 6. Luc. 16. Deus hominem fecit, vt sũmum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando posſideret, & posſidẽdo frueretur. Ideo Christus in verbis præmisſis vult nos abstrahere à seruitio mundi ad suum seruitium, in hoc, quod dicit. Nemo potest duobus dominis seruire scilicet contraria præcipientibus. Isti duo domini sunt, Deus, & mundus; sed, heu, mundus habet plures seruitores, quam ipse Deus. Vnde sciendum, quod secundum *Guil.* Lug. septem sunt causæ, ¶ P quare aliqui nolunt Deo seruire. Prima causa est, quia adhuc iuuenes sunt; & in hoc ostendunt se iuuentutem à Deo nõ recepisse; cum

enim

enim in iuuentute seruire nolunt, sed solum in senectute, sicut aliqui mundani & Dei inimici dicunt in vulgari: Il fault passer ieunesse, quod est malũ verbum in ore Christiani; nam in illo verbo ostendũt, quod diabolo in iuuentute potius est seruiendum, quam Deo, & tales volunt Deo offerre feces, id est, senectutem, & diabolo, & mundo offerunt purum vinum, id est, ipsam iuuentutem, quod Deo omnipotenti multum displicet. Sed per cõtrarium deberet fieri, scilicet, quod homo offerret Deo hostiam integram, id est caput cum cauda, scilicet iuuentutem cum senectute; & hoc esset Deo valde acceptum, cũ homo in iuuentute inciperet Deo seruire, quia intantum placet Deo seruitium iuuenum, & innocentũ, quod nunquam pater carnalis de filio suo intantum gauisus est, siue sit factus Rex, siue electus in Papã siue in Episcopum, sicut Deus gaudet de seruitio iuuenum innocentum. Secundo aliqui nolunt Deo seruire, quia diuites sunt; & quibus plus dedit, minus sibi quandoque seruire volunt, sed si tales aduerterent, quod omnia habent à Deo, merito ei seruire deberent cum rebus, & cum corpore. Vnde Apost.
1. Cor. 4. *Quid habes, quod non accepisti*, & tales qui diuitias à Deo receperũt, & Deo seruire nolunt, sed mundo, & diabolo, demerentur per hoc, quod Deus omnes priuare eos eisdem bonis temporalibus de iure deberet, & de talibus dicitur per Prophetam Dauid: *Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium, pro dilectione mea.* Tertio, aliqui Deo seruire nolunt, ideo quia pulchri sunt, & hoc exemplo Luciferi, qui propter excellentiam pulchritudinis, se Deo opposuit, & seipsum exaltare voluit, & ideo immersus est ad profundum infernũ. ¶ Q
Sic & illis continget qui propter pulchritudinem suam se Deo subiicere nolunt, sed se cõtra Deum erigunt, & diabolo, & mundo seruire volunt. & heu, hoc est multum lamentabile, quod diabolus, & mundus habent communiter pulchriores homines in suo seruitio, sicut illos, qui incedunt pompose, & se contra Deum ornant in crinibus, in peplis, in facie, in tunicis, in calceis, in mantellis, in pretiosis cingulis, & hoc faciunt, vt appareant hominibus speciosi. Et tales quanto pulchriores sunt apud mũdum, tanto deformiores sunt apud Deum. Sed communiter Christus habet claudos, & cæcos, & pauperes, & debiles in suo seruitio, vt habetur in euangelio. Vbi inuitati ad cænam, venire noluerunt; tunc dicit Paterfamilias seruo suo. *Exi in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.* Hoc patet etiam in parentibus, qui frequenter pulchriores pueros offerunt mundo, sed defectuosos offerunt Deo, & pulchritudo malorum est ipsis, & aliis Luc. 14.

 mul-

multum nociua, quia propter speciem multi perierunt. Vnde legitur exemplum in Valerio Maximo de de quodam iuuene pulchro, Sputima nomine, cuius pulchritudo fuit mulieribus, occasio malarum cõcupiscentiarum. Qui iuuenis intuens hoc, seipsum læsit in facie, vt sic deformis fieret, nec sic occasionem peccandi aliis daret. Sed oppositum iam plures faciunt, qui se ipsos ornant, vt aliis placeant, & vt ab ipsis concupiscantur, quod cõstat esse peccatum mortale. vnde *Aug.* Non solum appetere, sed etiam appeti velle, criminosum est. Et tales, qui cum pulchritudine sua Deum offendunt, ornando se ad complacendum mundo, deformiores erunt in futuro. *Omnes vultus redigentur in ollam.* Quarto, aliqui Deo seruire nolunt, quia bonus & benignus est, qui s. bonitatem Dei contemnunt. De quibus dicitur: *An diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* Et hoc faciunt illi, qui scienter, & friuole contra Deum peccant, ideo quia non statim Deus punit peccatores, cũ peccant, sed ex sua bonitate eos quãdoq; longo tempore sustentat. *Quia non profertur cito contra malos sententia, absque vllo timore filii hominum perpetrant.* Hoc sic probatur. Quia si quis certitudinaliter sciret, quod quam cito peccaret luxuriando, statim incurreret lepram corporis, vel peccaret chorizando amputandi esset illi ambo pedes, vel peccaret inebriando, vel ludendo, amputandæ essent sibi manus, vel irascendo, blasphemando, maledicendo, statim excidenda esset sibi lingua; & sic de aliis. Similiter de omissione, quod quicunque dominica die non audiret integram missam, vel solueret sabbathum vel ieiunium, bini statim eruendi sibi oculi, vel incurreret mortem corporis, & sic de aliis: patet quod tales sibi à peccatis cũ omni diligẽtia cauerent, & Deo fideliter seruirent. Quinto, ideo aliqui nolunt Deo seruire, quia timẽt fame perire, si præcepta Dei deberent seruare. & cum veritate, & iustitia vendere, & emere, & se ab iniustis rebus cauere. Contra quos dicit psal. *Nunquam vidi iustum derelictum. Aug.* Pascet, & potabit contemnentes se, & deseret diligentes se: q. d. nullo modo. Talis diffidens de Deo, attendere deberet, quomodo Deus pauit filios Israel in deserto cum manna, & quomodo pauit Heliam per viros. vt habetur. Et sanctum Paulum primum eremitam, & plures alios sanctos in eremo existentes: tales non habent veram fidem de potentia Dei, quod possit eis prouidere de necessariis, nec de bonitate, scilicet quod velit eis prouidere ex sua misericordia. Sed plus confidunt in diabolo, cui acquirendo res iniustas seruiunt, quod possit, & velit eos cum iniustis rebus nutrire

Marginalia: *Ioan. 8.* — *Rom. 2.* — *Eccl. 4.* — *3. Reg 18.*

nutrire. vnde dicitur in euang. præsenti. *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, hæc omnia adiicientur vobis.* Vnde quilibet debet Deo confidere, quod velit eum cũ veritate & iustitia nutrire, & sic se ab iniustis rebus cauere. Vnde etiam dicit in præsenti euangel. *Nolite ergo soliciti esse dicẽtes: quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? scit enim Pater vester quia his omnib. indigetis.* Quod enim Deus velit prouidere suis de necessariis, patet per tale exemplũ. re legitur in vitis Patrum, quod quidam antiquus pater in quadam solitudine iacuit triginta diebus infirmus, & non fuit visitatus à fratrib. tunc Christus misit Angelum, qui ei seruiuit & ministrauit necessaria. Sexto aliqui Deo seruire nolunt, quia credunt quod seruitium Dei sit nimis graue, & æstimant se postea nunquam aliquod gaudiũ habituros, cum Deo veraciter seruire incipiunt. Contra quos dicit Christus. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Spiritus enim meus super dulcis.* Nam charitas facit seruitium Dei leue, & dulce. vnde *Bernhardus.* Charitas omne onus graue, facit leue. Sed seruitium mundi est graue & triste, quia synderis semper remordet & reprehendit malos, & amatores mundi. Septimo, aliqui seruire nolunt propter erubescentiam, quia erubescunt de humilibus seruitiis Dei. s. confiteri peccata, audire sermones,

Matth. 11. Eccl. 24.

visitare ecclesiam & seruire infirmis, ducere cæcos, & claudos, & sic de aliis: & de his dicit Christus in euang. *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.* Nam qui Deo verecundatur in terris, hunc Deus erubescet in cælis. Sed mundo, & diabolo seruire iam quasi communiter est honorificum, & laudabile, vt chorizare, saltare, superbe incedere, crapulose viuere, & sic de aliis. Talia iam reputantur coram secularibus seruitia honorifica, & serui diaboli, & mundi iam commendantur in suis peccatis psal. *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.* Sed boni serui Christi deridentur, & vilipenduntur: & in in hoc Christus grauiter offenditur, qiua tales conspuunt in faciem Christi qui bonos derident. Et sicut ipsi hic bonos deriserunt, sic ipsi in futuro deridebuntur à Deo ps. *Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* Et isti boni, qui sustinent hic patienter derisiones malorũ, honorabuntur in cælo à sanctis & ab Angelis, & ipso Deo. Exemplum tale de amatorib. mũdi, vt quæ scilicet sint opera eorum, legitur in vitis Patrum. Erat quidam pater de senioribus in sella sua sedens, & subito venit ad eum vox dicens: Egredere foras, & ostendam tibi opera hominũ: & surrexit

Luc. 9.

rexit, & egressus est foras. Duxit autem eum Angelus, & ostendit ei Æthiopem nigrum cum securi secantem ligna, & facientem grãdem sarcinam, & subleuare tentabat sarcinã illã, & præ magnitudine nõ poterat portare. Sed redibat, & secabat iterũ alia ligna, & addebat super sarcinã illã. Iterum ostendit ei alterum hominem stantem super lacum & haurientem aquam de lacu, mittentem eam in collectaculum, in quo ab alia parte fuit foramen; per quod effluebat aqua, quam ipse effudit. Iterum dixit ei: Sequere me, & ostendam tibi aliud, & vidit quasi quoddam ædificium templi, & duos sedentes in equis portantes super scapulas vterque lignum vnum longum, volentes pariter ingredi per portam templi huius, & non permittebat eos lignum, quod ex aduerso portabãt, ingredi per illam portã. Non enim humiliabat se alter alteri, sed contendebant pariter vterque ingredi, & non præualebant. Exposuit ergo ei has visiones dicens: Qui lignum portabant: hi sunt, qui habent iugum sanctorum monachorum, sed iustificãtes semetipsos in corde suo cum exaltatione superbiæ non humiliantur inuicem: ideoque propter superbiam cordis sui remanebunt foris de regno Christi regis cælorum exclusi. Qui autem secabat ligna, & super sarcinam adhuc addebat, est homo, qui multis peccatis est oneratus, & super sarcinam suorum peccatorum addit semper & continue alia peccata, qui deberet potius agere pænitentiam de peccatis suis prioribus, sed negligens emendare vitia priorum peccatorum, magis & alia addit quotidie super peccata priora. Ille autem, qui aquam de lacu hauriebat, homo est, qui aliqua bona operatur, sed quia etiam mala amplius operatur, ideo pereunt, & delentur illa bona opera, quæ facit. Oportet ergo hominem, vt dicit Apostolus. *Cum timore, & tremore salutem suam operari, vt possit placere Deo.*

IN EADEM DOMINICA.

Sermo CXIIII.

De vsurariis.

NOn potestis Deo seruire, & mammonæ &c. Sciendum quod secundum gloriam mammona est nomen dæmonis, qui præest diuitiis, non quod in eius potestate sint, sed quia ipse vtitur ad decipiendum, & irretiendum, homines laqueis diuitiarum. *Apostolus. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli.* 1. Tim. 6. Non enim dixit Christus, non potestis habere, sed dixit, non potestis seruire. Licite enim haberi possunt, quando bene dispensantur, sed quidam diligunt, diuitias plusquam Deũ, sicut vsurarii, & auari, qui in diuitiis congregan-

gregandis, & conseruandis quasi totam vitam suam expendunt, sci. locutione, operatione, solicitudine, & amore; & hi sunt serui diuitiarum. De quibus dicit gl. diuitiis seruire est Deum negare. Sed præ omnibus vsurarii magis continue deseruiunt Mammonæ, & ergo Deo seruire non possunt, vnde dicit Christus: *Non potestis Deo seruire, & Mammonæ* vnde de vsurariis hic tria sunt dicẽda. Primo, de iniquitate vsurariorũ, Secundo, quot modis vsura committitur, & enumerantur aliqua genera vsurariorum, qui omnes damnantur, dum saltem sic moriuntur. Tertio, quomodo ecclesia persequitur vsurarios. Circa primum scien. q vsurarius est peior omni peccatore. Primo enim est peior fure, quia fur tantum de nocte furatur, sed vsurarius die noctuque. Et etiam quia magis depauperat, & plures exhæredat. Secundo, peior est inferno aliquo modo, quia secundum *Guil.* Lug. infernus in resurrectione domini, quæ sua non erant, restituit, vsurarius autem, audiens passionẽ & resurrectionem domini, non vult restituere aliena, sed potius vult carere omni fructu passionis, & resurrectionis Christi, quam restituere male acquisita. Item infernus solum punit malos, qui demeruerunt in præsenti peccando contra Deum, sed vsurarius spoliat bonos, & malos indifferenter. Itẽ sicut infernus nunquã implebitur vsque ad nouissimum diẽ, sic auarus vsurarius nũquã implebitur pecunia, sed semper anhelat ad plura bona temporalia acquirenda. Tertio, vsurarius peior est Iudæo, quia vnus Iudæus ab alio Iudæo vsuras nõ accipit, sed Christianus vsurarius à fratre suo Christiano vsuras accipit, q Iudæus nullo modo faceret. Quarto, peior est morte corporali, quia mors solum interimit corpus, sed vsurarius corpus & animam. Quinto peior est Iuda traditore, quia Iudas semel Christum vendidit. & pro triginta denariis tradidit. Vsurarius autẽ totiens Christum vendit, quotiens vsuram accipit, & non solum sicut Iudas p triginta denariis, sed multotiẽs p vno solo denario eum vendit, & non solum Christum vendit, sed etiã Beatam Mariam Virginem, & societatẽ omnium Sanctorum, & Angelorum in cęlo existentium. Item vendit seipsum, & vxorem suam, filios suos, & omnes hæredes suos, qui possident pecuniam, vel alia bona tẽporalia, cum sua vsura acquisita. Item Iudas triginta denarios restituit, quos iniuste acquisiuit? vnde dicitur, *q pænitentia ductus, retulit triginta argenteos*, sed vsurarius nullo modo vult restituere, q̃ iniuste acquisiuit, & de hoc quære vnũ exẽplum ser. CVIII. Z. Sexto vsurarius est peior omni peccatore, hoc patet, quia cæteri peccatores quãdoq; à peccatis suis cessant, sicut superb⁹ quãdoq; in quadragesima cessat à superbia, luxuriosus à luxuria, & losus à crapula & sic de aliis, sed

Gui. Lug. in sum. Vitio.

Matt. 27.

tius peccatum vsuræ omni die committit nullo excepto, siue in die Parasceues, siue in die resurrectionis Christi, siue in die Natiuitatis Christi, & sic de aliis festiuitatib. in quib⁹ æque exercet vsuras suas, sicut in diebus simplicibus. Item peccat in omni loco, quia siue sit in ecclesia audiendo missam, siue in mensa comedendo, siue in lecto dormiendo, & vbicunq; fuerit, semper peccatum eius augmentatur, & hoc patet, ꝙ vsurarius non veretur contumeliã facere Deo, & Beatæ Mariæ Virgini, & vniuersis sanctis, & Angelis, in quorum festiuitatibus cõtinuo peccat, committendo vsuram, & ideo destitutus erit in extremis auxilio Dei, & omnium Sanctorum. Vnde secum dicitur. Domine miserere animæ huius vsurarii, potest respondere Iesus Christus: Quomodo miserebor eius, qui ipsa die, qua humanum genus in cruce redemi, me honorare recusauit? sic etiam potest dicere Beata Virgo Maria de suis festiuitatibus, in quibus ab usura ob reuerentiam eius cessare noluit. Similiter omnes sancti cum interpellantur ad intercedendum pro vsurario, respõdere possunt. Vna festiuitas est nobis in anno consecrata, scil. festiuitas omnium sanctorum, & hanc festiuitatem vsurarius exprobrauit, in qua omnibus contumeliam irrogauit, nec honori omnium nostrum pepercit. Itẽ possunt respondere omnes Angeli, quorum festiuitatem, scil. festũ sancti Michaelis, quod est festum omnium angelorum, non celebrauit; sed suam vsuram exercuit, ergo non immerito vsurarius mala morte morietur. Item sciendum, ꝙ vsurarii sunt duplices, scilicet ¶ B publici, & occulti. Nam publici vsurarii iure quadruplici pæna puniuntur. Primo, quia ipso iure sunt excommunicati de facto. Secundo, priuatione communionis, quia cõmunicatio inhibetur eis. Nam sacramentum eucharistiæ talib. est negãdum tam in morte, quam in vita, nisi vere pœniteant, & restituant. Tertio, exclusione oblationis. Quarto priuatione sepulturæ, quia vsurarii non debent in loco sacro sepeliri, vt extra de vsur. ca. quia in omnibus. Sed si diceres, vbi est, tunc locus sepulturæ vsurariorum? Resp. quod infra patibulum sepeliendi sunt, & hoc idem possumus notare in hoc exemplo, vbi legitur, quod fuit quidam vsurarius, qui noluit restituere, licet frequenter admoneretur. Infirmatus autem vsq; ad mortem vocauit sacerdotem, & petiuit sacramenta, & ecclesiasticam sepulturã. Respõdit sacerdos, quod non daret ei, nisi plene restitueret, quod ille facere renuit. Recedente sacerdote, & infirmitate inualescente, appropinquauit morti, reuocat⁹ est sacerdos vt, animã Angelis Dei, cõmendaret sacerdos ait: Ego commendo eam omnibus dæmonibus in inferno, & hoc dicto, recessit sacerdos, quia ille ad huc restituere nolluit, ipso defuncto, rogauerunt amici vsurarii

ratii illius sacerdotem, vt defunctũ sepeliret in atrio cõsecrato propter amicorum honorem, quod sacerdos eis negauit, quia eo adhuc viuente, vsuras restituere noluit. Habuit autem idem sacerdos vnum asinum, qui nihil aliud fecit quam quod libros ad ecclesiam ferret, & deferret, & ideo nullam aliam viam sciebat, rogauerunt sacerdoté amici vsurarii defuncti, vt corpus super asinum suum deponeret & ad quemcunqne locum illud deferret, illic sepeliretur, putantes, ꝙ ad ecclesiam delaturus esset, vel ad domũ sacerdotis quia aliã viã nesciebat placuit sacerdoti pactio illa. Asinº vero caduer vsurarii super se positum non declinans ad dextram, neC que ad sinistram, tulit ad patibulum, & se excutiens coram omni populo proiecit à se illud cadauer sub patibulo, & sic ibi sepultus est in sepulchro patrum suorum. De secundo, sciendum, quod vsura multis modis committitur. Primo, cum aliqui præstant cum conditione ad pactum plus recipiendi, & isti sunt expressi vsurarii, etiam secundum iudicium ecclesiæ; Secundi sunt, qui præstant sine aliquo pacto, ea tamé spe, quod aliquid vltra sortem recepturi sint, alias non mutuarent. Illi sunt vsurarii quo ad Deum per intentioné corruptam quã prohibuit Saluator. *Mutuum date nihil inde sperantes* : ergo quandocunq; aliquis sub spe recipiendi aliquid mutuat pecuniam præcipue, si alias nõ esset mutuaturus, quicquid postea receperit, vsura est? quamuis enim nihil postulat, tamen tenetur de illo ad restitutionem. Tertii sunt, qui mutuant res suas ad certũ terminũ, quo veniente, nolunt præstare vlteriorem dilationem, donec aliquod emolumentum inde percipiant, licet etiam nihil expresse petant. Quarti, qui vendunt res longe carius propter dilationem, quam si eis in continenti soluerent, & hi similiter sunt vsurarii. Est enim generalis regula, quod quicquid accipit vltra capitale, est vsura. Quinti sunt, qui prompta pecunia iam emunt, & immediate propter dilationem illi eidem, à quo emerunt, vel alii econuerso vendunt in cariori foro, quam valet, vel valere potest, Sexti sunt, qui emũt vina, vel blata cum adhuc crescunt in tam bono foro, quod verisimile est, quod nullo modo tempore solutionis, vel messis, vel vindemiæ tam modicum soluerent, & tales vsuram committunt. v. g. Sicut qui emunt vinum ab ipsis vindemiatoribus cum sunt in necessitate cõstituti, & pro tam vili pretio, quod indubitanter tempore solutionis, vel vindemiæ multo plus soluerent Similiter illi, qui emunt à rusticis frumenta pro tam vili pretio, quo indubitanter tempore solutionis, vel messis multo plus soluerent, tales omnes sunt vsurarii, & tenentur ad restitutoinem. Quæritur quid si quis emat fructus prouenturos hoc anno de agro seminato? Respõdeo,

Luca 6.

Ext de vsu. c consuluit.

64.q 3 ple-

quod non est vsura, quia dubitatur, & nescitur vtrum plus, vel minus debeant valere, & cum hoc adhuc stat in voluntate Dei, vtrum Deus velit conseruare à tempestate aeris, & aliis periculis superuenturis. Septimi sunt, qui recipiunt aliquod pignus, vel concedunt pecuniam supra prædium aliquod, & fructus eius nõ computant in sortem. Circa quod etiam quæritur, quid de communitatibus quarundam ciuitatum, q̃ dant pecuniam ad vsuram. Respondetur secundum *Raynut*. Omnes illi ciues, quorum autoritate, & cõsilio fit, vsurarii sunt eodem modo, si ciuitas, vel communitas reciperet aliquod pignus scil. ciuitatẽ, castrũ, villas, & huiusmodi & fructus eis nõ cõputarent in sortem, & omnes isti sunt vsurarii, Simile intellige de vno solo, similiter intellige de omnibus personis cuiuscunque conditionis quæ pecunias concesserunt super aliquod castrum, vel ciuitatẽ vt fructus huiusmodi tollerent, eosque in sortem non computarent. Octaui, qui dant granum vetus, vt postea recipiant nouum. De his dicit *Ray*. quod vsuram committunt, qui meliorem rem recipiunt, & hoc intellige secundum *Host*. quando aliquis propter hoc facit, vt illam meliorẽ rem lucretur. Si vero facit ne sua messis pereat, & inde accipienti gratiam faciat tunc nõ committit vsuram, sed etiam, tunc sine dubio excusatur, quãdo præsumitur quod nouum debeat minus valere; secus si præsumitur, q̃ plus debeat valere. Noni sunt, qui emunt à pauperibus oues vel boues, quas illi forte non habent, & talia animalia locant eis. Quid ergo de illis? Respondetur secundum *Guil*. Si emptor scit, & credit, quod venditor ille non habeat, & locat ei pro annua pensione, vsura est, vel saltem in fraude vsura fit. Si vero credit eum habere, & sine fraude emit, non est vsura. Decimi sunt, qui mutuant pecuniam sub eo pacto, vt illi sibi remutuent. Quæritur vtrum illi committant vsuram? Respondetur secundum sanctum Thomam, Licitum est, quod mutuanti vnum simile mutuetur & aliud, sed non licet obligare debitorem ad mutuum in posterum faciendum. Circa tertium sciendum est quod ecclesia persequitur vsurarios. hoc patet, quia contra eorum solutionem multiplex remedium adhibuit, quia si promisisset aliquis vsuram soluere, cogi non debet ad soluendum, quia vsuræ sunt indebitæ Quia quicunque potestates, rectores, consules, iudices, officiales, qui statuta faciunt, scribunt, dictant, per quæ compellatur soluere vsuras, vel non repetere iam solutas, aut qui obseruant ista statuta, & secundum ea iudicant, ipso facto sunt excommunicati sententia maioris excommunicationis. De hoc quære ante sermo. cv. R. Item secundum remedium est, quod post solutionem potest eas repetere, & vsurarius tenetur ei restituere, quæ per vsuram ab eore-

Marginal notes: *ar. 7. q. 1. sicut vir & 24. q. 3. si habes.* — *Ext. eod. nauiganti* — D — *S. Thom. 2. 2. 977.* — *Extra vsu. c. debitores*

ео recepit. Circa q̃ quæritur, vtrũ vsurarius teneatur debitori ad damna? Resp. secundũ Ray. quod tenetur ad omnia damna, q̃ ille propter dilutionem vsuræ passus est, vt si domum suam, vel alias res propter hoc vilius vendidit, & aliam conduxit, aut propter hoc alia bona sub vsura quæsiuit. Tertium remedium est, q̃ si vsurarius non vult restituere, tũc potest iudici, vel alio prælato denũciare, & iudex, siue alius prælatus ex officio suo potest, & tenetur illum cogere ad restitutionem. Sciendũ, quod antiquitus vsurarii fuerunt ab aliis hominibus valde despecti, & cum hoc rari. vnde narrat *Guil, Lug.* quod quandoque antiquitus in vna sola ciuitate vix inueniebatur vnus fænerator; & ille non fænerabatur, nisi data fide, vt non publicaretur de quodum certitudinaliter cõstabat eum esse vsurarium, tunc amplius dicebatur, domus eius domus diaboli, & vinea, eius vinea diaboli & sic de cæteris rebus eius; Osculũ pacis non dabatur ei in missa; Ignis à vincinis eius in domo sua non sumebatur; Pueri ad eius occursum pauescebant, & alterutrum cum digito demonstrabant. Nunc vero nostris tẽporibus vsurarii sunt principũ consilarii, & cubicularii & ab hominib. eis assurgitur, & honorantur, q̃ tamen absurdum, & abominabile multum est. Sciendum, quod vsurarius non solum damnat se ipsum, sed ẽt vxorem, & omnes pueros & hæredes, qui scienter possident ille bona cum suis vsuris acquisita. Vnde legitur exemplũ, q̃ quidã homo deuotus raptus est, & ductus ad vidẽdum gaudia beatorum, & pænas dãnatorum, qui vidit quendã in inferno sepultum, & arbor lata, & magna de eius viscerib' ascendit, & processit, & in ramis ipsius arboris pendebant homines vtriusq; sexus, & ingens flamma ab imo inferni, & ab illo qui sepultus erat in inferno ascendit, & torquebantur illi pẽdentes in ramis illius horribiliter ab illa flamma, quæ ascendit. Tunc ille deuotus quæsiuit ab angelo, quando hoc esset, & quare isti tam crudeliter torquerentur? Resp. Angelus. Iste imo sepultus est pater, & origo omniũ illorum, qui in ramis pendent. Et quõdam erat pauper, & ditatus est per vsuras, & non restituit malè acquisita, sed sic obiit, ideo hic in inferno est sepultus, & isti in ramis pẽdentes sunt hæredes eius, qui scienter post eum possederunt illa bona iniuste à patre per vsuras acquisita, & ideo ipsi, & omnes sequaces eorum, qui de progenie ipsorum nascuntur, & illa bona iuste acquisita iniuste possident, omnes ad illam arborẽ, & ad illos ramos pertinẽt.

Guil Lug. in sum. vitior.

Sermo de eodem.

Nemo potest duobus dominis seruire. hic de isto ser. dicendum est, quare quilibet homo tenetur Deo seruire, Et quære infra illum serm. CLV. R

DOMINICA XVI. Serm. CXV.

Quod morienti septem contingunt.

Luc. 7. ECce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ. Sciendũ quod sicut iste adolescens mortuus fuit carnali morte, sic oportet nos omnes mori, quia secundũ
Heb. 9. Apost; *omnibus hominibus cõstitutum est semel mori*. Vnde qui vult vitam suam secundum Deum dirige-
Eccl. 7. re, frequentius debet mortem memorari. vnde *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*. vn-
Aug. in lib. de etiam *Aug*. Nihil sic reuocat à
eo her. peccato, sicut frequens mortis meditatio, & hoc est signum prudentis viri, vnde *Greg*. Tota vita prudentis debet esse meditatio mortis, quia vt homo in bono proficiat, & à malis sibi caueat, valet frequẽs meditatio mortis. vnde *Hier*. Memento diem mortis tuæ: & non peccabis. Qui se recordatur esse moriturum, contemnit præsentia, & ad futura festinat. Vnde sciendum, quod septem sunt quæ memoranda sunt, quæ homini contingunt morienti. Primo; quia solus ab hinc transit. ps. *Singulariter sum ego, donec transeam*. Nullus enim amicorum, quibus hic amicitiã tuam multotiens ostendisti, & te quos dilexisti, tecum vadit conducẽdo de hoc mũdo nisi forte sequat te ad sepulchrum & quod peius est, valde cito obliuiscitur tui. psalm. *Periit memoria eorum cum sonitu*. vnde clamant ipsæ animæ in purgatorio existentes illud: *Miseremini* Iob 19.
mei, saltem vos amici mei, &c. Et conqueruntur de his quibus hic fidelitatem exhibuerunt, & etiam de his, qui bona eorum hic possident & eis cum eisdem bonis subueniunt. Si enim quis vult vltra mare ad visitandum sepulchrum Christi peregrinari, vel Romam, vel etiam ad S. Iacobum, vel Venetias pro mercimoniis vult pergere, socios secum ambulantes potest inuenire, sed quando de hac vita migrare debet, tunc nullum socium, vel amicum habere potest, qui secum velit ambulare, & ei societatem exhibere, & insuper nullus potest eum tunc iuuare, vel protegere, nisi solus Deus & angeli eius. vnde psa. *Nisi dominus adiuuasset me, paulominus habitasset in inferno anima mea*. Quem adiutorem; & protectorem sæpius offendisti: Ergo tu placare debes eum in præsenti, pro ut decet, & teneris. Si offensus est per superbiam, tunc placandus est cũ humilitate. Si per auaritiam, tunc placandus est per largitatem, & misericordiam, Si per voluptatem, & luxuriam, tunc placandus est per castigationem, & flagellationem corporis. Si per gulam, tunc placandy est per abstinentiam, & sic de aliis. Et quia homo recedit solus ab hinc ita quod nullus amicorum eum iuuare poterit decet nos quærere amiciam Christi, & sanctorum Angelo-

Angelorum, qui nobis tunc subuenire poterunt; cum nos amici nostri boni derelinquent. Nam quandoque ipse Christus apparet amabiliter ipsis morientibus, & in agone constitutis, vnde *Gregori.* Aliquando in consolatione egredientis animæ, ipse apparere solet auctor, & retributor vitæ. Et iam quandoque apparēt angeli, & sancti ipsis agonizantibus. vnde *Gre.* Interdum contingit iustis, vt in morte sua sanctorum præcedentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis suæ sententiam pertimescant pœnalem, sed dum eorum menti ciuium æternorum ostenditur societas à carnis suæ copula sine doloris, & formidinis fatigatione absoluantur. Vnde exemplum legitur quod quidam deuotus homo in obitus sui hora, aspicientibus circunstātibus hominib⁹, subito cœpit hilarescere, & pulcher, & candidus apparere & in læta verba prorumpere. Quærentibus illis, cur loqueretur, respond. Nonne videtis sanctos patriarchas? Iterum eo loquente, & eis interrogantibus, respondit: Nonne videtis sanctos Prophetas? Tertio dixit. Ecce iam veniunt sancti Apostoli. iterum dixit. Ecce veniunt Angeli. vltimo dixit: Surgite iam venit Iesus & hoc dicto migrauit ad dominum. Secundo, memorandum est homini, quod nudus recedet ab hinc, & in terra sepelietur, & à vermibus consumetur. Et illa iam dicta ostendunt homini, primo, quod omnia bona mundi non sunt propria hominis, quia oportet eum illa post se relinquere. vnde *Amb.* Bona hominis non sunt, quæ secum ferre non potest. vnde etiam. *Nihil intulimus in hunc mundum haud dubium, quia nec auferre quid possumus.* 1. Thim. 6. Psalm. *Relinquunt alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum.* hoc valet contra auaritiam. *Hiero.* Facile contemnit omnia, qui se cito credit moriturum. Si enim habuisses centum millia florenorum, quid tibi prodessent cum nullum tecum recipies, omnes post te relinques? & si habuisti octo tunicas, & decem pallia, tunc peiorem tecū reciperes pro tegumento nuditatis tuæ? vnde; *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc;* Iob. 1. quod autem in terra sepelietur, hoc valet contra superbiam. *Quid superbis terra & cinis?* vnde Eccl. 10. in capite ieiunii cinis super caput hominis ponitur, in signum humilitationis, dicendo: Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris, & quomodo audes te super proximum tuum exaltare, cū super sepulchrum tuum forte ctas canes cacabunt. Et quando homo est cib⁹. vermium, valet contra voluptatem carnis. Quare enim sic delicate nutris corpus tuū, q̄ in breui erit cibus vermiū; Putredini dixi, pater meus es, & mater mea, & soror mea vermibus, &c. Iob. 17. vnde omnes golosi seipsos impinguātes sunt coci vermium. vnde legimus tale exēplum. Quiā

tuscor

fossor fodiens sepulchrum, inuenit cadauer quoddam foraminib. plenum, & de quolibet foramine vermis se erigebat cum capite suo. Qui percussit super cadauer, & omnes vermes capita sua retraxerunt, & de lingua illius natus est serpens habẽs caudam venenosam in signum peccati linguæ, de epate aspis in signum luxuriæ, de celebro buso in signum superbiæ Ista valent ad domãdum desideria, & voluptates carnis. Tertio, peccata sequũtur ipsum hominem, si hic non pænituerit, propter quod Deus ipsum condemnat. Angeli eum à bonis separant, & dæmones eum in perpetuum cruciant. *Opera enim illorum sequuntur illos.* Ergo quilibet studere debet, vt veniat cum honestate ante summũ iudicem, & regem. Si enim cum firma fide, & pura conscientia quis venerit, ibi obuiant sibi Patriarchæ; Si cum vera sapientia, obuiant sibi ꝓphethæ: Si cum voluntaria paupertate, obuiant sibi Apostoli; Si cum patientia, martyres; Si cum humilitate, Confessores; Si cum castitate, Maria, & omnes Virgines; Si cũ charitate inimicorum, ipsemet Christus sibi obuiabit, qui prius pro suis inimicis in cruce orauit, & dicet sibi. *Intra in gaudium domini tui*; Sed si cum vitiis ante summum regem veneris, ipse vna cum omnibus sanctis replet, & tibi peccata tua obiiciet, v. g. si cum superbia veneris, tunc ipse Christus ad sanctos suos dicere poterit venite, & videte, hic venit inimicus meus, qui me priuare voluit honore meo appetendo gloriam, & honorem temporalem, ideo iam priuabitur gloria æterna. Si cum auaritia, dicet: Ecce inimicus meus, qui me totiens vendidit, & se, & omnes hæredes suos diabolo tradidit, vt diuitias congregaret. Si cum gula, & luxuria, dicet. Ecce inimicus meus venit, qui plus dilexit delitias, & voluptates corporis q̃ meipsum, Ergo quantum in deliciis fuit, tantum date ei de tormentis, & sic de aliis vitiis. Quarto dæmones occurrunt ad agonem hominis, & ius suum expectant. ps. *Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est, qui eripiat.* vnde etiam Exod. *dixit inimicus, persequar. & comprehendam, & diuidam spolia,* &c. Vnde versus.

Apoc. 18.

Post hominis mortem tria quęrunt auide sortem: vult vermis, carnes, sathan animam, posteritas rem. Et illi tres sic diuidunt hæc tria inter se, q̃ quilibet non daret partem suam ꝓ duabus aliis: Hoc patet, quia vermis non quærit animam, nec temporalem substantiam, sed vult habere carnem, id est hominis cadauer. Et diabolus non quærit res tẽporales, nec corpus hominis, sed animã. Similiter amici, & consanguinei non curant de carne, nec etiam multum soliciti sunt de anima, sed quærunt sua temporalia. Et sic semper fit quando quis moritur in peccato mortali, scil. quod corpus datur vermibus, anima dæmonibus, & temporalia

poralia consanguineis. Et sic nullam partem habet Christus in illo homine, & mors, & passio Christi, & omnia beneficia, quæ à Deo iste peccator accepit, perdita sunt. Sciendū ēt, q̄ multi dæmones adsunt morienti homini. De quo legitur tale exēplum, q̄ quidam adolescens pulcher, & diues contra Deū & salutē propriā multa mala cōmisit, inchorizando & in fornicando in ludendo, & in voluptatibus carnis viuendo, & in alijs grauibus peccatis. Tādem incidit in grauem infirmitatē, & cum sic iaceret, & nullū signū contritionis in eo appareret, quædam cognata eius corā eo sedens dixit ei: Debilis es valde, præpara te ad Deū per verā contritionem, & peccatorum tuorum confessionem, & per sacramentorū susceptionem, & inuoca illum, qui pro te passus est, & mortuus in cruce, vt peccata tua dimittat, & ad huc spacium fructuosæ pænitentiæ tibi cōcedat. Ad quam ille desperatus respondit: Quid dicis tu mihi de confessione, & de sacramentorū perceptione? Ego nunquā in vita mea Deum veraciter quæsiui, sed semper contra Deum vixi, & Deum ad iram provocaui, ego sum ab eo derelictus, quod amplius eū inuenire non potero, quia æternaliter sententiatus sum ad æternum ignem, & ad æternā mortem, & iam sum in potestate omnium dæmonum. Et addidit, vt des horreū illud magnum in opposito nostri. Dico tibi nō sunt tot calami in tecto eius quot sunt iam dæmones circa me congregati, & hoc dicto mox agonizans, exspirauit, & infælicem animā dæmonibus reddidit. Quinto, quod vadit ad regionem sibi ignotam, vbi nihil habebit, nisi quæ præmisit, & nescit qualiter ibi dispositum sit, & vbi prima nocte manebit, an in cælo, an in purgatorio, vel inferno. Vnde legitur, quod filius vnicus cuiusdam comitis iacens in agone dixit: O quid est mundus! Iam cognosco me moriturum, & habeo in mundo isto magnas diuitias, multa castra, & multas ciuitates, & iā multos hospitare possem, & iam moriar, & nescio vbi hac nocte manebo, & prouocauit omnes astantes ad fletum: Sic simile possunt dicere illi, qui habent magnas, & latas domos, qui forte etiam cito moriuntur, & nesciunt, vbi manebunt. Item in futura regione inueniemus ea bona, quæ præmisimus, ergo præmittere debemus dona à corde per bonas meditationes, & sanctas affectiones, dona de ore per deuotas orationes, & gratiarum actiones, de pedibus per salubres gressus, de manibus per eleemosynarum largitionem. Thesaurizate vobis *thesauros in cælo*. Apost *Quæ homo seminat, hæc & metet*. Sed heu, quidam primo volunt incipere seminare in agone, id est, bona opera facere, cū iam deberent metere id est mercedē bonorum operū capere. Sexto, q̄ homo in morte perdit tēpus gratiæ, & tēpus negotiationis. *Negotiamini, dum venio*. Iam enim

Matt. 5.
Gal. 6.
Luca 19.

enim sunt nundinæ, inquibus possimus peccata vendere per pænitentiam,&c, cælum emere per bona opera. *Operamini dum dies est, venit enim nox, cum nemo operari potest.* Debemus ergo multum esse sollicitiad mercedem, per bona opera, dum tempus gratiæ habemus, quia in præsenti est tempus merendi? & in futuro est tempus remunerandi; & nihil est prætiosius tempore, quia in vna hora homo potest tantum mereri meritum, quod præualet toti mundo, & Christus Vult nobis dare regnum cęli in bono foro; Nam aliqui emunt illud pro omnibus bonis suis, sicut Apostoli qui omnia relinquerunt: vnde *Ecce relinquimus omnia* &c. Aliqui emunt pro dimidia parte bonorum suorum, sicut Zachæus, qui dicit: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.* Alii pro haustu aquæ vnde: *Qui dederit vni calicem aquæ frigidæ non perdet mercedem suam* Aliqui pro sola bona voluntate. vnde *August.* Si potes dare, da, si non potes, affabilem te præsta. Coronat Deus intus voluntatem, vbi non inuenit facultatem. Septimo, quod mors priuat hominem omnibus gaudiis mundi. *O mors, quam amara est memoria tua homini habenti pacem in substantiis suis* &c. Ergo iam potius homo debet gaudia mũdana, & illicita relinquere, cum sibi sit meritorium, cum tamẽ in agone velit, nolit, oportet eum ab his separari, quid prodesset homini, si semper in gaudiis & delitiis vixisset, & nunc ad tristitias, famem, & miseria æternaliter transire deberet? & ẽ cõuerso quid sibi noceret, si hic semper in paupertate, & tristitia vixisset, & iam ad diuitias, & ad æterna gaudia transiret? vnde Christus dixit de bonis, qui hic in tristitia, viuunt. *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* psal. *Cum ipso sum tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Et econuerso ad malos dixit: *Væ vobis, qui nunc saturati estis* &c. & iterum: *Væ vobis, qui nunc ridetis* &c. vnde: *Greg.* Præsentia gaudia sequũtur perpetua lamenta, & de gulosis dicit *Hier.* Impossibile est, vt præsẽtibus quis, & futuris fruatur bonis, vt hic venterm, illic mentem impleat, & de delitiis transeat ad delitias. vnde frequenter cogitare debemus, de extremo fine. vnde *Bern.* Quid fætidius humano cadauere? quid horribilius homine mortuo? Cuius erat in vita grauissimus amplexus, fiet in morte horribilis aspectus; quid ergo prosunt delitiæ? quid diuitiæ? quid honores? Diuitiæ non liberant hominem à morte, dilitiæ nõ liberant à verme, honores nõ liberant à fetore. Quia qui modo sedebat ornatus in aulas modo sordet nudus in tumba. Qui modo vescebatur in delitiis in cænaculo, modo consumitur à vermibus in sepulchro, &c. Vnde si volumus bene mori, tunc antea debemus discere bene mori. Quid autẽ sit scire bene mori, patet per tale exẽplum.

Ioan. 9. Matt. 19. Matt. 10. Aug. super Psal. Eccl. 41. Ioan. 16. Greg. in hõ

plum. Quidam mercator transiens per siluam, inuenit ibi eremitam centenarium degentem. A quo quæsiuit, quid ibi faceret. Cui eremita. Disco mori. Et mercator, quæ necessitas, cum tu sis senex, quia alias oportet te cito mori. Et eremita, & hoc est quod timeo, quia scio me moriturum, & tamen nescio mori. Dixit mercator. Quid est tūc scire mori? cui Eremita, vitia dimittere, & bona opera facere, iuxta illud Psal. *Declina à malo, & fac bonum*. Mercator vltra quærit. Quid comedis, quod ita senex factus es? Cui eremita. Cibum optimum. Et mercator: Quis tibi præparat hunc cibum? Eremita coquus optimus, scil. fames. Mercator iterum quęrit: Quid est deductio tua Eremita. Recognito omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, & vbi inuenio me bene vixisse, gratias ago domino Deo meo, vbi autem male, doleo: Mercator: Es ne diues? Cui Eremita; plus habeo, quam volo sci. corpus illud; & mercator: Ergo velles mori? Cui Eremita: Vellem libēter bene mori, quod ad vitam æternam peruenirem. Et mercator: Posses ne me instruere bene mori, ꝙ ad vitam æternam possem peruenire? Cui Eremita possū, & subdit, quid operis scis? Et ille, mercator sum; & Eremita: Si mercari vis, & dare pro maiori minus, respice cælū, ꝙ est mai⁹ toto mundo, & eme illud pro temporali substantia tua, & fac bonū. Quo audito mercator, reliquit omnia bona temporalia, & factus est deuotus homo.

In Eadem Domin. Ser. CXVI.

De viduis.

Et *hæc vidua erat*. Mulier ista de morte filii sui multum dolebat, & ideo lamentabiliter eum flebat. Dolor autem eius causabatur. Primo ex eo, quod mater vnici filii fuit. Naturaliter enim mater plus diligit filium, quam pater, & ideo vt morte filii plus tristatur. Quare autem mater plus diligit filium, quā pater quatuor sunt causæ. Prima causa est, quia illud, pro quo plus laboramus, plus diligimus: mater autem plus laborat circa filios, quā pater, tam in portando, quam in pariendo, quam etiā in educando. Secundo causa est, quia illam rē plus diligimus, quam certitudinaliter nostram esse scimus, mater autem certitudinaliter scit, quod filium de se genuit; vir autem, & si credat, certus tamen non est quod de suo semine sit natus. vnde. Matres plus diligunt filios, quam patres. quia certiores sunt eis, & quia maiores labores habent circa eos. Tertia causa est, quia illā rem plus diligimus; in qua magis scimus nos habere ius. Secundum autem philosophū maior portio est de substantia matris in corpore filii, quam de substantia patris. Quarta causa est, quia dicit *Aug*. Amicitia contrahitur ex consuetudine cohabitandi, colloquendi, & conuersandi.

Luc. 7. *Arist. 4. Ethic.*

Mulieres autem cum filiis magis cō-suetuerunt cohabitare, colloqui, & conuersari, quam patres. Secundo, causabatur dolor eius ex eo, quod erat vnicus filius matris. Non enim alius filius remansit illi, qui ipsam aleret, & nutriret, hoc quippe spectat ad filios, parentes nutrire, & fouere. vnde: *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* &c. Intelligitur non tantum hoc de honore reuerentiæ sed etiam beneficentiæ. Sed quia plus mouent exempla, quam verba ideo inducimur exemplo Christi; qui de matre sua curam habuit, & in vita illi obediendo, *Erat subditus illis.* & in morte ipsam Ioanni recommendando & post mortem illi apparendo. Tertio, causabatur eius dolor ex eo, quod erat vidua. vnde in præmissis verbis dicitur. & hæc vidua erat. vnde in præsenti serm. tria dicenda. Primo, quæ requiruntur ad statum viduarum. Secundo, an sit melius manere in viduitate, vel è cōuerso contrahere. Tertio exemplũ de viduis. Circa primum sciendum, quod vita viduæ, vt sit ei meritoria & Christo dedicata, spem debet habere. Primum est, vt veræ viduæ dicantur domos regere sibi commissas. *Apost. Si qua autē vidua filios, aut nepotes habet, discat primũ domum suam regere, est enim acceptum coram Deo.* Quia ad viduas spectat familiam habere deuotam, & honestam magis, quam aliis hominibus, & ad hoc debent familiã suam verbo, & exemplo informare, & monere vt. scilicet ecclesiam frequentent, missas, & prædicationes audiant, vt confiteantur, & cōmunicent tempore Paschæ, vt Deum in verbis, & factis præ oculis semper habeant, vt sint humiles, & casti, & misericordes, & obedientes, & sic de aliis, Et sic informando eos multum merentur, quia zelus animarum est maximum sacrificium; vnde *Aug: Quicquid in aliis ædificas docendo, & exhortando, omnia tua facis.* Et de bono exemplo quod præbent suis Deus honoratur, & ipsi subditi emendantur, & etiã ipsæ viduæ per se in hoc multum merentur. vnde *Cesarius*: Quantis exemplum veræ humilitatis, & perfectæ charitatis, ostenderis, cum tantis & pro tantis æterna præmia possidebis. vnde *Arist.* Optimus est ille qui non vtitur bonitate ad se solum, sed etiam ad alios. Quicquid enim ipsi subditi post nodum boni faciunt, ipsa vidua particeps erit. vnde *Cesarius* Benedicta anima illa, cuius humilitas alterius, confundit superbiam, cuius patiẽtia proximi ex tinguit inuidiã. Item debent subditis suis illicita facta prohibere, scilicet turpia verba, & scandalosa exempla, choream, & ebrietatem, & sic de aliis, cogitantes ꝙ oportet eos rationem reddere coram Deo pro ipsis subditis. *Digni morte non solum, qui faciunt, sed ẽt qui cōsentiunt facientibus.* Secundũ est, ꝙ vidua debet habere spẽ in domino: Apost. *Quæ vere vidua est, speret in domino. vt dicere possit cũ*

Exod. 20. Luc. 2. Thim. 5. Cesarius in epi. Arist. 1. Eth. Cesarius in epist.

Iudith. *Spē in aliū nunquā habui quam in te domine.* Sunt enim viduæ pene omnes desolatæ, & tristes etiam quæmuis diuites sint. & hoc propter tria. Primo, quia sæpe decipiuntur iniuste, ideo quia sunt viro consiliatore priuatæ. *Deuorant domos viduarum.* Secundo quia sæpe molestantur, cum sint viris priuatæ, qui debent esse defensores. *Defendite viduā.* Tertio, sæpe sunt in tristitia; quia non habent maritos proprios eas consolantes; & ideo graue peccatum est contristatas viduas cōtristare: & ex opposito magnū meritum est eas consolari. Sunt enim iuxta statum præsentis seculi, velut arbores quædam, de quibus quilibet partem conatur deportare, ideo quotiescunque tristantur, recursum debent habere ad Christum, quem præelegerunt præ omnibus maritis, quia ipse est, qui secundum ps. Viduam eius benedicens &c: & pupillum, & viduā suscipiet, & vias peccatorū disperdet. vnde sicut colūba nidificat in foraminibus petræ; sic vidua in vulneribus Iesu Christi. Et quando tristantur, & molestantur siue à mundo, siue ad diabolo, siue ab omnibus malis, vel à corpore proprio, recursum debent habere ad vulnera Christi; & nunquam aliqua vxor habuit tantam spem in maritum, proprium quin vidua debeat habere maiorem spem in Christum, quia infidelis vir esset ille, qui videret vxorem suam contristatam, & molestatam, & posset eam iuuare & nollet facere. Itē sciend. quod tristare viduas & pupillos, est vnum de quatuor peccatis clamantibus in cælum, de qua materia quære ante ser. 104. Tertium, q̄ viduę non ¶ G debent esse otiosæ, sed sēper se in aliquo bono opere occupare. vnde *Apost.* reprehendit quasdam viduas dicens: *Non solum otiosæ sed ēt curiosæ discunt circuire domos suas.* Periculosum est homini cuiuscunque status sit, quod sit otiosus, & maxime mulieribus hoc patet, quia dominus posuit Adam, & Euam in paradiso, vt ibi operarentur, sed diabolus inuenit Euam otiosam, & aggressus eam tentauit, & decepit. Ideo, dicit *Hie.* Semper aliquid boni facito, vt diabolus semper inueniat te occupatum. Nam sicut in terra arata, & inculta crescunt vepres in aqua stante, crescunt vermes, sic in anima, malæ cogitationes. *Ber.* Omnium cogitationum, & tentationū malarum incentiuum est otium vnde *Aug.* Otiositas sine Dei timore magistra nequitiæ est; imo otiositas est contra naturam hominis *homo ad laborē nascitur: sicut auis ad volādum*; imo otiosus indigniot est brutis animalibus, quia nullum ens naturaliter otiosum, vt dicit *Arist.* immo otiosus indign' est pane quo vescit. *Apo. Qui non laborat, non mā ducet.* & otiositas in homine est signum carētiæ gratiæ Dei. vnde *Chry.* Qui habent spiritum Dei, non sunt contenti sedere otiosi sed ipse spiritus, qui est in eis, vrget eos ad aliq̄ bonum

Matt. 12. *Esai. 1.* *1. Thim. 5.* *Iohan. 5.* *Arist. 11 animal.* *2. Thes. 3.* *Chry sup. Matth.*

bonũ apprehẽdere, vnde *Aug.* si possibile sit, nemo te alioquin, nisi aut legentẽ, aut orantẽ inveniat. Sunt enim aliquæ viduæ mulieres tam nobiles, quod verecundantur laborare, & tales deberent aduertere, q̃ b. Elizabeth filia regis Vngariæ, & vxor Landgrauii Thuringiæ filabat & laborauit cũ ancillis suis, & inde vestivit nudos sic si tu non es indigẽs, tamẽ multi sũt pauperes, qui laborare non possunt, & propter illos tu debes laborare, vt eis tuis laboribus possis subuenire. vnde *August.* Illam eleemosynam Deus approbat, quæ de iustis laboribus ministratur. Quartũ est quod viduæ non debent esse verbosæ. vnde licet verbositas etiam reprehensibilis sit in viris, tamen magis in mulieribus, & maxime in viduis, & virginibus. vnde *Apost.* reprehendit aliquas viduas, dicens; *Non solum otiosa sed etiam verbosæ, loquentes, quæ nõ oportet.* Vnde sciendum, secundũ *Chry.* quod mulieres sunt incautæ, molles, & fragiles: quia incautæ, ideo de facili decipiuntur; quia molles, ideo ad bonum, vel malum cito flectuntur; quia fragiles, ideo de facili superantur. In signum huius diabolus in paradiso nõ est aggressus virum, sed mulierem, sciens quod fæmina facilius deciperetur, quam vir, ex eo quod incautior est, & citius flecteretur ex eo quod sex' mollior est, & facilius vinceretur, ex eo quod sexus fragilior esse, ergo vidua debet esse moderata, & discreta in verbis. vnde *Hier.* In verborum pondere consistit probatio vitæ. *Ex abundãtia cordis, os loquitur*: ergo verba pudica, & honesta sunt signa pudici cordis, sed verba impudica, & inhonesta sunt signa impudici cordis vnde *Chry.* Quale cor vnusquisque habet, talia verba loquit᷑. *Ari.* Qualiscunq; vnusquisq; est, taliter dicit, & taliter operat᷑. Viduæ autẽ, & virgines debẽt habere pudica verba, honesta, & vtilia. Exẽplo B. Virg. Mariæ, de qua legitur, prout in Euãgeliis reperitur, quod septies sit locuta, bis cum angelis, primo: Quando fiet istud, quoniam virum non cognosco? Secundo quando dixit: Ecce ancilla domini &c. Cum Elisabeth etiam bis. Primo, quando eã salutauit; Secundo, quando dicit: Magnificat anima mea dominum &c. Cum filio bis. Primum quando post triduum eum inuenit in templo, cum dixit. Fili, quid fecisti nobis &c. Secundo, quando dixit in nuptiis. Vinum non habent &c. & semel cum ministris, quando dixit: Quicquid vobis dixerit facite. Sic etiam viduæ, & virgines debent facere exemplo Mariæ. *Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.* Non quia enim aliquis bonus, & perfectus efficitur, nisi habeat custodiam oris sui *Qui putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, huius vana est religio*: vnde: *Nunquid verbosus iustificabitur*: ergo si vidua vult Deo placere, debet linguã suam

August. in lib. de vit. Crist. — *1. Thim. 5.* — *Matt. 12.* — *Chrys. sup. Matt.* — *Arist. 4. Ethic.* — ¶R — *Prov. 21* — *Iac. 1.* — *Iob. 11.*

suam suam refrænare. Quintum est, quod viduæ gerere debent habitum vidualem, & non curiose, & ornate incedere. Vnde *Apost.* reprehendit quasdam dicens: *Non solum otiose, sed etiam curiose discunt incedere, & circuire domos suas.* Periculosum est enim viduis secundum cursum mundi se ornare, quia pulchrè vestitæ citius decipiuntur, & crebrius à dæmonibus capiuntur. vnde legitur de B. Elizabeth, quod post mortem mariti sui vestes griseas, & abiectas induit. Fuit enim tunc habitus eius ita despectus, vt deferret griseum pallium panno alterius coloris prolongatum, & manicas ruptas pāno alterius coloris deformatas. Contra hoc aliquæ viduæ faciunt, quæ se ornant vestibus, volentes duobus dominis seruire, & placere, scilicet Christo, & mundo, quod est contra euangelium. vnde etiam. *Si ad huc mundo placerem, seruus Christi non essem.* Item. *Qui amicus est huius mundi, Dei inimicus constituitur.* Vnde ornatus corporis magis reprehensibilis est in viduis, & virginib⁹, quam in coniugatis, quia vxor coniugata licite potest dare operam vt placeat viro suo. Sed Christ⁹, qui est sponsus viduarum, & virginum, nō quærit exteriorem ornatum corporis in suis sponsis, sed interiorem pulchritudinem animæ, ergo sicut vxor cōiugata ornat se vestibus, sic viduæ debent se ornare virtutibus, sc. humilitate, castitate, & patientia & misericordia, & sic de aliis virtutibus, ergo vidua, quæ Christo vult placere, debet humiles vestes gerere in peplis, & palleis, tunicis, & sic de aliis. Sextum est, quod viduæ debēt se diligenter exercere in operibus misericordiæ circa pauperes & debiles. Exemplo Elisabeth, quæ infirmos potauit, & ipsos lauit. vnde canitur de ea: Mulieres opulentæ audite & facite secundum hanc &c. vnde *Apost Vidua eligatur in bonis testimonium habens.* Si filios educauit, si hospitio pauperes suscepit, si sanctorum pedes lauit, & merito vidua debet esse misericors pauperibus, quia fidelis vxor non comedit, nec bibit sola, sed impartit᷑ viro suo quicquid boni habet. Sic vidua Christo suo spōso impartiri debet, I. pauperibus largiendo, & subueniendo, *Quod vni ex minimis meis fecistis* &c. Itē quando vxor fidelis videt virum suum infirmum, cōpatitur, & seruit ei, sic & vidua debet seruire, & cōpati pauperibus, & infirmis propter Christum; qui est sponsus eius, & reputat sibi esse factum, quicquid pauperibus fit; Ergo viduæ debent cibare esurientes, potare sitientes, & sic de aliis operibus misericordiç, tunc Christus, qui est sponsus earum, dicet eis in extremo iudicio. *Esuriui, & non dedistis mihi manducare.* &c. Septimum est, quod vidua debet corpus suum subiicere spiritui, & animū ad Deū erigere in deuotione, & attenta oratione, vt corp⁹ subiiciat᷑, castigare debet illud cum

1. Thim. 5. *Gal. 1.* *Iacob. 4.* *1. Thim. 5.* *Matt. 25.* *Matt. 5.*

cum ieiuniis, & abstinentiis; vnde legitur de Iudith, quod induit cilicium, & semper ieiunauit omnibus diebus præter sabbathũ. Sic etiam legitur de Anna prophetissa. vnde habetur quod *vixerat cum viro septem annis à virginitate sua, & hæc vidua erat vsque ad annos octuaginta quatuor, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens Deo die, ac nocte* &c. Ad viduam enim spectat, vt delitias carnis fugiat. vnde *Apost. Vidua, q̃ in delitiis, viuit mortua est. Ber.* Periclitatᷣ castitas in delitiis Ergo vidua, q̃ vult esse casta, & vult Christo placere, debet viuere in abstinentia. vnde *Hug. de S. Vict.* Parca enim vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutem nutrit, animam roborat, mẽtem ad cælestia eleuat. Item vidua debet esse in orationibus deuota, quia ad viduam pertinet multum frequenter orare. Ratio, quia illud tempus, quod vxor cum marito suo, & pueris suis expendit die, noctuque, hoc ipsa vidua expendere debet in deuotione, in contemplatione, in oratione, & sanctis meditationibus, quia quælibet vxor libenter, & amicabiliter loquitur, & conuersatur cum marito suo, quem diligit, Sic vidua libenter debet loqui, & conuersari cum sponso suo Christo, & hoc fit in oratione, & contemplatione. vnde *August.* Oratio tua locutio est, ad Deum, quãdo legis, Deus tibi loquitur, quando oras, cum Deo loqueris Quantum ad secundum, quæritur, vtrum melius sit permanere in viduitate, vel econverso contrahere matrimonium? Resp. Melius est mulieri in viduitate permanere, quam èconuerso ad coniugium transire propter quatuor causas. Primo, quia hoc maioris castitatis est indicium, quando enim mulier toties nubit, signum est incontinentiæ. Cum vero vidua manet, signum est magnæ continentiæ: *Apo. vidua eligitur, quæ fuit vnius vxor.* In animalibus hoc invenitur, vt postquam vna turtur moritur, reliqua alteri non societur. *Bernard.* Pudeat ad negotium hominum rationem non posse in homine, quod natura potest in volucre. Secunda, quia hoc est maioris amoris ad primum virum, quando, scilicet amore primi nullum alium vult accipere. Cum enim fuerunt ambo vna caro, mortuo viro, remansit mulier, & quasi etiam mortua nubere amplius non deberet. vnde refert *Hier.* quod cum Valeria vidua rogaretur secundum virum accipere, respondit se hoc non posse facere, quia vir suus adhuc viueret, quibus admirantibus dixit. Quamdiu vixero, vir meus per amorem semper viuit in corde meo. Tertia causa, est, propter maiorem securitatem. Vidua enim sui domina est, & in pace viuit, & si accipit virum discrimini se exponit, quia forte habebit virum durum: vnde *Hieronimus*. refert, vbi supra, quod cum Anania vidua rogaretur vt secun-

Luc. 2. *1. Thim. 5.* *Aug. sup. Psal. 85.* *1. Thim. 5.* *Hier. cõtra Iouinian.*

A ¶

vt secundariò nuberet, respondit, se hoc nō posse facere, quia bonum habuerat virum, & si secūdum duceret, aut esset bonus, aut malus; si bonus, semper esset in timore, ne ipsum perderet. Si malus, semper esset in dolore, quod post tam bonum virum illum pessimū haberet. Quarta causa est, quia ad seruiendum Deo habet maiorem libertatem: Apost. *Qui sine vxore est, solicitus est, quæ Dei sunt.* Nam vidua potest surgere, & dormitum ire, qñ vult, & etiam potest comedere, & bibere, & ieiunare, quando placet. Insuper potest pauperes hospitio recipere, eleemosynam dare, infirmos visitare, Ecclesias & sermones frequentare, & sic de aliis. Sciendum tamen, quòd vidua iuuenis quæ adhuc potest pueros parere, licitè & sine peccato potest contrahere, sed si permanet in viduitate, melius facit, ꝑpter quatuor causas superius dictas. Sed quantū ad tertium, sciendum, quòd est Deo valde acceptum, qñ iuuenis mulier Deo se offert, in viduitate propter Deum perseuerando. Vnde legitur tale exemplum, q. puella nobilis in sua adolescentia marito est tradita, & in vnius anni spacio eius morte est viduata. Quam cùm sanguinei inducerent, vt secundariò contraheret, elegit magis spiritualib⁹ nuptiis copulari Christo, in quibus à luctu incipitur, sed ad gaudia æterna peruenitur, quàm carnalib. nuptiis subiici, quæ à lætitia semper incipiunt, & ad finē cum luctu tendunt. Mox ergo vt eius maritus defunctus est, abiecto seculi habito, ad omnipotentis Dei seruitium se tradidit, & ei multis annis in simplicitate & puritate cordis seruiuit, orationibus deuotis insistendo, largas eleemosynas pauperib⁹ erogando. Cumq; omnipotens Deus perennem iam mercedē eius labori reddere decreuisset, cancri vlcere in mammilla percussa. Nocturno autem tempore ante lectū eius duo candelabra lucere consueuerant, quia videlicet, anima lucis, id est, Christi, non solùm spirituales, sed etiam corporales tenebras odio habuit. Quæ cùm nocte quadam ex hac eadem iaceret infirmitate fatigata, vidit B. Petrum Apostolum inter vtraq; candelabra ante suum lectum constitisse, nec perterrita, timuit, sed ex amore sumens audaciam exultauit, eiq; dixit: Quid est Domine, dimissa sunt mihi peccata mea? Cui ille benignissimo vultu respondit: Dimissa sunt. Veni, & intra gaudium Domini tui sponsi. Et sic visio Apostoli ablata est. Tertia autē die vidua ista Christo eius sponso defuncta est.

1. Cor. 7.

X ¶

Dominica XVII.

Sermo CXVII.

De celebratione festorum.

C*Vm intraret Iesus in domum cuiusdā principis Pharisæorum sabbatho mãducare panem, &*

nem, & ipsi obseruabant eum. Christus in sabbato sæpe docebat, & curabat infirmos, vt plures, qui ad sabbatum conueniebant, lucrifaceret. Vnde ad manducandum cũ isto principe sabbato introiuit non propter cibum, sed animarum lucrum. vbi etiam Hydropicum istũ in corpore & mente curauit. Sed ipsi Pharisæi obseruabant eum peruertendo opera sua, ex eo, quod in sabbato ea faciebat, dicentes; *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit.* vnde in præsenti ser. quatuor sunt dicenda. Primo, quare sabbatum sit trãslatum in diem dominicum, & priuilegia, quæ habet dies dominicus præ aliis diebus Secundo, quomodo violatio festorum octo modis contingit. Tertio, quãdo festum est incipiendum, & quando terminandũ. Quarto quomodo punientur, qui non celebrãt A. ¶ festa. Circa primum, sciendũ q̃, dies sabbati translata est in diem dominicum quadruplici ratione. Primo, ad memoriam beneficii dominicæ incarnationis, & natiuitatis Christi; quia sicut Die dominica mundus fuit creatus, sic eadem die fuit per mysterium incarnationis retractatus: & hoc beneficium dignissimum est in memoria iugiter habendum, quia per hoc Deus summam bonitatem, & charitatẽ nobis exhibuit, dicente Apostolo: *Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, misit filium suũ in mundum*; ex maxima enim charitate processit, quod verbum æternum homo fieri, & nasci voluit, vt nos Deificaret, vt hominem abiectum ineffabiliter exaltaret, & vt hominẽ mendicum de thesauro diuinitatis locupletaret. Vnde *Aug.* Amauit te Dominus, & fecit se propter te hominem. Deus subiecit se, & exaltauit te, inclinauit se, & suscepit te, exinaniuit se maiestate, & impleuit te diuinitate. Descendit vsq; ad te, vt tu ascenderes vsq; ad eum. Secundo propter memoriã beneficii Resurrectionis, q̃ fuit dominica die facta, quæ est causa & & exemplar nostræ resurrectionis. Nam illa die Dominus contulit nobis tria bona. Primo, quia mortem nostram destruxit, & etiam eam seipso occiso, occidit. *Secundo,* quia naturam nostram veste immortalitatis induit; cum immortalis, & impassibilis resurrexit. Tertio, quia timorem mortis abstulit, quando per suam resurrectionem de æterna beatitudine nos assecurauit: cum certum sit, quod membra sequi debeant, vbi caput præcessit. *Gr.* Si membra nostri redemptoris sumus, præsumamus in nobis, quod iam gestum constat in capite. Tertio dies sabbathi translata est in diẽ dominicũ, ne videamur iudaizare, diem sabbathi more Iudæorũ obseruando, quia secũdum *Host.* in sabbatis maxime laborare debemus, ne iudaizare videamur. Quarto, propter digni- ¶ B tatem diei dominicæ, vnd. sciendũ, quod

Luc 14. Matth. 12. Ioann. 9. Ephes. 2.

quòd 12. dignitates diei dominicæ reperiuntur in S. Scriptura. I. quia illa die Deus creauit cœlum & terrã, & angelos. II. quia arca Noë sterit illa die post diluuiũ super mõtes Armeniæ. III. quia eadem die Dñs eripuit populum suũ de Ægypto in manu forti, & brachio excelso. IV. quia eadẽ die pluebat primitus manna de cœlo in escam filiorũ Israël existentium in deserto. V. quia eadem die Christus est natus de virg. Maria. VI. quia eadem die Christus baptizatus est à Ioanne in Iordane. VII. quia eadem die conuertebat aquam in vinũ in nuptiis, q fuit initium signorum, quæ fecit Iesus in conspectu suorũ discipulorum. VIII. quia eadẽ die satiauit 5000. hominum de quinque panibus, & duobus piscibus. IX. quia eadem die Dominus honorificatus est cum palmis, scil. in die Palmarum. X. quia eadem die resurrexit à mortuis. XI. quia eadem die misit Spiritum sanctum suis Apostolis. XII. quia eadem die erit dies iudicii extremi, vt plures opinantur, sed tamen certitudinaliter hoc nemo scit, nisi solus Deus: ergo honorificare debemus, honorare, & celebrare hanc diem: si non eandem in numero, tamen eandem in specie intelligere debemus: vt patet cuilibet intuenti. Vnde secundùm ius canonicum constat, diem Dominicum inter summas & præcipuas festiuitates contineri. Ergo dicitur: *Memento vt diem Sab-* *Exod. 20.* *bathi sanctifices*: id est, summo studio illam diem honores: nihil scilicet operis manualis in eo faciendo, quod posset impedire quietẽ mentis in Deo. vnde dicitur in decret. Dominica die nihil est aliud agen- *De consec. dist. 3. ieiunia.* dum, nisi soli DEO vacandum. ¶ C Quantum ad secũdum, sciendum, quòd octo modis contingit præceptum de celebratione festorũ transgredi. Primò, manualiter operando, quòd prohibitum est à DEO: *Non facies in eo omne opus.* Ex quo *Exod. 20.* patet, quòd quicunq; Sabbathum violat, peccat mortaliter. Excusatur tamen quis à peccato mortali laborando in die festiuo in quatuor casibus. Primò, propter laboris vel operis modicitatem; puta, si labor tam modicus sit, quòd quietem mentis impedire non posit in Deo; quòd solus ille labor, qui turbat quietem animi, & spiritus libertatem, causat peccatum mortale. Secundò, propter laboris necessitatẽ, quæ tanta debet esse, vt labor operis siue rei periculo præueniri, vel differri non posit; sicut contingit in messibus propter incursum hostium, vel etiã secundùm *Guil.* si iacentib. segetibus in agro vel fœno in prato immineret tempestas: possunt inde remoueri. Item nõ videntur peccare mortaliter carnifices & pincernæ, qui præparant victualia, vt sequenti die vendant si prius nõ poterant commodè præparare, aut præparata seruare. Item sicut contingit in vindemiis propter frigus,

& in captura halecum, quæ solùm fit tempore determinato, in talibus enim excusat necessitas, quæ legem non habet. vt patet extra de consuet. c. quantæ. Tertiò, propter cordis pietatem, quia bene licet ꝑpter Deum arare, & agrum pauperis seminare, vel adducere religiosis ligna, vel aliis miseris personis. Quartò, propter vtilitatem publicam, puta laborare aliquid proponite, qui respicit cõmunitatem, vel pro via communi, vel pro Ecclesia reparanda. Sciendum tamen, quod *Gui.* dicit, quod credit, quòd dominicis diebus, aut maioribus festiuitatibus, non liceat labores fieri. De minoribus autẽ festiuitatibus, sicut infra octauas Paschæ, Pentecostes, & similibus, credo quòd liceat sequi consuetudinem regionis. Ad hoc autẽ, quòd tales labores licitè fiant, oportet, quòd non fiant vsq; ad vltimam fatigationem, vel ne propter hoc dimittatur missa, vel huiusmodi diuina, & quòd talia nõ fiant ꝑpter affectionem carnalem, & spem remunerationis, sed propter Deum, & quòd paupertas illorum exigere videtur. Secundò trãsgreditur hoc præceptũ de celebratione festorum, frequentãdo secularia placita, & exercendo actum iudiciarium. Est enim iure statutũ, vt illo die strepitus iudiciarius conquiescat. Vnde dicitur in decr. *Festiuis diebus à iudiciis & placitis abstinendum.* Posset tamen illa die, vt dicit *Guil.* in gl. pro pace tractari, vel pro pace firmanda iuramentum licitè præstari; item, quando causa tractanda illa die esset debilium vel miserabilium personarum, quæ alia die nõ posset expediri, tunc quandoq; licitè posset fieri. Sciendum, ꝙ illi multum reprehensibiles sunt, qui fabulationes suas in diebus festiuis, & in loco sacrato, scil. in cœmiterio expediunt. Et hoc patet in eo, quia secundùm *Ray.* & *Host.* Cœmiterium gaudet eadẽ immunitate, quam habet Ecclesia; ergo sicut illicitũ est in Ecclesia talia placita, & tales fabulationes exercere, & in cœmiterio est illicitũ talia fieri, quia est loc⁹ Deo sacratus, & ibi requiescunt corpora fideliũ defunctorum. Tertiò, transgreditur mercantiis intendendo. Vnde q̃ritur, quid de euntibus ad nundinas, & ad mercata, q̃ fiunt in festiuitatibus? Resp. secũdùm *Guil.* Si aliquis hoc facit non ex consuetudine, sed pro sua necessitatẽ, & ante audiuit diuina, non credo, ꝙ peccet mortaliter. Secus si consuetudinariè, si lucrandi cupiditate, & maximè subtrahendo se à diuinis, aut etiam si huiusmodi mercata à Prælatis illius loci prohibita sunt. Mercata tñ quæ ex quadam necessitate fiunt, de victualib. & necessariis ad diem aliquem, nõ credo illicita esse, dum tñ propter hoc non se subtrahant à diuino officio. Heu, hoc non attendũt isti institores & mercatores, qui in nundinis & dedicationibus, vel in aliis festiuitatibus summo mane sua ve-

15. quæst. 4 Placita est.

sua venia si exponunt totum diuinum officium negligunt, nec illa die missam, vel sermonem audiunt, & in hoc Deum grauiter offendunt. In signum huius tempore Paschæ prohibetur communio omnibus talibus, qui mercantias suas diebus festiuis exercent, & communio nō prohibetur, nisi pro peccato mortali. Quarto, qui vecturam in diebus dominicis, & festiuis exercent. In signum huius quęritur de his, qui dominis suis vecturas bladorum adducunt in diebus festiuis? Respondetur secundum *Guil.* q, non excusantur, nisi aliqua necessitas ad hoc eos compellat. Et insuper tales domini, qui eis dant occasionem, vel iubent eos talibus diebus exercere vecturam, participes sunt illorum peccatorum, sed vectores mercimoniarum, vel alimētorum, vel personarum ad loca remota, cum alias non possunt sine graui damno, & incommodo, credo excusari, & simile est de viatoribus, & cursoribus. Tamē bonum est talibus; vt antea missam audiant & maxime in diebus festiuis. Heu, hoc isti rustici, non attendunt, qui quandoque ad quatuor, vel quinque milliaria vehunt, & nunquam missam, vel sermonem audiunt illa die. Quinto, sicut mœchanici, sicut sufferatores equorū, minutores hominum, & sic de aliis. De quibus dicit *Guil.* Si in festiuitatibus hoc faciunt principaliter propter necessitatem eorum, quibus seruiunt credo, quod possunt excusari, secus si propter cupiditatem lucri hoc faciunt, sed isti, qui de talibus requirunt eos, excusantur, si alias non poterant sibi commode prouidere, alioquin non excusantur. Sexto, qui faciunt serta de florib. in dieb. festiuis, de quib⁹ quæritur vtrum peccent mortaliter. Resp. quod non sunt excusabiles tales propter periculum, quod ex facili posset contingi ex abusu huiusmodi rerum, quæ sunt inuitamenta vanitatis, & lasciuiæ, quam violetur obseruantia diei sacræ non operando talia serta, quāuis posset esse labor tam modicus, & sine pretio, nec ad lasciuiæ intentionem, sed ad modicam, & moderatam recreationem, quod non esset peccatum, aut non mortale, hęc est sententia *Guil.* Septimo sunt, qui in vigiliis festiuitatum, & in diebus festiuis peccant, contra quos dicitur Ex. 20. *Memēto vt diem sabbati sanctifices*, id est, summo studio præcipue peccata mortalia caueas, nihil facinoris in eo operando, vt committendo aliquod malum, quia multo peius est peccatum delinquere in tali die festo quam in aliis diebus. vnde narrat *Greg.* in lib. Dia. quod quædam vxor legitima à sua viro in sabbato de nocte cognita, cum in dominica die se processioni coniungeret, à diabolo arripiebatur, & multum ab eo torquebatur, & vexabatur. Et si hoc sic fit in legitimis personis,

¶E

quanta pœna concubitus illegitimus plectendus erit? Item isti sunt valde peruersi, qui in tempore sancto, & in diebus festiuis non volũt sancte viuere, quia sicut loco sancto deferendus est honor, sic etiam tempori sacro; vnde si quis in omnibus festiuitatibus araret, vel foderet, ipse valde malus reputaretur, quomodo ergo non multũ amplius peiores sunt, qui in dieb. dominicis fornicantur, vel chorizant, vel se inebriant, vel ludunt, & sic de aliis vitiis? Citius enim concedi posset, quod aliquis in diebus festiuis araret, vel foderet, quam, quod semel in die dominico fornicaretur, vel chorizaret, vel inebriaretur. De chorea quære ante serm. 37. P. Octauo, qui in vigiliis festiuitatum & sabbatis de nocte nimis diu laborant, tales contra præceptum de celebratione festiuitatum faciunt. vnde quantum ad tertium membrum huius sermonis, quæritur, quando debeamus festum aliquod incipere? Respondetur, quantum ad feriationem à vespera in vesperam. Et intellige quod in festorum initium, & finis iuxta eorum qualitatem & regionum consuetudines seruari debent, & sic magnitudo eorum exigit prius incipere, & tardius terminari extra eod. quoniam. Ergo reprehenditur hic stultitia quorundam hominum simplicium qui non reputant peccatum esse sabbatis diebus de nocte diu laborare & feria secunda de mane laborare peccatum reputant, q. tamen non est verum. Et rationem huius assignant. Dicunt .n. quod sabbato de sero animæ exibũt de purgatorio ante plenariam purgationem, & satisfactionem vsque ad secundam feriam, & tunc iterũ reintrabunt. Cum aliquis primo cœpit laborare, quod falsum est. Quod autẽ animæ non exibunt de purgatorio ante plenariã purgationem, & satisfactionem, ostenditur. vbi dicitur. *Non exibis inde, donec reddas nouissimum quadrantem*, Matt. 5. vnde *Humb. Nunquam enim à quoquã Dei facies videbitur donec per pœnam venialium peccatorũ quadrans minimus persoluatur*. Et hoc est dictum quantum ad tertium. Sed quantum ad quartum est sciendum, quod illi qui laborant in diebus festiuis, & non curant præceptum Dei, & ecclesiæ, tales tripliciter puniuntur quandoq; à Deo. Primo, in temporalibus, quia ex hoc non ditantur; q̃a quicquid lucrant in temporalibus, hoc perdunt in spiritualibus, quæ sunt bona animę. Insuper quandoque habebunt infortunia in temporalibus ex permissione diuina; scilicet quod capti uantur, vel à raptoribus spoliantur, vel equi eorũ lęduntur, vel moriuntur, vel domus eorum comburũtur, vel alia infortunia accidunt eis, q. sic depauperantur. Secundo, tales multotiens puniuntur in corpore; quia quandoq; infirmantur tales per vnum mensem, vel duos, vel

vel quandoq; cadunt, & frangunt crura, vel brachia, & sic de similib. Et tunc oprtet eos festiuare cum merito deberent laborare, quia antea laborauerunt, cum festiuare deberent, quia secundum *Salo* Per quæ homo peccat, per hæc punietur. Tertio, puniuntur in anima, q, maximum est, quia quoties festum soluunt, toties peccant mortaliter, & animam propriam occidunt.
Exod. 31. *Qui polluerit sabbatum, morte moriatur.* Vnde sciendum, quod qui violant festiuitatem diei dominicę, peccát in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. In patré, cuius potentia mundum creauit. In filium, cuius sapientia mundũ redemit, in Spiritum sanctũ, qui tali die in mũdũ missus est, & per cõsequẽs tales ingrati sunt suo creatori, redẽptori, & consolatori. Et quod tales transgressores Deum grauiter offendát, cognoscitur in illa punitione, quæ facta est ex iussu Dei super hominẽ, qui ligna collegit in die sabbati. vnde legitur. *Factũ est cum filii Israel*
Num. 15. *essent in solitudine, & inuenissent hominẽ colligentẽ ligna in die sabbati, obtulerunt eũ Moysi, & Aaron, & vniuersæ multitudini, q recluserunt eũ in carcerem, nesciẽtes quid super eo facere deberent, dixitq; Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste lapidib. obruat eũ oĩs turba extra castra. Cumq; eduxissent eũ foras, obruerũt eũ lapidibus & mortuus est sicut præceperat Dominus.* ❧Sed illis, qui festiuant, Deus dat prosperitaté corporis & animæ; Exemplum legimus de duobus sutoribus, quorum vnus habuit multos pueros cum vxore sua, & ille nõ dimisit, quin in omni die libenter audiret missam, & in omnibus eis prospere succesit. Et alius nullũ puerum habuit, sed solam vxorem, & quotidie laborauit tam in dieb. festiuis, quam etiam in sacris noctib., & raro missam audiuit, & tñ semper in paupertate vixit, qui semel quæsiuit ab alio sutore, vnde sibi ista bona venirét, q, cum filiis suis, & vxore sua semper satis haberet, & ipse plus laboraret, & tñ semper egés esset. Qui respõdit. Cras ibis mecum, & ostendam tibi, vbi talia reperiam. Mane facto duxit eũ secum ad ecclesiã, & finita missa, dixit ei: Vade modo ad laborem tuum. Sequenti die iterum venit de mane ad domum eius, & duxit eum iterum secum ad ecclesiam; & finita missa, iussit eum redire ad domum suam, vt laboraret artificium suum. Tertio, die iterum de mane venit ad domũ eius, volens eum secum ducere ad ecclesiam: Et ille Charissime si vellem ire ad ecclesiam, per me scirem viam. Ego desideraui viam à te, vt duceres me ad locũ, vbi thesaurũ inuenisti, vt ego ẽt possẽ sic ditari. Tunc ille dixit. Aliũ locũ nõ habeo, vbi thesaurũ corporis, & præmiũ vitæ æternæ requiro quam ecclesiam. Nonne audiuisti Dominum loquentem in Euangelio? *Primum quærite regnum Dei, &*

hæc o-

hæc omnia adiicientur vobis. Tunc alte compunctus, à modo Christo factus deuotus post hoc semper libenter missam audiuit, & tunc etiam sibi prospere in omnibus successit.

De Eodem Evangelio.

Sermo. CXVIII.

De diuitiis non appetendis.

Ecce quidam hydropicus erat ante illum &c. Beda dicit: Hydropisis est morbus ab humore aquoso vocabulum trahens. Græce enim hydro aqua vocatur. Cui proprium est, quanto, magis abundat humore inordinato, tanto amplius sitit. Per hydropisim igitur intelligere possumus sitim, siue appetitũ diuitiarum, & deliciarum. *Auarus non implebitur pecunia.* vnde *Gre. Omnis auarus ex inuidia fit: & multiplicat, quia cum ea, quæ appetit adeptus fuerit ad appetenda alia amplius anhelat.* Ergo per hydropicum istum intelligere possumus appetitum diuitiarum. Vnde in præsenti sermone dicẽdum est, quomodo homines peccant appetendo diuitias. Proquo sciendum, quod appetendo diuitias peccant decem genera hominum. Primi sunt, qui cõcupiscunt bona aliorum, sed scientes, quod non possunt obtinere rem concupitam, non prosequantur concupiscentiam in effectu, si autem scirent se posse consequi concupita, fortissimè instarent ad prosequendum concupiscentiam etiam in effectu. Et isti taliter concupiscendo mortaliter peccant. Secundi sunt, qui aliena concupiscunt, & omni conatu ¶I exteriores laborant pro taliter illicita obtinenda quæ quamuis non obtineant, mortaliter tamen peccant, quod apparet in fure, & latrone pro furto, & rapina laborantibus qui licet in effectu non furentur, nec rapiant, tamen peccant mortaliter. Qui grauius, quam primi autem prauis conatibus assequuntur appetita, adhuc grauius, peccant, vt patet in furibus, & latronibus rem concupitam illicite obnentibus. Et istis nunquam dimittitur peccatum, nisi prius restituant ablatum. vt dicit *August.* Dummodo tamen habeant facultatem restituendi. Tertii sunt, qui concupiscunt bona aliorum iniuste & spem habent, vt ea sibi possint acquirere, sed non audent attentare propter timorem corporis, & honoris, sed si scirent se posse euadere prosequerentur toto conatu, & sic non propter Deum dimittunt, sed propter timorem, & & confusionem humanam. Quarti sunt, qui concupiscunt iustas res, sed ad malum finem, scilicet ad peccandum, puta ad vanam gloriam exercendam, vel ad crapulam, sicut ille diues, de quo scribitur Lucæ. 16. *Qui epulabatur quotidie splen-*

Eccl. 5.
Greg. in hom.

splendidè. Ergo quicunq; videret aliquẽ ludere, & pecuniam lucrari, vel etiam vsurarium vsuras cõmittere, vel videret superbiam vestiũ, & sic de aliis, & ad talem finem etiam desideraret habere diuitias, vt sic etiam contra Deum posset viuere, peccat contra præceptũ Dei, secundum hunc intellectum non solum contra præcepta Dei faciunt illi, qui aliena concupiscunt, sed etiam qui sua propria malè & illicitè expendunt, vt pomposi, & voluptuosi. Quinti sunt, qui cum nimio appetitu, & amore afficiuntur ad temporalia, quamuis non iniustè vellent acquirere, tamen quãdo ille appetitus, & amor temporalium superat, & præcellit amorem Dei & appetitũ propriæ salutis sic,q, mens suffocatur ex toto, tales etiam grauiter peccant, sed heu, plures sunt, qui totum cor suum occupant cũ temporalibus, sic quod nunquam, vel raro de Deo, & salute propria cogitant. Sexti sunt, quia auare retinent, vel possident sua iusta bona cum nimia tenacitate, & cum insatiabili cupiditate, sic quod de superfluo pauperibus non subueniunt secundum iussum Christi, qui dicit. *Quod superest date eleemosynam.* Luc. 11. Et de his dicit Herman. de schildit. quod qui superflua tenet, quæ danda essent, tunc si ex tali tenacitate superfluorum alii magnam penuriam sustinerent, puta si teneret superfluum bladũ, vinum, & huiusmodi victualia, vt carius vendere posset, vnde multorum penuria, & rerũ caristia sequeretur, grauiter peccaret. De quo quęre ante ser. lxxxiiii I. Septimi, qui cõcupiscũt honorẽ, & pulchritudinem proximi, honorem ꝓpter exaltationem, & superbiã, pulchritudinẽ propter hoc, vt hominibus placeant, & hoc est peccatum. Sed naturaliter quis appeteret pulchritudinẽ, non tñ propter hoc, vt cõtra Deum viuere vellet, sic potest quandoque sine peccato. Octaui sunt, qui famulum vel ancillã proximi sibi attrahunt, cum tamen alias à seruitio non recederẽt, quod est prohibitum in lege, vt habetur. *Non concupiscas seruum, vel ancillam proximi.* Exod. 20. Item hoc etiam est contra legem naturæ, quia lex naturalis est hæc: Quod tibi nõ vis fieri alteri, ne feceris. Et in Euangelio Christus dixit: *Quæ vultis, vt faciant vobis homines &c.* si tu haberes famulum, vel famulam fidelem, non velles,q, quis tibi eum abstraheret, & sic tu proximo tuo teneris. Noni sunt, qui nimio amore afficiuntur temporalibus, tamen infra Deum, & hoc est veniale. Decimi sunt, qui appetunt aliena cum voluntate conditionata. f. si possent habere sine offensione Dei, & iniuria proximi, & tũc nullum, vel solũ veniale est peccatũ ¶ K siue talem conditionem actualiter addãt, siue habitualiter eam intendant. Secundo, dicendũ est de remediis cõtra auaritiam, quorũ primum est mortis cõsideratio. vnde

Hier. Facile contemnit omnia, qui se semper moriturum cogitat, sicut iumenta defendunt se ab importunitate muscarum cauda sua, & sicut aues & pisces cũ cauda tegũt se, sic homo consideratione finis, & mortis ꝓpriæ defendat se ab auaritia, & cæteris vitiis, vnde: *Interroga iumenta, & docebunt te volatilia cœli, & indicabunt tibi.* Iob.12. Mors indicat ad oculum tibi, contemptibilia esse omnia quæ quæruntur in hoc mundo, s. delitias, diuitias, & sic de singulis mundi vanitatibus. vnde *Hie.* Qui quotidie recordatur se moriturũ, contemnit tẽporalia, & ad futura festinat. Et non immerito, quia talia in morte nihil valent, quia nec corpus à vermibus pręseruãt nec hominẽ in vita cõseruare possunt, quia moritur pauper, moritur & diues, vnde legitur q. quidam rex Franciæ laborãs ad mortẽ, & à medicis desperatus, vocare fecit oẽs principes, & prę latos dicẽs: Ecce ego, qui fui ditissim⁹, nobilis, & potentissimus ꝓ omnib. diuitiis meis, & potentia omnib. amicis nõ possũ extorquere à morte inducias ab hac infirmitate per vnum diem, vel per vnam horã. Quid ergo valent omnia ista temporalia? & hæc dicens omnes astantes cõcitauit L¶ ad fletum. Vnde ista temporalia grauant diuitem in morte, quia talis diues multa possidens cum dolore moritur, quia pœnale est separari à diuitiis, quas dilexit, pro quibus laborauit, & propter quas salutem propriam sępius neglexit. Insuper cum hic satis habet, & nescit q̄d ibi habebit, & vbi prima nocte remanebit valde amarum est. Eccl. *O mors quã amara est memoria tua homini habẽti pacem in substantiis suis.* vñ Hũb. in tractatu de septuplici timore dicit, quod quidam vsurarius dum in extremis laboraret, fecit ante se aptare vasa aurea, & argentea, & promittens animæ illa, & multo ampliora. s. agros, & domos, & multa alia, si ad adhuc cum eo remaneret, & cum magis eũ vrgeret dolor infirmitatis, ait: Ex quo non vis mecum morari comẽdo te diabolo, & hæc dicẽs expirauit. Secundum remedium est confidentia de Deo, q non derelinquit spe- ¶ M rãtes in se, iuxta promissum Christi in euange. *Nolite soliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? scit .n. pater vester, quia omnib. his indigetis.* Qui .n. sic fecit hominem, vt alimentis indigeat, non patietur eũ perire per necessariã subtractionẽ, si se eius submittat confidentiæ. Primum quærite regnum Dei, & hæc Matt.6. omnia adiicientur vobis, scilicet necessaria corporis. Ps. *Non vidi iustum derelictum &c.* vnde *Bonauen.* vnum ex tribus sperandum est auaritiã proiicientibus ꝓ Deo, quod aut procurabit Deus homini in necessariis, aut cum parco victu in penuria dabit homini vires, quas in abũdantia posset, habere, & hoc est iucundius, de modico esse fortem,

tem, sicut alius de multis, aut quod subtraxit corpori refundet menti in consolatione spirituali, vt l b rer careat tēporali abundantia, quę spiritualibus deliciis felicius recompēsatur; Insuper magnam gloriam in cœlo meretur patienter sustinēdo pro Christo penuriam temporalē. N¶ Tertium remedium est paupertas Christi, vnde *Ber.* Magna siquidem abusio, & nimis magna, quod diues velit fieri vilis vermicul⁹, pro quo Deus maiestatis pauper fieri voluit. *Recordare paupertatis meæ, transgressionis meæ, absinth i, & fellis.* Ergo exemplo Christi, spernere debem⁹ terrena, qui cū esset dominus omnium, propter nos factus est egenus, vt ostēderet dignitatē paupertatis, & doceret spernere auaritiā. vnde *Aug.* Tota vita Christi in terris, quam ꝑ hominē gessit, disciplina morum fuit. Ideo omnia bona mundi cotempsit, quæ contemnendo docuit, & omnia mala sustinuit, quę sustinendo pręcepit, vt in illis non quæreretur felicitas neque in istis timeretur infelicitas. Quartum remedium contra auaritiam est consideratio æternarū diuitiarum. *Gre.* Vilescunt temporalia, cū considerantur æterna. Mirum est, quod homo potest cum tanta auiditate, & solicitudine intendere temporalibus, quæ transitoria sunt, negligere cœlestia, quæ æterna sunt. Sed ideo fit, quia non habemus firmam & perfectam fidem. vnde *Hier.* Nec veram fidem de Deo habet, qui cupit in his miseriis diues fieri. Ergo quilibet Christian⁹ cum omni diligētia debet intendere virtutib. & bonis operib., vt per hæc posisit sibi Deum acquirere, & consequenter vitā æternā posidere. vnde *Aug.* Tūc erit Deus omnia in nobis, quicquid hic quærebas, quicquid hic pro magno habebas, quicqd hic amabas vt mādu care, & b bere, ipse erit t bi cibus, & potus, quicquid hic volebas, vt sanitatē, ipsa ibi immortalitas erit, quicquid hic quærebas, vt diuitias, Deus tibi erit diuitiæ. Auare, quid tibi sufficit, si t bi Deus non sufficit? Item *Au:* Quod Deus præparauit diligentibus se fide non capitur, spe non attingitur, charitate non comprehēditur, desideria, & vota trāsgreditur, acquiri potest, æstimari non potest. Quintum remedium contra auaritiam est, quod bona tēporalia hic multiplicata nocēt homini etiam post mortem, & hoc ꝑpter districtam rationem, quam redditurus erit de temporalibus. Hoc quære ante ser. iii. R.

Margin notes: Thren 3. — Aug de vera relig. — O — Au. li. de Ciuit. Dei.

DOM. XVIII. SER. CXIX.

De dilectione Dei.

D*iliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximū & primū mandatū. Secūdū aūt simile est huic. Diliges proximum tuū sicut teipsum.* Sciendū, quod in præsenti sermone dicendū est de dilectione Dei, & proximi. vnde *Aug.* Sola dilectio discernit inter filios Dei, & inter filios diaboli.

Margin notes: Matt. 22. Mar. 12. Luc. 10.

boli. Signāt se omnes signo crucis, respondent omnes, amen, cantant omnes alleluia, baptizātur omnes, ecclesiarum parietes implent, non discernuntur filii Dei à filiis diaboli nisi in charitate; Qui habent charitatem, nati sunt ex Deo, qui non habent charitatē, non sunt ex Deo vnde in præsenti sermone quatuor sunt dicenda. Primo, quare merito debemus diligere Deum. Secundo, quomodo secundum ordinem charitatis quinque sunt diligenda. Tertio, quæ sunt signa, per quæ quis cognoscere potest an Deū diligat. Quarto, quæ sit differentia inter amorem diuinum, & carnalē. Circa primum, sciendum q̧ Deus diligēdus est à nobis ex toto corde; quia nos creauit, redemit, & glorificauit. Si quis .n. diligit carnalē patrem, à quo tantum habet corpus mortale, quantū tunc diligere debet Deum à quo habebit corpus immortale? Si tantum matrē, quæ hominē produxit in hunc mundum miseriis plenum, quantum tunc Deum, qui hominē in alium mundum ducet multis gaudiis repletum? Si tantum fratres carnales diligis, qui participando tecū hęreditatem terrenam, pauperiorem te faciunt, quantum tunc debes diligere Christum, qui tecum participando hæreditatem æternam, ditiorem te faciet? Si filium diligis, cum quo tantum laboras, nec scis si in illo aliquid proficias, & an ipse tibi in futuro appretietur, vel an ipse se tibi opponet, & tibi malum pro bono reddet, quantū Christū diligere debes, qui inæstimabiliter tibi benefacturus est æternaliter? Si tantū diligis vxorē, quæ forte alium plus diligit quam te, quantum diligere debes Christum qui nunquam amorem suum à te separauit. Nam illum Dominū dignè diligere deberet oīs homo, q̧ sic probatur, quia diligeres eum, q̧ pro te daret res, plus, qui pro te relinqueret amicos, & cognatos, & exiret terram suam, maxime, qui corpus suum pro te daret. Hoc Christus totum fecit. *Reliqui domū meā.* i. cælū. *dimisi hereditatē meā.* i. Angelos, qui sunt hæredes cœli, *& dedi dilectam meam animā.* i. vitam *in manus inimicorum &c.* Hier. 12. Item diligeres eum, qui pro dilectione tua funderet lachrymas, maxime si sanguinem pro te effunderet: Hoc idem fecit Christus. *Tres sunt, qui testimonium dant in terra* dilectionis. s. spiritus i. aīa ab ipso egrediens, sanguis in passione ab ipso profluens, & aqua lachrymarum. 1. Ioan. 5. Ber. *O quam vehementi amplexu āplexatus est me in cruce, in qua fluxit aqua de latere, manauit sanguis ex corde, recessit aīa à corpore.* Item Ber. *Non est passus pro se, quia non peccauit, nec pro bonis Angelis, quia necesse nō habet, nec pro Angelis malis; quia nunquam habebunt gloriam, sed pro te.* Psalmus. *Zelus domus tuæ.* id est, fidelis animæ, *comedit me.* id est, fuit causa passionis meæ, Itē quantum diligeres eū;

qui

qui pro te daret manum vnam ad amputandum, cùm tibi amputari caput debuisset? vel oculum, vel pedem, & sic de aliis membris? quantum autem diligeres, quantas gratiarum actiones teneris illi, qui pro te non oculum, non manum, non pedem, sed totum corpus dedit in mortem? Item diligeres eum, qui te liberaret à morte, plus, qui super hoc daret tibi saluum conductum, maximè, qui super hoc te semper habere vellet in loco filii sui. Ex his patet, quòd meritò debes diligere Christum, qui plus pro te fecit &c. Item debes Christum diligere plus quàm omnes res temporales, plus quàm omnes amicos tuos, plus quàm proprium corpus, sicut omnes martyres fecerunt, qui propter eum omnes amicos, & omnia bona temporalia reliquerũt, & seipsos pro eo in mortem dederunt. Quòd si non es tantæ virtutis, & fortitudinis in dilectione DEI, quod totum mundum velis pro eo deserere, sicut illi martyres & sancti fecerunt, habeas tamen tantam dilectionem ad Christum, vt propter ipsum vilissimum, quod in toto mundo est despicias, hoc est omne peccatum mortale, quia vilissimum, quod totus mundus habet, est peccatum. Hoc ita vile est, quod nulli prodest, quia nec corpori, nec animæ vilius est, quàm serpens, quàm rana, quàm aranea, & sic de aliis; omnia enim talia ad aliquid valent, peccatum verò ad nihil. Qui pro DEO tam vile non vult dimittere, vix dabit pro eo tempore Antichristi oculum, vel pedem, vel manum. Et ideò in vilissimum locum mundi longè à se proiecit eos, hoc est, in infernum, vbi omnia mala mundi confluent: *Congregabo super eos mala & sagittas meas complebo in eis.* Deut. 32. Vnde etiam Psal. *Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur, &c.* Nam sicut guttæ pluuiæ sunt innumerabiles; sic etiam & pœnæ damnatorum. Qui enim ista mala inferni cupit effugere, Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente debet diligere; vnde oritur quæstio, ¶ Q. vtrum charitas vitæ possit esse perfecta? Sciendum secundùm *Aug.* licet cætera mandata Dei possunt impleri in via, sicut non mœchaberis, non furtum facies, & sic de aliis mandatis; mandatum tamen dilectionis, quo Deus præcipitur diligi, ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus, solùm implebitur in patria, vbi cessabunt impedimenta, propter quod etiam solùm ibi erit charitas perfecta. Notandum tamen est secundùm *Th.* quòd perfectio charitatis potest dupliciter intelligi, vno modo ex parte diligibilis; alio modo ex parte diligentis. Ex parte igitur diligibilis perfecta est charitas, vt diligatur aliquid, in quantum diligibile est. Deus autem in tantũ diligibilis est in quantum bonus est. Bonitas autem eius infinita est; vnde infinitè est diligendus,

vt posśim Deo seruire, & cum corpore vitam æternam mereri. Ergo oportet me comedere, bibere, & dormire, &c. Et illa omnia mihi meritoria sunt, quando ordino ad illum finem. Quartum quod prope me est, i. proximum. Et in hac charitate quintuplex gradus. Nam primò debeo diligere vxorem & parentes; secundò, filios & amicos; tertiò, domesticos; quartò, extraneos; quintò, inimicos; sextò, q̃ infra me est, i. temporalia. Vnde tamen sciendum, quòd temporalia non sunt diligenda, nisi quantum ad sustentationem corporis, & ad salutem animæ prodesse possunt.
1.Thim 6. vnde Apost. *Habentes autem alimenta & quibus tegemur, his contenti simus.* vnde Christus in Euan-
Luc.16. gelio dicit ad illos, qui temporalia posśident: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis &c.* Quantum ad tertium, sciendum, quòd sunt quinque signa, per quæ quis cognoscere potest, an Deum diligat. Primum signum est peccatorum declinatio. Nam qui verè diligit, cauet omnem offensam dilecti. Et quia Christus maximè offenditur ex peccatis. Ideò, qui Christum verè diligit, cauet peccato, Psal. *Qui diligitis Dominum, odite*
1.Ioan.3. *malum.* Item, *Omnis qui ex Deo est, peccatum non facit.* vnde sciendum, quod quilibet bonus Christianus potius debet mori, & omnibus temporalibus bonis priuari, quàm Deum cum vno solo peccato mortali offendere, sicut plures sancti fecerunt. Hoc luxuriosi non attendunt, qui delectationem luxuriæ Deo, & omnibus sanctis præponunt, & potius volunt cum dœmonibus, & omnibus damnatis æternaliter torqueri, quàm hac delectatione carere. similiter & superbi, qui honores mundanos Deo, & omnibus sanctis, & gaudiis cœli præponunt. Similiter & auari, qui pro modico lucro temporali vendunt & sanguinem Christi, & beatam virginem Mariam, & sanctos Angelos, & animã propriam, quia potius Deo & omnibus sanctis volunt carere, quàm hoc lucrum temporale non habere. Secundùm signum dilectionis Dei est bona operatio. Diligens enim Deum, facit omnia, in quibus se dilecto posse existimat complacere: *Qui credit* Ioan.14.
in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. vnde *Gr.* Probatio dilectionis exhibitio est operis. Ergo si libenter audis de Deo, & loqueris, & libenter cogitas de Deo, & libenter de mane surgis, ieiunas & oras, signum est dilectionis Dei. Tertium signũ est, proximorum dilectio: *Si quis* 1.Ioan.3.
dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Quartum signum est, patiens malorum perpesśio. Cogitans enim, quòd Deus nos ex charitate castigat, libenter sustinet,

sustinet, quicquid ex charitate infertur. vnde Apostolus: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? &c.* (Rom. 8.) Si enim carnalis amor tribulationes & dolores alleuiant, quos quis sustinet pro dilectis, multò amplior est amor Dei. vnde *August.* Quæ dura sunt laborantibus, leuia sunt amantibus, & ex hoc sensu dicitur: *Tollite iugum meum super vos, &c.* (Matth. 11.) & subiungit: *Iugum enim meum suaue est, &c.* Hinc Ioan. dicit: *Mandata Dei grauia non sunt.* de quo Bernhard. *Libet admirari, quàm leue sit iugum Domini, quod non solùm onerat, sed & portat.* Quintum signum est, si libenter munuscula dirigat dilecto suo, & hoc fit cum eleemosynæ tribuuntur pauperibus: *Quòd vni ex minimis meis, &c.* (Matt. 25.)

¶X Circa quartum sciendum, quòd amor Dei caret septuplici timore, solicitudine, & defectu, quem amor habet carnalis.

Primò, qui diligit Deum, semper potest eum habere præsentem. Ps. *Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum, ades, &c.* Secus est de amore carnali. Secundò, quod non dubito, si ego eum diligo, ipse me diliget, & multò plus quàm ego eum. Ipse enim dicit: *Ego diligentes me diligo.* (Prouerb. 8.) Secus est de carnali amore. Tertiò, quòd certus sum, ipsum non ignorare, quòd eum diligo, quantum etiam, & cum quo affectu, & sic non oportet me solicitari, & verecundari, quo modo ei exponam hoc, quòd ego diligam eum, nec etiam timere, quod ipse hoc sinistrè accipiat, quod carnalis amor non habet. Quartò, quòd non doleo, quòd alius secum loquatur, & pro eius amicitia laboret, imò vellem, quod omnes homines hoc facerent. Scio enim, quod per hoc nihil mihi desit, sed magis accrescit. Non enim mihi fit alienus, eò quòd aliis sit familiaris, hoc etiam amor carnalis non habet. Quintò, quamuis eum diligam super omnes, imò super omnia, tamen non doleo, nec pro malo habere possum, quòd ipse aliquem, vel aliquam plus diligat, quàm me. Ratio, quia scio, quòd ipse est iustus & sapiens, & omnia iustè facit, hoc etiam carnalis amor non facit. Sextò, quòd ipse tantus est, & ego tam modicus, quòd mihi sufficit, vt etiam inter extremos me ponat, dum tamen etiam sim de numero amicorum suorum, hoc etiam carnalis amor non habet. Septimò, quòd certus sum, quòd eius amicitiam perdere non possum, nisi ex meo vitio. Ipse enim in se immutabilis est, & quòd mors nec me ei, nec ipsum mihi auferre potest, hoc etiam carnalis amor non habet. Si igitur vultum turbulentum tibi exhibet, de hoc non doleas, imò de hoc potius gaudeas, quia ipse dixit: *Ego quos amo, arguo, &c.*

In Eadem Dominica.

Sermo CXX.

De dilectione proximi.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Expedito vno sermone charitatis, quæ Deo debetur, nunc dicendum est de charitate, quæ ꝓximo debetur, ad quam charitatem admonemur per verba prædicta, scil. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Vnde in isto sermone tria sunt dicenda. Primò, quæ sunt illa, quæ incitant nos ad dilectionem proximi. Secundò, A ¶ quomodo tenemur ꝓximum diligere. Tertiò, signa dilectionis proximi. Circa primum sciendum, quòd proximum diligere debemus propter tria. Primò ꝓpter attinentiam naturalem, siue ꝓpter parentelam, quia omnes sumus fratres ex vno patre, & ex vna matre, scil. ex Adam & Eua progeniti, quoad naturalem fraternitatem, sed quo ad spiritualem fraternitatē omnes nati sumus ab vno Patre. scil. Deo, & ab vna matre, scil. Ecclesia, & omnes habemus vnum baptismа, vnam fidem, vnam hæreditatem in cœlo possidēdam. vnde Aug. *Omnes fratres sumus secundùm quod homines sumus, quantò magis secūdùm quod Christiani sumus?* hinc iterum dicit August. *Voluit Deus vnicum hominem formare in principio, à quo omnes homines procederent, vt tanquam fratres omnes se amarent, nec sic factum legimus in Angelis, vel animalibus brutis.* Secundo, propter similitudinem: *Omne animal diligit sibi simile.* Eccles. 13 hoc patet, nam cēs creaturæ eiusdem speciei se mutuò diligunt. Vnde, si vrsus, lupus, leo, & serpens, crudeliora aliis animalibus, non exercent malitiam in eis, quæ sunt suæ speciei, multò magis homo nō debet exercere malitiam in alios hoīes, qui sunt suæ speciei. vnde si natura docet, animalia bruta seruare amorem & mansuetudinem ad sibi similia, quam excusationem habebunt, qui per orationem, quam habent, talia non faciunt? Tertiò diligendus est ꝓximus propter præceptum Dei: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Ioan. 15. Vnde sciendū, q̄ amandus est proximus, siue credatur bonus siue malus. Si .n. credatur, vel sciatur esse bonus, satis apparet, q̄ amandus est ab eis, ¶ B qui Deum amant, cùm talem Deus filium suū reputet. Et insuper Christus reputat eum sibi attinere omni genere attinentiæ: *Quicunq; facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Matth. 12. Si autem malus sit ꝓximus, adhuc tamē diligendus est, & propter Deum, & propter te, & ꝓpter seipsum. Primò, ꝓpter Deum, quia si Deum diligis, & eius filium amabis, dum sanæ mētis erat, si propter Deum, debes etiā amare eum, dum insanæ mentis factus sit. Secundò, propter

propter ipsummet proximũ debes amare eum. Si. n. fratrem tuũ amabas sanũ, nihilominus debes amare eum ægrotũ. In tali. n. statu magis indiget amore tuo, quàm in alio. Tertiò, propter teipsum debes eum amare. Magis. n. amando eum lucraris, cùm tibi nocet, quàm si tibi beneficus esset. Nam ex hoc efficimur filii Dei. vnde: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est, &c.* Matth 5

C¶ Circa secundũ sciendũ est, quod Christiani debent se inuicem diligere sicut membra eiusdẽ corporis, hæc aũt membrorum dilectio inter se quintuplex est, ad quam quilibet tenetur. Primò ꝓprietas membrorum est ꝙ nullum membrorũ, etsi sit magis nobile, despicit aliud minus nobile, vt oculi caput nõ despiciunt, nec pedes; sic etiam in cœlo Archangelus non despicit Angelũ, nec B. virg. Maria Petrum, vel aliũ, nec Sol Lunã, vel Mercurium sibi inferiores. Nullus tam pulchros habet oculos, qui videre despiciat pedes suos etiam in luto ambulantes; sic nec quisque superior, nobilior, potentior, vel ditior in Ecclesia despiciat inferiorẽ, sed potius honoret. Deus. n. non fecit hoĩes ex diuersis materiis, sed hoĩem formauit de limo terræ: vt rex & mendicus de vna materia sint; similiter oñs & seruus, ancilla & domina, deformis & pulcher, diues & pauper, miles & rusticus, Prælatus & subditus. Imperator & leprosus, & sic de aliis. nam inferiores non sunt contemnendi. vnde: *Nunquid non Deus vnus creauit nos?* Quare ergo vnusquisq; nostrûm despicit fratrem suum, &c. Malach 2.

Verè despiciendi non sunt inferiores, sed potius honorandi, quia sæpe in conspectu Dei sunt reges & principes, qui hîc apud homines sunt rustici vel pauperes, & despecti, & sunt futuri socii Angelorum in cœlo. Ideo inferiores non sunt contemnendi, quia qui inferiores sunt coram hominibus, sæpe sunt coram DEO superiores. vnde Apostolus: *Quæ putamus ignobiliora esse corporis membra, his abundantiorem honorem circundamus.* Melius enim vestimus pedes, quàm oculos, quàm os, quàm nasum, quàm faciem; ita Dominus quandoq; in cœlo melius honorat inferiores, quàm superiores. Et sic erunt nouissimi, primi, & primi nouissimi, quia qui hic habent honores, dignitates, & diuitias præ cæteris, quandoq; erũt posteriores. 1. Cor. 12.

Secũda proprietas est, quòd quodlibet membrum aliis non inuidet, sed ex corde sibi congaudet & cõdolet, non inuidet, etiamsi habeat idem officium, ꝙ aliud habet, ¶ D non enim inuidet oculus oculo, vel etiamsi habeat indignius officium, non inuidet pes in puluere, vel in luto ambulans capiti, vel oculo, quem nunquam tangit puluis, & multó eo pulchrior est, imò potius

 vellet,

vellet ipsum adhuc pulchriorem, non inuidet pes cordi quia sapientius, non cerebro, quia melius custoditum vel locatum altius, non ori, quia isti datur vinum, cùm sibi datur aqua, & huiusmodi. Sic nequaquam debet quis alteri inuidere pro bono, quod Dominus ei contulit, vel quia ditior, vel nobilior, vel altior, vel acceptior sit, & huiusmodi. Dominus enim ordinauit membra corporis, & Ecclesiæ, vt voluit, nec omnes possumus vnum officium habere: 1. Cor. 12. *Omnia membra non eundem actum habent.* Nunc aūt sicut posuit Deus membra vnumquodq; eorum, vel maius, vel minus in corpore, sicut voluit, ita & in Ecclesia vniuersas personas. vnde & licet oculi non laborent, vt pedes; circumspiciunt tamen, & præuident, ne pedes deuiēt, vel se impingāt, aut in foueam cadant, quòd si in luto cum pedibus ambularent, excœcarentur, & ita quasi totum corpus periret: ideo omnimodè dilige proximum sicut teipsum, & quiesce ab inuidia. Mare diuinæ largitatis inuidendo siccare non potes, sicut nec Solem obscurare, vel cœlum in infernum commutare. Multò facilius totum mare in dulcedinem mellis conuerteres, de cœlo infernum faceres, de aqua ignem, quàm fontem diuinæ largitatis exsiccares. Quiesce ergo, frustra laboras, & animam tuam perdis, nihil cum inuidia proficis, nisi quòd te tribulas, & bona, quæ facis, mortificas: *Qui non diligit fratrē suū, manet in morte?* Et ideo potius proximo compatere, & cōgaude, vt membrum membro, & bonum cupias ei, alioquin non es membrum corporis Christi, qui vt dicitur: *Si quid patitur vnū membrum, compatiūtur omnia membra,* quia cum pes, vel oculus capitur aliqua ægritudine, totum corpus condolet: ita, & nos debemus condolere fratribus, si quid aduersitatis eis euenerit, & lætari, si bene eis acciderit. vnde Apostolus: *Dum gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.* Et sciendum, quòd multis sic expedit, quòd sint hic de inferioribus. Ergo fac de necessitate virtutem, & de bono & gloria alterius membri congaude, quia cùm coronatur caput, congaudent omnia membra. Quod & si tu similiter feceris, multum gloriæ per hoc mereberis. Nunquam enim aliquis hominum tantam gloriam, vel tantum commodum de aliquo hic habuit, nullus vnquam pater vel mater de filio, nullus de fratre, vel amico, vt tu in cœlo habebis de quolibet proximo seruando: *Quæ enim est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum in aduentu eius? vos enim estis gloria nostra & gaudium.* Tertia proprietas est, quòd quodlibet membrum corporis alteri pro sua possibilitate subuenit, membra. n. sibi ipsis, quæ habent, inuicem

1. Ioan. 3.
1. Cor. 12.
Ibidem.
1. Th. 2.

inuicem participant. Nullum enim mebrū sibiipsi retinet aut appropriat officium suum vel bonum, quod habet. Oculus sibi soli nō videt, manus, sibi soli non laborat, & huiusmodi. Sed manus dat cibum, qui sibi datur os stomacho, stomach⁹ hepati, & hepar aliis membris.
Deut. 15. *Precipio tibi, vt aperias manum tuā fratri tuo egeno & pauperi.* Vnde sicut uis, quod Deus in necessitate subueniat tibi, sic ēt tu proximo. Hanc etiā doctrinā naturalē sumere possumus de arboribus, cuius truncus cum bene firmatur, & succum sibi de terra attrahit, diuidit illum succum omnibus ramis, & sic fructus ex hoc multiplicātur, si trunc⁹ succum sibi soli retineret, & ramis non condiuideret, arbor sine fructu remaneret. Simile etiam videmus in cœlestibus. Cum enim stellæ virtutes suas à Deo sibi datas communicant cum terra, terra nō solum sibi retinet, sed diuidit eam terræ nascentibus .s. arboribus, floribus, herbis, segetibus, & huiusmodi terræ adhærentibus prout indigent, quia si terra, quę sibi desuper datur, intra se sibi soli retineret, arbores, segetes, & huiusmodi fructus non ꝓduceret. Quarta ꝓprietas est, quod membrum læsum, ab alio non se vindicat. sic ēt debet esse in membris ecclesiæ.
Rom. 12. *Nulli malum pro malo reddentes*, si os comedit, vel bibit hoc, quod postmodū oculos lædit, vel si pes cadit vnde caput læditur, vel vulneratur, nō se vindicant, nec in alia membra vindictam exercēt. Si manus secat digitum alterius manus, illa non resecat, si cum panem incidit, vulnerat, non reuulnerat, quia ex hoc dolor multiplicaretur. vnde stultum est, quod homo vult seipsū vindicare in suo ꝓximo, si enim Deo cōmisisses, ipse te vindicasset, alium grauius puniendo, quam tu, & pro illo honore, quod ius suum tibi non vsurpasses, te vindicādo, multipliciter & gloriose te remunerasset. *Mea est vltio, & ego retribuam:* Deut 32. Ideo indulgendum est proximis propter Christum, & propter salutem propriam. Quinta proprietas membrorum est, quod vnum membrū ex multa dilectione sibi fieri reputat, q alteri fit, siue bonum, siue malum. vnde si pes lædit os, dicit, cur me læsisti? si manui aliquid datur, os dicit, bene mihi fecisti si corpus comprimitur, os dicit, cur me cōprimis? Sic etiam debet esse in ecclesia Dei. vnde etiā caput nostrū Christus dicit: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Act 9. Et etiām dicet in iudicio, *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Matt. 25. Et quanto quis magis suum reputat alienū, malum vel alienum [illegible] bonum, tanto sanctior est, & Deo similior. vnde *Gre.* In tanto quisque Greg in Moral. perfectior, est, in quanto perfectius sentit dolores alienos. Quantū ad tertium, sciendum q, tria sunt signa, per quę possumus habere cōiecturam, si habeamus charitatem ad ꝓ-

ximum. Primum est, si ꝓximis nostris in corde bona fauemus cõgratulãtes, sincero affectu ipsorũ bonis tãquã nobis. Secundũ, est, vt, super mala eorũ eis simili affectu cõpatiamur, q̃ duo tangit Apost. *Gaudete cũ gaudentibus, flete cum flentibus.* Rom. 12. Tertium signum est, si legem naturalem proximis nostris per omnia tenemus, quæ consistit in duobus quorum primum habetur: vbi dicitur: *Quod tibi ab alio oderis fieri, vide ne tu aliquando alteri facias.* To. 1. Secundum ponit. *Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis.* Matt. 7. Hæc enim duo ante tempore legis homines informabant, quomodo se deberent circa suos ꝓximos exercere. vnde lex naturalis docet, vt ꝓximo subuenias, sicut tibi velles fieri, si tali statu ex necessitate esses. vnde Hie. in ep. vult enim Deus vnumquemq; alterius angustias vt proprias sentire, & quod sibi in tali tribulatione si esset, subuenire cuperet, ita ipse alteri propter Deum subuenire non postponat; ergo qui nõ compatitur proximis, nec eis subuenit in suis necessitatib. talis habet signum q̃, non est in charitate, nec in gratia Dei; vnde: *Qui habuerunt substantiam huius mũdi, & viderint fratrem suum necesse habere, & clauserint viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Ioan. 3. vnde *Greg.* Minus proximũ amare conuincitur, qui non cũ eo in necessitate illius ea quæ sibi sunt necessaria impartitur. Vnde legimus exemplum de fidelitate amicorum. Petrus Antonius dicit q̃, erant duo mercatores vnus in Ægypto, alter à Baldech, qui se solo nomine nouerãt, & diligebant, ille de Baldach venit Ægyptum quem Ægyptius suscepit, & omnia sua ei ostendit. Transactis octo diebus ille de Baldach grauiter infirmabatur, Requiritur medicus pulsus tangitur, vrina inspicitur, sed morbus nõ reperitur. Tandem cor suũ aperiẽs dixit, se ob amorem vnius puellæ, quam ille Ægyptius in domo sua nutriebat, vt esset vxor sua, lãguere. Quo audito puellam, & omnia, quę cum ea accepturus erat, ille dedit. Qui vxorem, & omnia præcepta suscipiens, ad patriã suam rediit. Contigit postmodum Ægyptium omnib. bonis suis amissis, egere, & nudũ, & famelicũ ad Baldach in noctis silẽtio venire, & quoddã templum eo intrante ecce multi quærentes homicidam quendam, illumque inuenientes, dixerunt eum illud homicidium perpetrasse quod ille statim concessit, volens vel saltem per mortem paupertatem suam finire, capitur, & incarceratur & de manę ad suspendium ducitur. Amico autem suo cum multis aliis ad spectaculum currẽte deprehenso, atq; cognito quod amicus suus esset, voce magna clamauit: Innocentem istũ condẽnatis. Ego, n. illum occidi, non iste: Capitur igitur ille, & alius absoluitur homicida, qui inter alios erat, hoc videns

videns, remordente conſcientia, exclamauit, nec ille, nec iſte fecit, ſed ego. Alter ergo dimittitur, & hic capitur. Iudices ergo admirantes, ad regem duos abſolutos, & tertium legatum duxerũt. Qui cognita veritate, omnem ei pœnam condonauit. Ciuis autem de Baldach amico ſuo de Ægypto medietate omnium bonorum ſuorũ dedit. Quæ ille recipiens cum gratiarum actione, ad patriam ſuam reuerſus eſt.

ALIVS SERMO DE EODEM.

Matt. 22. *IN his duobus mandatis vniuerſale lex pendet & Prophetæ.* Omnia diuina præcepta in his duobus præceptis pendent, ſ. in dilectione Dei, & proximi. Ipſa enim decem præcepta tabulis duabus Moyſi fuerunt ſcripta, & in prima tabula fuerunt ſcripta tria prima præcepta, quæ pertinent ad dilectionem Dei. In ſecunda tabula fuerunt ſcripta alia ſeptem, quæ pertinent ad dilectionem proximi. Et de iſtis decem præceptis quære infra ſerm. clxiii. per totum.

IN DOMINICA XIX.

Sermo. CXXI.

De religioſis.

Matt. 11. Mar. 2. Luc. 5. *ASCENDENS Ieſus in nauiculam, tranfretauit, & venit in ciuitatem ſuam, & ecce offerebant ei paraliticũ iacentem in lecto.* Deus omnia elementa creauerat munda, ſed ex vſu inhabitantium, facta ſunt immunda, ſed Chriſtus ea mundauit. Terra quidem facta eſt immũda ex effuſione ſanguinis innocentis, ſed Chriſtus hanc mũdauit, quando triginta tribus annis ſuper eã ambulauit. Aer quidem factus eſt immundus, ex fumo incenſorum idolis, ſed Chriſtus hunc mundauit, qñ non ſub tecto, ſed in aere pati voluit, & quando per aera in cœlum aſcendit. Ignis factus eſt immundus ex idolorum hoſtiis concrematis, ſed Chriſtus hoc mundauit, quando Spiritum ſanctum in ſpecie ignis miſit. Aqua facta eſt immunda ex nefandis hoſtiis ablutis, ſed Chriſtus hãc mundauit, quãdo in in Iordane Baptizatus fuit & ſupra mare ambulauit, ſicut hodie legitur cum dicitur: *Aſcendens Ieſus in nauiculam. &c.* vnde ſciendum, ¶ H quod per hãc nauem religio intelligitur. vnde in præſenti ſermone de religioſa vita eſt dicendum, quæ eſt optima vita, quia comparatur vitæ cœleſti, & hoc in ſeptem. Nam ſicut ſancti, & angeli viuunt in cœlo, ſic religioſi debent ſimul viuere in monaſterio. Primo, comparatur vita religioſa vitæ cœleſti, propter vnanimitatem, quia ſicut ſancti, & angeli in cœlo ſunt ſimul in vnum congregati in concordia, & charitate, ſic religioſi debent eſſe vniti, & concordes in Deo, hæc autem vnanimitas debet eſſe in corde, ore, & opere, id eſt, voluntate, locutione, & operatione, ſic quod omnia opera in vnum fiant, & illa vnanimitas valet ad tria.

Primo

Primò, ad impetrandum à Deo in oratione, quicquid petierint, obtinet enim multitudo, quòd non solus, secundùm illud: Impossibile est multorum preces non exaudiri. vnde: *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est.* Quantò magis, vbi non duo, vel tres, sed magna multitudo conuenit ad rogandum, aliquid obtinebit? Secundũ, ad quod valet illa vnanimitas, est præsentia Dei, quia Christus moratur cum talibus, qui sic concordes sunt in bono, & vnanimiter viuunt. vnde: *Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum:* quantò magis, vbi triginta vel quadraginta in nomine Christi congregati sunt? Tertium est diuinæ vltionis indulgentia. vnde dixit DEVS ad Abraham: *Si inuenero in Sodomis decem iustos, dimittam omni loco propter eos.* Si autem ratione societatis bonæ tam modicæ, paratus fuit parcere tantæ multitudini, & in tantis sceleribus, nunquid non parcet paucis, & in culpis modicis propter societatem bonorum? Secundò, cõparatur vita religiosa vitæ cœlesti, quia sicut Angeli in cœlo pascuntur à suauitate diuina; sic & religiosi in religione pascuntur à Deo corporaliter per eleemosynam, quam comedunt, & spiritualiter per gratiam. Nam communiter Deus maiorem gratiam facit, & maiorem dulcedinem tribuit religiosis, qui regulariter viuunt, quam secularib. Quia religiosi carent carnali delectatione. ergo digni sunt, vt Deus spiritualem dulcedinem eis infundat. Exemplum de filiis Israel, quando non habuerunt plus de farina, qnam de Ægypto secum tulerant, tunc Deus pluit eis manna in deserto; similiter Mariam Magdalenam segregatam ab hominibus & ab omnibus corporis voluptatib. Dominus per triginta annos pauit dulcedine diuina, & per consolatione angelorum. vnde *Ber.* Cibus animæ est gratia Dei dulcissimus, & omnem habens in se suauitaté, & delectationem saporis, & non tantummodo delectat, sed reficit, & medeť. Vnde *Bas.* loquens de dulcedine spirituali dicit. O dulcedo melliflua, dulcedo miranda, quã dulcis es in meditatione, sed dulcior in oratione, dulcissima in contemplatione, sed super dulcissima in beatitudine. Tertio, comparatur vita monastica vitæ cælesti; quia sicut in cælo omnia sunt cõmunia, & vnus condiuidit cum alio. vnde *Greg.* ibi Apost. & Angeli gaudét de merito omniũ inferiorũ, ibi omnes inferiores lætabũtur de gloria, & corona superiorum. Ex istius enim sanctæ, & perfectæ charitatis vnione, fiet vt quisque habiturus sit in alio, quod nõ habet in proprio merito. vnde. *Ans.* Vnusquisq; in tantũ gaudet de alterius gaudio, quãtũ de suo pprio, sic in religiõe oĩa debet esse

Math. 8.
Math. 18.
Genes. 8

esse omnia communia. Ex hoc patet quod status religionis, & communitatis, secundum magistrum Humbertum est optimus status, & valde laudabilis, quod probatur, quia non est meliorem statum accipere in statu naturæ, quam ante peccatum, & in tali statu, scilicet in statu naturæ ante peccatum, erant omnia communia, vnde *Isid.* Ius naturæ est communis omniũ possessio. Nec tempore gratiæ meliorem statum inuenire poteris, quam primitiuum statum ecclesiæ s. tempore Apostolorum. Et in tali statu primitiuo omnia erant ipsis Apostolis, & omnibus Christianis, pro tunc credentibus communia.

Act. 4. *Erant illis omnia communia*, sequitur: *Diuidebatur autem singulis*

8 q. 1. futurum. *prout cuique opus erat.* Et videtur hoc durasse vsque ad tempora Cõstantini Imperatoris. Item in statu futuræ gloriæ, omnia erunt communia, vt iam dictum est. O quam felix est ille status religionis, quia tales, status s. naturæ, gratiæ, & gloriæ imitatur. Circa quod quæritur, vtrum prælatus posit dispensare cum subdito religioso ad habendum proprium? Respon. secundum Humbertum. quod non, quantæcunque auctoritatis sit, nec etiam

Ext. de statu Mona. Cum ad Monast. Papa: Non existimet Abbas, quod super habendam proprietatem posit cum aliquo monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam summus Pontifex non posit indulgere licentiã. Ergo caueat monachus, ne habeat proprietatem, volens se excusare falsa glossa, sicut in pluribus personis apparet. Item quæritur, vtrum religiosus, vel religiosa mortaliter peccet dicẽdo: meus liber, vel mea cappa, & sic de aliis. Respon. secundum Humbert. super regulam B. August. Si dicit ex lapsu linguæ, nõ peccat mortaliter, Si autem ex proposito, & animo assertiuo, quod proprie est dicere, peccat mortaliter. Vnde *August.* Non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis oĩa communia &c. Ergo religiosi nunquam debent dicere, meus liber, vel mea cappa, sed debet dicere noster liber, nostra cappa, &c. Et hoc *Act. 4.*
tractum est à statu primitiuæ gratiæ ecclesiæ. *Nec quisquam eorum, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat*, & quotquot primitiua ecclesia vendiderunt agros, vel domos, ponebant pretia eorum in cõmuni, vel ante pedes Apostolorũ. Item quæritur an cum religioso posit dispensari circa habendum vsum alicuius rei, & si non circa proprietatem rei habendum? Respon. secundum Humb. quod duplex est vsus, s. certus, & incert[9]. Certus vsus est, qui auferri non potest: incertus est, qui in voluntate alterius superioris s. vt auferatur cũ ei placuerit, & circa illum incertũ vsum potest prælatus dispensare ex causa rationabili, & necessaria, sed

circa certum vſum non poteſt diſpenſare. Semper e. voluntas religioſi debet eſſe ſubiecta prælato, vt reſignet quando voluerit. Quia omnis religioſus, ſemper debet eſſe paratus oĩa reſignare, alias eſt filius perditionis, & ſemper in ſtatu damnationis, quia omnis religioſus, qui habet animum non reſignandi, nec ad communitatem dandi, quãdo prælatus hoc exiget ab eo, talis religioſus eſt proprietarius, & ſemper in peccato mortali, & nullus poteſt eũ abſoluere à peccatis ſuis, quamdiu ſtat in tali propoſito libere non reſignandi, & ad communẽ vitam dandi, & talis religioſus quotiens miſſam celebrat, vel confeſſiones audit, vel alia ſacra porrigit, totiens peccat mortaliter. Quia quicunque in peccato mortali ſacramenta adminiſtrat, peccat mortaliter. Et talis religioſus vel religioſa peiores ſunt in inferno, ſi ſic decedunt impœnitentes. Quia moriendo Chriſto infernus reſtituit aliena, ſed illi nec volunt reſtituere, nec reſignare, Item tals poteſt dici idololatra, quia fiduciã in pecuniam habet, quæ in ſolum Deum, qui iuuare perfecte poteſt eſt habenda. Imo talis interdum flagitium Iudæ ſuperat, quia proprietarius quandoq; vno ſolido ſe condemnat, Iudas autem venditurus Dominum triginta denarios pro eo accipiebat. Iudas inſuper triginta denarios reſtituit, quod iſte proprietarius non uult facere. O quã iniuſte proprietarius res ponderat, qui poſtponendam paucis denariis Chriſtum putat, & pretioſum pignus, ſ. animam propriam pro talibus rebus damnat, & ſe gaudiis cæli priuat, & talis religioſus proprietarius indignus eſt miſericordia Dei: vnde *Bern.* Monacho habenti proprium negauit Deum ſuum propriũ, quod eſt, miſereri, & parcere. Ergo quicunque religioſus vult conſequi miſericordiam Dei, oportet vt habeat animum ſuum reſignandi ſine omni contradictione, quando prælatus hoc requirit, & prælatus tenetur vni prouidere, ſicut alteri, non quod vnus bibat vinum, & comedat pullos, & alter bibat aquã, & comedat lardum, quod etiã vix habere poteſt. Ex quo patet, quod omnis prælatus debet habere poteſtatem inducendi ſubditos ſuos ad communem vitam ſeruandam, & ſubditi in hoc nullo modo debẽt ei contradicere, nec ſe opponere verbo, vel facto. Ergo omnia peccata quæ ſubditi, & proprietarii committunt, redundant in prælatum, qui habet poteſtatem cõpellandi eos ad communem vitam, cũ hoc facere poſſet, & ſic diſſimulat, ergo prælatus cum ſubditis proprietariis damnabitur. vnde hoc dicit quidam doctor de ord. Carth. quod prælatus qui ad hoc õni poſſe ſuo non laborat, vt ſubditi in cõmuni viuant, ſeipſum & ſuos ſubditos decipit, & damnat. Vnde dicitur in decret. Reſiſtere poſſe peruerſis

uersis & non facere, est eis consentire. Iterum dicitur in decret. Faciente n, & consentientem par pœna constringit. Vnde etiam *Apost. Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Vnde *Iudicium durissimũ fiet his, qui præsunt.* Item sciendum, quod quicunque habet filium vel filiam in monasterio, quem, vel quam scit non velle sponte omnia ad iussionem sui prælati resignare, ad communem vitam sua bona dare, illi fiilio, vel huic filiæ amplius nihil dare debet. Et si ei aliquid dederit præter extremam necessitatem, confortando eum vel eam in sua proprietate & malitia, & pertinacia, ipso facto peccat mortaliter. Ergo nulla eleemosyna, nec aliquod beneficium est talibus exhibendum proprietariis, nisi in extrema necessitate. Imo tales proprietarii à prælatis grauiter sunt puniendi, & persequendi, exemplo sanctorum patrum, qui fuerunt in religionibus. Vnde *Gregorius.* In sterquilinio sepeliri fecit proprietarium monachum cum tribus argenteis, quos repertus est habuisse, & fecit eos argenteos, secum iactari in sepulchrum dicendo. *Pecunia tua sit tecum in perditionem.* Item sciendum, quod religiosi in monasteriis quando incipiunt deficere, tunc peiores communiter sunt cæteris hominibus. vnde *Aug.* & ponitur in decr. Difficile expertus sum meliores, quam qui in monasteriis profecerunt, nec peiores expertus sum, quã qui in monasteriis defecerũt. Quarto, vita religiosa comparatur vitæ cælesti propter castitatem, quia sicut Angeli in cælo, sic & religiosi in mundo viuere debent, & vita casta non est vita humana, sed Angelica. Vnde *Hieronymus:* in carne viuere præter carnem plus est Angelicum, quam humanum, vnde *Ambr.* Qui non nubunt, & vxores non ducunt, sunt sicut Angeli in terris. Imo virginitas hominum supergreditur castitatem Angelorum. vnde *Amb.* Maior est victoria virginum quam angelorum. Angeli enim sine carne viuunt, virgines vero in carne triũphant. vnde etiam *Cypr.* loquens de dignitate virginum dicit: virginitas est soror Angelorum, victoria libidinum, regina virginum, possessio omnium bonorum. Quinto, comparatur vita religiosa vitæ cælesti quia sicut Sancti, & Angeli in cælo continue laudant Deum, secundũ illud *Psal. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorũ laudabunt te.* Sic religiosi singulis diebus, & singulis noctibus persoluunt septẽ horas canonicas ad laudandũ Deũ. *Psal. Media nocte surgebam ad confitendum tibi &c. Au.* vere felix esset, qui posset diuinæ laudi semper insistere, imo in præsenti libẽter laudare debemus Deũ. *Anselm.* Qui hic Deum non vult laudare, in transitu huius seculi,

23 q. 3. Qui potest.
18. q Gens. Rom. 1.
Sap. 6.
Distinc 47. Quantumlibet.
Amb. in li. de off.
Cypr in lib. de virginit.
Aug. in lib. Confess.

obmutescere, cum venerit in seculum seculi. Vnde etiam *Greg.* Mirum est quod homo Deum semper non laudat, cum omnis creatura ad Deum laudandum semper inuitat, Sexto, comparatur vita religiosa vitæ cælesti quia in cælo existentes dant se Deo ex toto, sic in religione existentes offerunt Deo holocaustum maximum, id est totum, quod habent. Habet autē homo triplex bonum. Primum bonum externarum rerum, quas offert Deo per votum voluntariæ paupertatis. Secundum bonum proprii corporis, quod offert per votum continētiæ quo abrenunciāt delectationi corporis. Tertium bonum animæ, quod aliquis totaliter offert Deo per obedientiam, per quam quis offert Deo propriam voluntatem, quod est maximū sacrificiū. Vnde dicitur in decret. voluntatem alteri subiicere propter Deum, est præcipuum sacrificium. *Greg.* Per obedientiam propria voluntas mactatur. *Melior est obedientia, quam victima.* Septimo, vita religiosa cōparatur vitæ cælesti, quia sicut isti in cælo voluntatem Dei adimplent per obedientiam, quidquid enim cognoscunt Deum velle, hoc faciunt sponte, læte, & perseueranter, sic & religiosi in religione facere debent obediendo suis prælatis loco Dei. Sed diceres, qualis debet esse obedientia. Respon. primo, quod obedientia debet esse voluntaria. Multum est enim laudabilis obedientia, quæ præceptū seruat, laudabilior, quæ cōsiliis, & admonitionibus obtemperat. sed omni laude dignissima, quæ præcipientis animo se conformat. Sed nonnulli sunt qui potius à maioribus suis volūt audire, quæ eis placent, quam vt ipsis placeant. Qui prælatum sibi cupiunt obedire, isti non volunt imitari Apostolum Paulum, qui dicit: *Domine, quid vis me facere?* sed cœcum, cui dixit Dominus: *Quid vis vt faciam tibi?* Item alii obediunt, sed cum murmure exequuntur mandatum, & in hoc similes sunt obedientiæ dæmonum, qui ad mandatum Dei exibant, de corporibus, sed clamantes. Contra quod dicit. *Bened.* Obedientia tunc acceptabilis est Deo, & dulcis hominib. si quod iubetur, non cum murmure efficiatur Secundo, obedientia debet esse iucunda, sic quod non ex tristitia, aut necessitate faciat, quod sibi iniūctum est. Iucunda enim obedientia prælato iubente, lætificat, obedientia laborem alleuiat, securitatem conscientiæ præstat. Si quis mœstus obtemperat, cum Symone Cyreneo in angaria crucem portat. Currus non coniunctus sub boue murmurat & is, qui cum tristitia obedientiam exequitur, carere vnctione Spiritus sācti se declarat. At vero gaudens cum Andrea crucem suscipit, quisquis onus, quod imponitur, nec corde renuit, nec signo quolibet contradicit, vnde de hoc est verbum

2. q sciendū *1. Reg. 15.* *Benedictus in reg. sua.*

bum cuiuſdam ſenis, qui cuidam volenti intrare religionem, quærēti, quomodo ſe deberet habere, dixit: Tu & aſinus vnum eſtote, ſi ut aſinus onera indifferenter recipit, & pacifice, ita debet vir religioſus in religione ſe habere. Tertio, obedientia debet eſſe perſeuerans. Cum enim profeſſionem facitis, vſque ad mortem in poſterum vos obligatis. *Qui enim* ſecundū Chriſti ſententiam *perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* vnde *Bernar.* Memētote fratres: Chriſtus ne perderet obedientiam, perdidit vitam, ſic quilibet religioſus potius debet mori, quam pertinaciter, & ex cōtemptu inobediens ſuo prælato exiſtere. vnde iſta obedientia, quā quis ſuo prælato exhibet, Deo exhibet. *Bern.* Obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur. *Qui vos odit, me odit, qui vos ſpernit me ſpernit.* Luc. 10. Ergo quilibet ſubditus in omnibus licitis debet obedire ſuo prælato tāquam ipſi Chriſto: vnde *Bern.* Quidquid vice Dei præcipit, homo quod ſit certū non diſplicere Deo, hoc omnino eſt accipiendum, quaſi præcipiat Deus. Circa quod quæritur, vtrum inobedientia ſit peccatum mortale? S. Tho. 2. 2. q. 105. Reſpon. ſecundum *S. Th.* quod ſic, nam & inobedientia contrariatur charitati Dei, quæ exigit, vt eius præceptis obediatur. In præceptis autem diuinis continetur, quod ſuperioribus obediatur. Rom. 13. vnde. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Item contrariatur dilectioni proximi, inquantum ſuperiori proximo ſubtrahit obedientiam, quā ei debet. Ergo religioſi libere, & gaudenter, & prompte debēt obedire prælatis ſuis, quia obedientia hominem virtutibus replet. Vnde *Greg.* Obedientia ſola eſt virtus, quæ cæteras virtutes menti inſerit, incertaſque cuſtodit, & perfectas facit. Item obedientia eſt clauis paradiſi, & via cæli, quia propter inobedientiā eiecti ſumus, & propter obedientiam intrabimus. Vnde tres Magi reuerſi ſunt per aliam viam in regionem ſuam *Aug.* Obedientia eſt origo omnis boni, atque perfectio. Item. *Aug.* Non eſt lepra peior in leproſo, quā propria voluntas in religioſo. Vltimo, ¶ quæritur, vtrum per ingreſſum religionis conſequatur quis remiſsionem omnium peccatorum? Reſpondetur ſecundum S. Tho Rationabiliter poteſt dici, quod ſic, 2. 2. q. 9. ... ſicut per aſſumptionem crucis, ſi enim aliquibus eleemoſynis factis, homo poteſt ſtatim ſatisfacere de peccatis ſuis, ſecundum illud. *Peccata tua eleemoſynis redime.* Daniel 4. Multo magis in ſatisfactione pro omnib. peccatis ſufficit, quod aliquis totaliter ſe diuinis officiis mancipet per religionis ingreſſum, & eius profeſſionem, quæ excedit omne genus ſatisfactionis, & publicæ pænitentiæ. 33 q. 2. admonere. vt habetur. Vnde in vitis Patrum legitur, quod eandem grātiam conſequūtur ingredientes &

Ssss 3 pro-

profitentes religionem, quam consequuntur baptizati. Si tamen per ingressum religionis non absoluerentur ab omni reatu pœnæ, nihilominus ingressus religionis vtilior esset, quam peregrinatio terræ Sanctæ, quo ad promotionem in bonum, quod præponderat absolutionem à pæna. Exemplum de religioso peruerso. Quidam frater ad religionem seu ad conuersionem venit, & deuote susceptus est, sed ipse deuotus conuersatus, hunc ad Q ¶ monasterium frater suus necessitate magis, quã voluntate secutus est. Cui nimis graue erat, si quis pro salute sibi aliquid loqueretur; Bona autem non solum facere, sed etiam audire nõ poterat. Qui postea graui infirmitate à Deo percussus est, cumque extremum spiritum ageret conuertuntur fratres, vt egressum illius orando protegerent. Tunc repente cœpit fratribus astantibus clamare, atque cum magnis vocibus orationes eorum interrumpere, dicens: Discedite, discedite. Ecce draconi ad deuorãdum datus sum, qui propter vestrã præsentiam me deuorare non potest. Caput meum iam ore suo absorbuit, date locum, vt me amplius non cruciet, sed faciat, quod facturus est, si ei ad deuorandum datus sum quare propter vos moras patior. Tunc fratres cæperunt ei dicere, quid loqueris frater? signum sanctæ crucis tibi imprime. Respõdit ille, volo me signare, sed non possum, quia squammis huius draconis premor. Cumque hoc fratres audierunt prostrati in terram cum lachrymis cæperunt pro ereptione illius vehementius orare, & ecce subito cæpit æger cum magnis vocibus laudare Deum dicens: Gratias ago, ecce draco, qui me ad deuorandum cæperat vestris orationib. expulsus est, pro peccatis meis modo intercedite quia cõuerti paratus sum & secularem vitam, & peruersam funditus relinquere. Et postquam mutatus est mente, tunc eius anima à corpore absoluta est.

IN EANDEM DOMINICAM.

Sermo CXXII.

De quadruplici confidentia.

C*Onfide fili remittuntur tibi peccata tua.* In verbis præmissis Dominus vult nos inducere ad bonam confidentiam, quam debemus habere ad ipsum, ergo dicit: *Confide fili &c.* Vnde sciendum, quod quadruplicem confidentiam Deus requirit à quolibet homine. Prima est confidentia de tẽporali sustentatione. *Æqualiter est ei cura de omnibus.* ¶R *psal. Qui dat iumentis &c.* Sic enim Deus volucres in aere, pisces in aqua, & animalia in syluis nutrit, quibus nihil promisit, confidere debemus, q nobis prouideat, quibus promisit. *Nolite soliciti esse dicẽtes: Quid manducabimus, aut quid bibemus,* — *Matth.* *Sap. 6* *Matt. 6.*

aut

aut quo operiemur, scit enim pater vester, quia omnibus his indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Hanc confidentiam non habent illi, qui iniustas res lucrantur, & possident quia si veraciter confiderent Deo, quod omnes bene de iustis bonis nutriret, nequaquam iniusta scienter possiderent, sed quia Deo non confidunt, ideo iniustas res accquirunt, vt sunt vsurarii, lusores, & mercatores, qui cum fraude, & dolo, & mendacio decipiunt proximos, & vniuersaliter omnes, qui iniustas res scienter habent, & possident. Item hanc confidentiam non habent illi auari, qui quamuis iniustas res non vellent habere, tamen cum solicitudine cordis congregant temporalia quasi vsque ad trecentos, vel quadringentos annos viuere deberent, & aliquando vix viuunt quadraginta dies: *Luc.12.* *Stulte hac nocte repetent à te animam tuam, & ea quæ congregasti, cuius erunt*? si tanta prouidentia sibi prouidissent in spiritualibus & æternis bonis, magni diuites iam essent coram Deo. vnde quilibet tanto plus deberet esse solicitus de anima, & de spiritualibus, *Bern. in ser. de adu Do.* quanto meliores sunt. vnde *Bern.* veræ diuitiæ non opes sunt, sed virtutes, quas secum conscientia portat, vt in perpetuum diues fiat. Sed oppositum sæpius contingit, quod plures ad spiritualia anhelant, & spiritualia negligunt, & temporalibus solummodo intendunt. Quæritur hic, an nimia solicitudo temporalium sit peccatum? Respon. quod sic, quia tãta posset esse quod totum cor quis apponeret, & obliuisceretur Dei & propriæ salutis, sicut aliqui quando in quatuor hebdomadis nunquam ex corde cogitant Deum, & salutem propriã, & futuram vitam. s. secundum Apost. hic non habemus ciuitatem manẽtem, sed futuram inquirimus. vnde Solicitudo temporalium mors est, & excæcatio spiritualium. Vnde *Greg. in Moral.* labor est exercendus, sed nimia solicitudo est tollenda. Item quæritur, cum quis nimium tristatur de infortunio, an sit peccatum? Respond. quod sic, quia est signum, quod talia quis nimio amore dilexit. *Greg. 31. lib. Moral.* vnde *Gregorius*: Sine dolore amittitur quicquid sine amore possidetur, quæ vero ardenter diligimus habita grauiter suspiramus ablata. Sed nos considerare debemus in Deo, quod nos nutriat de iustis bonis. *Psalm. Iacta cogitatum tuum in Dominum.* & ipse te enutriet, hoc patet in sanctis martyrib. quos nunquam fame mori permisit. *Ps. Nunquam vidi iustum derelictum &c.* Imo potius angelus descenderet de cælo & homini cibum administraret. Hoc patet in Helia, cui angelus in deserto panem portauit. Secunda confidentia est ¶ T remissio peccatorum, ergo in verbis præmissis dicit cuilibet peccatori. *Confide fili remittuntur tibi pecca-*

Ioan 2. *peccata tua. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris*, hanc confidentiam, & spem non habent, qui non confidunt diuinæ bonitati, & eius misericordiæ, quod ipsis indulgere voluit peccata sua, sed desperant Cum Cayn, qui dicit. Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear, & cum Iuda, qui seipsum suspendit. Tales, qui volunt sequi Cayn, & Iudam desperando deberent aduertere, quando Dominus dixit per prophetam *Ezec. In quacunque hora peccator ingemuerit, &c.* Sciendum, quod nullus desperare debet de Dei misericordia. Primo, quod infelix est, qui desperat, sicut qui sperat, beatus est. *Ps. Beatus vir, qui sperat in Domino.* sic e conuerso. Secundo, quia desperatio valde displicet Deo, quia maximum peccatum est. Vnde *Isi.* Isid de sum. bono. *Desperatio est peior omni peccato.* Vnde *Hier.* dicit: *Iudas plus offendit Christum desperando, quam ipsum tradendo.* Tertio, quia desperantes sunt maledicti. Eccl. 2. *væ dissolutis cordibus quia non credunt Deo, ideo nō protegentur ab eo.* vnde *Aug* Aug. sup. Ioan. Solum n. desperationis crimen est, quod mederi non potest, vnde vnusquisque debet de Deo confidere, & sperare, si dolet de peccatis, & amplius proponit sibi cauere de futuris peccatis, & ea, quæ iam fecit, intendit confiteri, & pro eisdem satisfacere secundū suum posse, quod Deus ex sua misericordia sibi omnia peccata sua indulgeat. Vnde *Ber.* Corrige teipsum, & spera indulgentiam. Nulla n. culpa, quæ non habeat veniam. Quam misericorditer autem Deus vere contritis, & pænitentibus peccata indulgeat, ostendit *Bern.* dicens: Sic indulsit mihi ex toto Deus, & tam liberaliter omnem donauit iniuriā, vt nec damnaret vlciscendo, nec confunderet improperando, nec minus etiam diligat imputando. Item ad confidentiam, & spem habendam inducere nos debet dispositio Christi in cruce. Nam in signū misericordiæ habuit caput inclinatum ad osculandum, brachia extēsa ad amplexandum, pedes affixos ad nobiscum permanendum. *Item* sciendum, quod quicunque non habet firmam spem, & bonam cōfidentiam ad Deum, quod velit sibi peccata indulgere, illius confessio, & pœnitentia nihil valet, *Aug.* Pænitentia, quæ ex fiducia nō procedit inutilis est, & sterilis manet, & sine misericordia. Ratio est, quia Deus nunquam vult alicui misereri, quia non habet bonam spem, & fiduciam in eum, sperando indulgentiam, & remissionem peccatorum. *Amb.* Non potest agere pænitentiam, qui non sperat indulgentiam, & remissionem peccatorum. Tertia confidentia est, quod ¶ V sperare debemus, quod nos velit exaudire in salubri petitione. Marc 11. *Omnia quæcunque orantes petitis, credite*

dite, quia accipietis Item *Iob sexto.* Matt. 7. *Petite, & accipietis.* Item *Quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis.* Sed si dixeris Sæpius oraui, nec tamen exauditus sum, quomodo ergo debeo orare, vt Deus me exaudiat? Respondetur, quod primo debeo orare cum contritione, & deuotione, quia vnum Pater noster, cum contrito corde, & attentione dictum plus valet, quam centum millia Pater noster, sine attentione, & deuotione, vnde *Isid.* Quid prodest strepitus labiorum, vbi cor est mutum? oratio enim sine deuotione est quasi mugitus boum. hoc intelligendum est, quando homo cum proposito indeuote & sine attentione orat; Sed quando homo ea intentione incipit orare, quod libenter vellet deuote, & cum attentione illam orationem inceptam perficere, & si infra orationem distrahitur contra voluntatem suam, adhuc tamen illa oratio efficax, & salubris est propter primam intentionem. Secundo, sic orandũ est, vt petas ea, quæ sunt salutis, quæ expediat tibi recipere, & quælibet Deo dare. Nam spiritualia, & æterna sine conditione petenda, quia sunt simpliciter bona, & salutifera, sed temporalia sunt cum conditione petenda, quia Deus nouit vtrum expediant tibi, vel non. Ego cum petimus liberari à tribulationibus, vel ab infirmitatibus semper debemus Deo committere, & sub cõditione petere, vt dicẽdo, si expedit saluti nostrę. Tertio, homo debet orare, & petere confidenter vt dicere possit cum Ps. *Miserere Domine quoniã te &c.* Qui enim petit cum hæsitatione, nihil impetrat à Deo. Ergo firmam confidentiam debemus habere ad Deum, quod velit nos exaudire in orationibus nostris. Quarta confidentia est, q; velit Deus nobisque dare, post hanc vitam regnum cœleste *Nolite timere pusillus grex,* Luc 12. *quia complacuit patri nostro dare nobis regnum. Nolite amittere* Heb. 10. *confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.* Hanc fiduciam non habemus ex nostris meritis, sed ex meritis Iesu Christi, qui est redemptor noster, quem pater dedit nobis vt nos redimeret per suam amaram passionem. In signum huius habuit latus apertum in cruce, quia per eum, & eius meritum intrabimus regnum cœlorum, nam per suam passionem aperuit nobis ianuam Paradisi. Contra hãc fiduciã faciũt isti, qui quando aliquid de diuina iustitia audiũt, dicunt, ego nunquam saluabor, & sic diffidere de salute est diabolicum. Diabolus enim est omni spe salutis priuatus. Sed firmiter sperare, & credere debes, quod ipse est, qui vult omnes homines saluos fieri, quod ostendit in vita, in morte, & post mortem. In vita Christus ostendit, quod vult omnes homines saluos fieri, cum dicit, vt habetur: *Venit filius hominis quærere,* Luc 19.

& saluum facere, quod perierat. In signum huius peccatores recepit, & cum illis manducauit. Vnde ipsi Pharisæi scandalizati sunt dicentes: *hic peccatores recipit, & manducat cum illis*, & dixerunt. *Vorator, & amicus publicanorum*, & etiam dixerunt ad discipulos Christi: *quare cum publicanis, peccatoribus manducat magister vester.* Et Christus. *Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Item ostendit hoc in morte quando in cruce pependit & pro crucifixoribus orauit, dicens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Si inimicos voluit saluari ex eo quod pro eis orauit. in hoc ostendit, quod vult cæteros homines etiam saluos fieri. & post plures sunt conuersi ex iudæis propter orationem Christi, vt habetur in actibus Apostolorum, quod Petrus quasi tria millia hominum in vno sermone conuertit. Item ostendit hoc post mortem, quia iam omnibus sua beneficia impendit tam bonis, quam malis. *Solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Matt. 5. Christus enim non solum sua beneficia bonis, & amicis impendit, sed etiam malis hominibus, & peruersis benefacit: In quo ostendi, quod quantum in eo est, vult omnes homines saluos fieri. Insuper dat prœmia communia pœnitentibus, sc. qui male vixerunt, & post modum per pœnitentiam redierunt cum innocentibus, qui semper bene vixerunt, & nunquã cum aliquo peccato mortali offenderunt. *Acceperunt singulos denarios.* Matt. 20. gloss. idest, æternitatem. Licet differant in merito, & gaudio, tamen omnes habent eandem æternitatem in cœlo. *In domo patris mei mansiones multa sunt,* Ioan. 14. quia secundum Apostolum. Rom. 2. *Reddet vnicuique iuxta opera sua.* Rom. 2. Exemplum quod Deus dat pœnitentibus, qui diu male vixerunt, & postmodum per pœnitentiam redierunt cum innocentibus, vitam æternam. ¶Y Legitur in dialogo Cæsarii, quod quidam vir magnus, potens, diues, vitiis, & malitiis plenus, semel in vno sermone compunctus malitiosam vitam postposuit, & habitum religionis suscepit, vbi adeo in sancta religione profecit quod anima illius Deo erat placita. vnde Christus, qui vocauerat eum ad seruitium suum, non solum dedit ei veniam delictorum, sed & ei fecit præcognitum finem suum. Expletis vero iam tribus annis in sancta conuersatione febre correptus est, visitatusq; ab amicis, dixit se tertia die moriturum, quod factum est. Eodem tempore quædam mulier obsessa in quadam villa, in hora mortis eius liberata est, & venit ad sacerdotem suum dicens dęmonem ab ea exiisse, post paululum vero rediens diabolus, & grauius miseram vexare cœpit. Adducta est,

sta est igitur ad sacerdotem, qui quasi concionando cum diabolo, cœpit eum interrogare, & dicere: Miser tu exieras? Ita est inquit, vbi fuisti infidelis? Respondit in claustro hermenroed, & quid ibi fuisti? Respondit: Vir quidam iacebat ibi agonizans, ad cuius trãsitum pæne quindecim millia sociorum meorum cum maximo tripudio illuc veniebant, & videbatur mihi nũquã me gaudium aliquod habiturum, nisi ego fuissem cum eis. Sciens autem istud vas mihi traditum me amittere non posse, reliqui illud ad tempus, & iui cum eis. Dixitque sacerdos. Quid actum est ibi? respondit diabolus: Superuenerunt ibi maledicti tonsurati, & circumstantes cadauer, ita valide fabulari cœperũt, quod nullus nostrum propius accedere ausus fuit. Dixit iterum sacerdos, & quo deuenit anima? Resp. ad pedes altissimi. & dixit diabolus. Videte boni homines, quãta nobis iniuria sit ibi illata. Homo .n. ille seruierat nobis plus quam quadraginta annis ad omnem voluntatem nostrã nocte, & die paratissimus, & modo tribus annis tantum seruiuit alteri Domino, & propter hoc ille abstulit nobis eum. Cum igitur anima eius nobis auferebatur, furore commoti inuicem tota debachatione, grassati sumus & ego modo nõ habeo vbi me vindicem, nisi in hoc vasculo, quod est mihi traditum.

De Eodem Evangelio.

Sermo. CXXIII.

De Blasphemia.

Hic blasphemat. Sciendum quod blasphemia est quando aliquis attribuit Deo, quod non est ei attribuendum, vel quando aliqui Deo abstrahunt, quod sibi conuenit, vel aliquis sibi ipsi attribuit siue vsurpat, quod Dei est. Ergo scribæ & pharisæ, dixerunt intra se, quod Christus blasphemaret in hoc, quod dixit paralitico. *Confide fili remittuntur tibi peccata tua*, quia solus Deus peccata potest remittere, & ipsi scribæ, & pharisæi tenuerunt Christum esse solum purum hominem, & non Deum, & ergo non posset peccata dimittere. Quare dixerunt verba præmissa. Hic blasphemat; vnde in præsenti sermone loquẽdo de blasphemia, tria sunt dicenda. Primo, quot modis fiat blasphemia. Secundo, ostenditur blasphemos homines esse pessimos. Tertio, dicetur de pœna blasphemantium. Circa primum, sciendum, quod blasphemia, secundum quod hic intelligimus, est verbum in contumeliam Dei prolatum, vt cum aliquis iratus vindicare se volens de Deo, dicit aliqua sibi in cõtumeliã quod tripliciter contingit. Primo, irreuerenter iurando per caput, vel per aliquod aliud membrum Christi vel Matt. 9

etiam qui iurat per intestina Dei, vel per pulmonem, cor, iecur, & sic de aliis. Et talis sic iurans, si cleric⁹ est, debet deponi, si laicus, anathematizari. Vnde legitur de Paulo Apostolo, quod quosdam blasphemos excommunicauit, & Sathanæ tradidit. *De quibus est Hymeneus, & Alexander, quos tradidi Sathanæ, vt discant non blasphemare.* Secundo, contingit quãdo fit abominabilis execratio, & iuratio, sicut per lutum, vel pudibunda vel aliud simile. Tertio, quando quis iurat per quinque vulnera Christi, vel per mortem, vel passionem ipsius, vel per pretiosum sanguinem eius. B ¶ Hæc enim iuramenta ab omnibus diligenter sunt vitanda, & prohibenda quia sonat in blasphemiam, & irreuerentiam Dei preciosa sua vulnera in vanum assumere, vnde nobis tota salus effluxit. *Chrysost.* Omnis salus hominum in Christi morte posita est. Nulla enim res est, quæ magis ad salutem hominum pertineat, quam mors ipsius. Vnde si talia iuramenta ex deliberatione fiant, sunt mortalia peccata totiens, quotiens quis sic iurat. Etiam si centies vna die iuraret, centum peccata mortalia faceret, propter quod etiam in aliquibus terris, ciuitatibus & uillis talia iuramenta sic sunt restricta, & quod quicunque taliter iurat, aurem, vel linguam, vel digitum perdat. Vnde legitur, ꝙ sanct⁹ Ludouicus Rex Franciæ quendam ciuem Parisiis qui blasphemauit, in pœnam sui peccati, & in terrorem aliorũ ferro candenti in labiis suis cauterizari præcepit; & cum aliqui principes, & nobiles ipsius indignati ex hoc, dictum Ludouicum propter factum istud arguerent; Respõdit eis dicens: vellem ego talem pœnam, & inducentiam sustinere libenter in labiis meis quandiu vixero; & hoc vitium de regno meo tolleretur, vt amplius Dominus meus Iesus Christus per nullũ hominem sic per blasphemiã offenderetur. Quæritur, an blasphemia sine deliberatione sit peccatũ mortale? Resp. secundum S. Thomam. Blasphemia absque deliberatione potest contingere tripliciter. Vno modo quod aliquis non aduertit hoc, quod dixit esse blasphemiam, vt cum aliquis subito ex aliqua motione, & passione in verba imaginaria prorumpit, quorum significationem non considerat, ¶C nec aduertit, tunc est peccatum veniale. Alio modo quando aduertit esse blasphemiam, considerans significata verborum, & tunc non excusatur à peccato mortali, sicut nec ille, qui ex subito motu iræ occidit aliquem iuxta se sedentem. Ex isto possumus elicere quam periculose iurant & blasphemant isti, qui ex mala consuetudine sic iurãt, non habentes intentionem se emendandi, & illud dimittendi, quia

22. q. 1. Si quis per capillum.

1. Thim. 1.

Chrys. super Matt.

2. 2. q. 13.

quia tales blasphematores toties peccant mortaliter, quoties sic iurant & blasphemāt, sed aliqui peruersi inimici Dei dicunt, si non iurarem, tunc nullus me timeret, nec aliquis reputaret, me aliquid esse, vt ergo timeantur, & magni reputentur, iurant, & creatorem, & redemptorem suum blasphemant. O miserrimi & infidelissimi peccatores, vbi quæritis honorem, ibi æternam inuenietis confusionem & damnationem. Tales blasphemi & iracundi non sunt filii Dei, sed diaboli, quia sicut Pater eorum viuit D ¶ in inferno, sic ipsi filii diaboli viuunt in mundo, irascendo, litigando, & blasphemando. Item sciendum, quòd aliqui sunt, qui licet non pertinaciter blasphemant, tamen passionem, & sanguinem, & mortem Christi frequenter vanè nominant, & sine causa, in illis & similibus debent se etiam tales homines emendare, quia passio & mors Christi, & pretiosus eius sanguis nunquam sunt à nobis nominanda, nisi cum magna deuotione & reuerentia, quia ibi est salus, & vita nostra. Etiam aliqui iurant, & non nominant Deum, sed creaturas, contra quos dicit *August.* Ecce dico charitati vestræ, quòd qui falsa iurat per lapidē, periurus est, quamuis non audiuit, tamen eius creatorem in testem accipit, item contra tales dicit B. Iacob. *Nolite iurare, neque per cœlum neque per terram &c.* Ergo talia iuramenta, quæ sic fiunt nominando creaturas, à quolibet Christiano omnino sunt vitanda, vnde Christus dicit in Euangelio: *Ego autem dico vobis, nolite iurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius,* & post subdit: *Neq; per caput tuū iuraueris*: Item sunt aliqui, qui toties etiam sine causa iurant, sic dicendo: Per Deum viuū, per Deum sanctum, vel per omnes sanctos, sine omni causa necessitatis, & ex mala consuetudine. Contra quos dicit Christus in Euang. *Sit au-* ¶ E *tem sermo vester, est, est, non, non, quod autem his abundantius est, à malo est.* Circa quod quæritur, an ista iuramenta, scilicet dicendo per Deum, & per omnes sanctos, sint peccata mortalia? Resp. quòd talia iuramenta contingunt tripliciter. Primò, quando quis scienter falsum & mendaciter iurat, siue in ioco, siue in serio, tunc secundùm *S. Thomam* talis non excusatur à peccato mortali, etiamsi iocosè peierat, quia non deuitat diuinam irreuerentiam, imò quātum ad aliquid auget magis. Item secundùm *eundem Thomam*, vbi supra notatur, quòd iste, qui ex lapsu linguæ iurat, siquidem aduertit se iurare, & falsum est quod iurat, non excusatur à peccato mortali, sicut neq; à Dei contemptu; si autem hoc non aduertit, non videtur habere intentionem iurandi, & ideò à crimine periurii excusatur. Ex istis iam di-

Aug. de verbis Apost. ser. 2.

Iac 5.

Matth 5.

Ibidem.

S. Thomas 2.2 q. 98.

ct s possumus elicere, quòd illi malè faciunt, qui in ioco scienter falsum iurant, trufando, vel deridendo alios. Similiter peccantes grauiter peccant, qui iurant pueris, quòd velint eos disciplinare, cùm de inquunt, & postmodum illud iuramentum infringunt, quia omne iuramentum licitum, est seruandum, nisi vergat contra salutem. vnde dicitur in decr. *Omne iuramentũ est seruandum, nisi vergat contra salutem.* Item non est cautum, nec bonum aliquib. mulieribus, quæ pueris suis iurant verbis, quòd tamen factis nõ intendunt, vt dicendo, per Deum, vel animam meam, si tu nõ taces, ad plateam te pĩiciam, & sic de aliis. Secundò, ꝗ grauius est, cõtingunt talia iuramenta, dicendo, per Deum, vel per oẽs sanctos, cùm quis scienter dolosè, vel mẽdaciter iurat in damnũ proximi, vt in contractibus proximos suos decipiendo, v. g. Vt cùm quis alicui vult vẽdere, & iurat per Deum, ꝗ non velit remissius dare, quàm sic, & si tũc intendit aliter dare & iurat sic mẽtiendo contra mentem suam) quia mentiri, est contra mentem ire? e si affirmat hoc mentiendo cum iuramento, peccat mortaliter toties, quoties sic iurat. Et è conuerso ille, qui debet rem emere, si dicit: *Per Deum non amplius volo dare pro ista re, quàm tantum*: & si intẽdit adhuc plus dare, & loquitur contra mentẽ suam, & iurat sic mẽtiendo, etiã peccat mortaliter toties, quoties. O quot talia peccata mortalia, cõmittuntur à multis, qui consueti sunt, nec emere, nec vendere, nisi iurando & mentiendo dolosè, & fraudulenter, vt iurando rem suam meliorẽ esse, ꝗ sit, vel etiam sibi plus cõstare, quàm verum sit, vel etiam plus sibi in illa ciuitate soluisse, & sic de aliis. Itẽ qui in superiori parte ponunt, quod bonum est, & in medio miscent illud, quòd defectuosum est, & tunc iurant, quod totum sit sicut superius apparet, & sic proximos decipiunt, & omnes isti tenentur ad restitutionem, & recompensare damnum proximi, & tales etiam dupliciter peccant, sc contra Deum, & contra proximum, vnde Isid. *Qui dolo iurat, dupliciter reus fit, quia & nomen Dei sui in vanum assumit, & proximum dolo capit.* Itẽ ẽt quandoq; aliqui in paruis rebus deceptos se iurant, v. g. vt qui habent vendere cochlearia in ciuitatibus, vel poma, vel pira, vel consimiles fructus, vel etiã panes, vel haleca, vel aliqua alia victualia, vel villani, qui oues & vitulos vendũt in velleribus, qui multoties plura falsa iuramenta faciunt, cum quib⁹ proximos suos decipiunt, & quandoq; per talia iuramenta modicum lucrantur, cùm tamẽ quilibet Christianus pro toto regno, vel pro toto mundo semel peierare nõ deberet. Item aliqui dicunt, quòd non possunt vendere vel emere, nisi iurent & allegant, quòd si semper dicerẽt veritatẽ & non iurarent, oporteret eos men-

22. q. 4. quod David.

Isido de sum. bono.

eos mendicare, quòd tamen est falsum, vt patet per Proph. dicentem: *Nunquam vidi iustum derelictum*: ergo qui iustus esset, & Deum veraciter præ oculis haberet, nunquã eum Deus desereret; hoc patet per experientiam, quia sunt plures boni viri, qui emunt, & vendunt, tñ nullo modo iurãt etiam in magnis, & arduis emptionibus, & mercantiis, sed simplici verbo affirmãt, vel negant, secundùm dictum Christi, qui dicit: *Sit sermo vester, est, est, non, non.* Tertiò, contingunt talia iuramenta dicendo per Deum, per omnes sanctos, quando quis iurat hoc, quod est verum, & licitũ, tunc secundùm *Rayn.* cùm sic iuratur in cõi locutione aliquod licitum, sicut fit in iuramentis quotidianis, quæ fiunt ex cursu verborum ex quadam leuitate, & cõsuetudine mala, vt dicendo, per Deum ibo cras ad Ecclesiã, vel ieiunabo, vel equitabo, vel hoc, aut illud faciam, & sic de aliis, hoc est peccatum veniale. Cõcordat Innoc. & etiam Bern. Tamẽ sciendum, ꝙ non est cautum sic iurare, quamuis licitum & verum sit, & ex quadam leuitate & cõsuetudine fiat. super quo dicit Chrysost. *Nemo est, qui frequenter iurat, qui non aliquando perierit.* Item quomodo tales, qui ita frequenter sine omni causa & ratione dicunt, per Deum, & per omnes sanctos, non aduertunt dictum Christi qui dicit, in Euangelio: *De omni verbo otioso, quod locuti fuerunt homines, reddent rationẽ in die nouissimo*: multò strictius exigetur à nobis ratio de talibus quotidianis iuramentis, quæ sine causa fiunt. Si proponis te emendare, & amplius non iurare, sed simpliciter verba tua proferre, dicendo, *Est, est, non non.* & postmodum ex lapsu linguæ iuras, tunc immediatè conterere de hoc, & dic vnum Aue Maria B. virg. Tunc ipsa impetrabit tibi gratiam à filio suo, vt amplius eò melius tibi caueas, ne recidiues. Circa secundùm, sciendum, quòd blasphemi sunt pessimi homines, quod ostendit quinq; modis. Primò, in hoc quod peiores sunt Iudæis quia Iudæi tantùm semel crucifixerunt Christum & occiderunt, sed Christianus blasphemus totiens Christum crucifigit, quoties execrabiliter iurat. vnde Apostolus: *Rursum crucifigentes Filium Dei.* Aug. Flagellatus est Christus flagellis Iudæorum, flagellatur blasphemiis falsorũ Christianorum, & si esses reus in morte Christi, sicut Pilatus, vel Caiphas, libenter velles omnibus diebus vitæ tuæ pœnitentiam agere, quid tunc faciendum est tibi, cùm simile peccatũ toties perpetrasti blasphemando. vnde *Gregor.* Non minus peccant, qui Christum blasphemãt regnantem in cœlis, quàm qui crucifixerunt ambulantem in terris. Insuper Iudæi ignoranter Christum crucifixerunt. vnde Apost. Si cognouissent, nũquam regem gloriæ crucifixissent, quamuis illa ignorantia

Chrys. super Matt. *Matt. 12.* *Hebr. 6.* *Aug. sup. Ioan.* *Greg sup. illud Matthæi 26. Blasphemauit.* *1. Cor. 2.*

rantia

rantia non excuset Iudæos, quia Christus sæpius dixit eis, quòd esset Filius Dei, sed ipsi noluerunt credere. Sed Christiani blasphemi, Christum sciunt, & credunt filium Dei, quem rursum crucifigunt cum suis blasphemiis, & ideò grauius peccant, eo, quòd scienter peccant vnde gl. dicit: Grauius peccat contemnens sedentem in cœlo, quàm qui crucifixit ambulantem in terra, & in signum huius, Christus nō potest orare pro blasphemiis, sicut orauit pro suis crucifixoribus, dicens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*; quia blasphemi bene sciunt, quòd malè faciunt: ergo nō peccant ex ignorantia, sicut Iudæi fecerunt, sed ex certa malitia, quod est grauius, & ideo grauius punientur in inferno blasphemi, quàm Iudæi: *Seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens, plagis vapulabit multis.* Secundò, quia blasphemi sunt deteriores canibus, quia canes nō mordent Dominum suum, qui eis benefacit, sed applaudunt illi, sed blasphemus eodem ore, quo bibit vinum, & beneficia Dei recipit, Deum blasphemat. vnde Psal. *Retribuebant mihi mala pro bonis, &c.* Item: *Pascet, & potabit ingratos, & adhuc amara audiet.* Mirum est, quod Deus vnquam permittit crescere vinum in abundantia, cùm tot blasphemiæ inferuntur ei à potatoribus vini. Tertio, tales blasphemiæ peiores sunt omnibus creaturis, quia omnis creatura laudat suum creatorem. Imo, omnis creatura incitat ad laudandum Deum. Sic aqua laudat Deum in continuo suo cursu, arbores & herbæ se erigendo, & super se crescendo erga creatorem suum, aues in cantando, Sol & Luna, & stellæ in lucendo, & sic de aliis. Sed blasphemus cum illo mēbro Deum inhonorat, in quo Deus eum præ cæteris creaturis honorauit, scil. in lingua. vnde *Arist.* Nullum animal naturaliter habet sermonem, nisi homo: & hanc linguam accepit homo, vt Deum laudet præ cæteris creaturis irrationabilibus. Quarto, quia peccatum blasphemię est peccatum diabolicum: *Blasphemauerunt Deum cœli præ doloribus.* Hoc intelligitur de illis, qui sunt in inferno, qui propter magnitudinem doloris & pœnæ, Deum blasphemant. Ergo blasphemia est loquela infernalis, & blasphemi discunt hic Deū blasphemare, quod est opus damnatorum, vt in futuro eo melius sciant; sic boni hic assuescunt & discunt Deum laudare & benedicere, vt in futuro in cœlis melius sciant. vnde *Bernh.* Discamus in terris, quas facturi sumus laudes in cœlis. vnde blasphemus habet linguam diabolicam, quia diabolus loquitur per blasphemum, sicut Spiritus sanctus loquitur per hominem bonum & deuotum. vnde: *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Quinto, quia peccatum blas-

Gl. super Psal. 68. *Luc. 12.* *Eccl. 29.* *Apoc. 16.* *Matt. 10.*

Matt. 12. tum blaſphemiæ non remittitur iuxta illud: *Spiritus blaſphemia non remittitur*: i. vix remittetur. hoc facit enormis contemptus, quæ fit Chriſto in illo peccato, imò tales multoties efficiuntur peſſimi homines, & indurati, & obſtinati: Eccl. 23. *Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet plaga à domo eius*: nec immeritò, quia blaſphemus infert Deo contumeliam in perſona propria, cui alii peccatores contumeliam inferunt in rebus, ſicut fur, vel latro, vel raptor contumeliam infert Deo in rebus & poſſeſſionibus ſeruorum ſuorũ, homicida in ſeruis ſuis, blaſphemus autẽ in propria perſona. Item blaſphemi ex propria malitia peccant, ergo grauiter Deum offendunt, q. ſic probatur. Quia in omnibus aliis peccatis videtur in homine eſſe aliqua delectatio, vel vtilitas, propter quas homo inducitur ad peccandũ, vt in ſuperbia, quædã excollentia; in auaritia, cupiditas rerum & pecuniæ; & in luxuria, delectatio concupiſcentiæ. Sub peccato aũt blaſphemiæ nihil delectabile, nec vtile inuenitur, propter quod homo inducatur ad blaſphemandum Deum. Peccatum enim tantò magis aggrauatur, quantò minus habet impulſiua. Vnde ſenex plus peccat, quàm iuuenis in fornicando, propter minorem inclinationẽ, quam habet ad peccatum luxuriæ, commentator ſext. principiorum. H ¶ Complexio iuuenũ eſt calida, & humida, ſenum autem ſicca & frigida. Circa tertium, ſciendum; quòd blaſphemi grauiter puniuntur à DEO. Primò, in corpore, & quandoque blaſphemus punitur in eodem mẽbro, in quo Deum blaſphemauit, & inſuper peccatum blaſphemiæ legitur punitum grauiter in veteri Teſtamento. vnde cùm quidam blaſphemaſſet, & Leuit. 24. malè dixiſſet nomen Domini, adductus eſt ad Moyſen & Aaron, qui miſerunt eum in carcerem, donec noſcerent, quid iuberet Dominus Deus de eo fieri; qui locutus eſt ad Moyſen, dicens: Educ blaſphemũ extra caſtra, & ponant omnes, qui audierunt, manus ſuper caput eius, & lapidet eum vniuerſus populus, quod & factum eſt. Deinde promulgauit Dominus legem de pœna blaſphemorum, dicens: *Loquere ad filios Iſrael: Homo, qui blaſphemat nomen Domini, morte moriatur, lapidibus eum opprimet omnis multitudo populi.* O ſi iam omnes blaſphemi lapidari deberent, quàm pauci iam in mundo eſſent. Item aliquando puniuntur à DEO in præſenti cum ſubitanea morte. vnde refert *Gregor.* quòd Gregor in dialogo. quidam ciuis Romæ tenere dilexit quendam puerum quinque annorum, qui conſuetus erat blaſphemare nomen Domini, ſtatim quando animo eius aliquid obſtitiſſet. Quadam die cùm pater eius eum teneret in brachiis, clamauit puer: Nigri homines veniunt, qui

me tollere volunt; & pater respondit: Noli timere fili mi; & puer: Non vides homines nigros me tollere volentes? & sic puer cœpit tremere, & dæmones in nigrorũ hominum specie accesserunt, & puerum de brachiis patris violenter receperunt, & in frusta corpus pueri decerpserunt. Si ergo Deus in puero quinq; annorũ peccatum blasphemiæ sic vindicauit, quid tunc faciet adultis? Vnde sciendum vltimò, quòd nõ solùm culpabiles sunt apud Deum ipsi blasphemi, sed isti, qui permittũt peccatum illud, cùm prohibere possent, vt parentes, qui non corrigunt pueros suos, cùm nomen Dei blasphemant, & talia peccata puerorum redundant in ipsos parentes; ergo quilibet pater & mater cùm audirent pueros suos blasphemiæ verba proferre, deberent eos cum aspera virga bene disciplinare, ne amplius audirent talia ab eis, & hoc esset acceptũ Deo, & ipsis parentibus meritorium. Similiter illi culpabiles sunt, qui permittunt Deo cõtumeliam in domibus suis inferri, qui prohibere possent. Nullus enim libenter permitteret contumeliam fieri patri vel matri, vel alicui consanguineo, quem diligeret, si hoc impedire posset. O quàm infelices Christiani sunt illi, qui propter temporale lucrum permittunt in domibus suis contumeliam inferri Patri cœlesti, vel beatæ virgini Mariæ, quæ est mater nostra, & sanctis Dei, qui sunt fratres nostri. Item domini, & rectores ciuitatum, & villarum, qui permittunt Deum blasphemari, participes sunt illorum peccatorum: *Digni sunt morte, non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Rom. 1. Magna enim est peruersitas Principum, & Rectorum terrarum, qui bona subditorum accipiunt contra prohibitionem Dei, & in dispendium propriæ salutis, & quando possent licitè, & ad honorem Dei recipere bona subditorum tunc nolunt, quia quilibet dominus terrarum posset pecuniariam pœnam imponere blasphemantibus, & strictè ab eisdem talem pœnam pecuniariam recipere, & ad honorem Dei expendere.

Alius Sermo De Eodem.

Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Istum sermonem de cogitationib⁹ quære infra serm. 138.

Dominica XX.

Sermo CXXIV.

De nuptiis spiritualibus.

Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Matt. 22. Sciendum, quòd nuptiæ sunt tripliciter, scil. carnales, quæ fiunt inter virum & mulierem; spirituales, quæ fiunt inter animam

animā & Christum, cœlestes, quæ fiunt in cœ'o. vnde de spiritualibus nuptiis specialiter in p æsenti serm. tria sunt dicenda. Primò, quomodo anima dicitur sposa Christi, & quæ Christus fecit pro ea, vt eam sibi copularet. Secundò, quæ debet habere anima, vt Deo sponso suo placeat. Tertiò, exemplum. Circa primum sciendum, q, anima hominis dicitur sponsa Christi, quia sibi copulata est in baptismo per fidē. vnde dicit Dñs de Prophet. ad quamlibet animam: *Sponsabo te mihi in* Osea 2. *fide*: & sicut zelotes terrenus pro puella, quàm sibi copulare cupit, inter cætera quinque facit, quibus zelum suum illi aperit, sic & zelotes ille cœlestis facit. Primò zelotes ille terrenus portat pro amore puellæ, quam diligit sertum, chyrothecas depictas, & calceos excisos, cingulum latum & depictum, vestes curiales. Secundò, pro amore eius ipse cantat cantilenas amatoriis. Tertiò, ei tribuit pulchra clinodia. Quartò, pro illa laborat. Quintò, aures puellę pulsat, rogans eam per literas, tam per seipsum, quàm per nuntios. Sic Deus feruentius omni zelote terreno laborauit, vt animam tuam sibi attraheret, ac se tibi placaret. Primò, sertum, i. e. spineam coronam pro te publicè portauit, chyrothecas depictas, & calceos excisos, i. vulnera manuum cruentata, ac pedum foramina pro te tulit, cingulum depictum, i. liuorem flagellorum vestes curiales, i. vestem purpuream Pilati, & albam vestem Herodis, tibi ad laudem & gloriam, sibi verò in opprobrium & illusionem. Secundò cantilenas amatorias in cruce altisone cantauit, nec vnam quidem, sed septem omni instrumento musico dulciores. Ad quarum molestiam Sol in cœlo obscuratus, latro in cruce conuersus est. Maria iuxta crucem turbatur, terra contremuit, petræ scissæ sunt, & velum templi diuisum est à summo, vsque deorsum. De isto cantico dicitur in Psal. *Et nocte canticum eius*. scil. cum sol obscura. De quolibet supradictorum & infra dicendorum dicitur: *Zelus Domini exercituum* Esa. 9. *faciet hoc*. Tertiò dat, & dedit clinodia nobilissima pro animæ tuæ dilectione. Nō autē de bursa vt alii zelotes, sed de corde suo sanguinem & aquam, & clauiculos pedum, & manuum eius. Quartò, pro ipsa anima multipliciter laborauit, quasi in torneamento more zelorum totus clypeus suus perforatus est. O nobilis domina anima, tibi totum ad laudem & honorem, nō sibi ad vtilitatem substantialem: *Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir pugnator suscitabit zelum*. Esa. 42. Tam fortiter ibi contra hostes nostros dimicauit, q, cicatrices, quas ibi pertulit, vsq; ad vltimum diem iudicii non obducentur, sine dolore tamen ea tunc seruauit, scil. in signum amoris nostri, imò dubium est, an vellet ipsas cicatrices etiam

post iudicium seruare. Quintò, rogat ministerialiter literis veteris & noui Testamenti, & per seipsum multipliciter in Euangelio, & etiam per nuntios, i. prædicatores. De primo patet; de secundo: *Beneplacitum est Deo recedere ab iniquitate, & deprecatio pro peccatore recedere ab iniustitia.* Item: *Expandi manus meas tota die ad populũ incredulum, qui graditur in viis non bonis.* Tamen de quibusdam conqueritur: *Laboraui rogans, & tamẽ à viis suis non sunt reuersi.* Per tertium rogat, scil. per prædicatores, qui nuntii sui sunt, & quasi os suũ; vnde quoties prædicatores audisti, toties rogauit te DEVS conuerti, quasi ore suo: *Qui vos audit, me audit.* Item: *Perge ergo, & ego ero in ore tuo, docebo te, quid loquaris.* Et non solùm Dominus mandat homini per prædicatores, sed etiã per se rogat, vt conuertatur, dicens in canticis quater: *Reuertere, reuertere, reuertere.* Circa secũdum, sciendum, q. sponsa Christi debet quinq; habere, quæ docuerunt Saram parentes eius, vt sponso suo, sc. Christo placeat. Primum est honorare soceros; Christus. n. factus est sponsus in baptismo animarum nostrarum per fidem, cuius pater in cœlis est Deus; cuius mater in terra est beata Virgo. Patrem enim eius in hoc honorare debemus, vt obediamus ei in his, quæ præcepit, & omnia opera nostra ad honorem ipsius ordinemus. Ad hoc hortatur Apost. cùm dicit 1. Cor. 10. *Omnia, quæcunq; facitis in verbo, vel opere, in nomine Domini facite.* Matrẽ eius similiter honorare debemus, vt ipsam diligamus, & ei tanquam matri seruiamus, & eam signanter in castitate & humilitate sequamur. Secundùm est diligere maritum, i. Christum, & ipse verè dignè diligitur. Fecit enim pro animabus nostris, quòd nunquam aliquis maritorum fecisset pro vxore sua. Quis enim sanguinem suum ita copiosè effunderet, vt vxori suæ balneum ex eo faceret, vt sic lepra mundaretur, hoc fecit Christus pro sponsa sua. Item si quis haberet vxorem defunctam, nunquid permitteret se occidi, vt per mortem suam vxor sua viuificaretur, & hoc Christus fecit, quia pro anima nostra mortuus est, nec. n. sufficit suæ hoc incomparabili dilectioni, quin ipse dat animabus nostris, quotidie corpus suum in cibum, & sanguinẽ suum in potum. vnde Ioan. 6. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, &c.* Tertium est, q. debet regere domum, & familiam: domũ, i. cor, & consciam, vt oĩa ibi sint pulchra, nihil fæditatis, vel pulueris vel fumi ibi permittens, & oĩa q̃ facit, faciat purè propter Deum, & si aliquando facit contrariũ, hoc per contritionem & confessionem optimè purgetur. Item regere debet familiam. Habet anima, i. Christi sponsa tres puellas nobiles seruientes ei interius, & quinque minus nobiles

Eccles. 35.
Esa. 65.
Hier. 15.
Luc. 10.
Exod. 4.

nobiles exterius, tres interius seruientes, sunt tres potentiæ animæ, scilicet memoria, intellectus, voluntas, illas seruitrices sponsa Christi sic regnat vt, scilicet memoria sit camera patris, in qua habitet per continuam recordationem, intellectus sit camera filii in qua habitet per veræ fidei cognitionem, voluntas sit camera Spiritus sancti, in qua habitet per amorem. Quinque puellæ exteriores sunt quinque sensus corporis, quos regere debet sponsa Christi, vt oculi non videant, q̃ non licet. videre vnde *Greg.* Non licet videre, quod non licet concupiscere. Similiter auditus custodiendus est, ne quicquam indecens, aut malum libenter audiat. similiter pedes, quoad gressum, manus, quoad tactum custodiēdæ sunt, & sic de aliis. Quartum est, seruire ad mensam, & ad lectum, quia sponsa Christi debet Christo pręparare lectum, id est, cōscientiā bonam, puram, & securā. vnde: *Lectulus noster floridus.* vnde *Salom. Secura mens quasi iuge conuiuium. Ber.* Magnæ diuitiæ sunt bona conscientia, & reuera quid in rebus melius? quid in corde dulcius? quid in terra quietius, atque securius bona conscientia? Sic ècōuerso est de mala conscientia. *Isid.* Nulla pœna est grauior mala cōscientia. Vis aūt nunquam esse tristis? bene viue. Bona conscientia semper gaudium habet, reus animus nunquam est securus. Item sponsa Christi seruire debet sponso suo ad mensam, præparando ei bona cibaria; sunt illa cibaria, bona opera, quæ quis facit in gratia. vnde *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* Ergo quod opera facis, tot fercula Christo spōso tuo præparas & sponsa Christi debet diligenter opera sua facere, & non vsque ad mortem differre, nec de die in diem protrahere. vnde: *Operamini dum dies est, venit enim nox quando nemo operari potest.* Quintum est, se irreprehensibilem exhibere coram hominibus re vel exterius, vel in domo interius, aliquos scandalizet moribus, verbis, vita, & exēplo. Vnde sciendum quod ad exteriorem disciplinam inducunt nos tria. Primum est, si consideremus qualiter cum illa sanctos angelos lætificamus, quia angeli gaudent, cum vident bonos gestus in nobis. Secundum est, si consideremus quod proximus noster inde emendatur. Tertium est, quod spiritualis disciplina conseruat in nobis gratiam. Sed diceres, per quæ cogi oscitur aliquis esse spiritualiter disciplinatus? Resp. per tria signa Primum, si homo humiliat se in omnibus operibus, & gestibus. Secundum est, si homo est dulcis in verbis. Qui enim plane & dulciter loquit & rīdet, proximus ille est Deo, & hominibus dilectus. Tertium est, si in omnibus operibus gestibus, & meritus timet Deum offendere, & pro-

Cant. 1.
Isid. de sum bon.
Ioan 4.
Ioan 9.

ximum scandalizare. Exemplum. Quædam puella, cuius nomen erat Alexandra, seipsam fecit concludi, & per foramen exiguum alimenta suscepit, & nec viros, nec mulieres in decem annis vnquam vidit, nec vultum suũ alicui ostendit, & causam suæ inclusionis referebat dicens: Cuiusdam inquit iuuenis animus in mea pulchritudine! quondam fuit læsus, & ne viderem eũ ve contristarem, vel perderem, malui me quandiu vixero potius includi, quã animam proximi mei ad similitudinem Dei factã cum pulchritudine mea à Deo retrahere, & occidere Itẽ cum quæreretur ab ea, quomodo sic posset viuere. resp. A principio diei passionem Christi meditor, & orationi vaco, & opus ex lino facio, & postea per Sanctos Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines cogitatione discurro, meditando quomodo tam clare vident faciem Dei in cœlo, & quomodo ipsis mille anni sunt tanquam dies hesterna, quæ præteriit ante conspectum Dei, cæteris horis cibum capio, appropinquante nocte dominum meum cum maxima quiete glorfico, & laudo, finem que vitæ meæ cum spe bona patienter expecto.

IN EADEM DOMINICA.

Sermo. CXXV.

De pœnis inferni.

L*igatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* In hoc quod damnati habebunt ligatas manus, & pedes, datur intelligi, quod nunquam ab illa pœna potuerunt exire. In hoc, quod sunt missi in tenebras exteriores, datur intellgi, quod nunquam ad misericordiam possunt peruenire, dicuntur enim tenebræ infernales exteriores, quæ sunt extra ambitum diuinæ misericordiæ. vnde *Gre.* quisquis ad inferni mala toleranda descenderit nequaquam vlterius ad lucem redibit, quia neque vltra misericordia parcentis liberat, quos semel in locis pænalibus iustitia iudicantis damnat ergo dicit ligatis manibus, &c. Vnde ¶ O sciendum, quod sicut sancti Angeli habent nouem choros in cœlo, sic damnati principaliter habent nouem pœnas in inferno. Prima pœna damnatornm in inferno est calor ignis. Vnde Christ⁹ dicet damnatis in iudicio illud: *Ite maledicti in ignem æternum.* & iste ignis præsens habet se, quoad calorem respectu ignis infernalis tanquam ignis in pariete depictus ad ignem verũ; quia sicut ignis depictus habet magnã differentiam respectu ignis nostri, quodad calorem, sic ignis noster habet se respectu ignis inferni. Modo si quis digitum per horam vnam tenere deberet in igne nostro, multum affligeretur, quomodo tunc affligendi sunt, qui cum corpore, & anima in igne infernali in æter-

Math. 22.

Greg. lib. 9. Moral.

Mat. 25.

ęternũ cruciandi sunt, vbi pœnæ eorum nunquam finem habebunt, qa secundum *Ari.* Impossibile est infinita pertransire. vnde si alicui animæ damnatæ fieret talis optio, siue conditio, vt Deus ad eam diceret, hanc gratiam tibi facio anima, volo, q̃ oĩa frumenta, quæ vnquam creuerũt ab initio seculi, ad vnũ cumulũ congregẽtur, & semper post mille annos vnum granum de illo accipiatur, & sic cõsumpto cumulo, tu salua fies: illa anima diceret, Deo gratias. Insuper diceret. Benedict⁹ Dominus in donis suis, quia pœna mea quãuis maxima, adhuc finem habebit, quamuis adhuc per multa millia annorum pati me oporteat. Sed non ita erit, quia in inferno nulla est redemptio, quia pœna ignis infernalis est infinita. vnde *Ignis eorum non extinguetur*: Vnde etiam. *Arist.* Finiti ad infinitum nulla est proportio. hoc quis cogitare deberet cum peccare proponeret, & digitum suum ad ignem applicare, & probare an pręsentem ignem posset sustinere, quod non, quomodo tunc ignem infernalem æternaliter sustinebit? vnde legit̃ in vitis Patrum, quod quidam sanctus pater propter quandam mulierem maxime est tentatus: qui volens probare an posset sustinere pœnam infernalem, quæ illi peccato luxuriæ deberet, combussit digitos suos; & sic compescuit in se illam vehementem carnis tentationem. Secunda pęna est frigus intollerabile Nam damnati de maximo calore proficiscuntur in maximũ frigus, vt ex communicatione pœnæ eorum aggrauentur. vnde *Transibũt ab aquis niuium, in calorem, nimium*, & è conuerso. vnde. *Fulgentius in quodam ser.* dixit. Duo principalia tormenta sunt in inferno, s. frigus intollerabile, & calor ignis inextinguibilis. Vnde legitur in euang. *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* Fletus namq; inliquefactione oculorũ de calore nascitur, stridor vero dẽtium de frigore oritur. Tertia pæna est fœtor maximus, nec mirũ vbi tot cadauera cremabuntur. si hic vnum cadauer in ignẽ positũ cremaretur, fætorem emitteret intollerabilem; quid tunc erit ibi, vbi quasi infinita cadauera in igne & sulphure comburenda sunt? vnde *Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure. Ascendet fœtor eius & cæt.* O peccator si times fœtorem præsentis seculi, quare non times fœtorem inferni? Nã sicut odor suauissimus est in cœlo, qui superat omnia aromata huius mundi; sic è conuerso in inferno ille fœtor maior est, quam si omnia cadauera mundi in pice, sulphure, igne cremarentur, & quilibet homo hæc cogitare deberet, quãdo aliquid fœtet in præsenti, quod eum lædit, quomodo sustinebit istum futurum fœtorem inferni, si illud modicum quod hic fœtet, sic se lædit. Sic etiam quando quis aliquid dulce gustat, vel aliquam rem pul-

Marginalia: *Arist. 2. de genera.* — *Es. 6.* — *Arist. 8. Phil.* — *Iob. 24.* — *Apoc. 21.* — *Ioel. 2.*

pulchram videt, cogitare debet de dulcedine cœlestium, & claritate, & pulchritudine electorum. vnde *Bernard.* Dulcedo omnium creaturarum, si quis debite aduertit, nihil aliud est, nisi quod ad æternam Q dulcedinem nos inuitat; sic simile intelligendum est de pœnis. Quarta pœna inferni est fames, & sitis. Vnde Psal *Famem patientur vt canes &c.* Hanc pœnam gulosi cogitare deberét, qui hic in crapula die ac nocte viuunt, & laute comedunt, & preciosa pocula bibunt: & sic in voluptate carnis quotidie viuunt, quibus Christus in euang. maledicit dicens. vt habetur. *Væ vobis, qui nunc saturati estis.* & è conuerso dicitur de bonis, qui in abstinentia viuunt, *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Item non solum patientur famem sed etiam maximam sitim, quia sunt in maximis caloribus ex quibus generatur maxima sitis; vt hoc patet in euang. de epulone, qui petiuit vnam solam guttam aquæ dicens: *Pater Abraham mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma,* similiter continget illis, qui hic in ebrietate viuunt, quia vt dicitur. *Per quæ homo peccat, per hæc, & punietur* vnde sicut hic bibunt dulcia pocula, sic ibi habebunt amara, & amarissima pocula. de quibus dicit. Psal. *Ignis sulphur, spiritus procellarum pars calicis eorum.* Sicut

Luc 6.

Luc 16.

Sam. 11.

enim vinum in præsenti intrat in hominem, & cor lætificat, ita amaritudo potus infernalis totum hominem in omnibus membris penetrat, & contristat, & de hoc quære exemplum. ser. xcix. P. Quinta pœna inferni est horrida, visio dæmonum, sicut enim Deus, & sancti delectabiliter sunt videndi, ita è conuerso in inferno est horribilis visio dæmonum, & damnatorum, quia si nullam pœnam aliam haberent, ista sola eis sufficeret. vnde legitur, quod quidam frater iacens in agone, & videns dæmonem, horribiliter clamauit, & postquam fratres, qui ad ipsum conuenerant, causam clamoris quærerent, respondit dicens, se vidisse horribilem visionem dæmonum, & si daretur ei optio, potius vellet intrare succensum clibanum, quam illam horribilem visionem adhuc semel videre, hoc illi perpendere deberent, qui hic visum suum ad vanitates mundi spargunt, videndo choreas, & ornatas mulieres, in quo quandoque Deum grauiter offendunt. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam &c.* Math. 5.
Item hoc illi delicati attendere deberent, qui hi; non possunt videre hominem leprosum, vel alios infirmos homines abhorrent videre, quomodo tunc poterunt videre dæmones, & damnatos in inferno? Sexta pœna, sunt vincula, & tenebræ. Vnde dicitur in verbis præmissis. *Ligatis manibus & pedibus*

dibus &c. Sciendum, quod illi principaliter, ligantur manibus & pedibus, qui hic in mundo per illicitos tactus, & gressus Deum offenderũt, s. amplexando osculando, & alios, & seipsos illicite tangẽdo, similiter chorizando, & saltando, & superbe cum pedibus incedendo, & tales tunc maledicent sibi & membris suis, dicentes Maledictæ manus meæ, quæ per malum illicitum tactum priuastis me corona gloriæ, iam propter vos ducor ad ignem, de quo nunquam egrediar. Væ vobis pedes mei maledicti, quid mihi misero imputastis q. per malũ gressum vestrum mihi ianuã cęli clausistis? Ingredimini portas inferni, q̃ vobis nunquam amplius aperientur. O maledicti oculi nunquam ꝑ peccatis meis veraciter vnã lachrymam fudistis. Iam incipit vester fletus & intolerabilis, & cum per mille milia annorum mœrorem habueritis, nunquam inde consolationẽ habebitis. O maledictũ cor meum, incipit tristitia tua, quam nunquam sequitur alia lætitia, & consolatio. Quæritur hic, vtrum in inferno sit aliqua lux? Respon. quod ibi est lux mixta fumo, ad videndũ ea quæ contristant damnatos. vnde *Isid.* Ignis gehennæ & lucebit miseris ad augmentum pœnæ, vt videant, vnde doleant, & non lucebit ad consolationem, vt videãt, vnde gaudeant, hoc patet, nam dãnati habent maximam inuidiam, sicut iusti in cœlo habent maximã charitatem, & cum vident beatos in cœlo, ex hoc torquebuntur, quia inuident illis de tanta gloria, & dolent de seipsis, quia talem, ac tantam gloriam peccando amiserunt. vnde *Ber.* Dãnati vident, vnde doleant. s. bonũ quod amiserũt, & iusti videbunt, & lætabuntur, considerantes quid euaserunt. vnde etiam *Gre.* peccatores in supplicio amplius puniantur, eorum vident gloriã, quos contempserunt. Quæritur, an damnati recordentur de bonis, quæ hic in præsenti mundo habuerũt? Respon. quod sic & hoc in augmentum pœnæ eorum. vnde *Hie.* consummatione mundi præteritarum delitiarum recordatio erit materia cruciatuum. vnde qui hic diues, & ibi pauper erit, iste recordabitur voluptatum, & delitiarum, quas habuit in cibo & potu, & vestitu, vt eo ibi plus torqueatur ex recordatione præteritarum delitiarum, similiter qui hic in honore fuit, & ibi despectus erit, similiter qui se super alios exaltauit, & ibi erit suppressus in igne infernali, omnes tales recordantur præteritorum bonorum, & hoc cedet eis in augmentum pœnæ, & tristitiæ. vnde *Boe.* Infelicissimum genus infortunii est recordari se fuisse felicem. Hoc probatur sic, quia cum quis de diuitiis ad magnam paupertatem, & penuriã peruenerit, ita quod oportet eum post abundantiam sustinere miseriam, tunc plus læditur, quam iste, qui semper in pauperta-

Isid de sum. bon. lib. 4.

Hie. in Orig. super Esa.

Boe. in Cons. phil.

te vixit, quia difficile est consueta
Arist. 2. Rhet. relinquere. vnde *Arist.* Separari ab amicis, & consuetis, miserabile est. Septima pœna est, miserabilis clamor, & fletus damnatorum, & insuper terribilis vlulatus dœmonũ. Nam sicut delectabile est audire in cœlo cantum, & laudem angelorum, qui incessabili voce proclamant: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth: pleni sunt cœli, & terra gloria tua &c.* Similter dulce est audire laudem beatorum, qui continue Deum laudant. Vnde Ps. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Sic è cõuerso, est horribile & terribile audire clamorem dãnatorũ, & vlulatum dœmonum. vnde de clamore damnatorum dicitur.
Zach. 12. *Plangit terra.* scilicet infernalis, *& familie seorsum:* Nam seorsum clamat, & plãgit, familia superborum, & seorsum famil a luxuriosorum, & seorsum fam lia auarorum. & sic de aliis. & si triste est in præsenti audire clamorem hominis tribulati, qui clamat in vulgari, à larme, quod tunc erit, vbi omnes
Apoc. 8. damnati clamabunt, væ, væ, væ, vt habetur: Væ, quod nunquam nati sumus, væ quod secundum carnem viximus, væ, quod vnquam illicite gauisi sumus. & qui hic magis læte cantarunt, & illicite cum cachinis riserunt, & in musicis, fistulis, & in chytharis maiorem complacentiam habuerunt, tales in futuro tri-
Luc 6. stabilius clamabunt, & flebunt. *Væ vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis, & flebitis.* Octaua pœna est ¶ X mors æterna, & perpetua tristitia, sine omni consolatione. Ps. *Mors depascet eos.* Et si presens, & temporalis mors, quæ secundum *Arist.* nihil aliud est, quam recessus animæ à corpore, ita hominem cruciat, q; nec stare, nec sedere, nec quicquam facere potest præ dolore: O quid tunc faciet perpetua mors in damnatis? vnde *Greg.* Erit enim mi- *Greg. in hom.*
seris mors sine morte, defectus sine defectu, quia mors ibi semper incipit, deficere nescit, vtinam dãnati mori possent, sed heu, nesciunt mori. *In dieb. istis quærent homines mortem, & non inuenient.* *Apoc. 9.*
Si enim damnatus haberet omnia regna mundi, libenter daret, vt semel mori posset. Vnde *Aug.* quare in *Aug in infer.*
inferno mors quæritur, & non inuenitur? quoniam quibus in hoc seculo vita offertur, & nolunt accipere, in inferno quærent mortem, & non poterunt inuenire O quam stultum est in peccatis viuere, & in eisdem gaudere, quia talis per tale gaudium priuabitur æterno gaudio. *Gre.* Nemo potest hic gaudere cum hoc seculo, & illic regnare cũ Deo. Nona pœna est separatio à Deo, & à Beata Virgine Maria, & ab omnib. electis, & Angelis. Et insuper iungi Lucifero, & omnib. dœmonib. in inferno, & ista separatio à Deo, & à sanctis, est amarissima. vnde *Chry.* Duæ sunt pœnæ æ- *Chry. super Matth.*
ternales, excidi, & in ignem mitti,

multi gehennã horrent, ego vero casum gloriæ multo maiorem fore duco. Etenim decẽ millia melius esset sustinere fulmina, quam Christi faciem mansuetissimã aduersam in iudicio videre, & ab ipsa separari q; etiam amarissimum sit excludi à Deo, & à sanctis, & ab omnib. electis, & Angelis Dei, ostendit etiam *Chry.* Dicens sic: Excludi à bonis æternis, & alienum effici ab his, quæ præparata sunt sanctis, tm̃ cruciatũ, & tãtum dolorem infert, vt si nulla extrinsecus pœna torqueret, hæc sola sufficeret. vnde *Hug.* Quis putas tunc mœror erit? quæ tristitia, cum seperabuntur, impii à consortio sanctorum, & à visione Dei, & traditi in potestatem dœmonum, ibunt cum ipsis in ignem æternum, ibique semper erunt sine fine in luctu, & gemitu? De dispõne corporum damnatorum, quære ante ser. l. E. Pœna inferni quam grauis sit, patet ex dictis sanctorũ doctorum. *Ber.* Dicit, quod vna scintilla gehennæ ignis plus lædit peccatorẽ, quam si vna mulier in labore, & partu prolis perseuerando duraret mille annis. vnde etiam *Ansel.* Dicit, q; si omnes homines nati ab Adam vsq; ad hodiernum diem vixerent, & omnes prædicatores boni essent, & oẽs de minutissima pęna inferni prædicarent, oẽs illi propalare non possent minutissimam pœnam: Similiter dicitur dę gaudiis æternis, quod etiam omnes illi æterna gaudia reserare non possent.

Chry in quodam ser.

Hug in l. 1. de aia.

vnde etiam *August.* dicit. Si omnes homines nati ab Adam, vsque ad hodiernum diem, & qui amplius vsque ad nouissimum diem nasci-turi sunt, & omnia gramina, quæ vnquam exorta fuerunt, essent homines, & si vnam pœnam, quam patitur anima pro vno peccato mortali in inferno sustinerent, tũc qualibet persona pro sua parte haberet maiorem pœnam, quam omnia tormenta, quæ omnes sancti martyres, & omnes raptores, & omnes malefici unquam passi sunt. vnde etiam *Gre.* dicit. Hoc de pœnis excogitari nõ poterit, quod ibi cruciatibus deditum non fuerit. Exemplum de pœnis inferni. Legitur quod duo fratres, quorum vnus Domini Papæ erat pœnitentiarius, alter vero innocens, & pius, discurrebant ad prædicandum. Tandem recepti sunt semel in quodam castro cuiusdam nobilis matronæ, vbi missam celebrauerunt; vnde gauisa Domina ista cogitauit dicens. Nequaquam oportet me formidare, nec verecundari, secure potero ipsis confiteri cum sint peregrini, & ignoti, & sic cum confiteretur vni, s. seniori vidit iunior quod ad singula peccata de ore eius bufo pessimus egrediebatur ẽt ab ecclesia saltãdo. Tandẽ enorme peccatum cum confiteri voluit, de ipsi⁹ ore similiter terribilissimus draco caput suum emittere cœpit, exire tamen non valuit, quia verecundia deuicta illa crimen illud

celauit. Ideo bufones omnes antea expulsi, cum terribili dracone redeuntes; in os eius intrauerunt. Fratribus vero recedentibus, narrauit iunior penitetiario illi, quomodo totam seriem dictam vidisset in spiritu. Tunc territus pœnitentiarius, ad dictam dominam rediit ad exhortandum eam, quam defunctam inuenerunt, vnde contristati fratres ieiuniis, & orationib. sedule insistunt, donec die tertia defuncta illis apparuit draconem horribilem equitans, cuius collum duo crudeles serpentes amplexando cingebant, & vbera eius surgendo dentibus diripiebant, cuius etiam oculos duo bufones horribiles possidebant, & ex ipsis ignis sulphureus fœtidissimus emanabat, cuius etiam manus à duobus canibus magnis deuorabantur, & aures eius sagittis igneis replebantur, cuius etiam caput lacertæ venenosissimæ corrodebant. Vnde fratres territi corruerunt, quibus illa: Amici omnipotetis Dei ne timeatis. Nam ego sum illa infelicissima multorũ peccatorum vobis pridie cõfessa ficte, & non integre, quia vnum peccatum, ꝙ cum cõsanguineo meo cõmisi verecundata in confessione cocelaui, ideo perpetuo sum damnata, quam pœnitentiarius ex parte Dei, & Domini nostri Iesu Christi adiurauit, vt sibi causas illarum pœnarum innueret. Respõdit illis Capitis mei lacertæ puniunt me propter capitis mei superflua ornamẽta, bufones oculos puniũt, propter illicitos aspectus meos, similiter sagittæ puniunt nefarios auriũ auditus, similiter igne sulphureo punitur os meum propter verba blasphemiæ, & propter detractiones, & cãtilenas; & oscula, & turpia verba, & vaniloquia, similiter propter illicitos tactus & amplexus serpentes vbera mea sugunt, & mordent, & collũ cingunt. Canes vero manus meas corrodunt, quas extendi ad canes dando eis ea, quæ pauperibus dare debui, s. carnes, offas, & alia, & etiam quia eas annulis, & gemmis luxuriose ornaui. Hunc crudelissimum draconem equito propter superbiam, quam habui in equitando, & in curribus, & in vestibus pretiosis me super alios exaltãdo, & propter concubitus luxuriosos, muliebria mea intollerabilia comburuntur cum tibiis, genubus, & femoribus meis. Cui pœnitentiarius ait. Quæ sunt peccata, quib. præcipue plures damnantur? Resp. illa: Homines masculini sexus propter diuersa peccata mortalia dãnantur. Mulieres vero pręcipue ꝓpter quatuor genera peccatorum, s. propter peccata linguæ, & superflui ornatus, sortilegii, & fictæ cõfessionis, propter nimiam verecundiã. Requisita vero an suffragiis posset iuuari? Resp. horribiliter clamando, non quia æternaliter sum damnata: & subito draco ille terribiliter eam crucians ad infernũ traxit, & nusquam comparuit.

DE EADEM DOMINICA.

Sermo CXXVI.

Quòd multi damnantur.

Matt. 22. MVlti sunt vocati, pauci verò electi. In verbis præmissis fit mentio de paucorum saluatione, & hoc est etiam.
Matth. 7. quod dicit Dominus: *Arcta est via, quæ ducit ad vitam*, scil. æternam, *& pauci sunt, qui inueniunt eam, sed lata & spaciosa est via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.* Pro quo sciendum, quòd si vnus solus homo crederetur ex solo genere humano periturus, deberet quilibet pro se formidare, ne ipse esset vnus, sicut cùm Christus dixit in
Matt. 26. Cœna suis discipulis: *Vnus vestrûm me traditurus est.* cœperunt singuli trepidare, & dicere: *Nunquid ego sum Domine?* Multò ergo magis cùm dixerit ille, qui omnia nouit: *Multi sunt vocati, pauci verò electi*, timere & tremere deberent vniuersi. Illa enim verba sunt terribilia omnibus hominibus ea audientibus, & corde aduertentibus; quia autem multi damnantur, & pauci saluantur, patet in figura veteris Testamenti. Sicut in diluuio aquarum, in quo solùm octo personæ saluæ factæ sunt per arcam Noe, & multa millia hominum, tam virorum, quàm mulierum perierunt, per aquas diluuii, per quod datur nobis intelligi quod sicut octo homines saluati de aquis diluuii, pauci sunt respectu populi totius mundi, qui submersi perierunt, ita pauci sunt saluandi respectu damnandorum, qui erunt quasi infiniti: *Stultorum infinitus est numerus*: id est, damnandorum, qui stulti sunt. Ista Ecclesi. figurata sunt etiam in ingressu terræ promissionis, vbi inter omnes filios Israel, qui egressi fuerunt de terra Ægypti à viginti annis, & supra nullus ingressus est in terram promissionis, nisi duo, scil. Iosue & Caleph. Sed alii homines mortui sunt in deserto, & pueri eorum, qui nati sunt in deserto, & qui exierunt de Ægypto introducti sunt in terram promissionis. Item etiam patet in nouo Testamento, vbi legitur, quòd Christus decem leprosos mundauit, inter quos, nisi solus vnus reuersus est ad regratiandum, & laudandum Deum. vt habetur Luc. 7. Item quòd pauci saluantur, potest cognosci in vita hominum, quia solummodo iusti & boni saluantur. Psal. *Hæc est porta Domini & iusti intrabunt per eam.* Item: *Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi apparebunt?* 1. Pet. 4. Sed heu, plures homines sunt iniusti & mali, quia secundùm Ioan. *Totus mundus in maligno positus est.* Hoc etiam patet, quia superbia, auaritia, & luxuria, & plura alia vitia iam regnant in mundo: *Omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ:* hoc 1. Ioh. 2.

patet, quia plures sunt luxuriosi, quàm casti, plures sunt superbi, quàm humiles, plures auari, quàm misericordes, & plures deceptores, & mendaces, quàm veraces, Psal. *Diminutæ sunt veritates à filiis hominum.* Aristot. Homines, vt in pluribus, sunt mali, in paucioribus verò boni. Ex quo *multi sunt vocati, pauci verò electi*, & nullus scit, an sit de saluandis, aut de damnandis, secundùm illud: *Nescit homo, an odio, vel amore dignus sit.* Nescit quidem scientia certitudinis, sed tamen cum scientia coniecturæ potest scire, & sunt nouem signa, per quæ vnusquisque potest cognoscere, an sit ex electis, saluandis. Et quantò plura signa quisquis de illis nouem signis in se inuenerit, tantò maiorem spem habere poterit. Etiamsi iam peccator sit, adhuc sperare debet, quòd DEVS ordinabit secum, quod saluabitur, & erit vnus de numero saluandorum & electorum, qui à DEO electi sunt. De isto quære ante serm. 149. A.

Aristot. 2. Top.

Eccles. 9.

DOMINICA XXI.

Sermo CXXVII.

De Nobilitate.

Ioan 4.

ERat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Sicut dicit *Theophilus*: Iste rex interfuit miraculo facto in nuptiis, quando Christus aquam in vinum mutauit, quia tunc credidit. Sed tunc CHRISTI diuinitatem non perfectè cognouit. Et ad hoc innuendum illud miraculum, rememorat Euangelista dicens: *Venit iterum Iesus in Cana Galilaæ, vbi fecit aquam vinum, & erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.* Ex quo hic facit mentionem de Regulo, qui nobilis fuit, tunc in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primò, vbi nobilitas habeat ortum, & quæ sunt signa nobilitatis. Secundò, quid tenentur nobiles, & Prælati suis subditis. Tertiò, quæ è conuerso subditi tenentur suis Prælatis. Circa primum est sciendum, ¶ E quòd nobilitas habuit ortum à virtutibus. Vnde primus Rex super Israël, sc. Saul electus est à Deo, quia humilis fuit & virtuosus. 1. Reg. 15. *Cùm esses paruulus in oculis tuis, cõstitui te regem super omnem populum meum Israel.* Secundus rex fuit Dauid, qui etiam ꝓpter suam probitatẽ electus est à Deo. vnde dixit Dominus de eo: *Inueni virum secundùm cor meum.* Ex his habetur, ꝙ nobiles ex virtute cognoscendi sunt, non ex longis tunicis, vel ex magnis manicis, vel in multis scissuris, quas gerunt in palliis & tunicis, quia aliàs mechanici & rustici iam omnes essent nobiles, quia omnes volunt habere scissuras in vestibus. Quia autem nobiles debent esse virtuosi, & per virtutes cognosci, ostendit *Arist.* 2. Polit. Virtus & malitia determinat nobiles & ignobiles,

nobiles. Circa quod quæritur, quæ sunt illæ virtutes, per quas cognoscuntur nobiles? Resp. quòd principaliter sunt quinq;. Prima virtus est largitas. Vnde Deus, qui est nobilissimus, est largissimus. hoc sic patet, quia non solùm dat nobis sua beneficia, sed etiam dat nobis seipsum in Sacramento altaris in præsenti, & in futuro vult seipsum nobis dare in præmium. Vnde dixit ad Abraham, & dicit iam ad quemlibet virtuosum hominem: *Ego ero merces tua magna nimis.* Item apparet in hoc etiam, quòd ipse Solem oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & ex sua largitate benefacit, & beneficia sua impendit bonis & malis, amicis & inimicis. Item largitas Christi apparet in his, quæ fecit in humanitate, quia ad abundantiam illa fecit: v.g. Sicut quando aquam in nuptiis conuertit in optimum vinum. & quádo quatuor millia hominum pauit cum septem panibus, & paucis pisciculis, ita abundanter illos panes & illos pisciculos multiplicauit, quòd sustulerunt septem sportas de fragmentis, quæ superfuerant. Item quando pauit quin-
Ioan. 6. que millia hominum, cum quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus, ita abundanter tribuit & augmentauit, quod discipuli collegerunt & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus, quæ superauerant his, qui manducauerunt, &c. Ergo, qui largitor est inter homines, ille nobilior est, hoc etiam naturaliter pa et in aquila, quæ est auis nobilior, quæ ex sua nobilitate non sola comedit prædam suam, sed condiuidit aliis auibus. Sed parcitas & auaritia, rapina, & exactiones in subditos sunt signa ignobilitatis. Secunda virtus nobilitatis, per quam nobiles cognosci debent, est gratitudo, quæ est recognitio beneficiorum Dei, & hominum. sc. quádo Deo grati sunt in hoc, quòd eos præ aliis hominibus honorauit, & sublimauit. vnde *Aug.* Qui beneficia non recognoscit, ingratus est. vnde Propheta: *Obliti sunt beneficiorum eius.* Imò natura, & non humana docent, gratuitatem habe e erga benefactores. vnde *Aristot. 2. Eth.* Oportet regratiari ei, qui gratiam fecit. Ita nobiles nō solùm debent esse Deo grati. sed ét subditis suis, à quib. nutriunt, debent regratiari, quia ipsi nobiles nō agros colunt, nec serunt, nec metũt, nec triturant, nec laborant in vineis, nec pané, nec carnes, nec pisces, nec alia comestibilia ꝑparant, sed alii pro ipsis laborant, sicut rustici in agris, carnifices. piscatores, sartores, sutores, pánicidæ, ipsi ꝑparát necessaria corporis, quoad victũ & vestitum. Ergo omnib. illis debét esse grati, & quantò in maiori reuerentia tenent suos subditos. tantò meliores cognoscuntur esse Sed illi sunt ignobiles, q spernũt vel vilipendũt subdi-

tos,

tos, imò tales ignobiliores sunt brutis animalibus, quia bruta animalia recognoscũt illos, qui eis benefaciũt, & in signum gratitudinis applaudunt ipsis. Quia aũt bruta animalia retribuũt quandoq; bona suis benefactoribus, patet per tale H q exemplum. Legitur in vita S. Macarii, quòd cùm quædam leæna habuit spelũcam iuxta cellam sancti viri, dum vna vice inuenisset catulos excœcatos, dolens, eos ei apportauit, & ad pedes ipsius eosdem posuit. Cumq; intelligeret vir Dei pro illuminatione catulorũ bestiã rogare, eo orante, illuminabantur, & matrem sequebantur ad speluncam. Non tamen beneficii illius ingrata fuit, quia postmodum pelles ouium cum pilis, quas capiebat, sæpius & pluries, quasi pro gratitudine & mercede ante ostiũ cellæ portauit. Item aliud exemplũ de duobus lupis, qui asportauerunt vnum puerum de villa ad syluã, & ex negligentia matris puer non bene custoditus fuit, tunc vnus luporũ habuit os reuersum in ore suo, & cùm portaret puerum in ore, puer illud extraxit cum manu sua. Et sic pro mercede duo lupi puerum reportauerunt ad villam. & liberum emiserunt. Tertia virtus per quam nobiles cognoscuntur, est misericordia, & compassio in pauperes & subditos. vnde in signum clementiæ reges inunguntur. & legitur etiam q, rex Apum nõ habet aculeum, cum quo potest pungere sicut cæteræ apes, ergo quantò quis habet maiorem cõpassionem, & maximam ad subditos, tantò coram Deo nobilior. vnde Gr. *Tantò enim quisq; perfectior est, quantò perfectius alienos sentit dolores.* Quæ clementia spectet ad principes, & ad reges ostendit *Sen.* dicens: *Nullum ex hominibus maior clementia, quàm regem & principem decet.* Sed isti, qui sunt duri & immisericordes ad pauperes & subditos, non sunt coram Deo nobiles, sed ignobiles, quia nõ habent signum nobilitatis, sc. misericordiam & cõpassionem. Quarta virtus est virilitas & strenuitas, scil. in defendẽdo subditos. vnde nouis militibus datur ensis propterea, vt viduas & orphanos protegere debeant à malefactoribus, ne pauperibus & suis subditis violentiam inferat, bona ipsorum spoliando, sed quidam defendũt suos subditos ab aliis, & postea per seipsos eos spoliant, tales similes sunt ceto in mari, qui defendit haleca ab aliis piscib⁹, sed per se ea deuorat, quibus nobilibus minatur Dominus: *In die illa occidet Dominus cetũ, qui in mari est.* *Esa. 27.* Quinta virtus est magnanimitas, & illa magnanimitas cõsistit in hoc, q, veri nobiles debent parua contemnere, sc. terrena, quæ sunt parua respectu bonorum cœlestiũ, & magna appetere, sc. spiritualia in præsenti, & cœlestia in futuro; ergo qui honorem Dei omnibus præponit ille nobilis est. Sed ille, qui honorem Dei postponit, & honorem proprium

proprium quærit ille ignobilis est. Et sciendum, q quantò plura signa illarum prędictarum virtutum quis in se inuenerit, tantò melior est coram Deo, vnde nobilis est ille, quē nobilitat sua virtus. Et insuper talis multum honorandus est ab omnibus. vnde Arist. *Honor est premiū virtutis.* Ex quo sequitur, quòd nullus de iure est honorandus, nisi sit virtuosus. vnde *Arist.* dicit: Secundùm veritatem solus bonus est honorandus. Et homini virtuoso non potest fieri tantus honor, quia maioris honoris sit dignus. vnde *Arist.* Virtutis perfectæ non fit cōdignus honor. Ergo nobiles, qui volunt habere honores, primò debent se exercere in virtutibus, ex quo soli virtuosi sunt honorandi. Quantum ad secundùm, sciendum, quòd nobiles & prælati terria tenentur suis subditis. hæc quære ante ser. 59. H. Quantum ad tertium, sciendum, quòd subditi tenentur tria suis dominis, siue Prælatis. Hęc ēt habentur ante eodē serm. 59. M.

Arist. 2. Ethic.

Arist. 4. Eth.

Arist. 3 Ethic.

IN EADEM DOMINICA.

Sermo CXXVIII.

De infirmitatibus.

Ioan. 4.

E*Rat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaū.* Ex quo hic mentio fit de filio reguli, qui grauiter infirmatus est vsque ad mortem, tunc in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primò, quare libenter & patienter sustinere debem⁹ infirmitates corporis. Secundò, q nō est maior misericordia in operib. misericordiæ, quàm seruire infirmis. Tertiò exemplum de eodem. Circa primum, sciendum, quod libenter & patienter sustinere debemus infirmitatem corporis, & hoc ppter septem. Primò, quia infirmitas corporis datur homini ad citationem, vt præparet se ad exitū huius seculi: *Vt cùm venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei.* Incerti. n. sumus, qn, qualiter, in quo statu, in quo loco, & per quem modum morituri sumus, an in domo, vel in lecto, in ciuitate. vel in campo, in aqua, vel in igne, de die, vel de nocte. Vnde *Bernh.* Certum est, quòd morieris, incertum est, quando, aut quomodo, aut vbi, quando te vbiq; mors exspectat, tu quoque, si sapiens fueris, vbique eam exspectabis. Ergo infirmitas est nuntius, quem nobis Christus mittit, vt nos prępar emus. Et ergo si errauimus peccando, redeamus ad viam salutis pœnitendo: *Erraui sicut ouis, quæ perijt.* Aut si es in via, & pigrè incedis, tūc Christus per infirmitatem corporis pungit hominem, vt procedat proficiendo de bono in melius. O mira fatuitas, irrationale iumentum, & fatuum intelligit, cùm pungitur, vt ad viam redeat, si errat, vel si in via est, vt procedat, & homo rationalis non vult intelligere, vnde *Psal.* *Vir insipiens non cognoscet, & stultus*

Luc. 12.

tus non intelliget hæc. Ergo quandocunq; sentis aliquam infirmitatem in capite, in oculis, in dẽtibus, in manibus, in pedibus, vel in dorso, vel in quocunq; mẽbro corporis, tunc suscipere debes istum dolorem tanquã nuntium Christi, & cogita quare tibi missus sit, scil. ad præparandum te ad mortem, vt sis paratus: *Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet*. vnde etiam Gr. Et. n. nobis conditor noster diem mortis incognitum esse voluit, vt dum semper ignoretis, semper proximus esse credatur, & tantò quisq; feruentior sit in operatione, quantò incertior est de euocatione. Secundò debemus infirmitatẽ patienter sustinere, quia purgat nos à peccatis pteritis. Exemplum habetur, vbi Maria soror Moysi percussa est propter peccatum detractionis, eò quod detraxit Moysi fratri suo, vt sic per illam infirmitatem purgaretur ab illo peccato. vnde Isid. *Aduersa corporis remedia animæ sunt, ægritudo carnem vulnerat, sed mentem curat*. Languor enim vitia extorquet, & vires libidinis frangit. Et quandoq; per eadem membra punitur quis per quæ mẽbra peccauit, & Deum offendit; v. g. Sicut qui offendit Deũ per illicitum visum, efficitur al qñ cœcus, qui per illicitos gressus chorizando, saltando, & superbè incedendo Deũ offendit, efficitur qñq; claudus, & sic punitur in pedibus, cum quibus Deum offendit, similiter qui libenter audit verba detractoria, siue alia verba, punitur qñ q; in surditate, & sic de aliis. Et est bonum signum salutis, cùm homo est patiens, quãdo Deus eum punit in eodem corpore, & in eisdem membris, cum quibus peccauit; quia secundùm *Arist*. Medicinæ fiunt per contraria, ergo si per integrum annum vel etiam quandoq; omnibus diebus vitæ tuæ cum corpore tuo peccasti, & diu in peccatis vixisti, & Deus iam per prolixiorem infirmitatẽ vult purgare peccata. hoc gratanter cum patientia acceptare debes. vnde *Gr*. Diuina dispensatione agitur, vt prolixiori vitio prolixior ægritudo existat. Ergo non debes mirari, nec impatienter ferre, cùm diu infirmus es, quia fortè diu in peccatis vixisti; ergo oportet te iam sustinere illã prolixam infirmitatẽ. Nam sicut mater in suo dilecto filio nõ potest sustinere maculam in facie, sed immediatè lauat & mũdat, sic Christus in suis dilectis nõ potest sustinere maculam peccati; ergo si heri peccasti, hodie forte punit De⁹ pro illo peccato, vt sic purgeris. Sextò, infirmitas corporis patienter est sustinenda, quia hostem nostrũ debilitat, sc. corpus nostrum, quod est maximus inimicorum nostrorũ, quia concupiscit semper aduersus spiritum, quia corpus de terra formatum est; ideò semper trahit ad infra, & ad ima, sed cùm anima creata est à Deo, & infusa corpori, ideò semper sursum tendit. Et sic quando

Luc. 12. *Greg. super Ezechiel.* *Num. 12.* *Isid. in sermon.* *Aristot. 2. Ethic.* *Greg. in Moral.*

2. Cor. 1. quãdo corpus infirmatur, tunc spiritus fortificatur. vnde Apost. *Cùm infirmor, tunc fortior sum.* vnde *Ambr.* Infirmitas corporis sobrietas est mentis. ergo libenter debes habere infirmum corpus, & animã sanam, ex quo aduersa corporis remedia sunt animæ, & ægritudo carnem vulnerat, & mẽtem sanat. L. Quartò, infirmitas est patienter sustinenda, quia retrahit hominem à malo, & attrahit hominem ad bonum faciendum. Ps. *Declina à malo, & fac bonum.* Quod infirmitas retrahit à malo probatur, quia infirmus non delectatur superbire in vestibus, nec chorizare, nec luxuriari, nec ad tabernas ire, & se inebriare, & sic de aliis. vnde dicit Dominus per Prophetam: *Sepiam viam tuam spinis*: hoc patet. quia multa peccata dimisisti, dum infirmus fuisti, quæ fecisses, si sanus fuisses. vnde Hug. Quondam præsciens Dñs multa mala perpetrare, flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent, vt eis vtilius sit frangi languoribus ad salutem, quàm remanere incolumes ad damnationem. vnde exemplum: Quidam laborans in magna & graui infirmitate, rogauit quendam sanctum ꝑpter familiaritatem quam habebat ad ipsum & dilectionem, vt sibi impetraret à Deo, vt à sua infirmitate curaretur. Et facta oratione, statim sensit se curatum. Et cùm postmodum magis sentiret se esse pronum ad peccandũ, cœpit cogitare, quòd magis esset sibi vtilis infirmitas, quàm sanitas ad custodiendum se à peccatis, & ad augmentum meriti, & quod fatue egit, quod simpliciter petiuit illam sanationem. Quare, è conuerso rogauit eundem sanctum, vt intercederet pro eo ad Deum, vt daret sibi quòd magis sibi expediret ad salutem suæ animę, vel sanitatem, vel infirmitatem. Et statim reuersa est pristina infirmitas quam ipse gratanter suscepit tãquam bonum donũ Dei, cogitans esse sibi vtilem ad custodiam sui, & ad augmentum meriti. Item sciendum, quòd infirmitas corporea nõ solùm retrahit hominẽ à peccatis, sed etiã ad bona opera incitat, hoc sic probatur, quia infirmus cõteritur & confitetur peccata sua, & satisfactionẽ, & emendam proponit, quam pœnitentiam in sanitate nõ curasset. Insuper infirmus Deũ inuocat, & sanctos interpellat, & orationes bonorũ desiderat, quorum sanctorũ inuocationes in sanitate nõ habuit, sed sępius de Deo & sanctis oblitus fuit. Ps. *Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui.* Item: *Compelle intrare.* Luc. 14. Gl. Qui infirmitate confracti ad amorem Dei redeunt, compelluntur intrare. vnde etiam *Gregor.* Mala quæ hic nos premunt, ad DEVM ire compellunt: *In angustia requisierunt te.* Esa. 26. Imò infirmitas facit hominẽ festinare ad Deum, & ad virtutes. Ps. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ, & postea accelerauerunt,*

Hug. lib. 2. de anima.

Hoc patet, quia infirmus odit gaudium mundi, & habet tædium audire, & videre ea, q̃ mundi sunt, & consequenter cupit dissolui, & esse cum Christo, & quęrit misericordiã Dei, & auxiliũ eius, & sic patet, qũo infirmitas trahit hoĩem ad bonum. Exemplũ narrat magister Ia. quod quidam erat miles in Francia; Cum autem quidam pauper clericus deferret aquam benedictã ad domũ eius ille pauperi nihil permittebat dari, sed illũ cum cõuitiis, & contumeliis afficiebat. Cum autem postea dictus miles ęgrotaret, & vocatus fuisset p̃dictus clericus ad domũ eius, præcepit sibi aliquid dari, rogans eum vt pro eo oraret, vt Deus eum sanaret. Qui quæsiuit ab eo in quo statu magis laudaret Deum & timeret, & Deũ & sanctos plus inuocaret. Qui respondit, quod in infirmitate magis Deum timeret, & corde & ore eum inuocaret, tunc clericus ait: & ego rogabo Deum, quod in isto statu vos custodiat, in quo ei melius valetis seruire. Qui[n]to infirmitas patienter est sustinenda, quia est speciale donum Dei, & signum dilectionis ipsius. *Ego quos amo arguo & castigo.* *Apos. ad Heb. 12.* *Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quẽ recipit*, vnde etiam. Origen. Qui diligitur corripitur, in peccatis suis dimittitur. vnde etiam Grego. Attende scripturam dicentem tibi; flagellat omnem filium quem recipit.

Apocal 3. *Hebr. 12.* *Orig. sup. Oseam* *Gregor. in Moral.*

Tu dicis, forte exceptus sum; si exceptus fueris à flagellorum passione, eris & exceptus à numero filiorum. Sic è conuerso continua sanitas corporis, & prosperitas temporalium rerum, signum est odii & iræ Dei, vt de *Greg.* Magnus affluxus rerum temporalium æternæ damñationis est iudicium. Ergo potius debes videre, quod Deus faciat tibi, sicut suis charis amicis, & suis filiis. s. dando infirmitatem, & tribulationem, quam sicut suis inimicis, qui in suis peccatis perseuerant, & insuper habent continuam sanitatem, & prosperitatem; vnde legitur, quod quidam bonus homo singulis annis infirmabatur præter semel; tunc dixit: O Deus oblitus es mei, quia isto anno non visitasti me, scil. dono infirmitatis. Sexto, infirmitas corporis est patienter sustinenda, quia liberat à ¶ M futuris pœnis. Dominus non iudicat bis in idipsum. *Afflixi te*, supple, in præsenti. *& non affligam te*, supple in futuro. Aug. *Hic vre, hic seca, vt in æternũ parcas. Greg.* Misericorditer exhibet Deus temporalem seueritatem, ne æternam inferat vltionem. Ideo quibusdam hic parcit, vt in æternum eos feriat, Ideo hic ferit non parcendo, vt in æternum parcat. hoc summe placere debet cuilibet peccatori, qui peccauit, eo quod necesse est eum puniri, aut hic aut in futuro, & præsens tribulatio est minima, respectu tribulationis futuræ.

Nahum. 1.

ræ.vnde Propheta. *Minimum pro magno tibi placeat.* Nam pręsens infirmitas, & tribulatio respectu futuræ, est quasi denarius respectu mille florenorum. vel sicut, si alicui deberet abscindi membrum vnum s. manus, vel pes, & abscinderetur sibi crinis &c. Quia ignis purgatorii, & infernalis idē sunt, quoad calorem, nisi quod ignis purgatorii est temporalis & transitorius, & infernalis est æternus, & ignis noster respectu ignis purgatorii est sicut ignis depictus, in quo vnusquisque purgabitur, & grauissime punietur, qui hic pro peccatis suis nō est purgatus. vnde exemplum legitur, quod quidam aduocatus rogauit quendam hominem sibi charum, & dilectum, vt sibi post obitum infra tiginta dies appareret, & ille promisit sibi, si voluntas Dei hoc permitteret. Et post obitū apparuit dicens, se esse in maximis pœnis, & ille: Es in purgatorio aut es in inferno? Respondit in purgatorio sum. Et ille. Est ne aliqua pœna temporalis, quæ possit comparari tuæ pœnæ? Respondit: Tanta pœna mea est, quod si omnes montes, & omnia ligna, & omnia visibilia in mundo existentia, arderent, & ego in medio illius ignis starem, adhuc non possent æquiparari meæ pœnæ, quam patior, & aduocatus quæsiuit in quo statu ipse esset, quod sibi hoc propter Deum, & propter dilectionem illam insinuaret quam ad ipsum haberet, Respondit defunctus, dicens eum esse in malo statu propter superbiam, & auaritiam suam, & si sic in tali statu moreretur, æterna liter damnaretur. Qui ex hoc commotus, & compunctus, conuersus est à peccatis suis pœnitendo, & satisfaciendo, & factus est bonus, & vitam suam in bono finiuit, vnde tanta est pœna purgatorii, quod quis potius deberet hic triginta annis infirmari, quā ibi solum vna die ardere. vnde dicitur in. *Decre.* igni purgatorio nulla pœna temporalis est comparabilis. Ergo quilibet debet esse patiens in sua infirmitate & eam Deo, pro peccatis suis offerre, & qui impatiens est habet duplicem infernum, quia hic illam infirmitatem contra quā murmurat, & quam impatienter fert, & post hanc vitam, æternam damnationem, quia sicut in patientia quis possidebit animam suam, sic in patiētia perdet eam. Gre. Regnum cœlorum nullus murmurās accipit, nec ullus, qui accipit murmurare potest. Septimo, infirmitas, & tribulatio patienter est sustinenda, quia est pignus æternæ salutis, & est via portę cœli, qa in tribulatione cōformamur capiti nostro. i. Christo in præsenti, & sequimur vestigia eius. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Magna est gloria sequi Dominum,* vnde etiam Apost. *Si compatimur & conregnabimus.* Sed, heu, plures volunt

d 25 qui in aliud.

§N

1 Pet 2.

Eccle 23.

2. Thim. 2.

contegnare cum Christo in cœlo, sed hic non pati in mundo cum eo contra quos dicitur. *Nonne hæc oportuit Christum pati & ita intrare in gloriam suam*, sic & nos oportet, in necessitate pati, si volumus intrare in regnum Dei. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, sic patet, quod tribulatio, & infirmitas corporis est pignus, & via, & porta æternæ salutis. O qui fugiunt hanc portam, & viam inquantum possunt, quomodo intrabũt cœlum, vt sunt isti, qui inuite infirmantur, vel aliquid sustinent. Item qui hic sanitatem corporis plus quærunt quam animę, & qui gaudiis mundi, & voluptatibus carnis, & diuitiis, & honoribus semper viuere volunt. vnde Apost. *Si secundum carnem vixeritis moriemini. Hie.* Impossibile est vt pręsentibus quis, & futuris furatur bonis, vt hic ventrem, & ibi mentem impleat, & de delitiis trãseat ad delitias. *Bern.* Qui carnalibus quidem voluptatibus pascitur, æternarum delitiarum epulis indignus habetur. Vt autem æternis gaudiis digni habeamur, tũc hic libenter pati debemus. *Gre.* Si dulcia quærimus, necesse est vt amara toleremus insuper infirmitates, & tribulationes augmentat homini præmium cœleste. *Gaudete in illa die, & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Libens nunc tormenta patior, vt futura mihi gloria seruetur. Modo quotiens aliquem dolorem corporis patienter sustines, totiens me eris coronam vitæ æternæ; Etiamsi millesies in oculo, in dorso, in pede, in corde, in capite vel alibi dolorem sentires, pro qualibet vice æternũ præmium possidebis & illud præmium excedit oẽs passiones præsentis vitæ, etiamsi vnus sustineret omnes passiones & infirmitates omnium hominum. vnde Apost. *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.* Imo siquis in ardenti clibano deberet esse vsque ad finem mundi, adhuc esset non æquiparatio futuri gaudii. vnde *Chry.* quotidię oportet nos tormenta perferre, si ipsam gehennam paruo tempore tollerare, pro eo vt Christum videre possimus in gloria, & sanctorum eius numero associari, non erit dignum pati omne quod triste est modo, vt tanti boni tantæ glorię participes haberemur. Quantum ad secundum, sciendum secundũ magistrum. Hũb. quod non est maior misericordia in exterioribus operibus misericordiæ, quam quæ exercetur circa infirmos seruiendo, & administrando eis. Ibi enim pascitur esuriens, & potatur sitiens, hoc Christus recipit quia sibi factum in cruce, quando dixit. Sitio. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Item veste nudus cooperitur cum infirmum tegis, & hospitalitas exhibetur, quando infirmo lectus ad quiescendum paratur, & vinctus visitatur, quãdo vinculis

Luc. 24. *Act. 14.* *Rom. 8.* *Matt. 5.* *Hie in ep.* *Rom. 8.* *Humb super regu. B. Aug.* *Matt. 25.*

culis ligatus infirmitatis consolatur, & tandem exhibetur mortuo officiũ sepulturæ & sic infirmis seruiendo, exhibentur omnia opera misericordiæ. Item seruire infirmis præcellit alia opera misericordię, & religionis, quod sic probatur. Nam in operibus rigoris, & religionis seruitur quandoq; Deo de vno sensu vel de vno membro, vt in abstinentia de gustu, in vigiliis de visu, in aspero vestitu de tactu, in silentio de lingua, & sic de aliis. In operibus vero pietatis circa infirmos primo seruit eis oculus in vigilando, & iterum horrenda videndo, pro quibus homini dabitur diuina visio in cœlo. Secundo, olfactus & fœtores sentiendo. Tertio, auditus, dura verba, gemitus, suspiria, & importunitates audiẽdo. Quarto, tactus, infirmos tangendo, & subleuando. Quinto, gustus propter eos solitã comestionem intermittendo. Sexto, lingua, eos consolando. Septimo, pes pro eis discurrendo. Octauo, totum corpus pro eis diuersimode, laborando. Quæ ergo religio poterit huic comparari, in qua homo se ipsum totum sic Deo religat, vt ei ex toto corde seruiat, & corpore, & sensibus, & mẽbris, vt iam dictum est. Huius religionis seruandæ, & sectandæ dedit nobis exemplum Christus qui tam benignum se exhibuit infirmis eos visitando, dulciter alloquẽdo, frequenter sanando. Circa vltimum, nota exemplum. Legitur in vitis Patrum, quod erant duo fratres, quorum vnus multum ieiunauit, alius vero seruiebat infirmis deuote. Quæsitum autem fuit à quodam sene, quis esset maioris meriti, & dicit senex, si frater ille ieiunans appenderet se per nares, non posset peruenire ad mensuram illius, qui seruit infirmis.

IN EADEM DOMINICA.

Sermo. CXXIX.

De morte spirituali.

I*Ncipiebat enim mori*. Io. 4. Sciendum quod sicut homo moritur corporaliter, sic etiam spiritualiter. vnde in præsenti serm. tria sunt dicenda. Primo, quomodo hõ moritur in anima. Secundo, quõ mors corporalis, & spiritualis cõparatur ad inuicem. Tertio, exemplum. Circa primum sciendum quod progressionem mortis criminalis ipsius animæ possumus accipere per similitudinem mortis corporalis corporaliter enim moriens. Primo, incipit infirmari Secũdo, febricitari. Tertio, agonizare. Quarto, mori. Quinto, inuolui, siue velari. Sexto, exportari. Septimo, tumulari, & sic fit per omnem modum morientibus in peccatis. Primo, quando homo corporaliter incipit infirmari, tunc distemperatur in natura, sic quod non habet appetitũ, & saporem cibi, neq; potus, sic anima primo infirmatur, & distemperatur, & hoc fit in primis moribus & suggestionibus cum dele-

delectatione, tamen sine consensu. Secundo, autem oportet morientem febricitari. Nullus enim prædicta infirmitate moritur, nisi eadem infirmitas amplius inualescat. Cum enim homo infirmus se sentit ex vitiis impugnari grauiter, in tantum vt totum corpus incendatur, iam sentit quia infirmitas creuit, & accessiones siue adustiones vitiorum, quamdiu tamen ibi persistit, nequaquam moritur: sed necesse est, quod si mori oporteat, vt amplius procedat. Tertio, homo ad moriendum, se disponens incipit agonizare, quod contingit cum victus importunitate, tentatione, mutari incipit, & deliberare, quod velit, & quod faciat modo in parte vult, & in parte non vult. Cumque ratio sic luctatur cum sensualitate, vt ratio modo vincat, modo non vincat, hæc luctatio nihil aliud est, quã agonizare, & ad mortem festinare. Quarto, ægritudine hac inualescente, tunc homo ex importunitate impugnantium vitiorum vincitur, dans manus hostibus, vt consentiat in peccatum, iam ex hoc ipso exaltat spiritum, & statim mortuus est homo iste, quia cum consensum peccato dederit, Deus qui est vita animæ, euolat, & animam mortuam derelinquit, & si peccatum adhuc actualiter non est subsecutum. vnde dicitur in decr. In malitia voluntas pro opere putatur. de pæ. dist. omnis propter quod dicitur. *Caue ne aliquando peccato consentias.* Quinto, pannis inuoluitur & velatur sic, quod iam victus peccato consentit & opere ipsum perpetrat, sed tamen occulte, quia adhuc de perpetratis criminibus erubescit; sic occulcabat Adam peccatũ suum cũ interrogatus à Domino respondit: Mulier, quã dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi. Similiter Eua occultauit, cum interrogata fuerat. dicens: Serpens decepit me, sic Dauid occulte perpetratum adulterium abscondere nitebatur, cũ mitteret per Vriam, vt veniret, & intrare. domum suam, & dormiens cum vxore conceptum crederet, esse suum. Cui dicit Deus per Nathan Prophe. Tu fecisti abscondi te, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis. sic etiam dicit Domin⁹ cuilibet peccatori, qui iam celat peccatum suum, *Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam,* quod *continget in extremo iudicio, Domino secreta cordium reuelante.* Sexto, mortu⁹ pannis inuolotus exportatur. Sic peccator occultis peccatis crebrius repertis in peius proficit, vt audacter peccare incipiat, & in aperto sic, quod de his nihil penitus erubescit, sed magis gloriatur in malitia, vt sit de numero illorum, de quibus dicitur. *Lætantur, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, quorum viæ peruersa sunt & infames gressus eorum,* de quibus

Th 4. Naz. Prou. 2.

quibus dicitur *Frons mulieris meretricis facta est tibi ne erubesces.* Septimo tumulatur, cum longa consuetudo, & aperta malitia peccandi transit in habitum, intantũ quod etiã peccare desiderat, cũ nullũ habeat incitamentum, & cum omnia impugnantia conquiescant, affectus volendi nunquam in talibus requiescit, & sic obstinati, & indurati vix conuertuntur. *Lapsa est in latum anima mea, posuisti lapidem super me.* Quantum ad secundum sciendum, quod nouem sunt signa, per quæ cognoscitur infirmus, vt cum cito morietur corporaliter. Sic similiter cognoscitur de homine Spiritualiter. Primum signum est, quod quis cõsideret faciem infirmi, qui si omnino dissimilis est respectu status sanitatis, signum est mortis. Sic spiritualiter, si exemplum malum præbes proximo. s. colorando faciem tuam vt possis proximum allicere, ad malam concupiscentiã, signum est spiritualis mortis, & talis est occisor proximi, & reus omnium animarum, quas per suam pulchritudinem allicit ad malam concupiscentiam. Vnde *Gre.* Tot mortibus quis dignus est, quot exempla prauitatis in posteros relinquit, & tales, qui per malum exemplum dant occasionem aliis peccandi, sunt maledicti à Christo. vt habetur: *Væ homini per quem fit scandalum,* & talis reus erit omnium peccatorum quæ alii ex suo malo exẽplo committunt, eum imitando, & inde pœna eius semper augmentabitur à quolibet, qui eum in talibus sequitur vsque ad diem iudicii. Sed qui timet scandalizare proximum in verbis, in moribus, & in factis, est signum boni coloris in facie sua, & signum vitæ & talis qui præbet bonũ exemplũ proximo, multũ diligitur à Christo, & quotquot eum imitantur in hoc bono exemplo, tot gaudia accidentalia habebit in cœlo. vnde *Cæsa.* Quantis exemplum vere humilitatis, & perfecte charitatis ostenderis, cum tantis, & pro tantis æterna præmia possidebis. Secundum signum est si infirmus vigilat, & lucem odit, & homines fugit, & faciem abscondere nititur, signum est mortis corporalis. Sic spiritualiter, si quis fugit lumen aperte prædicationis, sic q. non potest audire veritatẽ, & verbum Dei, signum est mortis spiritualis. Si quis autẽ libenter audit verbum Dei, & veritatẽ, signum est vitæ spiritualis vnde Christ⁹ in euãg. vt habet, *Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Tertiũ signũ est, si infirmus stridet dentibus in acuta passione & antiquus nec hoc antea facere cõsueuerat, vel insanire incipit, tunc cito morieť. Sic spiritualiter, si quis est iracundus, & impatiẽs, & cum verbis maledicis, & iracundus proximum offendit signũ est mortis spiritualis. vnde Apost. *Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* sicut

Hier. 3. — Thren. 3. — Greg. in Moral. — Math. 18. — Ioan 8. — 1. Cor. 6.

sunt illi iracundi, cum quibus nullus concordare potest, qui viuūt cū proximis eius in hoc mundo, sicut diabolus pater ipsorum viuit cum damnatis in inferno, quem nullus pacificare potest, & tales iracundi habēt duplicē infernū, s. in præsenti pœnā iræ, & in futuro pœnā damnationis æternę. vnde Hie. 6. *Seruietis diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte, sic è conuerso pacifici sunt filii Dei, & tabernaculum altissimi*. Psal. *In pace factus est locus eius*. Quartum signum est, si nasus contrahitur, & si labia contrahuntur, signum est mortis corporalis. Spiritualiter si quis raro aperit os ad laudādum, & ad regratiandum Deo, sed potius ad blasphemandum & adiurandum est signum malum vnde omnes blasphemi habent signum mortis æternæ, sed è conuerso illi, qui Deū laudant & ei regratiantur de suis beneficiis vt dicere possint cum Ps. *Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo*. Quintum signum est si infirmus habet linguam siccam, & nigram pustulam in lingua: hoc est signum mortis corporalis. Sic spiritualiter si qs habet linguam mendacem, signū est mortis spiritualis. vnde scriptum est. Os, quod mentitur, occidit animam. Nam mēdax lingua est quasi falsa moneta, quæ non valet nisi ad ignem. Si è conuerso si homo est verax in verbis suis, est signum vitæ & salutis. Ps. *Ecce enim veritatē dilexisti &c.* Quia ipse Christus est via, veritas & vita. Sextum signum est, si sternutationem nō habet, cū piper, vel helleborus immittitur in nasum infirmi, quod tamen simplices facere non debent, alioquin infirmum grauiter lædere possent, & est signum malum si non sternutat. Modo in sternutatione mouet totum corpus hominis ab intra, & ab extra. Sic spiritualiter, si quis audit, vel cogitat de morte propria, vel de iudicio extremo, vel de pœnis inferni, vel de gaudiis cœli, & non concutitur in seipso, signum est æternæ mortis. Ps. *A iudiciis. n. tuis timui*. sic è cōuerso, si quis audiendo, vel cogitando, ita prædicta, concutitur, & mouetur ad contritionem, & ad pęnitentiam, signum est salutis. Septimum signum est, si sordes aurium quæ naturaliter sunt amaræ, vertantur in dulcem saporem, est signum mortis corporalis. sic spiritualiter, si alicui est dulce audire detractiones de proximis, signum est mortis æternæ. vnde *Au*: Non accomodes aures tuas ad percipiendum verba detrahentis, ne concipias mortem in anima tua. Detrahēti enim, & audienti vtrisque esca est mors animæ, & vt breuius concludam detractor, & libēs auditor, diabolum portat in lingua. vnde etiam Ber. Detrahere, aut detrahentem audire, quid horum dānabilius sit non facile dixerim sic è conuerso si quis libenter audit bona loq. de proximis, & ex fraterna charitate

ritate

tate congaudet ipsis, signum est vitæ æternæ. vnde. *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres.* Octauum signum est, si sudor, & anhelitus frigescit, & insuper manus ipsius infirmi sunt frigidæ, & fuscæ, signum est mortis corporalis. Sic spiritualiter, si qs est frigidus, & tepidus in his, quæ sunt Dei, & ad salutē animę pertinēt, & facilis ad ea, q̄ corporis, & mundi sunt. & insup si nec iniusta restituere curat nec eleemosynā potest de iuste acquisitis dare ex magna auaritia, & cupiditate superflua, signū est mortis ęternæ. sic è conuerso. Si quis est agilis, & promptus ad ea, quæ Dei sunt, & potest libere, & largiter eleemosynam dare de reb. iuste acquisitis, signum est vitæ spiritualis & æternæ. Nonum signum est si infirmus nec dormire, nec requiescere potest, sed iam vult huc, iam illuc nec in vno loco manere potest, signum est mortis corporalis. Sic spiritualiter, si quis semper occupatur circa terrena, & transitoria die noctuque, sic ꝙ nec in diebus festiuis cessat à laboribus, & mercantiis suis, & in tantum inquietat cor suū, ꝙ raro, vel nunquā cogitat de Deo, & salute propria, signum est mortis spiritualis, & æternæ. sic è conuerso si quis nollet quicquam lucrari contra Deum, nec violare festa ꝓpter aliquod lucrum temporale, & contentatur in his, quæ Deus sibi ad ministrat, & intendit eis ad honorem, Dei, & salutem propriam, signū est vitæ spiritualis, & æternę. Quantum ad tertium nota exemplum de his, qui mori incipiunt, sicut filius reguli, quia incipiebat mori. Legitur in vitis Patrū, quod fuit in prouincia Angliæ in conuētu Derbiæ frater quidam iuuenis ordi. Prædicatorum, valde deuotus &c. quære istud exemplum sub ser. ix. P.

1. Ioan 3.

De Eadem Dominica.

Credidit ipse, & domus eius tota & cæt. Istum sermonem de articulis fidei, quilibet Christianus credere debet, quære infra ser.

In Dominica XXII.

Sermo. CXXX.

De indulgentia ad inimicos.

Serue nequam, omne debitum dimisi tibi quomodo rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sic ego tui misertus sum? Mat. 28. Superius interrogauit Petrus Iesum dicēs: Domine quotiens peccabit in me frater meus, & dimittā ei? vsque septies? & respōdit Iesus: Non dico vsq; septies, sed vsque septuagesies, & ponitur ibi numerus determinatus pro numero indeterminato id est, quotiēs peccabit, totiens dimitte ei, vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda.

Primo, quæ sunt ista, quæ debent nos inducere ad indulgendũ inimicis nostris. Secundo, qualiter tenemur indulgere inimicis nostris. Tertio, exemplum de eodem. Circa primum sciendũ quod quinque sunt, quæ debent nos inducere ad indulgendum inimicis nostris, etiam quantumcunque grauiter nos offenderunt. Vnde quicunque illa quinque diligenter considerat non erit sibi graue inimicis suis indulgere. Primo, .n. debemus indulgere offensorib⁹ nostris, vt peccata nostra nobis à Deo dimittatur. Nã tanta est differentia inter peccata nostra, quib. Deum offendimus, & inter offensam, qua proximus nos offendit, sicut inter decem millia talenta, & centum denarios. Vt autem Deus nobis multa, & magna peccata dimittat, libenter debemus hoc paruum dimittere proximis. vnde: *Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt pater vester, qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis, nec pater vester qui in cœlis est dimittet vobis peccata vestra. Dimittite & dimittemini. Au.* Vnusquisq; talẽ indulgẽtiam accepturus est à Deo, qualem & ipse dederit proximo. vnde etiam Per. Rauen. O homo si sine peccato esse non potes, & vis semper dimitti tibi, semper dimitte & quantum vis dimitti tibi, tantum dimitte; quotiens dimittit tibi totiens dimitte, imo, quia vis totum tibi dimitti, totum dimitte. vnde *Greg.* Ille recte sui delicti veniam postulat, qui hoc quod prius delinquitur in ipso relaxat. imo tanta posset esse offensa, & cum tanta charitate, & patientia indulgere posses, quod Deus omnem culpam tibi indulgeret. *Greg.* Qui in se peccanti clementer indulsit, nullũ peccati vestigium in anima eius remanebit. Exemplum de hoc legimus, quod erat quidam miles, qui occidit patrẽ alterius militis, & ille volens vindicare homicidium patris nunquam potuit illum militem inermen inuenire, sed semper armatus incessit, Accidit autẽ in die parasceues q; idem miles incessit nudipes, & sine armis. Tunc alius miles cum euaginato gladio cucurrit ad ipsum, volens vindicare homicidium patris. Tunc ille prostrauit se ad pedes alterius militis, dicens ei, ego humiliter supplico vobis propter illũ, q hodie in cruce ꝑ nobis mortuus est, quatenus mihi ignoscatis quicquid contra vos feci, occidẽdo vobis patrem vestrum. Et ille miles erexit eũ, & ꝑpter Iesum crucifixũ totũ indulsit ei, & in signũ reconciliationis osculatus est eũ; Cũ aũt ille miles in ecclesia cum cæteris hominibus osculari voluit crucifixum, sicut mos est in illa die, tunc Iesus in die amplexatus est eundem militem cum brachiis, & osculatus est eum coram omni populo, & vox ab omnibus audita est. Tu hodie propter me indulsisti illi, qui

Mar. 11.

Luc. 6.

Greg. in hom.

qui tibi patrem tuum occidit, & ego hodie indulgeo tibi oĩa peccata tua, & sic impletum est in illo milite illud dictum Christi: *Dimittite & dimittemini*. vnde Aug. *Multa sunt genera eleemosynarũ, quas cùm facimus, adiuuamur, vt dimittãtur nobis peccata nostra, sed eà nihil est maius, quàm cùm ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit.* Sed indurati, qui nolunt indulgere offensoribus suis, nullo modo debent sperare indulgentiam suorum peccatorum, etiam quantumcunq; conterantur, vel confiteantur; vnde *lib. de sum. bono*. Frustra Deum sibi propitiari quærit, qui citò proximo placari negligit, imò obstinati, & iracundi, qui in rancore & inimicitia stant & nolunt indulgere, illud quod eis dimissum fuit, reexigetur ab eis. vnde *Gregor.* Si hoc, quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus, & illud rursum exigetur, quòd nobis iam per misericordiam dimissum esse gaudebamus. Secundò, debemus indulgere ipsi, vt Deus exaudiat orationes nostras, & acceptet bona opera nostra. Ratio est, quia Deus nullum bonum opus acceptat, nec orationem exaudit, quamdiu quis stat in rancore, & non vult indulgere. Aug. *Qui non vult dimittere fratri suo, non speret orationis effectum.* vnde etiam *Ambr.* Si non iniuriam dimittis, quæ tibi facta est, non orationem pro te facis, sed maledictionem super te inducis. Item nec opera bona, etiam quæcunque sint illa siue ieiunium, siue eleemosyna, siue castigationes corporis, frequentatio Ecclesiarum, & Missarum, & sic de aliis. Si enim tot bona opera quis omni die faceret, quot sunt stellæ cœli, Deus nulla eorum acceptaret. vnde etiam Gr. *Munus non accipitur, nisi antè discordia ab animo repellatur.* vnde etiam *August.* Nemo se circumueniat, nemo seducat, qui vel vnum hominem in hoc mundo odio habet, quicquid Deo in bonis operibus obtulerit, totum perdet. Ergo reconciliari debemus fratri nostro, si volumus, vt Deus acceptet nostra munera. vnde Christus dicit: *Vade prius reconciliari fratri tuo, & tũc veniens, offeres munus tuum.* vnde: *Dona iniquorum non approbat altissimus.* Tertiò, indulgere debes, eò quòd non potes nocere proximo, nisi prius tibi maximum damnum inferas. sc. animam tuam occidendo. Ergo si ista duo prædicta non possunt te inducere ad ignoscendum proximo, tunc illud tertium omnino te inducere debet quòd sponte dimittas proximo, eò quòd non potes vindicare, verbis obloquendo, sibi minando, maledicendo, infamando, culpas eius publicando &c. neque rebus scil. furando, vel dona, & fortunium ipsius impediendo, neque etiam in persona eum percutiendo, vel vulnerando, nisi prius occidas pretiosam animam tuam: *Qui odit fra-*

Marginalia: *Luc. 6.* — *Gregor. in lib. Moral.* — *August. in serm. de B. Steph.* — *Matth. 5.* — *Eccles. 34.* — *1 Ioan. 2.*

trem suum, homicida est. Gl. sup. suiipsius. Nonne stultus esset, qui manum propriam perforaret, vt tunicam, vel pallium proximi lædere posset. Adhuc magis ille est stultus, qui propter vindictam proximi occidit suam propriam animã quæ pretiosior est quàm totus mũdus, & omnia visibilia, quæ in mũdo sunt. *Bernh.* Totus mundus ille pretium vnius animæ æstimare nõ potest. *Aug.* Anima omnem corpoream creaturam naturæ dignitate præcellit. Item *Aug.* Maius est damnum in amissione vnius animæ, quàm &c. Non diligenter attende, an tibi expediat vindictam super proximum expetere, siue in rebus, siue in fama, siue in corpore. & tibi ex hoc æternam mortem inferre. vnde: *Qui non diligit fratrem, manet in morte*, scil. corporis & animę. vnde *Aug.* Vita animæ amor est, qui non amat, mortuus est. Quartò ideò indulgere & diligere debemus inimicos nostros, quia illa persecutio, quam quis patitur ab inimicis patienter, augmentat gloriam, & minuit sibi pœnam purgatorii. vnde Psal. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.* Gl. super coronam æternam. Quomodo enim potes odire illum, qui tibi tam vtilis est in augmentum meriti & gloriæ; nam maius bonum tibi contulit lædendo te verbo, vel facto, si patiens fuisti, quàm si tibi mille florenos, imò mundum totum dedisset, quia æternam coronam tibi præparauit, & æternum excellit omne transitorium. *Aristot.* Finiti ad infinitum nulla est proportio. Ergo quot iniurias patienter sustinuisti, tot æternas coronas in cœlo meruisti. Insuper pœnas purgatorii soluit, & ideo DEVS permittit malos viuere, vt bonos crucient, vel cõuertantur. Ergo quicquid tibi fit ab inimicis, hoc totum Deo offerre debes, pro peccatis tuis in patientia cordis, & possibile est, quod vna iniuria deleat tibi integrum annũ pœnæ purgatorii, imò possibile est, quòd tantæ possent esse iniuriæ & persecutiones, & cũ tali patientia posses sufferre eas, q, omnis pœna purgatorii tibi per illas dimitteretur, sicq; statim euolares ad cœlum; ergo cùm inimicus te persequitur, & malè dicit tibi, hoc sufferre debes patienter, & Dominus cõmutabit tibi illam maledictionem in benedictionem. Ps. *Maledicent illi, & tu benedices.* *Aug.* Qui enim iustus est, & maledicitur prẹmium ei pro maledictione redditur, & sic etiam est de aliis iniuriis, quas quis patienter sustinet. Quintò, indulgere debes libenter, quia ex hoc Deus & oẽs sancti Angeli erunt tui amici: *Verbũ dulce multiplicat amicos.* August. Per amorem hominis inimici efficieris amicus Dei; imò amicus omnium sanctorum & Angelorum, sic quòd nunquam aliqua mater in mundo in tantum dilexit filium suum vnigenitum, sicut vnusquisq; sanctorum &

1. Ioan. 3.

Aristot. 2. Phys.

Eccles. 6.

August. in serm. de sancto Stephano.

rum & Angelorũ te diliget, si proximo ob amorem Dei, & ipsorum ignoscas. Quantum ad secundùm, Y ¶ sciendum, quod quilibet tenetur quinq; modis indulgere suis inimicis, si vult saluari. Primò, teneris ex puro corde indulgere sic, q; non velis te vindicare, nec verbo, nec facto, sic q; non odias inimicos, nec eis optes malum ex ira vel rancore, vt dicere possis cum Ps. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.* Sed qui sic stant, quòd gaudent de infortunio, & dolent de prosperitate inimicorum ex rancore, illi habent corda diabolica, quia sunt similes diabolo, qui dolet de bonis nostris, & gaudet de malis nostris, & isti rancorosi ergo sunt à Deo maledicti: *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* Vnde quæritur hic, vtrum inimicis teneamur ex corde omnes iniurias dimittere? Respondetur, quòd ex iniuria vel damno alicui facto solent in eo, cui fit iniuria, tria oriri, sc. rancor in affectu, signum rancoris in effectu, & accusatio iuris contra iniuriantem. Primum & secundũ tenetur homo statim dimittere; sed tertium non tenetur, nisi ille satisfaciat secundùm suum posse; quia quilibet potest exigere iustitiam & satisfactionem ab eo, qui sibi fecit iniuriam, sic tñ, q; non odiat eum, nec signum rancoris ostendat; sed solùm exigat illud, q; sibi iustitia dictat, pro satisfactione contra iniuriam sibi illatam. vnde dicitur in decr. Non tenetur offensus dimittere iniuriam, nisi sit sibi satisfactum. Sed ille qui in corde retinet vindictam super proximũ, est inimicus Dei, & filius æternæ damnationis: *In tempore vindictæ disperdet te.* Secundò, indulgere & diligere inimicum debes, sic quòd non velis per alios vindicari. Exemplo Christi, cuius iniuriam, cùm discipuli sui vindicare vellent; respondit, reprehendendo illos, vt habetur: *Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis nõ venit animas perdere, sed saluare.* Vnde si haberes filium, vel fratrem vel cognatum, & non rogares vel iuberes eum, vt te vindicaret, sed solùm scienter admitteres, tunc æternam damnationẽ sic admittendo incurreres. Apost. *Digni sunt morte non solùm facientes, sed etiam qui facientibus consentiunt.* Ergo si quis haberet filium vel amicũ, qui eũ pro illatis iniuriis vindicare vellet, talis nullo modo debet admittere, aliàs reus erit. Tertiò, sic indulgere & diligere debes inimicum, vt nec ppter Deum velles eum lædi, vel hic vel in futuro. Sed cõtra hæc faciunt, qui super inimicos suos expostulant à Deo vindictam, contra quos dicit Gr. *Iubet Deus, diligatur inimicus, & tamen rogatur Deus, vt occidat inimicũ. Quisquis sic orat, ipse suis precibus contra conditorem pugnat.* Ergo quandocunq; optas vindictam à Deo super inimicum, tunc tu dignus es, quòd tibi illa vindi-

23 quæst. 4. si illic.

Eccles. 5.

Luc. 9.

Rom. 1.

vindicta eueniat ex vera iustitia Dei. Ergo quilibet optare debet à DEO suis inimicis veniam & gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. vnde: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Quartò, tenemur sic indulgere & diligere inimicos, vt eis communia signa charitatis exhibeamus, quæ & aliis hominibus communiter exhibemus, A ¶ sicut loqui salutare, respondere, & sic de aliis. Circa hoc quæritur, vtrum sit de necessitate salutis, quòd quis spiritualia signa charitatis in inimicos exhibeat. Respondetur secundùm *S. Thomam*, sicut homo tenetur in communi diligere inimicum, & non in spirituali, ita signa & effectus dilectionis, quæ in communi consueuerunt proximis exhiberi, tenetur etiam inimicis exhibere, pura, vt cùm aliquis orat pro omnibus fidelibus, vel pro toto populo, vel cùm aliquis aliquod beneficium impendit toti communitati, tunc etiam hoc inimicis exhibere debet de necessitate præcepti, & contra hoc facere pertinet ad liuorem vindictæ, vnde orare debemus pro inimicis, cùm oramus pro aliis. Exemplo Christi, qui in cruce orauit pro inimicis suis: *Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt.* Nam religiosi tenentur in speciali orare pro suis inimicis, eò quòd sunt in statu perfectionis. Sed seculares in cõmuni tenentur orare pro suis inimicis, cùm pro aliis orant. Sed si quis etiam in speciali oraret pro suis inimicis, illa oratio esset valde Deo accepta, & homini multum meritoria. vnde *Gregor.* Ille preces suas multum valere facit, qui eas pro suis inimicis effundit. Quintò, tenemur indulgere, & diligere inimicos, sic quòd habemus animum præparatum ad subueniendum ipsis in particulari, si in magna necessitate fuerunt constituti, v. g. vt si inimicus tuus erraret eundo in præcipitium, vel vt submergeretur, & huiusmodi, debes sibi præcauere, & admonere, si potes, aliàs reus esses sanguinis eius. Item etiam si fame periret, & huiusmodi. vnde Ambr. *Pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti.* Salom. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitierit, potum da illi.* Sciendum, quòd est manifestum signũ bonitatis & gratiæ, cùm quis diligit illum, qui eum odit, & bonum optat illi, qui sibi malũ optat, & benefacit illi, qui sibi iniuriatur. vnde *Aug.* Illud manifestissimum signum bonitatis est, vt tuum quoque inimicum diligas, & ei, qui tibi malum vult, & si potest, facit, tu semper bonum velis, faciasq; quod possis. 1. Petr. 3. *Nulli malum pro malo reddentes.* Circa iam dicta sciendum, quòd aliqui dicunt; ego non odio illum, sed secum in pace esse volo, & eum permittam sua facta expedire, & si obuiam venerit sibi, tunc per aliam viam incedit, &

Matth. 5.
Thom. 2. 2. q. 25.
Luc. 23.

dit, & si oportet eum præterire, tunc oculos inclinat, ne valeat sibi oculis suis eum inspicere, & si inspexerit eum, tunc facies eius mutatur, & cor suum mouetur, & infrigidat, sic, quòd vix vna die, vel duobus recuperare potest, si alioqui vel videre oporteat eum. Insuper aliqui non vadunt ad domos aliquorum, nec loquuntur sibi mutuo &c. & omnia talia sunt signa rancoris, & odii, & non charitatis: *Qui non diligit fratrem suum, manet in morte.* Quòd autem talis indulgentia, quæ solùm fit ore, & nō corde, non sufficit ad salutem, ostendit *Haym.* Nihil potest ore dimittere, qui seruat iracundiam in corde, vnde *Chrys.* Si tantummodo non lædas eum, qui te læsit, auertis autem te ab eo, nec libenter eum vides, manet sine dubio rancoris vulnus in pectore. Item sciendum, quòd tales indurati, qui nolunt indulgere, sunt in periculoso statu, quod sic probatur. Primò, quia nullius boni in Ecclesia participationem habent, de qua dicit Ps. *Participem me fac Deus omnium timentium te.* & ista participatio est eis multum necessaria, quia fortè pauca per se bona faciunt, sic quòd bene indigerent iuuari participatione illorum bonorum. O quàm infelix est ille, qui participatione omnium Missarum, orationum, & eleemosynarum, & exercitiorum bonorum omnium, quæ fiunt in tota Ecclesia, propter vnam iram, vel vindictam, vult carere, & priuari omnibus bonis, quæ fiunt in cœlo, & in terra, propter inimicitias, quas gerit contra proximos. Secundò, quia nullius gaudii in cœlo in futuro partem habebunt: *Foris canes, & venefici, & impudici:* sicut enim nec canes, nec serpentes ꝗ cœlum intrabunt, sic nec rancorosus, nec vindicatiuus cœlum intrabit, sed cum dæmonibus & damnatis infernum possidebit, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Tertiò, quamdiu inimicaris, perdis omnia opera tua, insuper amicitiam DEI & B. Mariæ virginis, & omnium sanctorum, & Angelorum, vnde sicut signa iræ proximis ostendisti, sic Deus nunquam vult tui misereri, nec tu eum lætè videbis, nec aliqua signa charitatis tibi ostendet, sed signa iræ, & vindictæ: *Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.* vnde *Chrysost.* Nunquid tu ita vis propitium tibi fieri Deum, vt te nō quidem lædat, auertat tamen se à te & peccatorum tuorum memoriam teneat, & videre te velit? Ergo qualem vis erga te Deum esse, talem te exhibere debes his, qui de iquerunt in te. Item sancti ostendent iram sic, quod nec B. Virgo Maria, nec aliquis sanctorū Deum, pro illis rancorosis & vindicatiuis orabit, nec quicquam boni ipsis cōmunicare velit de gaudiis cœli, similiter & angeli in signum irę exibunt, & separabunt eos de medio iusto-

Marginalia: 1. Ioan. 3. — Haym super Matt. — Chrys. in lib. de compunct. cor. — Apoc. 22 — Luc. 6. — Chrysost. in lib. de compunct. cord.

iustorũ, & mittet eos in caminum ignis, vbi erit fletus & stridor dentium. Sed si indulges, tunc Deus & omnes sancti Angeli erunt amici tui, & illam amicitiam ostendent. Primò, in hoc, quòd Angeli in morte venient, & ducent te cum honore & gaudio in cœlum. Secundò, in hoc, quòd Christus & B. virgo Maria, & SS Angeli animã tuam lætè & honorificè suscipiunt in cœlum, sic quòd nunquam aliquis rex vel Imperator cum tãto honore susceptus est ab hoĩbus in hoc mundo. Tertiò, in hoc, quod Christus meritũ suum, & B. Virgo Maria & Apostoli, Martyres, Confessores & virgines tecum condiuident. vnde *Ans.* Vnusquisq; in tantum gaudet de alterius gaudio quantum de suo pprio. Quartò in hoc quod Christus, B. Virgo, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, Angeli, & omnes electi in cœlo regratiantur tibi honorant te, propterea quòd ob amorem eorum indulsisti tuis offensoribus. Sed quantum ad tertium, notandum est exemplum de his, qui nolunt indulgere suis proximis. Legitur, quòd quidam nobilis habuit filium, qui fuit castus, quem & pater eius multum dilexit, quia Deo fideliter seruiuit, scil. orationibus, ieiuniis, & eleemosynis, & limina sanctorum frequentando, pauperes, viduas, orphanos, & pupillos defendendo, & multa bona opera faciendo, post omnia ista seruitia sua mortuus est, de quo pater multum dolens, rogauit eum, vt sibi post mortem appareret, & ei meritum & statum suum insinuaret. Quod & Deus admisit in terrorem iracundorum, & vindicatiuorum hominum, & ille filius patri post mortem apparuit, dicens: Pater, non ores pro me, quia damnatus sum, & dixit sibi, quòd esset in maximis pœnis, & si tot essent linguæ, quot in cœlo sunt stellæ, non possunt exprimere pœnam meam. Dixit ei pater: Nonne fuisti castus, abstinens, nec vnquam aliquem hominem spoliasti, nec nomen DEI blasphemasti, nec lusor, nec bibulus fuisti, quomodo damnationem meruisti, cùm tot bona opera in vita tua fecisti? & filius respondit: Verum dicis pater: Ego enim adhuc virgo sum, nec aliquem hominem spoliaui, vel vnum denarium iniuste recepi, nec fui lusor, nec potator, & insuper multa bona opera feci, orando, ieiunando, vigilando, & corpus meum castigando, sed omnia ista seruitia, & bona opera, quæ feci Deo, omnia amisi propter iram & vindictam, quam retinui in corde meo contra eos, qui me semel offenderũt, quos amplius nunquam dilexi, sed vbicunque potui, semper me de ipsis vindicaui, & propter hoc solum vitium omnia bona opera mea perdidi, & sic æternaliter damnatus sum. vnde: *In tempore vindictæ disperdet te.* *Eccles. 5.*

DE EA-

IN EADEM DOMINICA.

Sermo CXXXI.

Quod nouem genera peccatorum puniuntur.

TRadidit eum tortoribus, quousq; redderet vniuersum debitum. (Matth. 18.) Sic quilibet damnatus traditur tortoribus, i. dœmonibus, qui eum in perpetuum torquebunt. Vnde sciendū quòd nouem sunt genera peccatorum, quorum vnum semper magis & grauius punietur alio. Primò sunt illi, qui mala voluntate peccant, scil. consentiendo ab intra ad peccata, vel in delectationem peccati, cum plena ratione. *August.* (August. super Genes.) Si ratio consentiant ei, quòd libido commouerit faciendum esse, & non discrepat ab omni vita bona, & gratia, tanquā de Paradiso expellitur homo, & iam peccatum imputatur ei, etiamsi nō consequatur factum. Sed si dicere, multæ cogitationes mihi incidunt, quomodo in illis à peccatis me seruare possum? Resp. quòd optimum remedium cogitationum est, non consentire, & hoc stat in nostro arbitrio. Sed quòd cogitationes nobis non incidant, hoc non est in nostro arbitrio, & in nostra potestate. vnde *Bernh.* Dœmonum est suggestiones ingerere, nostrûm est illis non consentire. Nam quoties resistimus, toties diabolum superamus, Angelos lætificamus, & Deū honoramus. *Bernhar.* Potest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est, si volueris, concedere, vel negare consensum. Item sciendum, quòd qui consentiunt in peccatum, & stant in mala voluntate, inimici sunt Dei omnipotentis, quia libenter malè facerent, si auderent vel possent, & sic voluntas pro facto coram Deo reputatur. vnde dicitur in decretis: In malitiis voluntas pro opere reputatur. (De pæni distinct. 1. omnis.) Insuper est etiam quasi monstrum coram Angelis DEI, quòd homo habet malam voluntatem, quia sicut coram hominibus esset monstrum, quando mulier conciperet animal irrationale pro homine; sic Angeli mirantur, quòd ibi diabolus moratur in corde per voluntatem malā, vbi Deus deberet morari per bonam voluntatem. Cōtra quos dicit Apostolus: *Nolite locum dare diabolo*: (Ad Ephesios 4.) & tales qui sic stant in mala voluntate, faciunt infernum in corde suo. Nam vbicunque est diabolus, ibi est infernus; sic è conuerso, vbi est Deus, ibi est cœlum. Quia igitur diabolus habet ibi domicilium in corde polluto per malum consensum & voluntatem: ergo quodammodo ibi infernus est. Nam sicut in inferno est ignis, fœtor, vermis, & tenebræ; sic est in corde polluto ignis ardentis concupiscentiæ, fœtor luxuriæ, vermis remordentis conscientiæ, & tenebræ obscuratæ intelligentiæ &c. Vnde tales sunt inimici Dei, qui cogitant mala, & vindi-

vindictam super proximum ex rancore, quem habent ad ipsum: *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Item, qui habent morosam delectationem cum plena ratione, vel etiam qui habent voluntatem committendi quodcunque peccatum mortale, sicut qui habent voluntatem illicitè chorizandi, vel luxuriandi, superbiam exercendi, vindicandi. Isti per talem malam voluntatem vulnerant CHRISTVM. Et sicut mala voluntas displicet DEO, sic & bona volūtas multum placet Deo. *Chrys.* Voluntates bonæ sic suaues sunt apud Deum, quemadmodum odoriferi flores. vnde *Bernh.* Regnum Dei intra vos est, quod est hoc regnum, sanè libera voluntas hominis ita se conformans diuinæ voluntati, vt nihil velit, quod sentiat, vel quod sciat ei displicere. Secundi, qui adhuc grauius peccant, sunt illi, qui ad malam volūtatem verba addunt, & hi grauius primis corrigentur, & punientur, verbi gratia: Sicut qui exprimunt iram, inuidiā, & rancorem, quem in corde gerunt per verba contumeliosa obiiciendo, & improperando proximis defectus & culpas eorum, & tales grauiter in hoc Deum offendunt. vnde: *Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis*, cuius tunc ille reus erit, qui dixerit fur, adulter, vsurarius, deceptor, & mendax? tu fecisti hoc ibi, & hoc ibi. Similiter qui irrident verbo, vel facto proximos paruipendendo & contemnendo eos, & etiā qui proferunt verba scurrilia, & luxuriosa, cùm quibus mētes hominum corrumpunt. vnde Apostol. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua*, & prolatio malorum verborum est attentatio mali cordis: *Ex abundantia cordis os loquitur.* Tertii, qui adhuc grauius punientur, sunt, qui ad cogitationes, & ad verba addunt praua opera, v. g. Si quis verbis minatus est alicui, peccat grauiter, sed cùm perduxit ad effectum opere perficiendo, sc. verberando, & vulnerando proximum, adhuc grauius peccat. Qui similiter profert verba luxuriosa ad prouocandum se vel alios, grauiter peccat, sed si luxuriam in actum perficit, adhuc grauius peccat; & ideò grauius punietur, & sic de aliis. Quarti sunt, qui ex cōsuetudine G mala peccāt, illi adhuc grauius peccāt, & grauius punientur. vnde sciendum, quod consuetudo praua tria mala confert. Primum est, quia hominem profundius damnat, nam qui semel mortaliter peccauerit, profundo damnabitur, qui bis vel ter adhuc profundius, sed qui pluries ex consuetudine adhuc magis, profundè submergetur. vnde misericorditer agit DEVS, quando aliquem hominem prauum in iuuentute mori permittit, quia minus punietur. vnde *Ambr.* Melius esset peccatoribus malè agentibus mori, quàm in peccatis diu versari.

Secun-

Matth. 5. *Chrysost. super Matth.* *Matth. 5.* *1. Cor. 15.* *Matth. 12.* *Ambros. super Lucam.*

Prou. 22 Secundum est, quod mala consuetudo vix deseritur. *Adolescens iuxta suam graditur viam, & cum senuerit non recedet ab ea.* vnde Arist. Arist 7. Ethic. Difficile est resistere consuetudini, quæ assimilatur naturæ Isidorus li. soliloquiorum. Prauus vsus vix aboletur. Hier. 3. *Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere cum didiceritis male facere.* Ex quibus verbis habetur, quod habituati in malo vix possunt mutare malum habitum, & consuetudinẽ. Ergo qui à principio in delitiis nutritur, vix postmodum efficitur abstinens, & qui est superbus, vix erit humilis, & q est in luxuria consuetus, vix erit castus. Similiter q assuetus est iurare, & blasphemare, omnes tales vix possunt istam malam consuetudinem ex toto postponere, nisi mediante speciali gratia Dei, Ps. *Hæc mutatio dexteræ excelsi.* Vnde quicquid prædicatur, nihil in aliquibus proficit, Ratio, est, quia habent consuetudinẽ peccandi, vnde Arist. dicit. Arist. 10. Eth. Non est facile homines ex antiqua consuetudine transmutari pro sermone, Arist. 1. Eth. quia secundum Arist. Consuetudo est altera natura. Vnde quæritur, quomodo quis possit malam consuetudinem emendare? Respondetur, quod successiue oportet malã consuetudinem emendare, & non Arist. de regim. prin. subito. vnde Arist. Mutatio consuetudinis non erit subita, sed successiua, vnde legimus tale exemplum, quod fuit quidam nobilis Cardinalis, quem beatus Bernardus rogauit, vt ageret pœnitentiam, qui non acquiescebat ei. Cui beatus Bernardus ait. Si non vis facere pacem, cum Deo saltem facias treugam. At ille quam? Respondit, abstine tribus diebus ab omni opere illicito ad amorem Dei & sic fecit, cõpletis his, dixit beatus Bernardus. Modo aliis tribus abstineas amore beatæ Virginis Mariæ, quod etiam fecit. Post hæc etiam aliis tribus diebus abstinuit pro amore Apostolorum, & iterũ post tribus diebus ob amorẽ Martyrum, & tunc tribus ob amorem Confessorum. Deinde ob amorẽ Virginum; & post ob amorem Angelorum. Et omnibus his factis Cardinalis dixit beato Bernardo. Nolo modo treugam facere, sed pacem. Leue enim mihi est de cætero abstinere, & sic malam consuetudinẽ postposuit, & postmodum vitam in bono finiuit. ¶ Tertium malum est, quod consuetudo mala facit magna peccata, aut nulla æstimari. vnde. *Aug.* Peccata quamuis magna & horrenda, cum in cõsuetudinẽ venerint, aut parua, aut nulla esse creduntur, vnde etiam *dicit Greg.* Hoc erit consuetudini licitum, quod ratione constat esse prohibitum, hoc sic probatur; quia plures dicunt licitum esse ante carnispriuium chorizare, gulose viuere, eo quod sit consuetudo seculi his diebus sic viuere. Similiter ali-

qui credunt licitum esse superbas vestes deferre, cum scissuris & longis caudis & manicis. Similiter habere cingulos aureos, vel argentos & diuersa paria tunicarum, & palliorum, quare hoc? quia consuetudo mundi est; & tales sic excusando se in peccatis seipsos decipiunt, quia mala consuetudo peccatum non alleuiat, sed aggrauat. vnde dicitur decret. Consuetudo male inuenta quanto diuturnior, tanto periculosior. Ex quo patet, quod illi seipsos fallunt, qui se excusando in peccatis dicunt, ante centū annos homines chorizauerunt, vel hoc, vel illud fecerunt. Quibus respondeo quod ante centum annos etiam homines ad infernum descenderunt sicut adhuc quotidie peccatores faciunt. vnde Isido rus Probat: quod consuetudo non excusat peccatum, dicens: Consuetudo autoritati cedat, prauum vsum lex & ratio vincat. Quinti, qui adhuc grauius delinquunt, & consequenter grauius puniuntur, sunt illi, qui excusatione defendunt culpam suam. Pro quo sciendum quod homines tripliciter excusant se in suis peccatis. Primo, retorquendo culpam suam in ipsum Deum exemplo Adæ, & Euæ, vnde cum Deus quæreret ab Adam. Cur comedisti de ligno de quo præcepi tibi ne comederes? Respondit, Mulier, quā dedisti mihi sociam dedit mihi, & comedi quasi diceret. Si non dedisses mihi vxorem, transgressus nō fuissem', & cum q̄reret à muliere, dicens: Cur hoc fecisti, Respondit. Serpens decepit me q. d. Si serpentem non creasses me minime decepisset. Et sic ambo excusauerunt se de peccatis suis retorquendo culpā suam in ipsum Deū. *Amb. super Ps.* Malum est peccare, peius est in peccatis perseuerare, & multo peius est defendendo, se in Deum culpam refundere. Ergo satisfaciendum pro tali excusatione. Christus cum accusaretur coram Pilato, & Herode, non excusauit, sed velut ouis obmutuit. Sic adhuc quidam excusant se, & alios à peccatis dicentes: Deus sic voluit ergo sic fieri oportuit. Et tales grauiter peccant, qui tenent fatum. Contra quos dicit Bernardus. Absit, inquit, à fidelibus, quod esse fatum aliqui dicāt. Ergo quando homo male moritur, siue suspenditur, siue comburitur, tunc tales qui tenent fatum, dicunt, quod sic oportuit fieri, quia Deus sic voluit, & ordinauit, & ad hoc natꝰ est homo ille, quod talia facere, & talia pati debuit, hoc est cōtra honorem Dei loqui, quia Deus, qui est summe bonus, non vult nisi bonum. vnde *Apostolus ad Thess. 4. hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.* Ergo talia ascribi debent propriæ malitiæ ipsorū hominum. & non diuinæ ordinationi, quia Deus dedit homini liberū arbitriū ad faciendum bonum, vel malum. Ergo peccare stat in propria vo-

24. quæst. 4. Scisma

Amb. super Psal.

Apost. ad Thes. c. 4.

voluntate ipsius hominis: *Apposui tibi ignem, & aquam*, id est, bonum, & malum, *ad quodcunque volueris porrige manum tuam*. Secundo, excusant se aliqui per diabolum dicentes, diabolus vicit vos. Ista excusatio nihil valet, quia secundum. *Greg*. Debilis est hostis, qui non vincit nisi volentē. Sic diabolus per mortem Christi victus est, & debilitatus, quod neminem vincit nisi volentem vnde *Aug*. Non enim diabolus cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed petit, dat quidem ille consilium, sed Deo auxiliante, est nostrum eligere, vel repudiare quod suggerit. vnde *Bern*. Potest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est, an volueris, dare, vel negare consensum. Quod autem quidam se fallaciter excusant per diabolum, patet per tale exemplum. Erat quædam puella, quæ transibat ad quoddam castrum, ad seruiendum ibi. Cui obuiauit diabolus in specie hominis dicens ei. Quo tendis. Ipsa respondit. Ad castrum ibi pergo, & illuc seruire volo. Et ipse dissuasit, dicens: Tu postea lugebis, si illuc ibis. Et ista paruipendens verba sua illuc perrexit, & postmodum lapsa est in peccatum carnis, & concepit, tunc Dominus castri repulit illam de castro. Et in via descendendo, iterum obuiauit ei diabolus dicens ei, vnde venis! At ipsa. Diabolus suasit mihi seruitium illud in tali castro, vbi cecidi, & concepi. Et iste percusit eam ad maxillam. Tu mentiris, Ego sum diabolus & dissuasi tibi hic in eodem loco quando ascendisti ad castrum, & noluisti acquiescere mihi. Ergo falsè me inculpas, cum ibi fuerit culpa tua, & propria voluntas. Tertio, excusant se quod sint coacti à dominis, vel à parentibus vel ab aliis hominibus, contra quam excusationem dicit Sene: Dimitte excusationem, quia nemo peccat inuitus. *August*. Omne peccatum adeo voluntarium est quod si voluntarium non est, peccatum non est. Item *August*. Qui peccat in eo, quod nullo modo cauere potest. *Cassi*. super illud Psal. ad excusandas excusationes in peccatis. Hoc enim maximum est vitium, quo laborat humanitas, vt post peccatum suum ad excusationis confugium, quasi pœnitudinis se confessionem prosternat, ꝙ facinus inter summa peccata constat esse numeratum. Sexti sunt illi, qui adhuc grauius punietur. sicut illi, qui gaudēt, & iactant se de suis malitiis. *Ber*. Quod est magis peruersum, quam lætari, cū male feceris, & in rebus pessimis exultare? Imo tale gaudium, s. in malis est stultorū hominum. Gaudium est stulte, facere stultitiam, imo est gaudium amentium, hoc sic probatur. Si laborans ad mortem rideret, & gauderet, reputaretur freneticus peccans autem mortaliter laborat ad mor-

Eccl. 15.

Ber. in ser.

Au li 3. de li. arb.

Prou. 15.

ad mortem æternam ipsius animæ, vnde dicitur. *Risum reputaui amentiam, & gaudio dixi, quid frustra decipieris*, vere quidem decipitur per ignorantiam stultus, q. si aduerteret peccati maculam & Dei offensam, & æternam pœnam; fleret. Ergo Christus potest dicere omnibus iam in peccatis gloriantibus, quod dixit in die palmarum super ciuitatem Ierusalem, quando fleuit super eam, vt habetur. *Si cognouisses, & tu sup. fleres sic potest dicere peccatoribus*: O superbe si cognouisses, & tu, propter humiliationem, & suppressionem tuam in igne infernali. sup. fleres, & non gauderes in superbia tua; similiter, ô gulose & ebriose, si cognouisses, & tu esuriem, & sitim, & potum infernalem, sup. fleres, & tu chorizans, & si cognouisses quomodo ligatis manibus & pedibus es mittendus in exteriores tenebras, sup. fleres, & sic de aliis, vt autem ab istis malis euadere possimus, tunc potius debemus hic flere ad tempus, vt in futuro æternaliter cum Deo gaudeamus. *Vocauit Dominus ad fletum, & ad planctum &c.* In multis offendimus omnes quæ emendare debemus cum luctu, & gemitu. *Beati qui lugent &c.* & è conuerso. Lu. 6. dicit Christus de his, qui hic in mundo gaudent & rident. *væ vobis qui hic ridetis.* Hoc intelligitur de his qui gaudēt, & iactant se de suis malis, quod heu, iam cōmune est in mundo. Sunt nonnulli, qui nequaquam deflent, quod faciunt, sed etiam laudare, & defendere non desistunt, & nimirum dum defenditur culpa geminatur. ¶N Quæritur, vtrum gaudere, & iactare se de malis suis sit peccatum mortale. Resp. quod sic, si illud, in quo gaudes, & te iactas, est peccatum mortale. vnde: *Qui gaudet in iniquitate, denotabitur*, id est, de nota libri vitæ delebitur, quod non fit nisi per peccatū mortale. Quod gaudere in mundo, & in malis suis sit peccatum mortale ostendit. *B. Greg.* Simile est regnum cœlorum, dicens; Nemo potest & hic gaudere in hoc seculo, & illic regnare cū Deo. Ex quo patet quod si vis in futuro gaudere cum Christo, tunc hic non debes te iactare de peccato, nec gaudere de malis, sed dolere, & pœnitere de eisdem, & amplius cauere, ne iterum contra Deum talia committas. vnde *Aug.* Ad agendum pœnitentiam non sufficit mores in melius commutare, & à malis factis recedere, nisi etiam de his, quæ facta sunt satisfacias Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, & per contriti cordis sacrificium. Septimi, qui adhuc grauius peccant, & punientur, sunt illi, q alios docēt peccare verbo, & exemplo. Nam qui sic instituit aliquem, reus erit omnium peccatorum, quæ ille facit ex informatione. verbo, & exemplo, & illius pœna augmentabitur vsque ad nouissimum diem qui mala doctrina, vel

Eccle. 2. Luc. 19. Esai 22. Matt. 5. Greg. in mor. Eccl. 11. Greg in hom. Aug. in li. de pen.

na vel malum exemplum post se relquit. *vnde Greg.* Tot mortibus quis dignus est, quot exempla prauitatis in posteros reliquit. Hoc illi aduertere deberent qui nouas adinuentiones inuenerunt in superbia vestium, s. longas caudas caputia magna scissuras in tunicis, & caputiis. Similiter, qui choreas, sortilegia, iuramenta, blasphemias inuenerunt, Similiter qui noua thelonia inueniunt vel antiqua augmentant, vel qui census, & redditus aggrauant. Similiter, & qui nundinas in diebus festiuis instituerunt, quia omnes prædicti sunt rei omnium peccatorũ istorũ, quæ isti sequentes faciunt, & tales grauiter Deum offendunt, qui per suam malam doctrinam, & malum exemplum animas à Deo retrahũt, quas proprio sanguine redemit. vnde *Ber.* Nonne tibi videtur grauiorem ab eo Christus sustinere persecutionem, qui suggestione maligna exemplo pernitioso, scandali occasione, ab eo peruertit animas, quas redemit, quam à Iudæo, q sanguinem suum fudit, vnde Christus maledicit talibus qui præbent malum exemplum: Væ homini, per quem fit scandalum. Octaui, qui adhoc grauius peccant sunt isti, qui præsumptione, id est, scienter, & pertinaciter peccant qui omnino intẽdunt de iustitia euertuare. & tales proprie peccãt in Spiritum sanctum. Nam peccatum mortale tripliciter comittitur. Primo, aliqui peccant ex infirmitate. Vt B. Petr. qui ex infirmitate humana Christum ter negauit, & isti peccant cõtra Patrem. Secundo, al qui peccãt ex ignorantia, vt beatus Paulus, qui ex ignorantia, peccauit. vnde dixit de seipso. Ignorans feci, ideo misericordiam Dei cõsecutus sum. Tertio, aliqui peccãt ex certa malitia, non ex ignorantia, quia bene sciunt, & intelligunt hoc esse peccatum, nõ ex infirmitate, quia possunt bene dimittere, sed peccant ex certa scientia, & hoc est peccare in Spiritum sanctũ, & tales grauissime, punientur. vnde Lucæ 12. Seruus sciens voluntatem Domini, & nõ faciẽs plagis vapulabit multis. Noni, qui adhuc grauius peccãt, & puniuntur, sunt illi, qui peccant p desperationẽ, & hoc est grauissimum, & pessimum, & periculosissimum peccatum, quia impedit hominem à pœnitentia, & à Dei misericordia. *Greg.* Desperatio post lapsum nõ permittit exsurgere. vnde *Isidorus.* Desperatio est peior omni peccato. Item Perpetrare flagitiũ aliquod mors est animę, sed desperare est in infernũ descendere. Quod autem desperans grauiter Deum offendit, patet per tale exemplum. Fuit quidam magnus peccator, qui magis dilexit peccatum, quam Deum. Deus autem qui dolet de morte peccatoris, longo tempore eum expectauit, vt pœniteret. Tandem infirmabatur, & cognati sui accesserunt ad eum, rogantes, & mone-

Greg in Moral.

Ber. in ser.

Matt. 18.

Isid. de sum bon.

Isid. de sum. bon. li. 2.

nentes eum, vt corrigeret vitam suam malam, & pœniteret de peccatis suis, qui nullo modo hoc facere voluit, sed dixit. Impossibile est, quod Deus possit mihi gratiam facere, & peccata mea indulgere propter nimia peccata, quæ feci, & desperauit, & post illa verba statim labia eius cohærebant, quod amodo non potuit loqui, & priuatus est contritione, & confessione, & cõmunione Eucharistiæ, & æternaliter damnatus est.

IN DOMINICA XXIII.

Sermo. CXXXII.

De dignitate animæ.

Cuius est imago hæc, & superscriptio. In verbis præmissis docemur, vt Dei imaginem & superscriptionem in nobis custodiamus, pro eo quod dicitur, cuius est hæc imago, &c: Vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primo, quæ sunt dignitates animæ. Secundo, quomodo aliqui vẽdunt, & aliqui perdũt animas suas, aliqui impignorant, & aliqui ꝓ nihilo dant animas suas. Tertio, exẽplum. Quantum ad primum, sciendum, quod nouem sunt dignitates A animæ. Prima dignitas est, quod anima hominis ad imaginem Dei creata est. vnde Gen. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. De hoc quære supra ser. xxii. S. Secunda dignitas animę est, quod quicquid habet corpus, habet ab anima, s. pulchritudinem, fortitudinem, locutionẽ, motum, sic de aliis. *Ber.* O corpus, quã nobilem hospitem habes à quo omnia habes. Quia corpus hominis, omnia habet ab anima, patet per hoc, quia cum anima recedit à corpore, tunc corpus erit infirmum & dfeorme, & vile cadauer, & perdit pulchritudiuem, fortitudinem, locutionem, motum, & erit quasi truncus immobilis, qui seipsum omnino mouere nõ potest, vnde B Aristot .1. de anima egrediente anima de corpore corpus marcesit, & expirat & hoc fit in morte, cum anima separatur à corpore. Item Mors nihil aliud est, quã recessus animę à corpore. Tertia dignitas animæ est, quod præcellit omnem creaturam corpoream. *Au.* Anima omnem corpoream creaturam naturæ dignitate præcellit. Ex quo patet, quod vna anima pretiosior est quã oĩa regna mundi, & omne aurum, & argentum, & lapides pretiosi animæ æquiparari non possunt. vnde *Ber.* Totus mũdus ille pretio vnius animæ æstimari non potest; imo *Aug.* dicit. Si impossibile esset infinitos esse mũdos, vna anima adhuc pretiosior esset; hoc patet ex eo quod à Christo, ita chare empta est. vnde Apo. *Empti enim estis pretio magno &c.* Nam ex pretio pensatur valor rei emptæ, quia si quis emit rem aliquam pro centum florenis, signũ est, quod

Matt. 22. Mar. 12. Luc. 20.

Ber in li. med.

1. Cor. 6.

est, quod res est pretiosa. Si enim pro mille, tunc adhuc pretiosior est illa res. Modo in æstimatione hominum nihil est pretiosius sanguine Christi, quia vna gutta sanguinis Christi ex pretiositate, & dignitate præcellit infinitos mundos, sed in æstimatione Christi anima hominis tam nobilis est, quod coæquauit eam sanguini suo, cum vnum pro alio dedit, scilicet sanguinem suum effundendo ad redimendam animam hominis, sed si infiniti essent mundi, nec Christus vnam guttam pro eisdem effudisset, sed propter animam hominis totum sanguinem suum effudit. Ps. *Aruit tanquam testa virtus mea &c.* Insuper paratus esset secundo effundere sanguinem suum & mori, si necesse esset antequam vna anima damnari deberet ex defectu ipsius passionis. Quarta dignitas animæ est, quod Christus Angelos ad custodiam ipsius deputauit. *Ber. in ho.* Magna dignitas animarum est, vt vnaquæque ab ortu suę natiuitatis in sui custodiam habeat Angelum deputatum. Angeli enim custodiunt homines in præsenti vita in omnibus locis, & in omni tempore, ergo secundum. Be. in quouis diuersorio in quouis angulo exhibe reuerentiam Angelo tuo, nec audeas illo præsente, quod me vidente non auderes. Insuper angeli hominem exeuntem de hoc mundo perducunt ad vitam, Ps. *Angelis suis mandauit de te*, vt custodiant te in omnibus viis tuis, quoad vitam præsentem. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, quoad futuram vitam. vnde. *Mortuus est mendicus, & portatus est ab angelis in sinum Abrahæ.* Quinta dignitas animæ est, quod eam Christus magnis doloribus, acquisiuit, quia triginta tribus annis, & vltra pro ea in hoc mundo laborauit. vnde Ps. *In laboribus à iuuentute mea &c.* Nam Christus laborauit pro anima hominis discurrendo, prædicando, ieiunando, vigilando, fatigando seipsum, vt habetur. Fatigatus ex itinere sedit supra puteum, insuper fleuit plures & nunquã risit. vnde est sciendum, quod vir sapiens non multum dolet de amissione paruæ rei. Christus autem de sapientia Dei existens per fletum ostẽdit se multum dolere de amisione animarum. Nam multum aurum amissum est suo tempore, & multæ ciuitates combustæ, pro quibus nullatenus legimus eum fleuisse sed de perditione animarum fleuit. vnde *Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam.* vbi defleuit perditionẽ animarum, & non destructionem domorum. Sexta dignitas animæ est, quod eam cum corpore suo cibat, & cũ pretioso sanguine suo potat. *Caro mea vere est cib. & sanguis meus vere est potus.* Quid enim magis dare potuit animæ quã seipsum? vnde ex pretiositate cibi, & potus pen-

Luc. 16.
Ioan. 4.
Luc. 19.
Ioan. 6.

pensanda est dignitas animæ. Septima dignitas animę est, quod Deus exigit eam sibi ad inhabitandũ, Ps. *Hæc requies mea &c.* Vnde anima hominis nominatꝰ templũ Dei. Apo. *Templũ Dei sanctum est quod estis vos.* & etiam multum delectatur Deus inhabitare ipsam animam. vnde scriptum est. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Octaua dignitas animæ est, quia nihil eam implere potest, nisi solus Deus, qui est sponsus animæ. *vnde Bernardus.* Ad imaginem quippe Dei facta est anima rationalis, cæteris omnibus occupari D potest, impleri autem non potest. Capax enim Dei est, & quicquid Deo minus est, non eam implebit. vnde si Deus daret animæ terram cum omnibus animalibus, & regnis; firmamentum cum omnibus stellis, cœlum cum omnibus sanctis, hæc omnia pro nihilo haberet, quamdiu sponso scilicet Christo careret. *vnde Psal. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Item. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Nonne dignitas animæ est, quod ipsa ordinata est ad æternam beatitudinem, vt nouem choris angelorum associari debeat, & cum sanctis, & angelis Deum æternali et in lætitia sempiterna contemplari? Augustinus Nobilis creatura est anima, quę ad fruẽdam visionẽ Dei creata est. Vnde propter illas nouem dignitates quas habet anima, tunc ipsa cũ magna solicitudine custodienda est. vnde. *Custodi temetipsum, & animam tuã solicite serua.* & non immerito, quia secundum. *August.* Maius est damnum in amissione vnius animæ, quam mille corporum. Quantum ad secundum sciendum, quod sicut Deus maxime charam habet animam, eam multipliciter dignificat, ita per omnia mali homines summe eam parui pendunt. Citius enim mundant sotulares suos si fœdantur, quam animas suas maculatas. *Augustinus.* Quid est, quod velis habere malum, dices mihi, nihil omnino, non vxorem, non filium, non seruum, non ancillam, non tunicam, postremo, non caligam, & tamẽ vis habere malam vitam, rogo te præpone animam tuam caligæ tuæ. Item. *August.* Homo malus plus diligit mortem quam vitá, eo quod vult habere mortem bonam, & vitam malam, Ps. *Qui diligit iniquitatem odit animam suam.* ¶E vnde sciendum secundum Holcoth. Aliqui homines peruersi animas suas vendunt, aliqui perdũt aliqui impignorant, aliqui pro nihilo dant. Primo, enim cupidi vendunt animas suas vt sunt illi qui ꝑ diuitiis huius seculi exponunt se rapinis, furto periuriis, vsuris & falsis mercantiis. *Nihil est iniquius, quam amare pecuniam.* Hi enim animas suas venales habent. Et quotiens denarios iniuste lucrãtur, totiens animas suas vendunt, in signum

1. Cor. 3.
Deut. 4.
Au. in ser.
Au. in li. de Doct. Christ.
Holcoth. super li. Sap c. 4.
Eccle 10.

signum huius, diaboli repetent animas eorum, vt habetur: *Stulte hac nocte repetent à te animam tuam, &c.* O mira fatuitas, quòd quis audet dare animam suam pro vno denario, quam non deberet dare pro toto mundo, eo quod est multum pretiosior. Isti luxuriosi vendunt animas suas. vnde: *Ne des fornicariis animam tuam,* & satis in bono foro dant. Nam qui daret tres libras pro obolo, satis daret in bono foro. Sic qui dat æternam dulcedinem pro temporali dulcedine, & voluptate, quod satis mirabile est. Non daret ribaldus vnum digitum pro vno concubito, & tamen ob hoc dat animam suam centũ mille dœmonibus. Proculdubio nimis in bono foro dat ille animam suam nobilem & pretiosam. Item gulosi & bibuli vendunt animas suas, qui præponunt præsentem voluptatem cibi & potus cœlesti cõuiuio, vbi habebimus multa fercula, dulcia & pretiosa: *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Insuper gulosus æternã famem sibi inducit. Ps. *Famem patientur vt canes*: & bibulus æternam sitim vbi vnam guttam aquæ habere nõ potest, sed potus eorum erit amarissimus. Ps. *Ignis, sulphur spiritus procellarum pars calicis eorum.* Item, vendunt animas suas superbi & pomposi, qui pro temporali honore & exaltatione volunt carere illo magno honore, quem habet beata virgo Maria, & omnes sancti, & Angeli in cœlo. vnde de vnoquoq; sancto dicitur in Ps. *Gloria & honore coronasti eum Domine.* Secundò aliqui perdunt animas suas, vt sunt otiosi negligenter viuentes, & accidiosi, ad omne opus bonum pigri, nihil curantes, nisi quod vna dies vadit, & alia succedit: *Qui perdit animam suam &c.* Tales fabulantur, vadunt spatiatũ, ludunt in alea, dormiunt, propterea quod tempus transeat, nõ attendentes, q. *Bernh.* dicit: Omne tempus nobis impensum, à nobis exigetur, qualiter sit expensum. Greg. *Sicut nec capillus de capite, & sic, nec momentum peribit de tempore.* vnde etiam *Chrysost.* *Si animam negligimus, nec corpus sanare poterimus; non enim anima pro corpore, sed corpus pro anima factum est.* vnde *Leo Papa*: Nõ dormientibus prouenit regnum cœlorum, nec otio & desidia torpentibus beatitudo æternitatis repromittitur. Qui enim sic tempus & vitam suam negligũt, illi animas suas perdunt. Tertiò, aliqui animas suas impignorant: hoc tamen fieri potest virtuosè, vt Prælati & curati, qui animas suas obligant pro animabus subditorum, quia vnicuiq; dicitur, cùm sibi cura committitur, illud: *Custodit virum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius.* De bonis prælatis dicit B. Petrus: *Duplici honore digni sunt, qui bene præsunt.* Bernh. *Nihil in Ec-*

Margin notes: *Luc. 12.* — *Eccl. 9.* — *Luc. 22.* — *Eccl. 24.* — *Chrysost. in lib. de reparat. lapsus.* — *Leo Papa in serm.* — *3 Reg. 20.* — *Bernh. in epist.*

clesiæ pretiosius, nihilque optabilius est bono, vtique pastore, nempe rara est auis. vnde Greg. *Illi Deum præ cæteris videre in sublimi merentur. qui fidelibus gregibus solicitè præesse sciunt.* Sed si Prælatus est negligens, tunc anima sua stabit pro omnibus animabus sibi commissis. Sap. 6. Sap.6. *Iudicium durißimum fiet his qui præsunt.* Heu, quàm lamentabile est, quòd iste, qui nescit custodire suam propriam animam, alias animas accipiat in custodiam: cùm tamen Dominus dicit ad quemlibet Prælatum, vt habetur: Genes. 43. *Non videbitis faciem meam, nisi adduxeritis fratrem vestrum minimum*, i. minimum vestrũ subditum. Quartò, aliqui animas suas pro nihilo dant, vt sunt secundùm *Holcoth*, iracundi & inuidi, quod sic probatur; quia cupidus recipit diuitias, lubricus quærit voluptates, superbus honores, gulosus cibum & potum, & sic de aliis. Sed isti inuidi & iracũdi nihil recipiunt delectabile, sed semper amaritudinem & dolorem habent, & ideò animas suas dœmonibus dant gratis. vnde de quolibet eorum verificatur illud: Iud. 5. *Qui sponte obtulistis animas vestras ad periculum.* Quantum ad tertium, habemus exemplum, quòd quidam sedens in taberna, dixit ad socios suos, si etiam crederent animas esse, ipse enim nullo modo credebat, aliquam animam esse, nec vnquam aliquam vidisse, & sacerdotes & monachi animas & infernum adinuenerunt propter lucra temporalia; & ideò dixit, se non credere, nec animas esse, nec infernum. Et cùm alii socii assererent omnino secundùm verã fidem catholicam esse animas & infernum, similiter & cœlum, & quòd anima post discessum à corpore erit, ¶ H vel in pœnis inferni, vel in purgatorio, vel in gaudiis cœli. Tunc ille dixit; si aliquis vellet emere animã suam, ipse venderet sibi illam. Respondit vnus, volo; Et emit vnam pro vna quarta vini, quæ mox potata fuit. Et ecce affuit dœmon in forma hominis, & emit illam animam ab illo, qui eam emerat iterum pro vna quarta vini, & illo vino potato, dixit dœmon ad eum, à quo emerat: Da mihi animã, quam emi, quia mea est. Dixerunt qui aderant: Iustum est, vt qui aliquam rem emit, quod eam possideat. Et mox ille bibulus, qui animam propriam vendiderat, à diabolo suffocatus est, & sociis videntibus, diabolus eum cum corpore rapuit, & animam ad infernum deduxit.

IN EADEM DOMINICA.

Sermo CXXXIV.

De mendacio.

Matt. 22. *MAgister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Sciendum, quòd Christus est veritas, & ideò veritatem di-

Psal. 50. tem diligit. vnde: *Ecce enim veritatem dilexisti.* Sic è conuerso odit mendacium; vnde in præsenti sermone tria sunt dicenda. Primò, quare mendacium detestandū est, & quæ sunt occasiones mendacii. Secundò, quando mendacium sit peccatum mortale, & quando veniale. Tertiò, exemplum. Circa primum notandum est, quòd quinq; sunt, quæ possunt valere ad detestationem huius peccati mendacii. Primum est, q. illud peccatum est peccatum diabolicū, quod probatur ex hoc, primum mendacium commisit diabolus, vt habetur Genes. 3. cùm dixit primis parentibus: *Nequaquam moriemini.* vnde legitur de diabolo: Ioan. 8. *Cùm loquitur mendaciū, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius.* Ergo mēdax habet linguam diabolicam. Secundum est hoc, quod illud peccatum coinquinat membrū, in quo magis indecens est immunditia, sc. os hominis: reddit enim illud abominabile Deo. vnde: Prouer. 12. *Abominatio est Domino labia mendacia.* Si aliquis os suum semper apertum haberet muscis, & aliis rebus immundis, quæcunq; vellent ibi intrare, & permitteret eas ibi nidificare, os eius abominabile esset hominibus. Sic os mēdax abominabile est Deo, eò quòd Deo plus displicet immūdicia mendacii, quàm immundicia muscarum. Tertium est, quòd illud peccatum facit hominem similem falsæ monetæ. Ergo quantum præualet florenus bonus floreno falsò, tantum præualet homo verax homini falsò & mendaci. vnus bonus florenus plus valet quàm mille falsi, & vnus homo verax præualet multis mendacibus. Et sicut falsa moneta non valet, nec ad emendum, nec ad vendendum, sed solummodo ad ignem; sic homo mendax ad nihilum valet, nisi ad gehennam. Quartum est, quòd mendacium quoddam venenum est, q. est tantæ efficaciæ, quod in ipso homine animam interficit, iuxta illud Sap. 1. *Os quod mentitur, occidit animā.* Ergo mendaces habent linguam venenatam, & mirum est, quod miseri homines non timent illud venenum, quod in ore gerunt. Quintū est, quòd hoc peccatum multum displicet Deo & hominibus; quia sicut Deus multùm diligit veritatem, secūdùm illud Ps. *Ecce enim veritatem dilexisti, &c.* sic è conuerso multum odit mendacium. vnde Ps. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* vnde Aug. meritò perditur mētiens, quia discrepat ab eo, quod est, in id quod non est. Insuper etiam mendacium est abominabile coram hominibus, & veritas è conuerso valde commendabilis coram hominibus. Quid est laudabilius & honorabilius, quàm habere tale verbum? Ille est verax in verbis, & iustus in factis. Et quid est vituperabilius, quàm iste, qui est mendax in verbis, & fallax in factis, & cùm

& cùm duo promittit, vix vnum soluit? Quantum ad secundum primi articuli sciendum, quòd qui vult se à peccatis mēdacii cauere, oportet quòd remoueat à se occasiones K mendacii, quæ sunt duæ. Prima est cupiditas. Nam ex cupiditate & auaritia plus mendacia procedunt, vt patet in modernis peccatoribus, qui plura peccata committunt cum mendaciis, cum quibus proximos decipiunt, vt multa temporalia & diuitias sibi acquirere possint. Secunda occasio est timor mundanus, siue etiam timor L humanus. Hac enim occasione Petrus Christum ter negauit, dicens: *Non noui hominem*. Quantum ad secundum principale, scil. quando mendacium fit mortale, & quando veniale, sciendum, quòd mendacium committitur nouem modis. Primò, quādo aliquis mentitur ex quadam pietate, & hoc dicitur mendacium officiosum, & est peccatum veniale; verbi gratia: Vt cùm quis mentitur pro conseruanda hominis exterioris substantia, vt si quis videret, prædonem aliquem velle spoliare, & diceret, parcat sibi, quia non portat pecuniam, vel pro conseruanda virginitate, vt si virgo volenti eam deflorare mentiendo dicat, se esse coniugatam, vel etiam pro conseruanda vita hominis, vt si quis videret hominem quæri ad mortem, & diceret, se non vidisse eum. Circa quod quæritur, vtrum sit licitum mentiri propter liberationem hominis à quocunque periculo? Respondetur secundùm *sanctum Thomam*: Sed licet veritatem occultare prouidenter sub aliqua dissimulatione. vnde de hoc etiam dicitur in decr. *Nusquam pro cuiusquam vita temporali mentiendum est*. Et ratio huius est, quia secundùm sacros canones, omne mendacium est peccatum, scil. ad minus veniale, vt patet in decr. In nullo casu tenetur quis peccare venialiter: Quia secundùm *August*. Non sunt facienda mala, vt inde eueniant quæcunque bona. Secundò, cùm quis mentitur ex ioco per releuationem hominis, qui est tristis & prauæ mentis, scil. qui aliqua ludicra fingit, vt hominem M melancholicum exhilaret, similiter si quis ad complacēdum fingit aliqua mendacia iocosa, vt cum illis homines ad risum prouocet. Et illud dicitur mendacium iocosum, & est veniale peccatum. Est etiam mendacium quod fit ex sola libidine mentiendi. *Arist*. Signum generati habitus est delectatio in opere. Tertiò, cùm quis mentitur, contra fidei veritatem, vt qui diceret, Christum non esse natum ex virgine, vel impugnaret sacræ Scripturæ veritatem. vnde dicitur in decr. Hæreticus est, qui aliter scripturam intelligit, quam Spiritus sanctus flagitat. & hoc est mendacium perniciosum, & est mortale. Quartò, cùm quis mentitur per falsum testimonium, damnificando proxi-

B. Thomas 2. 2. q. 110. quod non.

2. 2. quæst. 2. ne quis.

2. 2. quæst. 2. Cum humilitatis.

24. quæst. 3. hæresis.

proximum in rebus suis. Et talis falsus testis secundùm *S. Thomam*, peccat mortaliter, tenetur ad restitutionem omnium, quæ proximus eius amisit per suum falsum testimonium. Item quæritur, vtrum liceat testi aliquid recipere pro ferendo testimonio? Respondetur, quod nihil debet recipere, nisi tantum expensas de illo, qui eum producit. Et si accipit, turpiter accipit, & restituet ei, à quo recipit, nisi ille dederit ad corrumpendum testem, tunc enim debet dare ei, in N ¶ cuius iniuriam accepit. Item q̃ritur, vtrum grauius peccet, qui mẽtitur verbo, quàm qui mentitur facto? Resp. secundùm *S. Thomam*, Cùm eadem intentio fallendi sit in vtroque, vterque peccat æqualiter. Verbum enim ad factũ assumitur, vt instrumentum fallendi. Vnde non refert, quantum ad peccatum, vtrum aliquis verbo, scripto, aut nutu, vel quocunq; facto mentiatur, sicut nec refert, quantũ ad homicidium, vtrum aliquis gladio, vel O ¶ securi interficiat. In quo differt mendacium à falso? Respondeo, falsum dicit quicunq; credit, se verum dicere, & tñ hoc idem, quod æstimat, verum esse, non est verum. Sed mentiri est, quando aliquis loquitur aliquid, quod veraciter scit, non esse verũ, quia sic contra mentem propriam loquitur. Nam mentiri dicitur quasi cõtra mentem ire. Ergo difficulter, vel nunquam potest scire quis aliquem mentiri, nisi solùm Deus, quia quando falsum loquitur, quod credit esse verum, non mentitur, sed falsum loquitur. vnde dicitur in decr. Nõ intendens fallere non mentitur, licet aliquod dicat falsum, quod putat esse verũ. Quintò, cùm quis mentitur contra famam proximi, vt detractor, qui mendaciter infamat proximũ, talis etiam peccat mortaliter. Et secundùm *S. Thom.* Tenetur quis ad restitutionem famæ, sicut ad restitutionẽ cuiuslibet rei subtractæ. Imò etiam grauiter peccat ille, qui libẽter audit detractorẽ, etiam qui citò credit mala de proximis. Sicut patet in illo Ps. *Domine quis habitabit in tabernaculo, &c.* vbi inter cætera respondetur: *Qui nõ recipit opprobrium aduersus, &c.* vnde dicitur in decr. *Qui falsum de alio profert, & crimina citò credit, vterque reus erit.* Sextò cùm quis mentiendo iurat, se aliquid fecisse, vel negat, vel se excusat, mendaciter iurando, per Deum & omnes sanctos, quod tamen non est sic in re. Septimò, cùm quis mentitur & iurat, & cum hoc maledictionẽ & plagam super seipsum inducit, vt dicendo, Deus nunquam auxilietur mihi, si hoc non est, sicut dico, diabolus frangat mihi collum, vel Deus non permittat me superuiuere illum diem. Et secundùm *Aug.* ex iustitia DEI meritò euenire debere illi, quod sibiipsi induxit, si nõ esset sic, sicut asserit. Octauò, cùm quis mẽtitur, & iurando promittit proximo

Marginalia: *S. Thomas 2.2. quæst. 70. art. 4.* — *18. quæst. 5. non sanè. & q. 6. si res aliena.* — *3. quæst. 4. §. Venturis.* — *S. Thomas in quodl.* — *22. quæst. 2. Is autem.* — *2. 2. q. 72.* — *Quæst. 3. Non solum.*

mo suo tamen non intendit adimplere, v.g. Vt debitor, qui iurat per Deum, & super animã suam, quod velit creditori suo super illum terminnm soluere creditum, quod nõ intendit facere. Nono, quãdo quis mentiendo emit, vel vendit, & scienter proximum sic decipit. Talis secundùm *Rayn.* peccatum committit mortale, & tenetur ad restitutionem, & ad recompensationem damni ꝓximo illati, & hoc non solùm intelligitur in rebus magnis, sed etiam in rebus paruis. Vnde dicitur in decret. *Inferens damnum non est absoluendus, nisi damno secundùm arbitrium læsi restituto.* Sed, heu, iam commune est, quod plures cõsueuerunt, nec emere nec vendere, nisi cum mendaciis, quia secundùm Ps. *Diminutæ sunt veritates à filiis hominum.* Ergo difficile est iam ditari cũ mercimoniis sine peccato. vnde dicitur in decr. *Difficile est inter ementis & vendentis commercium, non interuenire peccatũ.* Et isti omnes iam enumerati peccant mortaliter sic mentiendo. Ex iam dictis patet, quod quilibet debet se solerter cauere à mendacio pernicioso, & debet cum veritate, & sine iuramentis emere, vendere, & affirmare & negare, secundùm dictum Christi: *Sit sermo vester, est, est, non, non.* Quantum ad tertium, nota exemplum contra illos qui asserunt, quòd non possunt emere nec vendere nisi mentiãtur, quod tamen nõ est verum, vt patet per tale exemplum. Legitur in dialogo Cæsarii, quòd duo ciues Colonienses inter cętera sua peccata cõfessi sunt duo peccatorum genera, quæ quidẽ sunt in se valde magna, licet propter vsum mercatoribus his dieb⁹ parua videantur, & quasi nulla, videlicet mendacium & periurium. Domine, inquiunt, penè nihil possumus emere vel vendere, nisi oporteat nos mentiri, iurare, & sæpe periurare; quibus cùm diceret Plebanus, peccata ista valde grauia sunt, & à Saluatore prohibita, ipso dicente: *Sit sermo vester, est, est, non, non.* Responderunt: Non possumus hoc præceptum in nostris negotiis custodire; ait sacerdos: Vtimini consilio meo, & bene succedet vobis. Nolite mentiri, nolite iurare, sed sicut merc tum vestrum vultis dare, sic illud laudate. Et promiserunt sibi, quòd tentare vellent per annũ vnum; hoc enim presbyter ab eis petiit. Impediente igitur Sathana, qui semper saluti humanæ aduersatur, penè nil illo anno vẽdere potuerunt. Reuersiq; anno reuoluto ad suum plebanum dixerunt: Obedientia huius anni fuit nobis multum damnosa, homines à nobis defluunt, nec aliquid sine iuramento vendere possumus. Tunc sacerdos ait, nolite timere, quia tentatio est, & fixè tenete in corde vestro, quòd nulla aduersitas, nulla paupertas vos à tali proposito auertat, & Dominus vobis benedicet. Qui ex verbis suis compuncti

[Margin notes: 15 quæst. 6. c. Pessimam, & 14. quæst. 6. Si res. — De pœn. distinct. 5. Qualitas. — Matth. 5.]

puncti, promiserunt, quòd vellent custodire eius consilium, diuinumque præceptum per omnes dies vitæ suæ, etiamsi oporteret eos mendicare. Mira res; statim Dominus immissam compescuit tentationẽ, & cœperunt eos homines plus quã alios mercatores perquirere & frequentare, factique sunt in breui diuites, ita quòd mirarentur. Reuersique ad suum confessorem, gratias sibi egerunt, eò quòd per eius salutare consilium à tam grauibus peccatis exonerati forent, & insuper in rebus ditati.

DOMINICA XXIV.

Sermo CXXXIV.

De morientibus.

Filia mea modò defuncta est, sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. Sicut enim defuncta est illa puella corporaliter; sic etiam oportet nos mori, quia *omnibus hominibus constitutum est, semel mori.* Vnde in præsenti sermo. tria sunt dicenda. Primò, de tentationibus, quæ contingunt homini in morte. Secundò, quæ sunt interrogationes, quæ debent fieri ad agonizantes. Tertiò, quomodo homo debet mori, sicut Christus mortuus est. De duobus vltimis dicetur in seq. serm. Circa primum sciendum est, quòd in agone mortis maximè tentamur, & angustiamur, in tantùm, quòd vnusquisq; agonizans potest dicere illud: *Angustiæ sunt mihi vndiq;.* Nunquam .n. tantas tẽtationes & angustias homo à dœmonibus passus est in omni vita sua, sicut in agone patietur. vnde: *Tanquam leo rugiens circuit, quærens quẽ deuoret.* Sed diceres, quare dœmones tentant hominem sic in agone mortis? Resp. quòd hoc faciunt ꝑpter tria. Primò, quia constat dœmonibus, ꝙ omnes homines tam boni, quàm mali affectant bonum finem, & bonam mortem, & hoc est naturale. vnde: *Vnusquisq; vult sibi maximè bona.* vnde etiam *Boet.* Mentibus hominum naturaliter inserta est cupiditas veri & boni. Et hoc dœmones libenter vellent impedire, ne homo in bono fine decederet, ergo permaximè tentant hominem in morte. Secundò, quia si euadat homo in agone potestatem dœmonum, amplius nunquam timebit eos, sed dicere potest cum Psalmo: *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, &c.* Et talis, qui sic in agone euadit tentationes dœmonum, regratiantur Deo, & B. Virg. Mariæ, & omnibus sanctis, & Angelis, qui sibi astiterunt, & eum iuuerunt. Modò diabolus aliquem habuit triginta vel quadraginta annis in peccatis viuendo, tunc in agone mortis eum nõ libenter amittit, sed nititur oĩbus modis eum retinere,

Matth. 11. Marci 5. Lucæ 8.

Dan. 13.

1. Pet. 5.

Aristot. 8. Eth.

Boet. de cons. Philosoph.

& à salute sua eum impedire. Tertiò, quia sibi obtinebit eum in agone, amplius nunquam potest eum perdere. Sed iam in præsenti ante agonem non est sic, quia si hodie lucratur eum per peccatum mortale, cras per pœnitētiam potest eum è conuerso perdere. Vel si in quadragesima aliquos perdit per pœnitentiam, potest in Pascha eos recuperare per recidiuationem; Sed quem diabolus in agone obtinebit, iste non ascendet; qui descendit ad inferos, non ascendet, non reuertetur vltra domum suam. vnde *Greg.* Nequaquā vltra misericordia parcenti liberat, quos semel in locis pœnalibus iustitia iudicantis damnat. quia *in inferno nulla est redemptio* Sed dices. Ex quo homo maximè tentatur in agone, quæ sunt tunc istæ tentationes, quæ homini contingunt in morte? Resp. quòd sunt quinque tentationes per quas diabolus nititur hominem agonizantem à salute sua impedire. Prima tentatio est de fide Catholica. Nam sicut in fine mundi, scil. tempore Antichristi, maxima erit tentatio, & persecutio fidei, sic in fine hominis, qui dicitur microcosmus, i. minor mundus, erit maxima tentatio fidei: *Erit enim tunc tribulatio magna. qualis non fuit ab initio mundi, vsque modò, nec erit.* Quæritur, quare dœmones præcipuè fidem impugnant? Resp. quia fides est fundamentum totius salutis. vnde Apost. *Fundamentum aliud nemo potest ponere.* Aug. Fides bonorum omnium fundamentum, fides est humanæ salutis initium. Itē *Aug.* Nemo liberatur à damnatione quæ facta est per Adam, nisi per fidem Domini nostri Iesu Christi. Qui enim nō credunt peiores sunt, quam dœmones. vnde: *Qui nō credit, iam iudicatus est.* vnde Apost. *Impossibile est sine fide placere Deo.* Sed dices; quomodo euadā in agone hanc tentationem de fide? Resp. q, modò debes esse firmus in vera fide, tunc dœmones in agone non possunt tibi præualere. Sed qui iam falsificant fidem, & debiles sunt in fide, sicut carminatrices, sortilegi, arioli, & fatum tenentes, & sic de aliis, quomodo tunc firmiter stabūt in fide, cùm iam in vita incipiūt errare? Ergo quilibet Christianus debet esse firmus in fide, tam in vita, quàm in agone, & nullo modo moueri à vera fide, quia quàm citò incipit errare in fide, iam citò deuiat à via vitę & salutis; vnde vtile est coram infirmis in agone constitutis, dicere symbolum fidei, vt infirmus per auditū admoneatur, q, maneat stabilis & firmus in fide vnde legitur, q aliqui religiosi habent hoc statutū, quandocunq; aliquis in cōuentu incipit agonizare, tunc faciunt signum cum tabula per conuentū, vt oēs fratres conueniant insimul, & vnusquisq; in via eundo, vsque ad infirmum, tenetur dicere symbolum alta voce, ita quod infirmus audire possit, vt sic admoneatur, vt viri-

Greg. lib. 11. Moral.

Matt. 24.

1. Cor. 3.

Ioan. 3.

Hebr. 11.

vt viriliter pugnet, & diabolo resistat, & in fide stabilis permaneat: similiter bonum est habere crucifixum circa infirmum, & aquam benedictam, vt sæpius aspergatur. & de hoc quære exemplum ser.cx. S. Secunda tentatio in agone est desperatio. Cum enim infirmus cruciatur doloribus in corpore, tūc diabolus superaddit dolorem dolori subiiciendo sibi peccata sua, vt sic eū ad desperationem inducat. Nam in agone homo videt omnia peccata sua, & cum hoc omnia bona opera. Insuper secundum *Inn. lib. 3 de vtilitate humanæ conditionis.* Quilibet homo tam bonus, quam malus antequam anima egreditur, videt Christum positum in cruce, bonis ad consolationem, malis ad confusionem. vt erubescat se non esse redemptum sua culpa sanguine Christi id est, fructum redemptionis non habere. vnde, & malis dicitur. *Videbunt in quem pupugerunt.* Quod intelligitur de aduentu Christi ad iudicium, & etiam de aduentu in die mortis. Sciendum, quod diabolus repræsentat tunc homini omnia sua peccata non indulta, quæ perpetrauit cogitatione, locutione opere, s. in superbia, gula, luxuria, & auaritia, per iniustarum rerum acquisitionem; tunc enim quilibet cognoscet quotiens inebriatus fuit quotiens luxuriatus sit extra statum matrimonii, quotiens chorizauit, & sic de aliis peccatis, quæ hic per veram pœnitentiam non deleuit, & diabolus ideo repræsentat ei illa præterita peccata, quæ fecit vt eum in desperatione ducere possit. vnde tam acriter diabolus tunc hominem cum peccatis præteritis impugnat. quod quidam, qui quasi sanct⁹ reputabatur ab hominibus, tam acriter in agone cum peccatis suis præteritis, quæ in iuuentute commisit, fuit impugnatus, quod ex toto desperauit, & sic damnatus fuit. Sed diceres quomodo euadere possum, ne desperem. Respondetur quod in præsenti plura bona opera facere debes, & quando bona opera cum malis in stateram ponētur, quod tunc bona præponderare possint malis, O tunc quilibet vellet, quod Deum nunquam offendisset, sed semper humilis, castus, abstinens, & misericors fuisset. Sciendum tamen, quod nullus de misericordia Dei in agone desperare debet, etiamsi mille peccata mortalia perpetrasset, quæ omnino oblit⁹ fuisset, & ea omnia in agone cognosceret, & nunquam aliquod ipsorū confessus fuisset, nec pœnitentiam de eo egisset, adhuc tamen non deberet desperare, sed si tantæ fortitudinis est q; potest adhuc loqui, tunc vocare debet sacerdotē & confiteri. Si autem perdidit loquelam, quod præ nimia infirmitate non potest loqui, tunc debet Deo omnipotenti contrito corde confiteri, & nullo modo desperare, quia *cor contritum, & humilia-*

tum Deus non despiciet. vnde dicitur. *In quacunque hora peccator ingemuerit &c.* vnde nullus desperare debet quia omnia peccata respectu, misericordiæ Dei sunt tanquam vna gutta, respectu totius maris vnde *Ber.* Maior est Dei pietas, quam quæuis iniquitas *Aug.* De nemine desperandum est dum est in hac vita. Solum enim desperationis crimen est, quod mederi non potest, & si quis haberet centum millia peccata mortalia adhuc desperare non deberet. Sed si dolet, & vere conteritur, Deus paratus est ei indulgere totum. vnde *Chry.* Peccata præterita non condemnant sed nec iudicant, hoc breui, & leui addito, si non placeant. vnde *Aug.* Non nocent mala præterita. si non placeant, vnde legitur, q; quidã magnus peccator, cum iam decollari deberet, libenter confessus fuisset, nec habuit confessorem, nec tempus confitendi, sed contrito corde dixit: Deus tu scis voluntatẽ meam, & saluatus est. Sed tñ nullus super misericordia Dei peccare debet, q̃a maledictus homo, qui peccat in spe, sed illa iã dicta sunt ad admonitionẽ, vt si aliq̃s peccauit, desperare non debet, sed Deum cum bona spe debet inuocare, vnde Psa. *Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit*. Tertia tẽtatio in agone est impatientia, quia tunc maximus dolor corporis accidit homini. Nam qñ hominis anima debet de carne exire tunc augmentat̃ dolor adeo, quod in cor hominis non ascendit, quẽ nec hõ potest tunc amplius sustinere. vnde tunc hõ perdit sensus suos q; nõ potest clamare, videre, audire, vel tãgere. Et tũc anima non cogitat amplius de corpore suo nutriendo sed vires suas naturales per membra diffusas ad se trahit. & tunc membra moriuntur, & glauca efficiunt̃, & vltimum membrũ q; in homine moritur, est cor. vnde *Arist.* Cor est primum viuens, & vltimũ moriens. vnde mors corporis est amarissima quod ostendit *Arist.* dicens: Terribilissimum omnium terribilium est mors, tũc enim necessarium est vt homo sit patiens, vnde: *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Nã si in patientia possidetur anima custoditur, sic impatiẽtia, & murmure potest q̃s perdere animã suã qui, s. ꝓpter infirmitatẽ, & dolorem corporis murmurant in impatientia cõtra Deum, vnde nos legimus exemplũ de vno clerico quatuor annis infirmato, q; dixit, Deus, tu accepisti mihi corpus, & ego accipiam tibi animam, & dabo eam diabolo. Et dixit in impatientia sua: Diabole accipe animã meã, quod diuino iudicio statim est factũ. Item sciendum, q; infirmitas, quæ præcedit mortem est quasi quoddã purgatorium, cum tolleratur vt oportet; Sed diceres quomodo oportet sustinere infirmitates, & tribulationes secundum *Hen. de cassia.* Tribulationes hui⁹ vitę tunc tollerant̃, vt oportet cum homines tribulatio-

Ezech. 18. *Aug. super Ioan* *Arist. 4. Ethic.* *Luc. 21.* *Hen. de Cassia. super Gen.*

bulationes imputant peccatis suis & paruas, & leues æstimát illas tribulationes respectu illorum pœnalium dolorum, quos pecccata meruerunt, & p hoc Deũ laudant, q̃ sic misericorditer cũ homin.ib. agere disposuit, his eos potius puniẽdo quá in baratro, ergo illi debẽt Deo regratiari, qui diu hic infirmant̃ ante mortem qa hinc habẽt purgatoriũ suũ, saltẽ si patiẽtes sunt, & istas tribulationes, & infirmitates pro L.¶ peccatis suis offerũt, & ea spõte, & voluntarie sustinent. vnde *Greg.* Diuina dispẽsatione agitur, vt ꝓlixiori vitio ꝓlixior ęgritudo existat. ergo talis infirmus cũ sic est in magnis dolorib. cõstitutus, tunc debet cogitare, quod cũ isto corpore, & cum istis membris, in quibus iam punitur, sæpius Deum offendit, & istum dolorẽ & adhuc multo maiorem peccatis suis bene promeruit, & dicere debet cum *b. Aug.* X¶ Hic vre, hic seca, vt in æternum mihi parcas. vnde *Greg.* Misericorditer Deus adhibet tẽporalem seueritatem, ne æternam inferat vltionẽ. Quod autem quis libẽter gratanter & patienter sustinere debeat infirmitates, dolores potius quam pœnam purgatorii, patet per tale exemplum. Narrat *magister Vmbertus* quod quidam peccator correptus graui infirmitate, & longa, Deum rogauit vt eum de isto mundo tolleret, quod cum frequenter petiuisset, astitit ei Angelus Domini, dicens ei: Missus sum ad petitionẽ tuam expediẽdã, elige quod vis, aut duobus diebus stare in purgatorio, aut duobus annis adhuc sustinere istam infirmitatem. Iste autem gaudens, mortem elegit sibi. Et mortuus est, ductus ab Angelo in purgatoriũ. Post horam modicam apparuit ei Angelus. Quem videns, dixit. Quis es tu? Et ille. Ego sum Angelus Dei, qui te huc præsentaui. Et respondit absit: tu non es Angelus Dei, quia Angeli Dei non mentiuntur. Tu autem mentitus es mihi, dicens quod solum modo duobus diebus stare deberem in purgatorio, ego autem iam steti hic per multos annos. Angelus autem ait: Scias quod nondum stetisti hic per horam integram. Tunc ille. Rogo vt reducas me ad seculum & paratus sum sustinere infirmitatem, quam diu Deo placuerit, dummodo huc non reuertar. Quod & factũ est ex dispositione diuina. Et reuersus hoc retulit, sustinuitq; patiẽter infirmitatẽ per duos annos, & mortuus est. Ex his ergo patet, quam acerba sit ista pęna, Quarta tentatio est complacentia suiiþ sius. Nam cũ diabolus non potest hominẽ inducere ad deuiandum in fide, nec ad desperandum à misericordia Dei, nec ad impatientiam, tunc nititur hominẽ inducere ad complacentiam suiipsius. hoc est ad vanã gloriam, sic q̃, hõ cogitet: O quã sanctus es, & quã firmus in fide & q̃ patiens in infirmitate. Cõtra q̃ dicit. *Isid.* Nõ te arroges,

Magist. Vmbert in tract. de septuplici timore

Isid. de sum bon.

roges, non te iactes, non te insolenter extollas, nihil de teipso præsumas, nihil boni tibi tribuas. Nam tanta posset esse complacentia sui ipsius, quod in hoc Deus grauiter offenderetur, quia quãto quis maior est in suis oculis, tanto despectior est coram Deo. vnde *Gre.* Quisquis reminiscendo bonum, quod gessit, dum se apud se erigit, apud humilitatis autorem cadit. Ergo quilibet debet esse cautus, vt cum diabolus eum tentat per arrogantiam, quod tunc humiliet se recogitando sua propria peccata. Et quando diabolus tentat eum per desperationem, tunc debet ad Deum cor suum erigere cogitando Dei misericordiam, & sua bona merita, ne desperet, sicut legitur de sancto Antonio, quod diabolus dixit ad eum. Tu vicisti me, dum te volo exaltare, tunc teipsum deprimis; cum te volo deprimere, tunc teipsum erigis. Sed quod propria complacentia, & spiritualis superbia homini sit multum nociua, de hoc quære exemplum superius ser. lxxii. X. Quinta, tentatio, cum qua Z ¶ plures decipit, est nimia occupatio rerum temporalium. Tunc enim in agone deberet quis postponere omnia temporalia, & se Deo totum offerre. vnde *Scotus*, dicit. Si quis infirmus, cum se iam videt vtique moriturum, mori vult, & plene, cõsentit in mortem, ac si per se ipsum mortem elegisset, pœnam mortis sic patienter sustinendo, satisfaciet pro omnibus peccatis venialibus, imo etiam aufert aliquid ad satisfaciendum pro mortalibus. Ideo per omnia laudabile est in isto voluntatem suam diuinæ conformare. Quæritur vtrum malum signum sit, ¶ A cum quis inuitus moritur? Respondeo quod si infirmus ideo inuitus moritur, quia est ad mortem indispositus & adhuc pauca merita habet, pro quibus remunerari debet in cœlo, & imo diutius libenter vellet viuere, vt se melius ad mortem disponeret, & maiora merita per bona accumularet; dicendũ, quod hoc non est malum, nec reprehendẽdũ. Sed si ideo inuitus moritur, eo quod debet separari à voluptatibus carnis, & à gaudiis, honoribus, & diuitiis, & ab vxore, & à filiis, vel à suis cognatis, & amicis, & propterea libenter vellet diutius viuere, vt posset in talibus vlterius delectari, hoc esset valde malum, & detestabile. Vnde arguendi sunt isti, qui audire nolunt quod dicatur eis de præparatione ad mortem per confessionem, & sacramentorum perceptionem, cum infirmantur sed dicunt, melius erit, ego spero me non moriturum, & hoc est verbum reprehensibile in ore Christiani. Quid enim potest melius fieri, nisi quod homo pœniteat & se Deo reconciliet? Etiamsi veraciter sciret se non moriturum, adhuc debet confiteri, & sacramentum Eucharistiæ suscipere. Sed sacramentum Extremæ

Scotus super li 4. en.

mæ vnctionis non est accipiédum, nisi verisimile sit, quod esset in articulo mortis. vnde *Bonaue.* Nullus est inungendus, nisi ad exitum appropinquãs. Vnde hoc est manifestum signum, quod tales præsentem vitam nimis diligũt. Vnde sciendum, quod quis intantum posset se occupare cum rebus terrenis in agone mortis, quod propterea posset damnari. Vnde legitur tale exẽplum, q. fuit filius cuiusdã comitis, qui fuit castus, & bonus, sed in agone cum mori deberet, in tantum doluit de hoc, quod debuit separari à ciuitatibus suis, castris, & villis, quæ iure hæreditario ad eum pertinebant, quod propterea fuit damnatus; & post mortem apparuit, & dixit quod hæc esset causa damnationis suæ, quod in agone cum paternis se nimium occupauit, & sic Dei, & propriæ salutis oblitus fuit. Quare seculares homines debent omnia terrena postponere, & cor suum ad Deum erigere, & ad vitam æternam anhelare. Vnde sciendum, quod homo moriens, B[illegible] debet se ipsum consolari in agone, cum eum omnia relinquere oportet, sic cogitando, quod pro istis temporalibus, quæ iam libere resignas propter Deum, committens te diuinæ voluntati dabit tibi Deus æterna bona. Item pro vxore, quam in morte relinquis, dabit tibi Deus suam benedictam matrem Virginem Mariam, quæ dignior, & pulchrior, & nobilior est omnibus. Item pro amicis, filiis, & cognatis. à quibus te separari oportet dabit tibi societatem omnium sanctorũ Angelorum. Item pro honore, & potestate præsenti dabit tibi æternum honorem, & regnum æternũ. Ps. *Introibo in potentias Domini*, & sic patet istæ quinque tentationes, quæ communiter contingunt homini in morte; Quia tunc, scilicet in agone diabolus non tentat homines de superbia vestium, nec de chorea, quia non potest transire, nec de gula, nec de ebrietate, nec de luxuria, nec de carnis voluptate tentat, quia tunc sustinet tantos dolores de infirmitate corporis, quod de his omnibus nihil curat.

Bonaue. Inter 4. sen. d. 22.

In Eadem Dominica.

Sermo. CXXXV.

De interrogationibus ad agonizantes.

Domine filia mea mõ defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam & viuet. Videtur esse contrarietas inter Matthæum, & Marcum. Matthæus .n. dicit, quod Pater dixit q. filia *mortua erat*, sed Marcus dixit quod pater dixit, *filia mea in extremis est*. Hic dicendum est, quod quando à filia recessit iam moriebatur, quãdo vero venit ad Christum, supponebat, quod esset mortua, & ideo vtrumque potuit dicere, & q. dimi-

Mat 9.

serat eā in extremis, & quod credebit, quod esset mortua. Ergo dixit: *filia mea modo defuncta est* modo quantum ad secundam partem precedentis sermonis sciendum, quod sex sunt interrogationes, ad quas si agonizās perfecte respōderit, & ista sex in se habuerit, signum est, quod sit de numero saluandorum. Primo, infirmus interrogandus est, an omnia credat, quæ dogmatizat ecclesia Dei ad credendum homini Christiano, & ea, quæ duodecim articuli fidei indicant esse credenda, & an gaudeat de hoc, quod sperat se moriturum in vera fide catholica. Si infirmus respondet quod sic, scil. quod omnia credat, quæ Christian' credere debet, & habet bonā spē, quod velit mori in fide catholica, signum est salutis. Secundo, infirmus interrogandus est, an recognoscat, quod peccando, sæpius creatorem suum offendat, cogitatione, locutione, opere, omissione: & si respondet quod sic, signum est salutis; vnde *Bern.* Scio neminem absq; sui cognitione saluari, de qua nimirum mater salutis, humilitas, oritur, & timor domini, qui & ipse, sicut *initium sapientiæ*, ita & salutis est. Tertio, infirmus interrogandus est, an doleat de hoc, quod Deum sæpius offendit peccando, non ex timore mortis & pęnæ inferni, vel extremi iudicii, sed ex charitate qua tenetur Deum super omnia diligere, quem grauiter sæpe offendit peccando, qui sibi multa bona retribuit, & in multis sibi suam maximam charitatem exhibuit, vt scilicet moriendo pro ipso. *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* sed ipse peccator tribuit Christo mala pro bonis ipsum offendendo cum suis peccatis. vnde Christus conqueritur per prophe. dicentem. *Retribuebant mihi mala pro bonis*, scilicet me offendendo cum suis peccatis. Si infirmus responderit, quod doleat de offensione Dei non ex timore mortis, vel pœnis inferni, sed ex mera charitate, qua tenetur Deum diligere, & sic habet aliqua peccata, quæ ante non est confessus, & libenter vellet ea confiteri, & pro eis satisfacere secundum sui possibilitatem, signum est salutis. Quarto infirmus interrogandus est, an proponat vitam emendare & amplius nunquam velit scienter peccare mortaliter, si conualuerit de sua infirmitate, & quod habeat tale propositum, vt nihil sit sibi tam charum, vel preciosum, propter quod scienter amplius vnum peccatum mortale vellet committere: Si infirmus respōdet quod sic, signū est quod saluabitur. Quinto, infirmus interrogandus est, vtrum omnibus inimicis suis, qui eum offenderunt verbis, & factis, ex corde indulsit, & si sciret aliquem, cui esset obligatus ad restitutionē omnē, siue in rebus suis, siue in fama hoc est, si sciret aliquē, cui res suas, siue paruas siue magnas

[Margin: Bern. super Cant.] [Margin: Ioan. 15]

reco-

recepisset contra iustitiam, vel si alias sciret se aliquas res iniustas possidere, quod paratus esset res restituere secundum suum posse. Vel etiam si sciret alicui se fuisse oblocutum, quia bonam famam ipsius denigrasset per suam falsam oblocutionem, quod paratus esset ad reuocādum, & restituendum illi bonam famam suam; si infirmus respōdet, quod sic, est signum salutis. Sexto, infirmus interrogandus est, an credat, & gaudeat de hoc, quod debet peruenire ad vitam æternam nō propter sua merita propria, quę adhuc parua sūt respectu vitæ æternæ, sed propter meritum passionis Iesu Christi, in quo merito consistit omnium hominum salus. Hæ sunt sex interrogationes, quæ debent homini fieri in agone, per quas cognosci potest an debeat saluari, an damnari. Quia quicunque seipsum interrogaret, vel etiam alium hominem & in se ista sex inueniret, secure mori debet super misericordia Dei, & sperare ad vitam æternam peruenire. & talis infirmus, qui ista sex in se habet, inducendus est, vt se ad meditandum passionem Christi deuoto corde præparet, in qua meditatione omnes diabolicas tentationes potest vincere. Sed quantum ad tertiam partem præcedentis serm. sciendum, ꝙ sicut vita Christi debet esse exēplar vitæ nostræ, ita mors Christi debet esse exemplar mortis nostræ, id est, sicut Christus mortuus est, sic & nos mori debemus. *Gregor.* Omnis Christi actio, nostra est instructio. pro quo est sciend. ꝗ, Christus quinque fecit ꝙD in cruce moriendo, quæ nos etiam facere debem⁹ in agone nostro. Primo, Christus in cruce pendens orauit, vnde, dicitur quod illum psal. *Deus Deus meus respice in me.* inceperit orare, & orauit vsque ad illum psal. *In te domine speraui.* & vsque ad illum versum. *In manus tuas commendo spiritum meum.* Sic & nos cum sum⁹ in āxietate mortis deuote orare debemus, si non ore possumus, tantum corde. vnde *Isid.* Melius est cum silentio cordis orare sine sono vocis, quam solis verbis sine intuitu mentis. *Isid. de summo bono.* Secundo, Christus in cruce clamauit sic quod terra tremuit, & petræ scissæ sunt, solq. obscuratus est? Sic & nos in agone clamare debemus & iste clamor nō debet fieri ore, sed corde, quia iste clamor, quem deus vult habere in agone, nihil aliud est, nisi desideriū cordis, quod debemus habere pro æternis gaudiis. Vnde in agone abstrahere debemus nos ab omnibus terrenis, & corporalib. reb., & releuare mentē nostram ad Deum, & ad cælestia sic, vt vnusquisque nostrum possit dicere cum Apost. *Cupio dissolui, & esse cū Christo.* *Phil. 1.* Tertio, Christus in cruce plorauit. vnde Apo. *Cū lacrymis ex auditus est pro reuerentia sua.* *ad Hebr. 5.* Sic & nos flere debemus in agone, saltē corde ꝓ peccatis nostris. vnde *Caßi.* Domin⁹ nescit differre, quē cōpuncto corde sibi senserit supplicare: vnde *In quacunq; hora* *Ezech. 18.*

Ddddd 2 peccator

tor ingemuerit &c. Quarto, Christus in cruce Patri spiritum suũ cõmendauit dicens: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Sic & nos in agone mortis debemus committere animas nostras Deo omnipotenti, qu. est protector omnium sperantium in se. Quinto, Christus p ii um in cruce tradidit.
Io 19. *Inclinato capite, tradidit spiritum.* Sic & nos debemus reddere animas nostras ipsi Deo, qui est creator, & redemptor animarum nostrarum. vnde crucifixus habendus est iuxta infirmum, vt infirmus per signum crucifixi visum admoneatur ad meditandum passionẽ Christi, vt sicut Christus mortuus est in cruce, sic & ipse velit mori, & illa quinque in se habere, quæ Christus habuit, dum in cruce obiit. Etiam circa infirmũ habenda est aqua benedicta, vt ipse infirmus sępe aspergatur propter infestationes dęmonũ, quia in agone adsunt multi dœmones tam bonis, quam malis. Quod patet per tale exemplũ. Legitur in dialogo Cæsarii, quod quidã miles, qui fuit religiosus multum obsequiosus, hic cum grauiter infirmaretur solusque iaceret diabolus illi ad pedes visibiliter apparuit ad instar simiæ habens cornua caprina, ad cuius conspectum miles territus ait: Quis es, aut qd quæris? Respondit monstrum, Diabolus sum, & veni animam tuam tollere cui miles: Recede turpissime Christo eam commendaui, quem in sacramẽto accepi. Ait dœmon. Vualthere si mihi homagium feceris, sanitati te restituã, & super omnẽ pgeniem tuã ditabo te. Resp. miles. vnde tibi thesauri? Respon. diabolꝰ. Iuxta tuam curiam infiniti thesauri absconduntur, & adiecit miles. Dic mihi vbi est anima Domini Comitis vuilhelmi nuper defuncti? Respondit dœmon: Per fidem meam dico tibi, si quis maximum mõtem sub cœlo existentẽ illuc mitteret, vbi anima comitis Vuilhelmi est, antequam in oculo supercilium superius inferiori iungeretur, liquefieret. Quo dicto, cachinando subiunxit: ardor ille balneum lacteum est illi. In die autẽ iudicii debitã accipiet pœnã secundum sua merita. Adiecitque interrogare de quodã alio. At dœmon respon. sibi, viginti annis ille in pœnis fuit sed monocula, & caluus quidam pediculosus nobis eũ de pęnis purgatorii abstulerunt, monoculã vocauit vxorem suã, quæ plorãdo pro anima eius pdiderat oculum vnum. Caluum vero nominauit filium eius monachũ, qui in monasterio fuit vir deuotus, & religiosus, qui multum p anima eius sudauerat. Tandem inquisiuit dicens: Dic mihi de quo loco venisti ad me? Qui ait: Ego & socii mei eramus in extremis cuiusdã Abbatissæ nigri ordinis egressum eiꝰ præstolantes. Tunc miles ait. Quot eratis? Respõdit: Maxima sylua sub cœlo in Maio tot folia non habet, & miles. Quid obtinuisti ibi? Resp.

heu,nihil. Fœmina fuit religiosa,& Michael Archangelus superuenit cum fuste ferreo, & sic nos verberauit & fugauit, vt dispergeremur sicut puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. Requisitus si etiam fuisset in morte Domini Gierbardi Abbatis, qui fuit sanctæ vitæ: respondit dœmon: Non est tantum arenæ in littore maris, quot ibi fuimus, sed modicum ibi obtinuimus, quia vilissimi monachi more porcorum grunientes nō sinebant nos propius accedere; & ait miles: Quomodo autem ausus fuisti ad obitum tanti viri venire? Diabolus ait: Ego præsens fui, vbi Filius Dei exspirauit, sedens super brachium crucis; quare nunc non ad obitum auderem talis viri accedere?

DOMINICA XXV.

Sermo CXXXVI.

De mundo non diligendo.

Iohan 6. Matth.13. *Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces.* Cōcludendo istos sermones de tempore, est notandum, quòd per quinque panes, & duos pisces possumus intelligere septem, quæ debeant nos retrahere ab amore huius mundi. Primum est, quod consideremus, quòd amicitia huius mundi hominem inimicum Dei constituit, quia nemo potest habere mundi amicitiam, & Dei, quod postquam ex testimonio Scripturæ veraciter est inuentum, debileret apud se fidelis homo, quis ipsorum magis expediat, videlicet Deum derelinquere, vel hunc mundum, & homo ratione vtens inueniet, quod magis expediat, derelinquere hunc mundum, & Domino adhærere, & ad hoc monet nos S. Scriptura: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt*: Iohan.2. cuius causam assignat dicens: *Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo*, quòd autem amicus huius mundi, inimicus Dei sit, patet: *Amicitia huius mundi, inimica est Deo.* Iacobi 4. Quicunque voluerit esse amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur. Quicunq; ergo Deum & eius amicitiam & gratiam, & dilectionem habere voluerit, necesse est, vt in eius corde mundus cadat; quia amor mundi expellit Deum, gratiam eius & dilectionem Dei à corde hominis; quia sicut ignis & aqua, frigidum & calidum, nigrum & album, sunt contraria; sic amicitia DEI & mundi simul stare nō possunt. vnde August. *Duo sunt amores, scilicet mundi & Dei. Si amor mundi inhabitat, non est vbi intret amor Dei.* August. sup. Cano. Iohan. vnde Greg. *Disce homo non diligere mundum, vt diligas Deum; auerte, vt conuertaris; effunde, vt implearis.* Secundum, quod considerare debemus, ¶ G est, quòd totus mundus est laqueis plenus. Nam laquei à retro sunt malæ voluptates, & delectationes peccatorum præteritorum. vnde

quando delectatio præteritorum peccatorum tibi inciderit, tunc scias hanc esse laqueum diaboli, vnde *Aug.* Nullum scelus tã Deo abominabile sit, quam præterita peccata vnicuique nostrum dimissa reminiscẽdo gaudere, & inde exultare; heu, hoc isti non curant, qui peccata prius confessa reiterant, nisi enim delectarentur in eisdem, nõ recidiuarent. Item laquei ab ante, sunt malæ voluntates, ergo si malã voluntatẽ habes peccandi mortaliter, caue à laqueo diaboli, quem ante te posuit. *Aug.* Si ratio consentiat ei, quod libido cõmonuerit faciendum esse, & non discrepat, ab omni vita bona tanquam de paradiso expellitur homo, & iam peccatum imputatum, etiamsi non consequatur factum, quoniam res tenetur in cõsensum cõscientiæ. Itẽ laqueus super nos est timor inordinatus, sicut, heu plures ex timore inordinato peccant, quia timent hoc damnum incurrere, vel alios offendere, vel hoc bonum perdere, cõtra quos dixit Christus in euangel. vt habetur. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum, qui & animam, & corpus potest perdere in gehennam.* ergo multo minus debemus timere eos, qui temporalia diripiunt; item laqueus infra nos est amor inordinatus ad temporalia, ad cognatos, ad vxorem, & ad filios, sicut heu, plures peccant ex inordinato amore, quem habent ad se vel ad suos amicos vel ad sua tempo alia, quæ præponunt Deo, & tales capiuntur laqueo, qui est infra nos positus; nam duæ sunt radices omnis mali s timor inordinatus, & amor inordinatus. Item laqueus à dextris est prosperitas in temporalibus. Cum isto laqueo plures capiuntur, sicut illi, qui abutuntur Dei beneficiis, verbi gratia sicut diues, qui superbiam exercet in vestibus, potens qui est oppressor pauperum, pulcher, qui est sibi & aliis occasio peccandi, vnde conqueritur dominus per prophetam dicens: *Abominabilem fecisti decorem tuum.* Fortis enim chorizat, & hastiludit, & si infirmus, & claudus esset, tunc illa contra Deum non faceret. *August.* nihil infelicius felicitate peccantium, quia multo plures cadunt, & capiuntur in felicitate & prosperitate quam in aduersitate. vnde psalm. *Cadent à latere tuo mille & decem millia* &c. Item laqueus à sinistris, est aduersitas, & cum isto laqueo capiuntur, pauperes, & infirmi, & tribulat', qui maledicunt Deo, & proximis, & sibi ipsis in suis aduersitatibus. vnde August. Afflictione mali Deum detestantur, atq; blasphemant, boni vero precantur, & laudant, vnde pauperes, & infirmi, & tribulati solicite cauere debent, ne capiantur laqueo impatientiæ, quia qui hic capiuntur, miseri sunt hic, & in futuro, vnde exemplum legitur in dialogo Cæsar. Quod quædam mulier tribulata, pedes suos pelui imponens

Aug. in quadam epi.

Aug. sup. Gen

Matth. 10.

1. De ciu. dei

ponens

ponens, & extra illam retrorsum saliens, sic ait: H c sic salto de potestate Dei in potestate diaboli, quam diabolus mox rapiens, & per aera ducens multis, qui aderant, videntibus, ita quod vsque hodie nusquam comparuit. & sic patet quomodo homo circunquaque est laqueis diaboli circundatus, quare necesse est vt vnusquisque se custodiat, ne capiatur his laqueis diaboli, quibus circundatus est. Tertium, quod nos debet retrahere ab amore mundi est, quod totus mundus est plenus amaritudinibus, & miseriis. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.* Ergo mundus præsens vallis dicitur lacrymarum, & hoc puer ostendit nascendo, quia primo flet, qui fletus repræsentant miseriam huius mundi, ad quam miseriam puer iste natus est. Deum in adulta ætate obliuiscitur cum discernit inter bonum, & malum, & gaudet in vanitatibus, quasi in præsenti vita nulla sit miseria. Et ratio huius est, quia talis homo raro cogitat de statu suo in præsenti, & in futuro, scilicet quis sit & qualis erit: vnde *Bernard.* Cogita, vnde veneris, & erubesce; vbi es, & gemisce; quo properas, & pertimesce. Vnde melius est in valle huius miseriæ flere, quam ridere in vanitatibus, & gaudere. vnde *Salomon. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuii,* quod autem vallis huius mundi sit plena amaritudinibus, patet *Cuncti dies eius doloribus, & ærumnis pleni sunt,* quod patet. Nam homo iam patitur frigus, nunc famem, nunc sitim, nunc est sanus, nunc infirmus, nunc lætus, nunc, tristis, iam viuens, cras moriens, *Nunquam in eodem statu permanet.* Immo mundus non solum plenus est amaritudinibus, sed etiam plenus est periculis, quæ quis perpendere potest in se ipso. Nam si in vtero matris, vel in natiuitate, vel post natiuitatem, immediate ante baptismum mortuus fuisses, ad limbum inferni descendisses, si es in ætate virili, & in peccatis mortalibus, si sic morieris, æternaliter damnaberis, & si es in gratia, & sine peccato, ad huc potes peccare, & damnari. Nam Lucifer peccando, de cælo cecidit, Adam de paradiso expulsus est, Iudas de societate Apostolorum segregatus est. Item nescis an opera tua etiam bona placeât Deo, an nô, & an tibi peccata tua sint indulta, an non. Nam certus es de culpa, sed incertus es de venia. Ex his miseriis, & periculis non possumus hic euadere ex toto, nisi postquâ patriam nostram intrauerimus, ergo spernendus, est mundus & appetendum est cælum; primo, quia ibi est patria nostra. ad Hæbr. vltimo: *Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.*

Margin notes: Iob. 14. — Eccl. 2. — Iob. 14. — H — Hebr. 13. — Ioan. 17.

Secundo,

Secundò, quia ibi est thesaurus noster; nam quicquid lucramur, vel boni facimus in hoc mundo, hoc illi reponimus secundùm dictum Christi Saluatoris nostri, qui dixit, vt habetur: *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.* Tertiò, quia ibi est Pater noster cœlestis: *Vnus est enim Pater vester, qui in cœlis est.* Insuper ibi est mater nostra, scilicet beata virgo Maria, & fratres nostri, scilicet Apostoli, Martyres, & Confessores, & sorores nostræ, scilicet omnes virgines, & amici nostri, id est, omnes electi, & Angeli DEI. Quartum, quòd debet nos inducere ad contemnendum mundum, est, quia omnia bona huius mundi sunt breuia & parua. Similiter & vita nostra, in qua solum possumus vti bonis huius mundi, breuis est, sicut dicitur: *Breues dies hominis sunt, &c.* Item: *Quid est vita nostra? Vapor est ad modicum parens:* quòd si scire vis, quàm breues dies sunt, require vbi sunt, qui ante centum annos vixerunt, & quasi nullum reperies, imò plures moriuntur infra decem annos, quàm qui vltra triginta viuunt. De amatoribus huius mundi dixit Dominus per Prophetam: *Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alii loco eorum exsurrexerunt.* vnde ipsi miseri mundi amatores in inferno existentes dicunt & clamant illud: *Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? transierunt omnia velut vmbra.* *Gregor.* Momentaneum est, quod delectat; perpetuum autem, quod cruciat. Quintum, quod nos debet inducere ad contemnendum mundum, est, quòd amatores mundi sunt serui diaboli; quia secundùm dictum CHRISTI: *Nemo potest duobus dominis seruire,* id est, DEO, & mundo: *aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet.* Apost. *Si adhuc mundo placerem, seruus Christi non essem.* Modò homo, qui est seruitor mundi & diaboli, verecunderetur seruire alicui, vel pastori, vel rustico, & non verecundatur seruire diabolo, sicut chorizantes, gulosi, ebriosi, superbi, auari & iracundi, &c. qui omnes seruiunt diabolo, qui est maximus inimicus eorum. *Gregor.* Stultum est seruire diabolo, qui nullo placatur obsequio; imò quandoque durius laborant serui diaboli, quàm serui CHRISTI, quia in labore sunt & sudore, qui diabolo seruiunt, & sunt quasi omni tempore inquieti & fatigati: *Vt iniquè agerent, laborauerunt.* Hoc patet in chorizantibus, qui magna fatigatione suorum corporum diabolo seruiunt chorizando, quòd si deberent tot saltus facere propter DEUM, esset ipsis nimis graue. Similiter, qui vadunt ad torneamenta, vbi quandoq;

Marginalia: Matth. 6. — Matt. 24. — Iob. 14. — Iacob 4. — Baruch 3. — Sapien. 5. — Galat. 1. — Hier. 10.

quandoque grauiter percutiuntur, quas percussiones, propter Deum nullo modo sustinerent. Similiter superbi, qui graues vestes portant, & duplicatas in æstate, & ligant manus, & brachia cum strictis manicis, crura, & pedes stringunt cum strictis caligis & calceis, & sic de aliis; & de talibus mundi amatoribus dicit Christus in [illegible]an. *Ligatis manibus, & pedibus, proiicite eos in tenebras exteriores*, & tales consumunt vires corporis, & substantiam corporalem in seruitio mundi, & diaboli plus quandoque, quam veri serui Dei in ipsius seruitio, & postmodum servi Christi habebunt æternam requiem, sed mundi & diaboli habebunt laborem æternum, & inquietudinem. Ps. *Laborauerunt in æternum*. Sextum q, debet nos inducere ad contemnendum mūdum, est, quod nemo seruiens seculo, & seruiens mundo potest venire in regnum cœlorum. *Regnum meum non est de hoc mundo*, quasi dicat, regnum meum non est de his negotiis, quæ in seculo actitantur. vnde *August.* Semper enim mundana excluserunt homines à beata vita. Quod enim amatores mundi huius, qui quærunt mundana gaudia, non possunt cælestia gaudia post hanc vitam possidere, ostendit *Greg.* dicens: Nemo potest, & hic gaudere cum hoc seculo, & illic regnare cum Deo. vnde merito mūdus iste cum suis gaudiis contemnendus est à seruis Christi. vnde *August.* hæc gaudia mundana velut venena diaboli repudiare debemus, quæ non solum corpus fædant, sed animam necare festinant, vnde *Chr.* O quam miserrimus est mundus, & miseri, qui eum sequuntur. semper enim homines mundi opera excluserunt à vita. *August.* Vincula huius mundi habent veram asperitatem, & falsam iucunditatem, certum dolorem, & incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem. Septimum, quod nos debet inducere ad contemnendum mundum, est, quod mundus iste amatores suos male remunerat pro omnibus seruitiis suis, nihil eis, nisi sudarium in finem derelinquens. Nam homini mortuo dabitur peior tunica, vel peior pannus, & non melior. *Diues, cum dormierit, nihil secum auferet*. Bernar. mundus inexorabilem constituit ianitorē, quod de omnibus nihil apportare permittit. Iob. primo. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ & nudus reuertar illuc*. hoc memorari deberent illi auari, qui die, noctuq; laborant & occupantur, quomodo magnas diuitias valeant congregare. cum omnia illa post se relinquere eos oporteat. Vnde psal. *Relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra illorum domus eorum*. vnde

Ioh. 18. *Greg. in hom.* *Chr. super Math.* *Iob. 37.*

Eeeee de

de legitur, quod Saladinus magnus princeps inter Saracenos, fecit sibi deportari sudarium suum cum videret se propinquum morti, & fecit illud per præconem per plateas portare, & clamare coram populo. Tantum portabit secum magnus princeps Saladinus de omnibus diuitijs suis, & insuper mundi amatores cogitare deberent quales post mortem erunt, quia cadauer fœtidum, & abominabile. Vnde August. Cuius erat ante amplexus gratissimus, erit in morte horribilissimus aspectus. Vnde Bernard. Quid fœdius humano cadauere? quid horribilius mortuo homine? quid ergo prosunt diuitiæ? quid delitiæ? quid honores?' diuitiæ non liberant hominem à verme, honores non liberant eum à fœtore, qui quondam sedebat purpuratus, & gemmatus in aula, modo sordet nudus in tumba, qui quondam vescebatur in delicijs in cænaculo, modo consumitur à vermibus in sepulchro. *Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent*, & non solum nouissima, sed etiam prima, & media. Vnde N. *Putredini dixi, pater meus* &c.

Deut. 32.

Iob. 17.

Vnde legitur exemplum, cũ quædam ecclesia consecraretur, in qua erat quidam Comes quondam sepultus, & deberet inde extrahi propter consecrationem. Aperto sepulchro eius apparuit horribilissimus buso super faciem eius eum corrodens, & alii multi vermes, & serpentes, ad quorum aspectum, & horrorem homines resilierunt. hac autem filius Comitis iuuenis audiens, accessit, & visa paterna carne sanie, & vermium diuersitate, horrere incepit, & mæstus cogitare de morte, & quã vanæ essent diuitiæ mundi, delitiæ & honores, vnde relictis omnibus, fugit cogitans se fore beatum, si pauper fieretur pro Christo. Quidam autem domicelli eum sequentes, & inuenientes, nec eum reuocare valentes, venditis equis, & rebus pro Deo erogatis admonitionem eius, eum pauperem pauperes sequebantur, cum eo multa conuitia propter Deum ab omnibus sustinentes, & cum peterent eleemosynas, quicquid melius inueniebant, ei dabant, quod noluit, & dixit, quod quilibet haberet, quod ei Deus daret, & cum introitu cuiusdam villæ duxisset eos per vicos, & ipse victum pauperem eligeret, nihil in eo potuit inuenire, nisi durissimam crustam, & nigerrimam, quam in domo cuiusdam pauperculæ videns petiuit, & fragilem testam, vnde gallinæ eius bibebant. Qui agendo gratias ad socios, suos portauit, nec aliud voluit comedere, nisi dictam crustam in aqua testę temperatã. Cum autem crustam istã comederet, & sanguis de ore eius exiret, flebant socii eius quos ipse licentiauit, & fugit ab eis ne emollirent

lirent cor eius. Ipse vero Romam venit, vbi factus est carbonarius, & secretum suum cuidam Cardinali reuelauit in confessione. Cum autem non plures annos semel vrbem intrasset aduendendum carbones & ad domum dicti Cardinalis confessoris sui carbones portasset, arreptus infirmitate, post suscepta sacramenta omnia pauper iacens sub gradu ad Dominum migrauit, quo mortuo, omnes campanæ vrbis per se sonuerunt. Quod cum audisset Papa, admirabatur & cardinalis confessor eius reuelauit causam, homines autem terræ suæ existentes in curia, audientes hæc quem viuum quærebant, mortuum inueniebant.

Finis sermonum Discipuli de Tempore.

SERMONES DISCIPVLI COMMVNES.

OMNI TEMPORE PRÆDICABILES.

DE COGITATIONIBVS.

Serm. CXXXVII.

COGITATIO *eorum apud altissimum.* Sap. 5. Sciendũ, quod tria sunt principaliter, cũ quibus meremur, & peccamus, scilicet cogitatione, locutione, & opere. vnde tres sermones sunt hic formandi. Primus, de cogitatione. Secundus, de locutione. Tertius, de opere, quomodo nos in vnoquoq; illorũ habere debeamus, vt mereamur, & ne peccemus. Quantũ ad primum sermonem sciendum, quod hic tria sunt dicenda. Prima, quæ sunt homini cogitanda. Secundo, quæ sunt obliuiscẽda. Tertio, exemplum. Circa primũ sciendum, ꝙ homini volenti proficere, quatuor sunt cogitanda. Primo, habendæ sunt cogitationes, quæ valent ad peccati detestationem. Sed diceres, quæ sunt illæ? Respondetur, quod quando quis cogitat damna, quæ peccata inferunt. Nam peccatum facit hominem miserum in præsenti vita. quia spoliat eum omnibus bonis, & meritis, quæ fecit, & omnibus virtutibus, & gratiis. Si enim tot bona opera quis haberet, & virtutes, quot paradisus habet nobiles arbores, flores, herbas & radices; item quot cœlum stellas, quot mare guttas, hæc omnia per vnum peccatum mortale perdit, sic quod nũquam habebit aliquod bonum in cœlo pro his omnibus, nisi per pœnitẽtiam recuperauerit. *Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, nunquid viuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat, non erunt in memoria.* Ezech. 18. Insuper peccator existens in peccato mortali, nihil boni potest operari, quod sibi sit meritorium quandiu scienter stat in vno peccato mortali. *Si maculam habuerit, non erit acceptum Deo.* Leu 17. *Non accipiam à vobis sacrificium, quia manus vestræ plenæ sunt sanguine*, Esai. 1. id est peccato. Item peccatum facit hominem tam vilem, & indignum, quod ille, qui ante peccatũ dignus erat cęlo, & bonis cœlestibus, post peccatum non est dignus pane, quo vescitur, & pascitur. Ergo moderatius eo vti deberet quantumcunque posset. vnde *panem tuum in pondere comedes, & aquam tuam in mensura bibes.* Ezech. 4. Immo peccator indignior

Arist. 1. Pol. gnior est omnibus creaturis. vnde *Arist.* Sicut optimũ animalium est homo fruens lege, & iustitia, sic pessimum animalium est homo à lege, & iustitia separatus; ergo si indignior est omnibus creaturis irrationalibus, consequenter sequitur, quod non est dignus vti creaturis. Ergo peccatum facit hominem tam miserum, quod nullius boni, nec spiritualis, nec temporalis dignus est. Ergo miseria peccatoris tam magna, & periculosa est, quod si omnes creaturæ deflerent miseriam peccatoris, scilicet omnes lapides, omnia ligna, omnia animalia terræ, & omnes aues cœli, & omnes homines in mundo viuentes, non tamen possent condigne damnum peccatoris, in quod per vnum peccatum mortale incidit, deflere. Sed, heu, plures peccatores centum peccata mortalia committunt, nec vnam guttam flent pro omnibus. Ratio est, quia non cognoscunt quanta bona perdiderunt, & in quot mala inciderunt. Si hæc veraciter cognoscerent, non solum plorandum esset eis, sed etiam vlulandum, quia nihil tam malum homini, quam peccatum mortale. Melius enim esset homini, quod decem millia dæmonum in se haberet, vel etiam cum omnibus gladiis, qui vnquam frabricati sunt transfigeretur, vel in igne combureretur, vel in aquis submergeretur, vel cum rotis rotaretur, quam quod cũ vno peccato mortali Deum scienter, & voluntarie offenderet, quia *peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem,* scilicet ipsius animæ quæ mors magis timenda est, quam mors corporis. vnde *Grego.* Mortem corporis omnis homo timet, mortem autem animæ pauci. Ex his sequitur, quod homo potius deberet mori, quam cum vno peccato mortali Deum offenderet. vnde. Melius est mori, quam facere contra bonum virtutis. *Arist 4. Ethic.* ¶ P Secũdæ cogitationes sunt, quæ faciunt ad contemptum suiipsius, & ad humiliationem propriam, quæ habendæ sunt homini volenti proficere. Sed diceres, quæ sunt istæ cogitationes? Respondeo cogitare defectus nostros in communi, & in speciali. Cogitare quid sumus, quid fuimus, & quid erimus. *Bern.* Cogita ergo vnde uenis, & erubesce; vbi es, & ingemisce; quo properas, & pertimesce, vnde *August.* O homo si consideras *August. in sermon.* quid per os, quid per nares, cæterosque meatus egrediatur, nunquam vilius sterquilinium inuenisti. vnde etiam *Bernard.* Nos miseri & miserabiliter nati, quibus datum est cum mærore nasci, cum labore viuere, cum dolore mori. vnde *August.* Lugentes in hanc *August. in lib. de spir. & anima.* vitam intrauimus, cum labore viuimus, cum dolore, & timore exituri sumus. Ista iam dicta omnia debent nos inducere ad humilia-

tionem propriam, & ad contemptum suiipsius. Tertiæ cogitationes sunt, quæ promouent hominem ad profectum, & studium virtutum. Sed quæris, quæ sunt istæ cogitationes? Respondetur, cogitare de premio, quod virtutibus datur, & etiam de dignitate virtutum Nam nihil reperitur nobilius & pretiosius virtutibus. vnde Philosophi non habuerunt notitiam Dei, sicut nos, nec præmium futurum, quod dabitur virtuosis, exspectabant, tamen intendebant virtutibus propter nobilitaté virtutum. Temperantiam enim habuerunt in cibis, & potibus, & in operibus carnis. Fortitudiné, quæ est secunda virtus, habuerunt sic, quod multa mala & opprobria, & aduersitates, & derisiones in patientia sustinuerunt. & in prudentia spiritus, quæ est tertia virtus, tantum studuerunt, quod hæc temporalia bona valde contempserunt, nec dilexerunt, eo, quod cum labore acquiruntur, cum timore & sollicitudine possidentur, & cum dolore amittuntur: quare multi de eis magnos thesauros abiecerunt, sicut Socrates & Diogenes, & multi alii, qui propter studium omnia reliquerunt. & iustitiam, quæ est quarta virtus, in tantum dilexerunt, vt nulli inferrent aliquam iniuriam. Item tam nobilis est virtus, quod nullus honorandus est, nisi solus virtuosus. vnde *Arist.* Honor est præmium virtutis. Et quantumcunque virtuosus honoratur, adhuc maioris honoris est dignus. vnde *Arist.* Virtuti perfectæ non fit condignus honor. Imò tam nobilis est virtus, quod omnes in cœlo, & in terra, tam Angeli, quàm Sancti non valent commumerare sufficienter cum omnibus gaudiis virtutem virtuosi hominis, nisi solus Deus. *August.* Præmium virtutis est ipse Deus, qui virtutem dedit. Item sciendum, quod virtus est tam nobilis, & tã vtilis, quod propter hanc Deus, & omnes Sancti, & Angeli singulariter illum, qui virtuosus est, diligunt tam singulariter, quod pater vel mater nũquam dilexerant. sic suum vnigenitum filium, imo in tantum Dominus diligit virtuosum, vt minimum bonum, quod facit ille virtuosus, plus valeat corã eo, & sãctis eius, quàm omnia bona, quæ facta sunt ab initio mundi, & etiam, quæ fieri possunt vsq; in finem seculi ab omnibus vitiosis hominibus in peccatis mortalibus constitutis. Licet multi mali homines multa opera fecerũt de genere bonorum, sicut ille fecit hæc, & alter alia. vnde felix est, qui potest dicere cum Psal. *Multiplicabis in anima mea virtutem.* vnde August. *Virtus animæ donum excellentissimum est.* Quartæ cogitationes, quæ habendæ sunt homini volenti proficere, sunt illæ, quæ incitant hominem ad dilectionem Dei & proximi. De illis quære *ante sermo, 102. O.* vbi dicitur; beneficia autem Dei,

Arist. 3. Ethic.

Idem ibid.

August. de Ciuit. Dei.

tem Dei, & charitatem ipsius cognoscere debemus in dignitate creationis, assumptione carnis, & tolerantia passionis. Quantum ad ¶ secundum, tunc est sciendum, quod quatuor sunt obliuiscenda, & nunquam ad memoriam ducenda homini volenti proficere. Primum est, bonitas, & sanctitas propria. Cum magno enim periculo hæc ad memoriam reuocatur nisi in extrema necessitate, quia generat complacentiam sui ipsius & spiritualem superbiam in seipso. Vnde *Gregorius*. Quisquis reminiscendo bonum quod gessit, se apud se erigit, apud humilitatis autorem cadit. Quidam enim ascribunt sibi bona sua, non Deo *Vnde Greg.* Qui accepta bona sibi arrogat, suis donis contra Deum pugnat. Contra quos dicit *Isid.* *Nulla elatione superbias, de bonis factis non extollaris, de bono opere non glorieris, periculosum est enim multum.* Augustinus: *Descende, vt ascendas, humiliare, vt exalteris, ne exaltatus humilieris.* Vnde bona nostra opera, & virtutes, & merita non sunt ad memoriam reuocanda, nisi in extrema necessitate. vnde Iob in summa tribulatione bona sua recogitauit, ne in tot anxietatibus desperaret, dicens: *Si ambulaui in vanitate, si negaui quod volebant pauperes*; & sic de aliis bonis, quæ ibi enumerat. Similiter Rex Ezechias, cum mori debuisset, dixit: *Memento Domine, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis, fecerim.* Igitur non nisi in tali necessitate bonitas & sanctitas propria ad memoriam est reuocanda, vel etiam mala, quæ quis pro Deo pertulit. Secundum, quod obliuiscendum est, est iniuria ab aliis illata: *Ne memor eris iniuriæ ciuium tuorum, non quæras vltionem, non oderis fratrem tuum in corde tuo*: sed sunt aliqui, qui dicunt, indulsi sibi, sed non obliuiscar; contra quos dicit *Bernhardus*: Sunt aliqui donantes iniuriam, vt non vlciscantur, tamen ipsis improperant. Sunt aliqui qui licet sileant, manet tamen alta mente repositum, & rancorem tenent in animo, quorum neutra plena est indulgentia, & animus obliuiosus beneficiorum, & iniuriarum tenax, est velut calcatorium fæcem retinens, & quod purum est, exire permittens. Sed quilibet Christianus ex toto indulgere debet exemplo Christi, qui suis crucifixoribus indulsit, & nobis indulget. *Bernh.* Tam liberaliter Dominus omnem iniuriam donat, vt nec damnet vlciscendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando: & sic nos simili modo indulgere debemus proximis nostris. Tertium, quod obliuiscendum, est delectatio ¶ T de præteritis peccatis; hæc enim recordatio valde periculosa est multis. *August.* Malum est nunquam

Marginalia: *Isid. in fine. de iusti tia & virtute.* — *4. Reg. 20.* — ¶ S — *Leuit. 19.* — *Bernh super Cant.*

quam de peccatis cogitare, peius est, cum cogitat de eis, & non dolet, pessimum cum cogitat, & delectatur de eisdem. vnde *Hug. de sancto Vict.* Quando Deus in contritione absoluit peccatorē à peccatis, ligat cum vinculo perpetuæ detestationis, vt semper peccatum de cætero detestetur. Ergo quandocunque homo cogitat de pręteritis peccatis, hoc semper facere debet cum amaritudine cordis, s. quod vellet, se nunquam peccasse, & Deum non offendisse. V ¶ Sed quod cogitat de præteritis peccatis, & delectatur in eisdem, hoc est nimis periculosum, & malum signum, quia est signũ, quod homo non est vere pœnitens. Quartum, quod obliuiscendum est, quod homo non debet cogitare de profunditate Dei, & de absconditis ipsius, quia hoc est valde periculosum, quia qui talia cogitāt in magnos errores multotiens incidunt, volentes profunde nimis perscrutari Deitatem & sanctam trinitatem. Contra quos dicit *Salom. Altiora te ne quæsieris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa semper cogita.* vnde sciendum etiam quod familiarem esse Deo, & plurimum cogitare de Deo, bonum est, & vtile, vnde dicitur in verbis præmissis: *Cogitationes iustorum apud altissimum.* Similiter cogitare sanctam trinitatem laudabile est. Sed cogitare quomodo Deus possit esse trinus, & vnus, hoc profunde rimari nimis periculosum est, similiter de incarnatione perscrutari, quomodo virgo potuit concipere, & parere. Similiter de sacramēto Eucharistiæ quomodo totus Christus tā magnus, sicut in cruce pependit, possit esse sub tam parua specie panis, quia tales decipiuntur in talibus subtilibus, & infructuosis cogitationibus. Quia Apostolus dicit: *Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Rom 12. Si enim tales cogitarent interim passionē Christi, & postponerent tales subtiles, & profundas cogitationes, esset Deo magis acceptum, & eis plus salutiferum. Quia tales quandoq; cadunt in propriam complacentiam, & in spiritualem superbiam, æstimantes se aliquid scire, & esse, cum tamen nihil sint, & tales quādoque damnabuntur profundius, & perdunt quandoq; omnia bona opera sua per talem spiritualem superbiam, & propriam complacentiam. Vnde legitur exemplũ, quod quædā virgo deuota ita ¶ X arctam vitam duxit ieiunando, vigilando, orando, & castigando se, quod ab hominibus reputabatur sancta. Contigit eam autem infirmari vsque ad mortem, cuius cōfessionem quidam deuotus sacerdos audiuit, & suam spiritualem superbiam ignorauit. Cui post obitum ipsa apparuit nigra, & valde

valde horribilis. Et sacerdos expauescens, quæsiuit, quisnam esset, & ipsa fatebatur, se esse illam virginem, quæ ab hominibus quasi sancta reputabatur. Et subiunxit dicens: Ego infelix tradita sum infernalibus incendiis cum inferioribus dœmonibus, & cum infimis damnatis æternaliter crucianda propter vanitatem, & meam propriam complacentiam, & spiritualem superbiam, quam habui, quod nullum æqualem mihi reputaui, sed super omnes me extuli, & alios homines iudicaui, & spreui, & propterea ad profundum inferni descendi, de quo nunquam liberabor. Nam si siccatæ essent aquæ maris, & fundus repletus papauere, & vna auicula omni anno vnum granum educeret, quod & tunc possem saluari, omnes pœnas inferni eligerem vsque ad illud tempus sustinere, si finito illo tempore cœlum possem intrare, sed non sic fiet, quia in inferno nulla est redemptio. vnde Pater sancte, nec tu nec aliquis alius oret pro me, quia nunquam liberabor.

DE MALIS COGITAtionibus.

Sermo CXXXVIII.

Esa. 1 *AVferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Sic dicit *Hieron.* Tutissimum atque perfectissimum est, vt assuescat animus peruigili custodia discernere cogitationes suas, & ad primum, cum intrant vel probare, vel reprobare, quod cogitat, vt bonas cogitationes in se seruet, & malas statim expellat; hæc namque fons est boni, & origo mali. Quoniam igitur cogitationes sunt fons boni, & origo mali, imo saluator noster, qui est scrutator cordium, & discretor cogitationum, ad nos loquitur in præmissis verbis, dicens: *Auferte malum cogitationum vestrarum, &c.* Vnde in præsenti sermone quinque de cogitationibus sunt dicenda. *Primò*, vnde cogitationes malæ habent originem. *Secundò*, quare sumus proni ad malum. *Tertiò*, quæ damna referunt nobis malæ cogitationes. *Quartò*, quibus cautelis debet quis se præmunire à nociuis cogitationibus. *Quintò*, per quæ expelluntur malæ cogitationes. Circa primum sciendum, quod quantum ad primam originem omnes malæ cogitationes ortum habuerunt à diabolo. Quod sic patet: Cùm enim primus homo conditus in statu innocentiæ nihil de malis cogitationibus sciret: venit diabolus in specie serpentis, & suasit mulieri, & mulier vlterius viro, & ibi ex suggestione diaboli ortum habuerunt omnes cogitationes malæ. Et eodem modo & ordine, quo ibi succreuerunt, adhuc in nobis succrescunt. vnde secundum *Aug.* Suggestio serpentis in nobis est primus motus ex fomite. Comestio vero

mulieris, est delectatio; sed comestio viri est consensus. Per hæc tria, scil. *suggestionem, delectationem*, & *consensum*, homo in tentationem ducitur, quia tentatio per suggestionem, quæ in cogitatione consistit, inchoatur, per delectationem cogitationis progreditur, & per consensum consumatur. Et sic patet primum, videlicet, *Vnde cogitationes malæ ortum habeant*. Sed quantum ad secundum quæritur, *Quare homo pronior sit ad cogitandum malum, quàm bonum*: de hoc possunt assignari tres causæ. Prima est ex naturæ corruptione in primo parente; & ad id facit, quod dicitur:

Sapien. 9. *Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Vnde plus trahit vnus equus deorsum, quàm decem sursum. Sic fomes, qui mouet ad malum, semper intra nos est; ergo proni sumus

Genes. 8. ad malum: *Sensus & cogitatio humani cordis in malum, prona sunt ab adolescentia sua.* Secunda causa est, quia incitans nos ad malum, est præsens, delectabile, apprehensum per sensum, vel imaginationem, quasi ex necessitate mouet concupiscentiam. Sed incitans nos ad bonum, est absens, & multum distans, scilicet beatitudo, quæ est fons virtutum. Tertia causa est, quia malum possumus facere per nos, sed bonum non possumus sine gratia adiutrice. Sed quantum ad tertium, sciendum, quod ex fonte malarum cogitationum quinque mala procedunt. Primum est malum peccati; licet quædam cogitationes in se non sunt malæ, imò possunt esse bonæ & meritoriæ, etiamsi sunt de re illicita, puta si aliquis cogitaret de mœchia ad prædicandum, vel ad corrigendum, tamen si cogitatio fit cum concupiscentia & delectatione, tunc causat peccatum, & hoc fit tripliciter. Primo, cum concupiscentia consistit in primo motu, & sic est peccatum veniale. Secundo, cum consequitur consensus in delectatione, licet non opus. Et sic est peccatum mortale. Vnde cum aliquis consentit in talem delectationem cum plena deliberatione, non est aliud, quàm quod affectus suus sit inclinatus ad delectandum in tali morosa delectatione. Tertio cum consentit operibus, vt scilicet proponat opus actu perficere, tunc voluntas pro facto reputatur, etiamsi facultas desit faciendi illud opus, & sic malum cogitationibus gradatim semper aggrauatur, quorum etiam graduum aggrauationem ita describit B. Gregorius, dicens, *quod ex delectatione cogitationis nascitur peccati affectio, ex affectione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, & ex desperatione defensio, ex defensione gloriatio, ex gloriatione æterna damnatio*; & omnia illa mala veniunt ex malis cogitationibus. Secundum

eundum malum cogitationum est, quod cor inquinant, & defœdant illud. Cum enim cor sit membrum nobilissimum in homine, ita etiam vt ipsa sapientia increata ipsum cor pro se habere desiderat, dicens: *Præbe fili mi mihi cor tuum.* Inde est, quod supposito, quod in malis cogitationibus nullum esset peccatum, tamen propter nobilitatem cordis dedignari deberet homo cor suum fœdis, immundis cogitationibus deturpare, exemplo illius gentilis Senecæ, qui dixit: *Si scirem, Deos peccata ignoscituros, & homines ignoraturos, adhuc propter peccati turpitudinem peccare dedignarer*: Propter quod Propheta Dauid petiit in Psalmo: *Cor mundum crea in me, &c.* Tertium malum cogitationum est, quod Diabolum ad cor aduocant, & sibi domicilium ibi parant, contra illud dicit Apostolus: *Nolite locum dare Diabolo:* scilicet per fœdas & immundas cogitationes, in quibus ipse immundus spiritus delectatur, & per eas homo sibi obligatur. vnde Gregorius: *Licet reproborum mentes non semper Diabolum sequantur in opere, valde tamen illi se obligant in cogitatione:* sic è conuerso per bonas cogitationes DEO præparatur locus in corde nostro. iuxta illud: *Et ipsi præparantur cogitationes.* Gl. bonæ. Quartum malum cogitationum est, quod malæ cogitationes cum malis delectationibus faciunt in homine infernum. Nam vbicunque est Diabolus, ibi est infernus; sic è conuerso, vbi est Deus, ibi est cœlum. Quia igitur Diabolus habet domicilium in corde polluto, & malis cogitationibus, vt dictum est, ergo ibi quodammodo facit infernum, quia sicut in inferno est ignis, fœtor, vermis, & tenebræ; sic etiam in polluto corde est ignis ardentis concupiscentiæ, fœtor fœdæ luxuriæ, vermis remordentis conscientiæ, tenebræ obscuratæ intelligentiæ. Psal. *Obscurentur oculi eorum, ne videant.* Quintum malum cogitationũ est, quod malæ cogitationes hominem gratia Dei priuant. vnde Iudas postquam Diabolus miserat in cor eius quomodo traderet Christum, perdidit omnem gratiam irrecuperabiliter. Sic ẽt alii peccatores quam plures etiam perdunt irrecuperabiliter omnem gratiam per malas cogitationes. Nam multi habent à DEO speciales gratias deuotionis, & diuinæ dulcedinis in oratione, & meditatione, quas perdunt quãdoq; per malas cogitationes: *Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.* Muscæ sunt cogitationes volatiles, & vagæ, quæ tunc sunt morientes, qñ ad instar cadaueris mortui putrescunt in corde, & istæ muscæ perdunt suauitatẽ vnguenti, i. e. omnis deuotionis & gratiæ, qua intus, Spiritu S. operante, ¶ F vnctæ sunt. Sed quantum ad 4. sciendum, quod tribus cautelis debet se præ-

Marginal notes: Prouer. 23. — Ephes. 4. — Gregor. in Moral. — 1. Reg. 2. — ¶ E — Eccles. 10.

se præmunire quis à nociuis cogitationibus. Prima cautela est, timor Domini, vt homo imaginetur, Deum esse præsentem, & videre secreta cordis. Multa enim peccata operis cauentur propter timorem hominum, ne videlicet hominibus innotescant. Quis enim turpitudinem committere vellet in præsentia hominum. Multo magis timere debet homo præsentiam Dei, in corde cogitationes nostras, multo clarius cognoscentis, quam homines facta nostra cognoscere

Prouerb. 15. possunt: *In timore Domini declinatur à malo.* Secunda cautela ad excludendum cogitationes malas, est custodia sensuum, & præcipuè custodia oculorum. Vnde sciendum, quod oculi sollicitè sunt custodiendi, & hoc propter tria. Primo, quia oculi sunt valde veloces ad nocendum animæ, ideo prædo-

Thren. 3. nibus comparantur: *Oculus meus deprædatus est animam meam.* I-

Genes. 3. tem: *Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile.* vnde Gregorius: *Non enim lignum Eua contigisset, nisi prius incautè respexisset.* Secundò custodiendi sunt oculi, quia vsus eorum est valde necessarius, quanto enim visus est magis necessarius, tanto eius abusus plus est timendus. Licet lingua valde corrupta sit, tamen includi potest longo tempore, quod sic cesset à loquela. Exemplo illius, qui portauit per tres annos lapidem in ore, vt sic disceret tacere, & linguam refrænare. Sed oculi & visus sunt valde necessarii, ideo magis custodiendi. Tertio, custodiendi sunt oculi, quia sunt duæ portæ in castro nostri corporis, & qui habet portas alicuius castri, habet ipsum castrum. Sic si diabolus habet oculos nostros, tunc habet castrum corporis nostri, & tunc consequenter mors intrat per fenestras nostras, & nihil habet Deus in homine, si oculos non habet, sicut dominus castri, qui non habet ingressum ibi. Tertia cautela est fuga otii, ergo semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum. *Hieronymus*: Non enim facile capitur à Diabolo, qui bono vacat exercitio. Vnde legitur in vitis Patrum, quod qui est occupatus in aliquo exercitio bono, habet vnum dœmonem eum tentantem, sed qui est otiosus, habet mille dœmones eum tentantes. Sed quantum ad quintum sciendum, quod malæ cogitationes per quinque expelluntur, quæ intelliguntur per quinque digitos in manu, per quam repellit homo à se inimicum volentem eum lædere in corpore. Primum est, memoria mortis. vnde August. *Nihil sic reuocat à peccato, sicut frequens mortis meditatio.* Secundum est, memoria passionis Christi. Aug. *Totus nobis figatur in corde, qui pro nobis fixus est in cruce.* Tertium est

memo-

memoria extremi iudicii, vbi reddituri sumus rationem de cogitationibus nostris. Sap. 1. *In cogitationibus impii interrogatio eius.* Quartum est, pæna damnatorum. vnde *Isid.* Intende animo quascúque seculi pœnas, quoscunq; tormentorum dolores & compara hoc totum gehennæ, & leue tibi erit omne, quod pateris *Hieronymus*: Tanta in inferno vis doloris est, quod mens ad aliud dirigi non poterit, nisi ad quod vis doloris impellit. Quintum est gloria beatorum, de qua dicit Psal. *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præteriit.*

Isid. in sum.

Hier. in epist.

I ¶ Vnde pro cóclusione istius sermonis cauere nos debemus à malis cogitationibus & quando incidunt, tunc immediate eas expellere debemus. vnde *Cæsar:* Incipiamus bonas cogitationes diligere & statim ab illis, quæ malæ sunt, Dominus dignabitur liberare. *Hier.* Quicquid pudet dicere, pudeat & cogitare. Quod Diabolus delectatur in malis cogitationibus patet per tale exemplum. Legitur, quod quidam habuit malas cogitationes, delectationes, & Diabolus ei se associans in specie cursoris secum ambulauit, & cum simul ambularent, iste homo expauescere cœpit, & cum peruenirét ad quandam ecclesiam, ille homo intrauit, & compunctus ad sacerdotem iuit, eo quod in quadragesima esset: confessus est, & quando exiuit de ecclesia Diabolus sterit foris, & vicissim inspexit homines exeuntes ecclesia, interrogans ubi socius suus maneret. Et cum ille diceret, ego sum, qui huc tecum veni, eamus vlterius vias nostras, Ait ille. Tu non es socius meus, qui antea fuisti. Et non cognouit eum, eo quod confessus esset, & Deus peccata sua ei indulsisset. Item alium sermonem de cogitationibus, quo modo continue homini sex sunt cogitanda, quæ præseruát eum à malo, & custodiút eum in gratia quære ante sermon. liij. N.

DE LOCVTIONE.

Sermo CXXXIX.

De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem.* Matth. 12. Sciendum, quod quatuor sunt obseruáda, ne offendamus in linguá & in verbis. Nam homo qui loquitur, debet attendere quid dicat, cui dicat, quádo dicat, & quomodo dicat, Primo quid homo debeat loqui docetur: *Si quis loquitur quasi sermones Dei* sup. loquatur: Item; *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem.* Contra hoc faciunt illi, qui loquútur verba scurrilia, & nociua, & talia verba turpia ostendunt hominem esse peruersum ab intra, sicut porcus

1. Pet. 4.

Ephes. 4

cognoscitur in lingua vtrum mūdus sit, vel immundus, sic homo in prolatione verborum. *Hieron.* in verborum pondere probatio consistit vitæ humanæ. Matth. 12. *Ex abundantia cordis os loquitur.* Vnde si homo habet bonum, & castū cor, tunc loquitur verba bona, & casta. Sicut patet in bonis, & deuotis hominibus, qui sæpius nominant Iesum &, Mariam, & alia verba salutifera. Sed immundi, & luxuriosi delectantur loqui verba impudica, & in hoc ostendunt se habere corda impudica, siue sint viri, siue mulieres, siue virgines. Chryso sup. Matth. vnde *Chrysosto.* Quale cor habet vnusquisque, talia verba loquitur, & opera facit, vnde *Isido.* Qualis sermo ostenditur, talis & animus comprobatur. vnde aliquæ mulieres, quæ volunt esse multum honestæ, cum talia scurrilia verba proferunt, & corriguntur, tūc excusant se quod non denotant talia corde, quod est falsum, quia Christus dicit; Matth. 15. *Ex abundantia cordis os loquitur.* Et si tales essent mulieres honestæ, & castæ, & haberēt corda pudica, nullo modo talia verba proferrent. Arist. 4. Eth. vnde *Arist.* Qualiscūque est vnusquisque, taliter dicit taliter operatur, & taliter viuit. & insuper per talia luxuriosa verba inficiunt audiētes. Greg. super Ezechie. *Greg.* Sicut malus aer assiduo flatu inficit corpus, ita peruersa locutio assidue audita infirmantium inficit animam. Et si ille malus reputatur, qui inficit corpus proximi & homicida æstimatur, quid tunc ille, qui animam proximi inficit, quæ & dignior, & nobilior est, quam mille corpora? vnde *August.* Maius est damnum in amissione vnius animæ, quam mille corporum. Vnde sciendum quod tres sunt prouinciæ, & ¶ L quælibet habet suam propriam loquelam, & specialem, per quam seipsum vnusquisque potest cognoscere ad quam prouinciā pertineat. Prima est prouincia cælestis, & loquela illius prouinciæ est Deum laudare, & ei regratiari vnde Psal. Esai. 15. *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in seculum seculi laudabunt te.* Idem: *Gratiarum actio, & vox laudis, inuenitur in ea.* Ergo qui deifica verba loquuntur, & libenter orant & Deo regratiantur de beneficiis suis ostendunt se pertinere ad cælestem prouinciam. Nam hi discunt in terris quomodo debeant Deum laudare in cœlis. *Bernard.* Discamus in terris, quas facturi sumus laudes in cœlis. Nihil ita proprie in terris cælestis habitationis statum repræsētat, sicut alacritas laudantium Deum. Secunda est prouincia terrestris. Et ista habet linguam specialē, scilicet loqui de mundanis rebus. Ioan. 4. *Qui de terra est, de terra loquitur.* 1. Ioan. 4. Idē *Ipsi de mūdo sunt, ideo de mūdo loquuntur.* Vnde patet quod multi ostendunt se esse filios huius seculi, qui frequenter loquuntur de magnis rebus. Hoc patet, quia vbicunque

bicunq; iam homines sunt simul congregati, vt frequenter non loquuntur, nisi de rebus mundanis, Tertia est prouincia infernalis. Et loquela illius prouinciæ est iurare, maledicere, & blasphemare. Nam damnati præ multitudine dolorũ, & pœnarum blasphemant Deum. Vnde; Apoc. *Blasphemarunt Deũ cœli pr a doloribus.* Item: *Cum esurierit irascetur, & maledicet Regi suo, & Deo suo.* Vnde patet, quod blasphemi, & maledici discunt hic in terris loquelam, quam habituri sunt in inferno, & ostendunt se esse filios inferni: Vnde dictum est Petro Apostolo. *Nam & loquela tua manifestum te facit.* Sic possum dicere vnicuique homini, quod sua propria loquela manifestum eum facit, ad quam prouinciam pertineat. Attendere ergo diligẽter debet in verbis quilibet Christianus quid loquatur, scilicet quod hoc sit bonum, & licitum. vnde *Isidor* Mali sermones in ore Christiani esse non debent, Secundo, attendere debet homo, qui loquitur, cum quo loquatur *Greg.* Obsecro vt discas qualiter vnumquemq; alloqui debeas. Nam si loqueris cum stulto, tunc non debes facere multa verba.. *Cum stulto non multum* *loquaris.* Est enim signũ stultitiæ, quando sapiens cum stulto multum loquitur: Item. Cũ dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapientiam; vnde: Salo. *Non recipit stultus verba prudentia, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde suo.* Item si cum homine iracundo, & litigioso loquaris, tunc verba mollia, & non dura sunt ei dicenda. Vnde Salomon. *Mollis responsio frangit iram: durus sermo suscitat furorem.* Aug. Quanto magis ignis ligna susceperit, semper in maiorem flammam erigitur: Ita malus homo quanto magis rancorem audierit, semper in maiorem malitiã excitatur. Ergo nihil melius est quam tacere, & victoriã illis verbosis dare, nisi esset contra famam propriam, tunc crudelis esset, qui negligeret suam propriam famam, sed in aliis communibus est signũ imprudentiæ dare victoriam verbosis. Vnde *Cato.* Contra verbosos noli contendere verbis. Item si cũ homine sene, tunc loquendum est reuerenter, quia senes honorandi sũt propter seniũ; vnde Apostolus *Senes obsecro honorate vt fratres.* Nam senes facile prouocantur ad ad iram, & difficulter reuocantur. Item si cum homine sapiente, tunc pauca, & breuia verba sunt dicenda. Vnde scriptum est: Sapienti pauca verba sufficiunt. Tertio, attendere debet homo, qui loquitur, quando loquatur. Vnde Salo. *Est tempus tacendi, & tempus loquendi* vnde Hugo. Est enim tempus, quando nihil est dicendum, & est tẽpus aliquod dicendũ. Nullũ vero tẽpus est, quãdo dicẽda sũt omnia. vnde *Alber.* dicit: Magna e. res est vocis, & silẽtii tẽperantũ. Senc.

Apoc. 21. *Esai 8.* *Isido. de sũ. bon.* *Eccl. 12* *Eccl. 22.* *1. Thim. 5.* *Hugo de disciplina Monach.* *Albert. de mensura loquendi & tacendi.*

Sen. *Serua itaque silentium, donec loqui fuerit tibi necessarium.* Et non solum in dicendo aliis tempus expectandum est, sed etiam in respondendo. vnde Salomon. *Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.* Vnde etiam sciẽdum, quod qui ori suo discretionis custodiam non apponit, est velut ciuitas absque muro. Prou. 25. *Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita homo qui in loquendo non potest cohibere spiritum suum.* In periculo enim est ciuitas illa, cuius porta semper est aperta tempore guerræ, & in terra inimicorum sita. Tales sunt illi, apud quos nullum est silentium, & qui nullum secretum celare, & abscõdere possunt, & quicquid audierint, vel viderĩt in publicum referunt. Item est sicut nauis sine gubernaculo, quæ vadit nõ quo vult, sed quo ventus ducit. Item est sicut domus sine ostio, vbi vnusquisque intrare, & exire potest, & vbi intrant canes & porci. Vnde sicut ad portã, domus vel castri maior custodia ponenda est, quia qui habet Portam, de facili habebit castrũ. sic quilibet debet ponere custodiam ori suo, & dicere cum Psalm. *Pone Domine custodiam ori meo*: Quarto, debet attendere qui loquitur, quomodo loquatur, scilicet prudenter, & honeste, vt dicere possit cum Psal. *Os meum loquetur sapientiam.* Nã dicenda sunt verba simplicia, læta, & honesta, sine cachinnis, & clamore. Item verba dulcia, & rationabilia sunt proferẽda. Eccle. 6. *Dulce verbum multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Nam facundia dulcis excitat, & nutrit amorem proximi. Quantum ad secundam partem huius sermonis dicendũ quod cum quis ista quattuor, iam prædicta habet in verbis, tunc debet sequi Dominum nostrum Iesum Christum, proferendo verba sua, sicut ipse Christus verba sua protulit. Gregorius, *Omnis Christi actio, nostra est instructio.* Sic etiam intelligitur de verbis Christi, sicut de actionibus eius. vnde August. August. lib. de vera relig. *Tota vita Christi in terris, quã per hominem gessit, disciplina morum fuit.* Ergo quilibet Christianus debet sequi ipsum in verbis, & in moribus. August. August. lib. de vita Christiana *Christiani nomẽ ille frustra sortitur, qui Christum minime imitatur. vnde etiam* Cyprianus: Cyprian de 12. abusionib. 9. *Christianus nemo recte dicitur, nisi, qui Christo moribus coæquatur.* Sed diceres. *Quid tenuit Christus in verbis, in quo eum imitari debeo?* Respondetur, quod Christus tria tenuit in suis verbis, in quibus eum quilibet Christianus imitari debet quia ipse est magister noster, qui nos docet verbis, & exemplis. Primo enim, Christus tenuit veritatem in verbis, in signũ huius ipse dixit. *Ego sum via, veritas, & vita.* Ioh. 14. In quo ipse imitãdus est. vnde Albertrandus. Albertran. de mensura loquendi. *Super omnia veritas colenda, quã sola Deo homines pro-*

nes proximos facit. Nam verax in verbis diligitur à Deo, & hominibus: *Ecce enim veritatem dilexisti.* Et è conuerso, mendax oditur à Deo, & hominibus. Quod enim ab hominibus oditur, ostendit Salomon, dicens: *Potius diligendus est fur, quàm assiduus in mendacio.* Quod etiã oditur à Deo, qui mentitur fraudulenter & deceptoriè, ostendit, Ps. dicens: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium,* scilicet in nocumentum proximi. Nec immerito oditur à Deo, quia mendacium est peccatũ diabolicum: *Ipse mendax est, & pater eius,* scil. mendacii. Quia ipse primum mendacium adinuenit, quando primo parentes nostros decepit, dicens: *Nequaquam moriemini, &c.* Vnde mendax habet linguam diabolicã in ore suo: *Abominatio est Deo labia mendacia.* Item homo mendax similis est falsæ monetæ; ergo quãtum præualet florenus bonus floreno falso, tantum præualet homo verus homini falso & mendaci. De mendacio, quando sit mortale, vel veniale, quære *supra, serm. 133. L.*

Psal. 50.

Prou. 12.

Ioan. 8.

Prou. 12.

P ¶ Secundo, Christus habuit vtilitatem in suis verbis, quia nunquam aliquod verbum inutile protulit. In quo etiam eum quilibet Christianus imitari debet. Non enim sufficit, veritatem habere in verbis, nisi etiam ibi sit vtilitas. vnde Bernh. *Sermo tuus non sit inanis, sed aut consoletur, aut doceat, aut præcipiat, aut moneat. Deus enim vult, vt vtiliter exprimamus verba nostra.* In signum huius antequam verbum producitur in lucem, sex habet pertransire. *Primò* enim, incipit in pulmone. *Secundò*, peruenit ad cor. *Tertiò*, pertransit guttur. *Quartò*, linguam. *Quintò*, dentes. *Sextò*, labia, & sic tunc exprimitur. Ex his patet, quod quilibet debet se moderare in verbis inutilibus & iocosis, & exemplo Christi verba vtilia proferre. Circa quod quæritur, *An homo in verbis iocosis possit peccare mortaliter?* Respondeo ¶Q quod sit hoc quatuor modis. *Primò*, cum quis profert in ioco verba mala & scandalosa, quæ sunt contra honorem Dei, & in scandalum proximi: Sicut isti qui proferunt verba iocosa cum intentione prouocandi audientem ad iram, vt illi faciunt, qui homines senes & passionatos prouocant ad iracundiam & ad blasphemiam. Et tales sic prouocantes proximos, rei erunt omnium peccatorum, quæ committunt prouocati, vel in verbis, vel in factis. Quia regula est iuris; *Qui dat occasionem damni, damnum dedisse videtur.* Et Christus dicit in Euangelio: *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio*: quibus tunc ille reus erit, qui proximum scienter ad iracundiam prouocat. *Secundò*, cum quis loquitur verba iocosa causâ alliciendi ad malum actum, verbi gratia: Si quis loquitur verbũ iocosum ea intentione, vt aliquam personã ad actum illicitum

Bernhard. in lib. de formula honest. vitæ.

Matth. 5.

citum alliciat, tunc tale verbum iocosum erit sibi peccatum mortale propter malam intentionem. Vnde Deus iudicat verba secundũ intentionem proferentis. vigesima quinta, quæstione quinta. Humãæ. *Tertio*, propter delectationẽ in verbis iocosis, quod in hoc Deum grauiter offenderet. Augusti. *Nullum peccatum est adeo veniale quod non fiat mortale, si placet.* Et quanto quis maiorem delectationem habet in aliquo peccato, tanto maiorem pœnam sustinebit pro illo. *Quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormẽtum.* Ergo quãdo de aliquo peccato, quod veniale esset, quis habuisset excessiuam delectationem, tunc omnino cõfiteri deberet propter securitatem. vnde reprehensibile est habere nimiã complacentiã in risib. iocosis & verbis iocosis, nisi talia fierẽt causa recreationis & moderate Arist. *Homo sẽper indiget quadã delectatione, quasi quadam recreatione, propter multos labores, qui sibi occurrunt.* Quarto, cum quis iurando iocose scienter mentitur, quia talis secundum sanctũ *Thomam. Non excusatur à mortali peccato, qui iocose peierat?* quia non euitat diuinam irreuerentiam, imo quantum ad aliquid magis auget. Ex iam dictis patet, quod debemus exẽplo Christi seruare veritatem & vtilitatem in verbis nostris. *Tertio*, Christus habuit moderãtiam in verbis suis, sic & nos.

Apoc. 18.

Arist. 7. Eth.

S. Thom. 2. 2. quæst. 118

Quia duo iam prædicta non sufficerent, scilicet veritas, & vtilitas, nisi etiam ibi esset moderãtia. Icẽ: *Verba sapientis statera ponderabũtur.* Vnde sicut diues numerat denarios suos antequam eos expendit, & à se aliis tribuit, sic & nos ponderare debemus verba antequam proferamus. Vnde præmeditate loqui bene conuenit sapiẽti. *Adolescens loquere vix in causa tua cum necesse fuerit, & cum bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum.* Nam qui multis vtitur verbis, nunquam peruenit ad veram perfectionem. Ia. 2. *Qui se putat religiosum esse, & non refrenat linguam suam huius vana est religio.* vnde *Greg.* Multiloquio quisq; seruiens rectitudinem iustitiæ tenere non potest iuxta illud Psal. *Vir linguosus non dirigetur in terra.* Ex his iam dictis patet quod quilibet Christianus exẽplo Christi debet illa tria in verbis suis habere, scilicet veritatem, vtilitatẽm, & moderantiam. Sed quantum ad tertiam partem huius sermonis sciendum quod septem debent nos inducere ad silentium vt libenter taceamus, & pauca verba loquamur. Primum est, quod moderantia in verbis est principalis. Vnde Cato. *virtutem primam esse puto compescere linguam. Proximus ille Deo, qui scit ratione tacere.* Sic econuerso, magnũ dedecus est non compescere, & moderare linguam. Secundum est, quod

Eccl. 1

Eccl. 32.

Ia. 2.

Greg. in Moral.

quod natura propria nos inducit ad moderantiam verborum, ex eo quod quilibet homo naturaliter habet vnum os ad loquendum, & duas aures ad audiendum, in signũ quod debet esse moderatus in verbis, vnde Iac. *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Sed contra facit ille, qui cũ vno ore tot verba profert, quot alii habentes duas aures habẽt tædium audire, & si ille haberet duo ora, tunc tot verba proferret, quot alii vix, vel nullo modo sustinere possent. Ergo multiloquio seruiens facit contra propriam naturã, quæ inducit eum ad taciturnitatem, & ad verborum moderantiam. Tertium est, quod qui paucis utitur verbis, custodit animam suam. *Idem*: *Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis, animam suam*; & econuerso, qui multis vtitur verbis, lædit animam suam. vnde Ambros. *Quam plures vidi loquendo incidisse peccatum, vix autem quemquam tacendo*: vnde. *Nam tacuisse nulli nocet, nocet esse locutum.* Vnde etiam Ambr. sup Psal. *Beati immaculati &c. Valde difficile est, quod qui multa loquitur, non mentiatur.* Quartum, quia loquacitas est signum stultitiæ: Salom. *Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus inuenitur stultitia.* Sic econuerso taciturnitas est signum sapientiæ. Sen. *Taciturnitas homini stulto pro sapientia reputatur.*

Iac. 1.

Pro. 21.

Amb. lib de off.

Ergo quicunq; vtitur multis verbis, in illo non est fundamentum veræ sapientiæ, in quo vnusquisq; alterum potest cognoscere, an sit vere sapiens, an non. *Stultus multiplicat verba. Sed vbi est discordia, ibi est Diabolus.* Sextum, quod debet nos inducere ad silentium, & ad moderantiam verborum, est exemplum Christi, qui ante Pilatum, & Herodem tacuit. Item; *Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.* In hoc dat nobis Christus exemplum taciturnitatis, & silentii. Septimum est quod de omni verbo otioso reddituri sumus Christo rationem in die iudicii, pro vt habetur vbi Christus dixit, *quod de omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines reddent rationem.* Sed diceres; *Quod est verbum otiosum?* Hoc ostendit B. Gregor. dicens: *Verbum otiosum est, quod sine vtilitate audientis. vel loquentis profertur.* Greg. *Si ratio de otioso sermone exigitur, pensandum valde est, quæ pœna multiloquium sequatur, in quo etiam per superbiæ verba peccatur.* Exemplum, quod libenter loqui debemus de licitis bonis, quære ante sermone xcviij.

Eccl. 10.

Esa. 53.

Matth. 12.

B. Greg. in lib. Moral.

DE OPERIBVS.

Serm. CXL.

Operari me oportet opera eius qui misit me, donec dies est, venit nox, in qua nemo potest

esse operari. Sciendum, quod in verbis præmissis Christus nos admonet ad faciendum bona opera. Pro quo sciendum, quod homines quatuor modis damnantur cum bonis operibus, ex quibus modis nos intelligere debemus, qualiter opera nostra bona facere debeamus, vt per ea saluemur, & ad hanc operationem Christus nos admonet in verbis præmissis, dicens: *Operari me oportet, &c.* Vnde sciendum, quod opera nostra bona quatuor modis maculantur, vt non possint esse Deo grata & accepta, & nobis meritoria ad vitam æternam, sed cum ipsis damnamur, si sic morimur. Primo dico, quod cum nostris bonis operibus damnamur, cum ea remittimus, id est, facimus ea cum tædio, nausea, & negligentia, ex quadam consuetudine, & non ex charitate. vnde: *Egestatem opera æstimemus remissa.* Item: *Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Nam materia mollis dissoluitur, sic opus mollium & tepidorum cito deficit, & parum proficit: *Et erit opus vestrum sicut scintilla cito deficiens.* Nam sicut ignis malè accensus cito deficit & extinguitur; sic & opus factum cum tædio, & negligentia, & nausea dissoluitur. Quod autem tepiditas & negligentia in bonis operibus displicet Deo, hoc probatur Apocal. 3. vbi Christus dicit: *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus, vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, neque calidus, incipiam te euomere de ore meo.* Glos. *Euomere, id est, de consortio beatorum segregare.* Calidus est qui feruens est in bonis operibus. Frigidus, qui simpliciter desistit ab omnibus operibus. Tepidus, qui medio modo se habet. Glos. interli. *Maior spes est de frigidis, quàm tepidis.* Ratio est, quia tepidi quandam securitatem recipiunt, eo quod aliquid boni agunt, & ideo se non corrigunt, sed frigidi se esse peccatores cognoscunt, & quod non agunt bona, ideo citius conuertuntur. Tepidus euomitur, quando in deteriora præcipitatur, & impœnitens moritur, & à consortio sanctorum separatur. Circa hoc quęritur, *vtrum tertium boni sit mortale peccatum?* Pro quo sciendum, quod secũdum *Hermannum de Schildita.* Tędium boni potest considerari tripliciter: Vno modo, prout est motus naturalis, ex lassitudine corporis, post exercitium spirituale proueniens, & sic non est peccatum. Secundo modo, sciendum, quod est modo appetitus sensitiui contristati de opere spirituali laborioso, & sic potest esse peccatũ veniale, quamuis etiam ille appetitus sit deliberatiuus, quia consensus in veniali non est, nisi veniale. verbi gratia, Si canto vel oro aliquando cum tædio, tamen propterea dimittere nolo, & sic solum est veniale. Tertio modo,

Marginal notes: Prouer. 10. — Prou. 18. — Esaia 1. — Apocal. 3.

modo, cum hoc tædium redundat in omissionem illorum quæ sunt necessaria saluti, ad quæ necessario homo tenetur, & sic est mortale, v.g. sicut non audire missam in die dominica, vel pænitentiam iniunctam non complere. Cum autem tædium redundat in contẽptum rationis, voluntatis, bonum diuinum non amantis, vel cum fastidio recogitantis, sic peccatum mortale. Tamen ex eo, quod ratio, & voluntas cum tristitia feruntur in bonum, de quo gaudẽdum esset, quod directe contrariatur charitati. Tunc etiam quia tale tædium redundat in omissionem eorum, quæ necessaria sunt saluti, scilicet diligere verum bonum, & declinare à malo. Si autem tædium illud ex omissione boni, & difficultate aggrediendi bonum, ducit in desperationem, tunc iam accedit ad peccatum spiritus sancti. Et si tædium ita crescit, quod etiam ducit in tædium vitæ, in tantũ quod inijciat sibi manus, tunc iam similis erit Iudæ, qui laqueo se suspendit. Ergo magna mala oriri possũt ex tædio, & accidia, nisi eis resistatur; ũde etiã de negligẽtibus dicit Dominus per Hieremiam prophetam. *Maledictus, qui facit opus Dei negligenter.* Vt autem opus nostrũ sit Deo acceptum debet fieri cum diligentiia, & cum hilaritate, & cum bona voluntate. Primum, cũ diligentia. *Cum diligentia omnia facite.* Vnde diligentia in oculis Dei plus placet, quam opus. Sed *quid est diligentia in operibus bonis?* Respondetur quod non est aliud, nisi integra deuotio. Et hoc facimus, cum mentem nostram infigimus in illud, quod agimus, omnes euagationem mentis secundum posse restringẽtes. Et hæc diligentia multum placet Deo, sicut eius oppositum multum displicet. Vnde quod anima est in corporea, hoc est deuotio in bono opere, sed corpus sine anima nihil est. Vnde Arist. *Egrediente anima de corpore, corpus marcescit. & expirat.* Sic bonum opus sine diligentia coram Deo nihil est. Secundo cum hilaritate. *Hilarem datorem diligit Deus.* Hierony. *Mallem Psalmum vnũ cũ deuotione, & hilaritate mẽtis decantare, quam totum psalterium cum fastidio & accidia.* Tertio, cũ bona voluntate, sic quod libenter plus vellet facere, & sic Deus plus inspicit cor, quam opus. Gregor, *Cor, & non substantiam pensat Deus, nec considerat quantum in eius sacrificio, sed ex quanto offeratur.* Vnde quando quis libenter vellet plus dare, vel facere, & non potest tunc sufficit Deo voluntas, etiam quantumcunque sit opus paruum vel donum. Gregor. *Regnum Dei tantum valet, quantum habes.* Valuit namque Petro, & Andreæ regnum cælorum rete, Zacheo mediam partem substantiæ suæ valuit, viduæ duo minuta, valet etiam calicem aquæ frigidæ,

Arist. 1. de anima.

2. Cor. 9.

Imo etiam valet bonam voluntatem. vnde August. *Coronat Deus voluntatem, vbi non inuenit facultatem.* Vnde etiam Bernh. *Bona voluntas in animo est origo omnium bonorum, & mater omnium virtutum, quam qui habet secum, habet quicquid ei ad bene viuendum opus est.* Secundo, damnamur cum bonis operibus, si ea vendemus, & hoc fit cum pro lucro temporali, vel pro honore consequendo, ea facimus coram hominibus. Sicut ille Pharisæus, qui bonum opus fecit, quando in hebdomada duos dies ieiunauit, & decimas de bonis suis dedit, qui tamen damnatus est, quia laudem humanam quæsiuit, & se de bonis operibus inaniter iactauit, dicens: *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut, &c.* Quod nobis Christianis Dominus prohibet, dicens: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Vnde quæritur, *Vtrum sit peccatum mortale, cùm quis laudem humanam in bonis operibus quærit?* Respondetur quod sic, quando honor vel lucrum, quod quæritur, præponitur Deo, & propriæ saluti. Nam in omnibus operibus bonis principaliter debemus quærere honorem Dei: *Ego sum alpha & omega*, id est, principium, & finis. & deinde salutem animæ nostræ. vnde Greg. *Quisquis ideo seminat, vt hic vel laudis, vel muneris mercedem recipiat, æterna procul dubio mercede se priuat.* Maximus: *Non possumus simul pro vno & eodem opere fauorem mundi expetere, & præmium cœlestis gloriæ inde acquirere.* Vnde sciendum, quod opera nostra, vt sint Deo accepta, & nobis meritoria, debent fieri in recta sinceritatis intentione. Est autem recta sincera intentio, vt singula nostra bona opera non ad placendum hominibus, sed ad placendum Deo fideliter faciamus, & quia Deus nobilissimus est finis, ideo quando operi nostro talis finis per intentionem rectam imponitur, erit nobile supra modum. Ambrosius: *Intentio operi tuo nomen imponit.* Greg. *Omne bonum quod agimus, per intentionem semper ad cœlestia leuemus, vt videlicet quæramus honorem Dei, & salutem propriam.* Hieron. *Quicquid agis pro æterna mercede age, & nihil studeas propter laudem humanam, vel opinionem humanam, sed propter vitam æternam*: sed diceres, *An liceat Deo seruire propter regnum cœlorum, & peccata vitare propter pœnam inferni?* Respondetur, quod non licet. Nam qui solum propter regnum cœlorũ bona operatur, nunquam illuc perueniet, & qui solum propter pœnam inferni non peccat, vel peccare dimittit, illuc post hanc vitam non perueniet, & ratio est, quia quicquid non fit ex charitate vitæ in bona faciendo, siue

Marginalia: Luca 8. — Matth. 6. — Apocal. 1. — Maximus in serm. — Gregor. in Moral.

siue in mala omittendo, nō est Deo acceptū, nec homini meritorium. vnde Apostolus: *Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Vnde de hoc Bernhard dicit: *Charitas est bonum, cum quo nec opus minimum despicitur, sine qua nec maximum acceptatur.* Vnde homo debet Deo seruire, & bona opera sua facere principaliter ex charitate, qua diligere tenetur Deum, similiter & mala dimittere principaliter propter Deum, & habere spem, & Deus dabit sibi regnum cœlorum, si ei ex charitate seruierit, & insuper liberabit eum à pœnis inferni, vbi peccatores æternaliter cum dæmonibus punientur. Vnde principale motiuum debet esse charitas. vnde Apost. *Omnia opera vestra in charitate fiant.* Et hoc signū, quod opus in charitate fiat, quando quis principaliter in operibus suis quærit honorē Dei, & salutem propriam.

1. Cor. 13.

F ¶ Tertio, damnamur cum operibus, si ea in peccatis mortalibus facimus, scilicet in superbia, luxuria, inuidia, & sic de aliis. *Si maculam habuerit, non erit acceptum Deo.* Item: *Non accipio à vobis sacrificium, quia manus vestra plena sunt sanguine.* Nam sicut mors corporis priuat hominem vsu membrorum, scilicet quod non potest ambulare, nec stare, nec audire, nec videre &c. sic & peccatum mortale priuat hominem vsu membrorum, quo ad opera meritoria, sic quod nihil meretur cum omnibus operibus suis, quod sit meritorium vitæ æternæ, sicut animal brutum. vnde Psalmus: *Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Ergo sicut iumentum, quod continuè laborat, & nihil meretur, nisi pabulum suum temporale, sic & homo existens in peccato mortali, solum meretur temporalem remunerationem cum suis bonis operibus. Sed quæritur, *quis sit in peccato mortali?* Respondetur, quod ille, qui fecit peccatum mortale, & adhuc non est verè contritus, vel qui habet propositum adhuc peccandi mortaliter. Sed quando quis est contritus, etiamsi adhuc non est confessus, sed habet propositum confitendi, & satisfaciendi, tunc amplius non est peccator mortalis: Ezech. 18. *In quacunque hora peccator ingemuerit, &c.* Vnde Cassiod. *Dominus nescit differre, quod quem compunctio corde sibi senserit supplicare.* Vnde quicquid talis cōtritus boni operis fecerit, Deo acceptum est, & ei meritorium ad vitam æternam. Vnde si volumus, quod opera nostra sint nobis meritoria, & & accepta Deo, debemus ea facere in vera contritione & gratia.

Leu. 22.
Esa. 1.

¶ G

Ezech. 18.

¶ H Nam

H g Nam opera bona erũt ex operãtis bonitate. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum.* Luc. 6. Idem: *Arbor bona profert fructus bonos.* August. *Nihil est bonum, nisi ex te bono.* Gregor. *In quantum enim boni sumus coram Deo, in tantum bona erunt opera nostra apud eum*; sed quæ bona proueniant ex bonis operib. quæ in peccato mortali fiunt, quære ante serm. xcii. L. Vbi dicit quod septem bona opera inde proueniunt. Quarto, damnamur cum bonis operibus, si ea ante finẽ nostræ vitæ dimittimus. *Firmabo regnum tuum, si perseueraueris facere præcepta mea,* 1. Paral. 28. *Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, nunquid viuet? Omnes iustitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur.* Ezech. 18. Ex quibus verbis habetur, quod si quis facit bona opera, & non perseuerauerit in illis, cum eisdem bonis operibus damnabitur. vnde Gre. *In cassum bonum agitur, si ante vitæ terminum deseratur,* Greg. Lib. 1. Moral. vnde operari debemus perseueranter bona opera, si volumus habere præmium. Bern. *Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet.* Isidor. *Tunc Deo placet nostra conuersatio, quando bonum, quod inchoamus, perseueranti fine complemus.* Isid. de sum. bono. Imo perseuerantia facit ardua, leuia, vnde versus.

Omnibus in rebus grauis est inceptio prima. Quod autem perseuerantia, & assuetudo, faciant ardua leuia patet per *Arist.* qui dicit. *Multa quæ naturaliter nõ sunt delectabilia, cum assuefacta fuerint delectabilia erunt*, vnde etiam Boetius de consola. Philosophiæ. *Duritia cuiuslibet operis assiduitate permoritur.* Vnde patet, quod debemus Deo seruire arduis, & perseuerare in eisdem, vt ex his, cognoscatur seriosa intentio nostra ad Deum. Nam omnes sancti, qui Deo placere voluerunt, exercitia ardua elegerunt, qui asseruerunt Christũ sic præcepisse. Vnde *Ber.* Bern super cant. *Christus qui nõ fallitur, elegit quod carni molestum est*: quod ergo vtilius, istud etiam magis eligendum est, & quisquis aliud docet, vel suadet, ab eo tanquam à seductore cauendum est. Vnde Christus de se dicit in Euangelio, vt habetur. Luc. 22. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum &c.* quasi dicat. Sicut, pater disposuit mihi, quod nisi per aspera in cælum redirem, vnde exiui, sic, & ego dispono vobis, vt sequamini vestigia mea. 1. Pet. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Apostolus Gal. 5. *Qui Christi sunt, carnem suã crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis. Per multas tribulationes oportet nos intrare regnum Dei.* Act. 14. Pro quo sciendũ est, quod si teipsũ non castigas, tunc Deus omnipotens te castigabit, si es de numero electo-

1.Paral.10. electorum: *Ego minus pondus apponam.* Nulli enim electorũ hic parcitur: *Flagellat omnem filium quem* Hebr.12. *recipit.* Orig. *Qui diligitur à Deo, corripitur, qui autem non diligitur in peccatis suis dimittitur.* Greg. *Si exceptus fueris à passione flagellorum, eris exceptus à numero filiorũ.* Item: *Ego quos amo, arguo & castigo.* Vnde sciendum, quod perseuerare debemus non solum in leuibus, sed etiam in arduis factis, scilicet castigando, vigilando, & ieiunando, &c. Bernh. *Bonam vitam puto mala pati, & bona facere, & sic vsque ad mortem perseuerare.* Isidor. *Malus incipientibus promittitur, premium perseuerantibus datur.* Chrysost. *Non incepisse, sed perfecisse virtutis est.* vnde Christus dicit: *Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Ex iam dictis patet, quomodo homo cum bonis operibus damnari potest, & quomodo quis opera sua facere debeat, vt Deo sint accepta, & sibi meritoria vitæ æternæ. Exemplum habemus, quod non sufficit bonam vitam incipere, nisi quis velit in ea perseuerare. vnde legitur in vitis Patrum, quod quidam adolescens secularis habens patré, desiderabat fieri monachus, & dum multum supplicaret patri suo, vix acquieuit. Et ingressus monasteriũ, & factus monachus, cœpit Deo feruenter seruire in ieiuniis & orationibus. Contigit autem post aliquod tempus eundem fratré supplicare Abbati suo dicens: *Rogo te Abbas, vt dimittas me in eremum.* Dixit ei Abbas: *Fili noli hoc cogitare; ignoras enim tentationes diaboli, & versutias eius, & si contigerit te tentari, non inuenies ibi, qui te consoletur.* Ille autem cœpit amplius eum rogare, vt eum dimitteret ire, & Abbas consensit. Postmodum autem dixit Abbati suo: *Rogo te Abbas, vt concedas qui ostendant mihi eremum.* Et misit cum eo duos fratres, qui irét cum eo. Ambulátibus autem fratribus cum eo per eremum, vna die & altera die, defecerunt præ æstu. Et proiicientes se in terram dormierunt. Et ecce aquila venit percutiens eos alis suis, & euigilantes viderunt aquilam, & dixerunt fratri illi: *Ecce angelus Domini, surge sequere eum.* Surgens, & valedicens fratribus, sequebatur eam, & venit vsq; dum staret aquila. Quæ mox surgens, volauit vsque ad vnum stadium, & iterum recessit, similiter sequebatur eum frater ille, & iterum volauit, & sedit non longè. Et dictum est hoc per tres horas. Postmodum autem diuertit se aquila ad dexteram partem, & frater ille sequebatur eam. Et respiciens vidit tres arbores palmarum, & fontem aquæ, & speluncam modicam, & dixit: *Ecce locus, quem preparauit mihi Deus.* Et ingressus cœpit in ea sedere, sumens cibum dactilorum, de fonte aquam bibens, & fuit ibidem sex annis, neminem videns. Et ecce

Orig. super Osea 4. — Gregor in Moral. — Apocal. 3. — Isid de summo bono. — Chrys super Matth. — Matth. 10.

vna dierũ venit Diabolus ad eum, in specie Abbatis cuiusdam senioris habens vultum terribilem, videns, frater eum, timuit, & procidens in oratione surrexit, & dixit ei Diabolus: *Oremus iterum frater*, & surgenti dixit Diabolus: *Quantum, temporis habes hic frater?* Et respondit: *habeo annos sex.* Et dixit ei dæmon: *Ecce vicinum meum nesciebam, & non potui cognoscere, nisi ante dies quatuor, quod hic habitares, & cogitaui mecum dicens. Vadam ad hominem Dei istum, & conferam cum eo super illud, quod potest esse saluti animæ nostræ & hoc dico frater, quod nihil proficimus in cellis nostris sedentes, quia corpus & sanguinem Christi non percipimus, & timeo ne efficiamur externi ab eo si nos ab hoc mysterio elongauerimus. Sed dico tibi frater, ecce per tria miliaria sunt monasteria habenti a presbyteros, eamus illuc omni Dominica aut post duas hebdomadas, & accipiamus corpus Christi, & sãguinẽ eius, & reuertamur ad cellas nostras.* Placuit autem fratri illi suasio diabolica, & veniente Dominica die ecce Diabolus venit, & dixit ei: *Veni, eamus, quia hora est*, & exeuntes perrexerunt ad prædictum monasteriũ, in quo erãt presbyteri, & ingressi Ecclesiam miserunt se in oratione, & exurgens ab oratione frater ille respiciens non inuenit illum, qui eum duxerat, & ibi dixit, *Vbi putas perrexit, an ad communem necessitatem perrexit*; Et cum expectaret diu, & nõ veniret, exiit foras, & requirebat eum. Et cum non inuenisset, dixit ad fratres loci illius interrogans eos. *Vbi est Abbas ille senex, qui mecum Ecclesiam ingressus est*, Et dicunt ei: *Neminem vidimus, nisi te tantum, &* stupefactus ignorabat quidnã euenisset. Tunc considerauit frater, q Dæmon fuisset, & dixit: *Videte cum qua astutia Diabolus eiecit me de cella mea. Sed tamen non multũ inde anxior, quia ad bonum opus veni.* Percipiam igitur corpus, & sanguinem Christi, & hoc facto reuertar ad cellam meam. Et celebratis missis in monasterio, volente reuerti fratre illo ad suã cellam retinuit eum Abbas illius monasterii dicens: *Nisi refeceris nobiscum, non te dimittemus reuerti*, & cum recepisset cibum cũ eis, reuersus est in cellam suam. Et iterũ post aliquos dies venit ad eũ Diabolus in similitudine cuiusdã iuuenis secularis, & incepit eum inspicere à summo capitis, vsque ad pedes dicens: *Est iste, aut non?* & cœpit eum considerare, & dixit ei frater: *Quid sic me respicis?* Et ille ait: *Puto, quod me non cognoscas. Nam post tantũ tempus quomodo posses me cognoscere. Ego sum vicinus patris tui filius illius. Nonne pater tuus sic est dictus, & mater tua tale nomen habuit, & soror tua sic est dicta, & tu sic vocaris, & mancipia illa & illa sic sunt dicta? Mater vero tua, & soror tua ante tres*

annos

annos mortuae sunt. Pater vero tuus modo defunctus est, & constituit te haeredem, dicens: Cui habeo dimittere substantiam meam, nisi filio meo viro sancto, qui reliquit seculum, & abiit post Deum, Ipsi ergo dimittam omnia bona mea. Modo vadant aliqui, qui eum requirant, vt veniens distribuat omnem substantiam meam, & eroget eam pauperibus pro anima mea & sua; perrexerunt multi quaerentes te, & minime inuenerunt. Ego vero veniens à casu pro quadam causa huc, cognoui te. Vnde non facias morã, sed veni, & vende omnia, & fac secundum voluntatem patris tui. Respõdit frater ille, dicens: *Non habeo necesse reuerti ad seculum. Tunc dixit ei Diabolus: Si non veneris, & deperierit substantia illa, tu exinde reddes rationem. Quid enim mali dico tibi, quod venias, & eroges eam pauperibus, & egenis, sicut bonus dispensator, vt non à meretricibus, & male viuentibus consumatur, quod pauperibus dimissum est, Aut quid onerosum est tibi, vt venias, & facias eleemosynas secundum voluntatem patris tui pro anima tua, & sua, & hoc facto reuertaris ad cellam tuam.* Qui multa suadens fratrem illum deposuit in seculum, & veniens cum eo usq; ad ciuitatem, tunc reliquit eum. Voluit autem ille ingredi domum patris sui tanquam iam defuncti, & ecce pater eius viuus egrediebatur & videns eum, non cognouit, & ait ad eum: Quis es tu. Ille vero turbatus, nihil potuit loqui, & caepit eum iterato pater interrogare. *Quis esset.* Tunc confusus; respõdit: *Ego sum filius tuus*, ait. *Et ad quid reuersus es?* Erubescebat autem ei dicere quod verum fuit, sed dixit *charitas tua fecit me reuerti, quia desiderabam te videre, & mãsit ibi; post aliquod vero tempus incurrit fornicationẽ, & multis suppliciis afflictus à patre suo, infelix ille non egit paenitentiam, sed mansit in seculo, & omnia bona opera sua prius facta perdidit, & sic damnatus est.*

DE SEPTEM PECCATIS *mortalibus.*

Serm. CXLI.

PEccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem. Hoc intelligitur de quolibet peccato mortali, quare in praesẽti sermone breuiter est aliquid dicendum de septem peccatis mortalibus. Primo de superbia, quae est origo omnis peccati. Pro quo sciendũ, quod duplex est superbia, scilicet exterior, & interior. Interior est cum homo in sua aestimatione praefert se aliis, & appetit laudari, &, dolet quod alii laudantur. Et talis praesumit iudicare proximum esse malum, & se ipsum esse bonũ, q; est cõtra dictũ Christi qui dicit: *Nolite iudicare, & nõ iudicabimini.* Sed verus & bonus Christianus *Iac. 1.* *Matth. 7.*

debet alios meliores se reputare; & se in humilitate aliis subiicere, & sua peccata maiora aliorum peccatis æstimare. Bernh. *Noli te comparare maioribus, noli efferri minoribus, nulli te præponas, sed nec comparare præsumas.* Ideo quilibet debet in humilitate seipsum contemptibilem reputare propter incertitudinem, quam habet de sua bonitate: *Nescit homo an amore dignus sit, an odio.* Exterior superbia exercetur in capite, & in toto corpore, sed & in peplis, in longis crinibus, in caputiis, in palliis, in scissuris multis, in cingulis, in calceis, & sic de aliis: Sed quæritur, *Quando talis superbia exterior in corpore sit peccatum mortale?* Respondetur: Sex modis per ornatum corporis quis peccat mortaliter. *Primò*, per intentionem, scilicet quando quis se ornat ea intentione, vt velit ab aliis concupisci, quia secundum August. *Non solum appetere, sed etiam appeti velle, criminosum est.* Chrysost. *Si mulier se decorauerit, & ad se visus hominum prouocauerit, extremam vindictam sustinebit.* Ergo mulieres & virgines, quæ se ornant, & facies suas colorant, vt ab aliis concupiscantur, peccant mortaliter, quamuis etiam non habeant voluntatem consentiendi illis, qui eas concupiscunt. *Secundò*, peccant mulieres, vel etiam viri in ornatu corporis, cum se ornant ex superbia, scil. extollendo se super alios homines, & contemnendo alios, qui non habent talem ornatum; & talis ornatus communiter ex superbia procedit. vnde Innoc. *Superbus autem, vt magnificus videatur, satagit vestiri duplicibus, indui mollibus, pretiosis ornari*: hoc patet, quia, heu, multi homines ex superbia sese ornant, vt alios in pulchritudine excedant, vel saltem, vt non excedantur ab aliis: vel ex amore vanæ laudis & vanæ gloriæ, vt dicatur de eis, quod ipsi sint pulchri & honorabiles: *Omnis, qui se exaltat, humiliabitur.* Tertiò peccant homines in ornatu corporis, sc. facies suas colorando, cum hoc faciunt in contemptum creatoris sui. vnde Ambr. *Deles picturam Dei, si vultum tuum naturali candore obnubilas, & exquisito rubore perfundis*: tales similes sunt Lucifero, quia volũt esse pulchriores, quàm Deus omnipotens eos creauit, sicut illi, qui habent facies pallidas, & volũt sibi facere rubeas vel albas, & illi, qui habent crines nigros, & volũt habere glaucos: & qui habent crines planos, & volũt habere crispos. *Quartò* hoïes peccãt in ornatu corporis, quod contingit propter nimiam complacentiam, & amorẽ & sollicitudinem, quam habẽt ad ornatum, & ad pulchritudinẽ corporis. Tantus .n. posset esse amor iste, & tanta complacentia, quod esset mortale peccatũ, & quasi idololatria, vt quando amor ille, & complacentia illa amorẽ Dei superaret, quia hoc

Eccles. 9.

Chrysost. in lib. de compunct.

Innocent. de Vilit. humana cond.

Lucæ 14.

quia hoc ab homine colitur, quod præ cæteris diligitur. vnde Aug. *Nullum peccatum adeo veniale est, quod non fiat mortale, dum placet:* Ergo isti periculose stant, qui habent nimis magnam complacentiam in suis vestibus. eo quod habent diuersa paria vestium, in tunicis, & palliis, caputiis, & peplis? & in cingulis de auratis, vel argentatis, quia tales propter hoc possūt damnari. Vnde exemplum narrat; *Humbertus* quod fuit in Francia quædam mulier deuota, quæ cum semel esset rapta, vidit in spiritu quādam magnam comitissam, quæ fuerat ei familiaris. Cuius animam, cum Dæmones traherent ad infernum, ipsa comitissa eiulādo clamauit, *heu me miseram, quæ satis casta fui, & abstinens, & eleemosinaria, nec pro alia re damnor, nisi pro ornatu vestium, quem nimis dilexi & admonita, non cessaui*: vnde etiam legitur de quadam muliere, quæ propter nimium ornatum corporis non meruit Eucharistiam recipere in agone, sed duo pulcherrimi iuuenes assistētes acceperunt Iesum Christum de manu sacerdotis, volentis eam communicare, & sic ipsa sine communione obijt. *Quinto*, propter scandalum quamuis non intendas personas aliquam allicere, tamen si cognosc s alios accendi in mala concupiscentia & tamen non vis dimittere ornatum superbum propter salutem proximi, mortaliter peccas, & damnaberis. *Sexto* propter exemplum, & informationē aliorum, sicut, qui primitus inuenerunt, vel adhuc hodierna die inueniunt nouos modos vestium, & extraneitatis, & volunt habere sequaces in talibus adinuentionibus, scilicet in variis, & diuersis scissuris, & sic de aliis. Talium pœna accidentalis augmentatur quotidie in inferno vsque ad nouissimum diem à quolibet homine, qui eos imitatur in talibus adinuentionibus. Secundum peccatum mortale, est, *Auaritia*. Circa quod sciendum, quod quis peccat quatuor modis per diuitias. *Primo*, concupiscēdo bona aliorum contra Deum & iustitiam, vel etiam illi qui concupiscunt iustas res habere, sed ad malum finem, id est ad peccandum, scilicet ad vanam gloriam, vel ad luxuriam, vel ad crapulam exercendā, sicut ille diues. *Qui epulabatur quotidie splendide & induebatur purpura & bysso*. Itē. *Luc. 16.* qui nimio appetitu, & amore afficiuntur ad temporalia, quamuis non iniuste vellent ea acquirere, tamen iste appetitus & amor temporalium superat, & excellit amorem Dei & appetitum propriæ salutis, sic quod mens suffocatur in toto talis etiam grauiter peccat. Sicut, heu, plures sunt, qui totum cor suum occupant cum temporalibus, sic quod raro, vel nunquam de Deo, vel salute propria cogitāt. Sed quando quis appetit aliena cū

voluntate conditionata, scil. si posset ea habere sine offensa Dei, & iniuria proximi, tunc vel nullum, vel solum peccatum veniale est. *Secundò*, peccat quis per auaritiam acquirendo bona temporalia, iniustè, scilicet cum vsura, vel ludendo, vel per fraudem in emendo, vel vendendo, vel per furtum, vel per rapinam, & sic de aliis. Nam quocunque modo quis temporalia iniustè lucratur, mortaliter peccat, & tenetur ad restitutionem, si vult saluari, siue sit in rebus magnis, siue in paruis. vnde August. *Auarus antequam quid lucretur, seipsum perdit, & antequam aliquid capiat, capitur.* Idem August. *Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.* Vnde de hoc dicitur in decr. *Inferens damnum proximo non est absoluendus, nisi damno, secundùm arbitrium læsi, restituto.* Tertiò peccat, qui per diuitias malè expendendo, scil. quando non vtitur ad honorem Dei, & salutem propriam, sed vtitur ad peccandum contra Deum, tales sic expendendo, possunt propterea condemnari, etiamsi nullas res iniustas haberent, sed suas iustas res sic ad peccandum expenderent, vt patet in illo diuite epulone: *Qui sepultus est in inferno*: & tamen non reperitur scriptum de eo, quod fuit vsurarius, raptor, lusor, vel fur, sed quia bona sua male expendit, scilicet in superbia vestium, in gula, & crapula, & pauperi Lazaro non subuenit, ideò damnatus est. O quot diuites sequuntur eum in superbia vestium, habentes pretiosas vestes, longas caudas, & scissuras varias, & multa paria vestium. Similiter sequuntur eum in gula, sicut multi, qui volunt lautè viuere, & pretiosa fercula habere, & pretiosum potum bibere, & sic superfluè expendunt suas iustas res, de quibus districtam rationem vsque ad vnum denarium reddituri sunt Deo in nouissimo die. Similiter qui perdunt, vel malè expendunt patrimonium suum. Sed diceres, ista bona sunt mea, ergo mihi licet facere cum eis, quicquid volo. Respondetur, quòd non sunt tua propria, sed sunt à Deo tibi accommodata. vnde Apostolus: *Quid habes, quod non accepisti?* scilicet à Deo. Ergo quilibet debet vti suis bonis tanquam rebus accommodatis cum timore, ne offendat Deum, quia ea sibi accommodauit. Quarto, peccat quis per diuitias, eas nimis auarè possidendo & retinendo sua iusta bona; sic quod de superfluo non subuenit pauperibus ex insatiabili cupiditate, quia timet semper sibi deficere, & talis reputatur raptor coram Deo. vnde Ambrosius: *Non minoris criminis est habenti tollere, quàm cùm possis indigentibus denegare, ergo tantorum scis te inuadere bona, quantis possis præstare, & nolis.* Ergo quilibet possidens bona temporalia, debet pauperibus

Margin notes: 14. quæst. vlti. pessimâ, 9 quæst. 6. Si res. — Luc. 16. — 1. Cor. 4.

peribus condiuidere. Augustinus: *Da Christo in terra, qui tibi reddet in cælo.* Et de hoc quære sermone 104. T. Tertium peccatum mortale est gula. Circa quod quæritur, quot modis, quis comedendo, & bibendo peccet mortaliter. Respondetur, quod principaliter quinque modis. Primo, quando diligo corpus in tantum, quod contra præceptum Ecclesiæ paratus sum comedere in diebus ieiuniorum, cum tamen bene possem ieiunare, & nolo corpus meum grauare in tantum, & sic soluo ieiunium sine causa, ab Ecclesia præceptum. vnde *Herman. de Schilditz* dicit: Quandò quis inordinatè gulæ vel concupiscentiæ inhæret tanquam vltimo fini, ita quod talis, quasi Deum contemnens paratus sit præcepta Dei, & Ecclesiæ transgredi, vt delectationes gulæ assequatur, talis grauiter peccat. Nam quicunque soluit ieiunium ab Ecclesia institutum, sine legitima causa & ratione, & ex contemptu, non vult obedire, peccat mortaliter toties quoties hoc transgreditur. Secundo, peccat quis in comedendo, cum quis sumit cibum illicitum, vel prohibitum; sicut si quis in quadragesima comederet lacticinia, oua, & similia, quia in quadragesima interdicuntur vniuersaliter oua & omnia lacticinia. Similiter, qui vota fecisset, scilicet sextis feriis, nec oua, nec lacticinia comedere, hoc votum infringeret. Tertio, quando quis scienter cibum nociuum sibi comedit propter solam delectationem, talis etiam grauiter peccat, sic sumendo illum cibum & potum. vnde scienter vires corporis debilitat, & vitam sibi abbreuiat, quia sic facit contra charitatem, qua homo tenetur seipsum diligere in DEO, & vires suas præseruare, vt DEO diutius possit seruare suam vitam, & ei seruire. Psalm. *Fortitudinem meam ad te custodiam, &c.* Quarto, cum quis excedit in nimietate, sic quod perdit inde rationem, vel incidit in nauseam, vel acquirit inde vomitum propter superfluam crapulam, talis etiam grauiter peccat. Nam secundum *Henricum de Vri.* Quicunque inebriatur, vel excedit mensuram in comedendo, vel bibendo. & hoc facit cum proposito & intentione, talis peccat mortaliter totiens quotiens. Vnde *Ambrosius* in libro de pœnitentia: Ebriosus cum absorbet vinum, absorbetur in vino, abominatur à Deo, despicitur ab Angelis, deridetur ab hominibus, destituitur à viribus, confunditur à dæmonibus. vnde etiam Origen. *Ebrietas est mater omnium vitiorum.* Item: *Ebrietas fecit de homine bestiam, de robusto infirmum, de prudente fatuum.* Et si quis in tali ebrietate occideretur, vel alia morte moreretur, æternaliter damnaretur. Exemplum habemus

de quo-

de quodam, qui frequẽter inebriabatur, & quodam tempore perrexit ad dedicationem. Quære hoc exemplum supra *serm. 99. P.* vnde Gregor. *Qui nunc malè se in voluptatibus dilatat, illum postea in suppliciũ pœna angustat.* Quinto peccat quis in comedendo, vel bibendo, cum quis tantum diligit cibum, quod appetitus delectationis cibi est causa finalis, & principalis sumendi cibũ delectabilem, sic quod præponit illam delectationẽ Deo, qui principalis & finalis debet esse causa omnium operum nostrorũ: & talem delectationem quærunt homines voluptuosi, qui solum viuunt secundum carnem. Vnde Apost. Rom. 8. *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini.* Hieron. *Impoßibile, vt præsentibus quis, & futuris fruatur bonis, vt hic ventrem, & ibi mentem impleat, & sic de delitiis transeat ad delitias.* Tantum sciendum, quod quando quis esurit, & sic esuriendo comedit, & delectatur in cibo, non est peccatum, quia hoc est naturale cuilibet animali. Etiam si quis præparat cibum ea intentione, vt eum sumere possit, hoc iterum potest fieri sine peccato, sed quærere tantum saporem & delectationem in cibo & potu, hoc est peccatum. Quartum peccatum mortale est luxuria. Et est M sciendum, quod quandocunque cõmittitur actus luxuriæ præter actum matrimonii, semper est peccatum mortale. Apost. Eph. 5. *Omnis fornicator aut immundus, non habebit partem in regno Christi.* Sed diceres, *An homo sine actu possit peccare mortaliter*? Respondetur, quod sic, & hoc contingit octo modis. *Primò*, quando quis dat consensum in morosam delectationem, sicut qui delectantur cum plena ratione in malis cogitationibus, sicut heu multi faciunt tam viri, quàm mulieres, qui licet nolunt ad actum procedere, tamen volunt in malis cogitationibus & delectationibus delectari. Quod etiam nimis periculosum est, quia faciliter per hoc peccatum mortale quis incurrit; quod B. Iacob. probat in Epist. sua, vbi sic dicit: *Concupiscentia*, id est, interior animi delectatio, *cùm conceperit*, super consensum rationis, *parit peccatũ*, scil. mortale. Sed tamen sciendum, quod quando alicui incidit turpis cogitatio sine delectatione, & cõtra voluntatem, hoc nullum peccatum est. Vnde Greg. *Quantumcunque immunda sit cogitatio, mentem non polluit, si ratio non consentit, imò est meritorium.* vnde Bernhard. *Quoties restiteris, toties coronaberis.* Sed dum turpis cogitatio incipit cum delectatione, tamen sine consensu plenæ rationis, tunc est veniale peccatum. *Secundò*, cõmittitur luxuria sine actu, quando quis ex mala cogitatione & delectatione dat consensum & voluntatem ad ipsum opus perpetrãdum, & hoc est semper peccatum mortale.

mortale. vnde *August.* Si ratio cõsentiat ei, quod libido cõmonuerit faciendum esse, & non discrep t, iam ei peccatum imputatur, etiamsi non consequatur factum, quoniam reus tenetur in consensu conscientiæ. Et hoc etiam intelligitur de quolibet peccato mortali. Vnde dicitur in decr. In malitiis, *voluntas pro facto reputatur.* Ergo quicunq; regnum cælorũ intrare voluerit, oportet quod habeat firmum propositum, quod vsq. ad mortem nunquam velit mortaliter peccare, nec etiam actũ luxuriæ facere, nisi in matrimonio. Tertio, committitur luxuria sine actu cum visu, & quando quis inspicit aliquam personam ea intentione, vt eam concupiscere velit, *Qui videt mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eã in corde suo.* Vnde si quis vna die centu n domos intraret, & in qualibet domo talem concupiscentiã iam dictã sibi per visum acquireret, tot peccata mortalia cõmitteret, ergo summe necessaria est custodia oculorum. Quarto, committitur locutione, vel risu, vt cum quis alloquitur, vel arridet vni personæ ea intẽtione, vt eam alliceat, peccat mortaliter. Quinto, committitur per tactum illicitum siue impudicum, per amplexus, & oscula huiusmodi, qui modus vocatur ab Apostolo; Turpitud . Et illo modo etiam peccat quis mortaliter, & tanto grauius, peccat, quanto magis per talia libido accenditur, propter nimiã approximationem ad mulierẽ, vel ad virginem. Sexto committitur per ornatum corporis, vel per alia signa ad luxuriam incitantia, verbi gratia vt sunt isti, qui non concupiscunt, nec actum perpetrare volunt, sed faciunt vt concupiscãtur, vt mulieres, & virgines, quæ propterea se lauant, & ornant, & caput suum discooperiunt, vt amabiliores fiant, & sic alios allicere possint, illæ mortaliter peccant. Septimo, committitur per dona & munuscula, vt cum quis dat alicui pers nã donum vel xeniũ ea intentione, vt eam sic ad malam concupiscentiam & ad malum actum alliciat, peccat mortaliter. Octauo, committitur quando aliqui libenter vellent actum illum perficere, & bene possent, quia h bẽt oportunitatem temporis, loci, & personæ solũmodo propterea dimittunt, quia timent mundum, & scandalum hominum, & confusionem propriã, sed si scirent se posse latere in hoc actu, nec Deũ, nec sanctos nec salutem animæ curarent, quin hoc nephas perpetrarẽt, & tales, qui sic dimittunt non propter Deũ, sed solum propter hom nes, grauiter Deum offendunt. Vnde Leo Papa: *Sunt nõnulli, qui cum corde concipiũt, peccatum faciendum deliberant, illud tamen timore dimittunt, aut pro difficultate implere nequeunt, hi*

De pæn. dist. 1. c. omnis.

Matth. 5.

profecto non in domino moriuntur. Et hoc intelligendum est de quolibet peccato mortali quod quis propter Deum non dimittit, sed solum propter timorem hominum. *Quintum* peccatum mortale est ira, pro quo sciẽdum quod principaliter ira est triplex. Prima est bona, & est quando quis irascitur super peccata propria, & aliena. Eccle. 7. *Melius est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis.* Psal. *Irascimini, & nolite peccare.* Et hoc est signum, quod sunt filii Dei, qui non possunt sustinere iniuriã Dei. Ergo irasci super propria peccata, & etiam aliena similiter, & vindicare iniuriam Dei, talis ira est bona, & laudabilis. Secũda ira est venialis, sicut subita ira sine deliberatione rationis, quia in aliquibus hominibus ignis iræ cito accenditur, & quãdo quis ex subreptione non commouebitur, & quam cito hoc cum ratione aduertit, tunc expellit, & resistit huic iræ, & non vult se vindicare. Et sic peccat solum venialiter. Vnde Cassi. *Venialis ira est quæ non ducitur ad effectum.* Tertia ira est mortalis, vt cum quis irascitur cum deliberatione, & cum consensu rationis, & cogitat in animo suo, quomodo possit se vindicare, & talis sic irascens reus erit iudicio. Matth. 5. *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Et si illam ostendit verbis, scilicet maledicẽdo proximis suis tunc adhuc grauius peccat. Et per hoc incurrit æternã maledictionem, quam quidem maledictionem Christus dicturus est in iudicio, vt habetur Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum.* Et si ex ira procedit ad factum contra proximum, scilicet eum percutiendo, vulnerando, vel occidendo, tunc adhuc grauius peccat. ❡ Sextum peccatum mortale, est inuidia. Pro quo sciendum, quod triplex est inuidia. Prima inuidia est, quæ prouenit ex natura, sicut quidam naturaliter sunt inuidi, & hoc non est peccatum, cum hoc nullo modo sit in potestate nostra. Vnde Arist. 3. Ethi. *In desideriis naturalibus pauci peccant.* Ergo talibus primis motibus sic naturaliter incidentibus immediate, & sine mora resistendum est, & tunc non nocent. Vnde Greg. *Tentatio cui non cõsentitur, non est peccatum sed est materia exercendæ virtutis.* Secunda inuidia est venialis, & est cum quis tristatur de fortunio, & felicitate proximi, tamen non cum plena ratione, & deliberatione, sic est peccatum veniale, hoc patet ex eo, quia cum plena ratione optat, & fauet sibi omne bonum. Tertio, vero inuidia est, cum dolet de bono alterius, & hoc ex deliberato proposito, vt quia cum alius excedit in talibus bonis. scilicet in sapientia, siue in rebus temporalibus, siue in fauore hominum, siue quia habet ampliorem gloriam, & excel-

excellentiam, & sic est peccatum mortale. Et in hoc proprie consistit inuidia, & illud semper est malum, quia dolet de quo est gaudẽdũ, s. de bono proximi, q est contra charitatem proximi, quia si diligo proximum sicut debeo, & teneor, tunc faueo quicquid Deus sibi fauet, & ad hoc quilibet tenetur. Vnde Arist. *Diligere, est alicui bonum velle.* Vnde inuidiosi, qui gaudent de aduersitate proximi, & dolent de prosperitate ipsius, sunt homines diabolici, quia habent signum ipsius. Vnde Ioan. 14. *In hoc cognoscent omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Sic ecõuerso, est signum, quod sunt filii Diaboli, qui habẽt inuidiam ad proximos, & gaudent de malis aliorum, quod Diabolicum est. Prou. *Qui in ruina alterius lætatur, non erit impunitus.* Nã dolere de bonis proximorum infelicissimũ est quia amittunt quicquid alii lucrantur. Seneca. *Vtinã inuidi in omnibus ciuitatibus aures, & oculos haberẽt, vt de singulis prosperitatib. hominum torquerentur.* Septimum peccatũ mortale, est accidia. Vnde quæritur. *Quãdo tædium boni sit peccatũ mortale & quando non.* Respondeo secundum Herman. de schilditim, quod tædium boni potest cõsiderari tripliciter. *Vno modo* prout est quidam motus naturalis ex lassitudine corporis post exercitium spirituale proueniens, & sic non est peccatum. *Secundo modo*, secundum quod motus appetitus sensitiui contristatur de opere spirituali laborioso, & sic potest esse peccatum veniale. Quamuis etiam ille appetitus sit deliberatiuus, quia consensus in veniale non est nisi veniale. verbi gratia. Si canto, vel oro aliqualiter cum tædio, & tamen propterea dimittere nolo, sic solum est veniale. *Tertio modo*, cum hoc tædium redundat in omissionem eorum, quæ sunt necessaria saluti, & ad quæ necessario homo tenetur, & tunc est peccatum mortale. verbi gratia. Sicut non audire missam in die Dominica, vel pœnitentiam iniunctã non implere, vel horas Canonicas omittere ab illo, qui est in sacris ordinibus constitutus, vel promissum votum non adimplere, & sic de aliis.

Prouerb. 17

DE DECEM PRÆCEPTIS.

Serm. CXLII.

SI vis ad vitam ingredi, serua mandata. In verbis præmissis ostendit Christus cuilibet homini viam vitæ æternæ, cui dicit. *Si vis ad vitã ingredi* &c. Vnde Q sciendum, quod decem sunt præcepta, quæ quilibet homo tenetur seruare, qui vult saluari. Primũ præceptũ est: *Nõ adorabis Deos alienos.* Et illud præceptum tangit fidem, quia fides est fundamẽtum omnis boni,

Matth. 19.

boni. Vnde August. *Fides est humanæ salutis initium, sine qua nemo potest ad numerũ filiorum Dei peruenire.* Vnde Christus dicit in Euangel. *Qui non credit iam iudicatus est.* Ex quibus verbis patet, quod omnes infideles sicut pagani, Iudæi, hæretici, sunt in statu damnationis, & iam ad æternam mortem iudicati. Sed loquendo de Christianis baptizatis, tunc dicendum est, quod ipsi multipliciter contra hoc præceptum peccant. Primi sunt, qui dubitant de fide, an sit sic, vt scriptura dicit, & fides catholica tenet, & etiam qui negligunt addiscere articulos fidei, cum possent, & debeant eos scire. Nam quilibet Christianus cum ad annos discretionis peruenerit, tenetur addiscere, & scire symbolũ Apostolorum. Vnde de hoc dicitur in decr. *Paruuli facti adulti tenentur ad fidem quam pro eis spoponderunt offerentes. Et illi debent eos docere symbolum, & Dominicam orationem.* Ergo qui articulos fidei friuole, & ex contemptu scire non vellet cũ posset, peccat mortaliter, & tali non est administrandum sacramẽtum Eucharistiæ, donec addiscat. Item quod obseruat tempus, & dies Ægyptiacos in his actibus, qui solum dependẽt ab hominis arbitrio libero, puta mercatio, traductio vxoris, herbarum collectio, vel alicuius operis inchoatio, quia in talibus obseruare dies Ægyptiacos est peccatũ mortale; Ergo reprehensibiliter peccant, qui in nocte natiuitatis Christi, & Iohãnis Baptistæ suas faciunt incantationes. Itẽ, qui sõnia aduertũt, & seruãt, ad quos dicitur Leuit. 19. *Non argumentabimini, nec hoc obseruabitis somnia.* Vnde Ecclesia. 34. *Multos errare fecerunt somnia, & illusiones vanæ.* Vnde Cato. *Somnia ne cures, nam fallunt somnia plures.* Item qui ad phitonissas accedũt, toties quotiens mortaliter peccant, quia non licet à Diabolo consiliũ perquirere, quia inimicus noster mortalis est, & semper habet malam voluntatem contra nos, & sẽper nititur impedire salutẽ nostrã. Insuper nec est eis credendũ quia, Diabolus, qui per eas loquitur, mẽdax est, & pater eius, scilicet mendacii. Item qui fatum tenent etiam grauiter peccãt. Nam deuiant à fide, qui tenent fatũ, quia sunt multi, qui dicunt quando homo mala morte moritur, quãdo scilicet suspenditur, siue rotatur siue cõburitur, & sic de aliis quod Deus sic voluit & ordinauit & quod homo talis ad hoc natus sit, quod talia pati debuit, hoc dicere est graue peccatum, quia est loqui cõtra honorem Dei, quia Deus non vult, nisi bonum. Apostolus. 1. Thes. 4. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Vnde prouenit ex propria malitia ipsius hominis, quod male agit. Item qui seruant augurium, & hoc attenditur in gestu, cantu & volatu

Lib. 3.

De Cons. Dist. in 4. Nos

vola tu auiũ. verbi gratia: Cũ gallina cãtat, canis latrat, coruus supra pomum se locat, volentes hoc aliquid speciale prætendere, quæ omnia vana & superstitiosa sunt. Item qui in puerperio cum mulieribus imprægnantibus & parturientibus superstitiones exercent, sicut qui mulierem difficultatem habentem in partu circumcingunt cingulo viri, vt leuius pariat. Item qui cum gladio euaginato benedicunt mulieres in puerperio, & exufflant candelam in faciem eius, quod est superstitiosum. Sed si thus ibi adoleatur, siue accendatur lumen consecratum, vel aqua benedicta ibi aspergatur, vel signum crucis ibi habeatur, illa sunt deifica & licita. Item, qui carminant homines & pecora, quod fit multipliciter. *Primò*, caput cingunt & mensurant cum cingulo proprio, & tunc ponunt cingulum sub pedibus eius, & ipse dicit: *Melius te calco, quàm porto.* Item oculos benedicunt, terram cum manu tangunt, & tunc cum tali manu oculos sibi contingunt. Item quandoque aliquos ducunt per fluidam aquã. Item vertunt se contra ortum Solis. Item quandoque ducunt aliquos ad vnam arborem, & faciunt eos quassare arborem. Item quidam carminant equos, & vaccas, & cætera animalia, quando vermes habent, vel cum de mane expelluntur, vel cum perdita sunt, ea benedicunt, ne lupi ea rapiant. Item quidam benedicunt vulnera cruenta. Item, qui contra inimicos, canes, & lupos cum vulneribus Christi se carminant. Item sciendum, quod omnes isti, qui sic carminant, vel permittunt se carminare, vel suos pueros, & in hoc consentiunt, grauiter peccant, & maximè quando de hoc admoniti sunt, nec tamen desistere volunt. Et talia carmina nullam efficaciam habent sanandi homines, sed Deus propter peccata hominum, & propter fidem, quam homo adhibet illis carminibus, permittit quandoq;, quod homini videtur, quod talia iuuent, cum tamen de se nullam efficaciam habeant illa verba, sed vti medicinis & herbis licitum est, eo quod habent naturalem effectum. Secundum præceptum est: *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* In vanum enim nomen Dei assumit, qui blasphemat nomen Domini nostri Iesu Christi. Et qui iurat per vulnera, vel mortem, vel sanguinem, vel etiam per intestina, vel membra Domini nostri Iesu Christi. Et talia iuramenta semper sunt peccata mortalia, quia sonant irreuerentiam & blasphemiam Dei pretiosa vulnera sua in vanum assumere, vnde nobis tota salus effluxit. Chrysost. super Matth. *Omnis salus hominum in Christi morte posita est.* Item aliqui iurant, Deum non nominando, sed creaturas; & talia iuramenta, quæ sic fiunt, nominando creaturas, sunt à quolibet Christiano omnino

vitanda. vnde Christus dicit in Euang. *Ego autem dico vobis, non iurate omnino, neq; per cœlum, neq; per terram.* Item sunt aliqui, qui multotiens, & sine causa iurant, vt dicendo, *Per Deum viuum*, vel, *Per omnes sanctos*, sine omni causa & necessitate ex mala consuetudine. Contra quos dicit Christus in Euangel. vt habetur Matth. 5. *Sit sermo vester, est, est, non, non.* Circa quod quæritur, an ista iuramenta, sc. dicendo *Per Deum sanctum*, vel, *Per omnes sanctos Dei*, sint peccata mortalia? Resp. q; talia iuramenta cõtingũt dupliciter. Primo, quãdo quis scienter falsè & mendaciter iurat, siue in ioco, siue in serio, tunc secundum *S. Thomam*, talis peccat mortaliter, v. g. Vt cum vxor vel familia negat mendaciter, & cum hoc iurat, fecisse vel non dixisse, vel se non vidisse hoc vel illud, vel etiam dum quis vult aliquid vendere, & iurat per Deum, quod non vult remissius dare quàm sic, tamen intendit aliter dare, nihilominus iurat mentiendo contra mentem suam, peccat mortaliter totiens quotiens sic iurat. Et è conuerso: Ille, qui rem debet emere, si iurat, quod non vult plus dare pro tali re, quàm intantum, & tamen intendit plus dare, ille etiam peccat mortaliter totiens quotiens. O quot mala peccata committuntur ab aliquibus, qui consueuerunt nec emere, nec vendere, nisi iurando & mentiendo dolosè, & fraudulenter, vt iurando rem suam esse meliorem, quàm sit, vel etiam quod plus constiterit, quàm fecerit. Insuper & aliqui pro paruis rebus sic iurant deceptoriè, vt vendentes cochlearia, poma, pyra, vel consimiles fructus, vel etiam panes, haleca, & alia victualia. Et etiam rustici vitulos & oues, & boues, lac, & caseos, & oua in villis vendentes. Qui omnes quandoque multa falsa iuramenta faciunt, cum quibus proximos suos decipiunt, & tamen per talia quandoque parum lucrantur. Cùm tamen quilibet bonus Christianus pro vno regno, vel etiam pro toto mundo semel peierare non deberet. Secundo modo contingunt talia iuramenta, cum quis iurat hoc, quod est verum & licitum, tunc secundum *Raymundum*, hoc est veniale peccatum, cum scilicet quis iurat in communi locutione, & cursu verborum ex quadam leuitate & mala consuetudine, vt dicendo, per Deum cras ibo ad Ecclesiam, vel ieiunabo, vel equitabo, & sic de aliis. Tamen quilibet debet se in hoc moderare, & illam malam consuetudinem postponere, & aduertere dictum Christi, quod habetur Matth. 12. Quod *de omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in nouissimo die.* Multo strictius exigetur à nobis ratio de talibus quotidianis iuramentis, quæ sine causa fiunt. Vnde quilibet homo debet se cauere, quod

Matth. 5.

quod nunquam dicat, *Per Deum*, vel, *Per omnes sanctos*, nisi sit magna causa, nec vrgens necessitas, & quod hoc etiam verum & licitum sit, quod iurat. Tertium præceptum est: *Memento, quod diem Sabbathi sanctifices.* Contra illud præceptum faciunt isti, qui in diebus festiuis laborant. Contra quos dicitur Exodi 20. *Non facies in eo omne opus.* Ex quo patet, quod quicunque Sabbathum violat, laborando, vel mercantiis suis intendendo, vel etiam qui vecturam in diebus festiuis exercent, sicut rustici, qui quandoque ad quatuor vel quinque miliaria vehunt, & nunquam Missam vel sermonem in eisdem diebus festiuis audiunt. Et qui quærunt nundinas in diebus festiuis, & emunt, & vendunt ex mala consuetudine, & propter lucrum temporale. Insuper qui in diebus Sabbatis de sero in nocte nimis diu laborant, & sic de aliis. Isti omnes grauiter Deum offendũt, & puniuntur à Deo multotiens in bonis temporalibus per infortunia, sic quod quandoque raptores spoliant eos, vel equi eorum læduntur, vel moriuntur, vel domus eorum comburuntur, vel alia infortunia illis accidunt, sic quod in fine nonnunquam depauperantur, etiam tales multotiens puniuntur in corpore, sic quod infirmãtur per mensem, vel per duos, & etiam quandoq; cadunt & frangunt crura, vel brachia, & sic de aliis, & tunc oportet eos festiuare ex necessitate, cum meritò deberent laborare, quia antea, cum festiuare debuisset, laborauerunt, quia secundum Salo. *Per quæ homo peccat, per hæc & punietur.* Item puniuntur in anima, quod est maximum; quia quoties festa soluunt, toties mortaliter peccant, & animam propriam occidunt. Exod. 31. *Qui polluerit Sabbathum, morte moriatur.* Item sciendum, quod qui in diebus festiuis peccãt, grauius peccãt, sicut qui chorizant in dieb. festiuis, quia maius peccatum est chorizare, quàm laborare. vnde etiam Aug. dicit: *Omnis motus petulantiæ saltus est in profundum cloacæ.* Ideo quanto quis altius in chorea saltauerit, tãto profundius ad infernum cadet. Similiter illi grauiter peccãt, qui in diebus festiuis visitant tabernas, & se inebriant, cum tñ omnis ebrietas, quæ ex proposito fit, semper est peccatũ mortale, & peccatũ est grauius, quod fit in festiuo die, quàm in alia die. Similiter illi, qui in diebus festiuis exercent suas fornicationes, siue alia opera luxuriæ. vnde narrat *Gregorius*, quod quædam mulier à suo legitimo viro sabbatho de nocte cognita, cum die Dominico processioni se adiungeret, à diabolo arripiebatur, & multum ab eo vexabatur. Et si hoc legitimis personis, quanta tunc pœna concubitus illegitimus plectendus erit. Quartum præceptum est: *Honora patrẽ tuum, & matrem* ¶ X *tuam;*

tuam, vt sis longæuus super terram. Contra hoc præceptum faciunt filii, & filiæ, qui vel, quæ honorant suos parentes verbis, & factis, & eis nolunt obedire in licitis, & honestis. Et etiam parentibus suis defunctis non subueniunt per suffragia liberando animas eorum à Purgatorio. Et tales filii, qui sic inhonorant suos parentes puniuntur multotiens à Deo in corpore suo proprio, & subitanea morte. Nam sicut præmium honorantium parentes, est vitæ longæuitas vt habetur Eccl. 3. *Qui honorat patrem suum, vita viuet longiori.* Sic à contrario sensu, inhonorantes parentes moriuntur quandoque improuisa, & subitanea morte. Psal. *Subito defecerunt, & perierunt propter iniquitatem suam.* Insuper punientur æterna morte.

Exod. 21. *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur,* supple æterna. Sciendum, quod parentes debent filios informare in præceptis Dei, & omnes corrigere, cum delinquunt, iurando, blasphemando, quia omnia peccata, quæ filii committũt, redundant in parentes, si eos

Rom. 1. non corrigunt. Apost. *Digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Quintum præceptum est *Non occides.* Contra hoc præceptum faciunt, qui proximum cõtra Deum & iustitiam occidunt, & hoc est vnum peccatum de quatuor peccatis clamantibus in cœlum. Genes. 4. dicit Dominus ad Cain: *Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Sic adhuc quotidie Dominus potest dicere ad quemlibet homicidam: *Ecce vox sanguinis fratris tui:* id est, proximi innocenter à te effusi, clamat ad me de terra, requirens vindictam super se. Sciendum, quod triplex est homicidium, quidam enim occidunt corpus tantum, vt infideles & principes tyranni, qui martyres occiderunt, qui propter veritatem passi sunt; illa occisio non est timenda, maximè quando propter iustitiam sustinetur. Matth. 5. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c.* Aliqui occidunt tantum animam, quando scil. proximum ad peccatum trahunt per ornatum corporis, vel per malum exemplum, quod præbent aliis, quibus dicit Greg. *Tot mortibus quis dignus est, quot exempla prauitatis in posteros reliquit.* vnde etiam August. *Qui in conspectu populi malè viuit, quantum in eo est, illum à quo attenditur, occidit.* Et hoc intelligitur de anima. Aliqui vtrumque, scil. corpus & animam occidunt, & hoc fit in duobus casibus. *Primò,* quando quis procurat abortum, quia tunc puer in corpore & anima moritur. *Secundò,* quando quis occidit seipsum.

DE ALIIS QVINQVE Præceptis.

Sermo CXLII.

Matth 19. *SI uis ad vitam ingredi, serua mandata.* Quantum ad secundam partem præcedentis sermonis. Tunc iam aliqua breuiter de vltimis quinque præceptis dicenda sunt. Sextum præceptum est. *Non mæchaberis.* In quo præcepto prohibetur omnis illicitus concubitus, excepto fœdere matrimoniali. Primi, qui contra hoc præceptum faciũt sunt fornicarii, sicut solutus cum soluta, & totiens quotiens, peccat mortaliter, vnde 32 quæst. 4. meretrices dicitur in decret. *Ad meretrices accedere est diuinitus prohibitũ.* Vnde Ephes. 5. etiam Apostolus: *Hoc autem scitote, quoniam omnis fornicator, aut immundus non habet partem in regno Christi.* Secundi, qui adhuc grauius peccant, sunt illi, qui cõmittunt stuprum, quod est illicita defloratio virginum quia hoc peccatum aufert virginitatem, quæ est thesaurus incomparabilis. vnde Salom. *Non est condigna ponderatio continentis animæ.* Et insuper qui deflorat virginem aliquando est occasio mille fornicationum, quas ipsa postmodum committit, quia talis virgo sic corrupta quandoque nunquam maritum legitimum habebit, sed communis omnibus erit, & totiens tunc peccat mortaliter, quotiens actum luxuriæ committit. & omnium peccatorum illorum ipse reus erit qui eam primo violauit Arist. *Omne primum in vnoquoque genere est causa omnium eorum, quæ sequuntur depost in eodem genere.* Et in foro pænitentiali iniũgendum est illi, quod puella satisfaciat, & cum ea componat. Tertii sunt, qui adulterium committunt, & hoc est grauius peccatum, quam stuprum, quia est contra sacramentum matrimonii, quod ipse Deus in Paradiso instituit. Vnde peccatum adulterii punitur quandoque corporaliter, spiritualiter, & æternaliter. Vnde: *Omnes Adulteri, quasi clibanus accensus.* Osea 7. *Erit pars illorum in stagno ardenti, igne, & sulphure.* Apocal. 21. Apostolus: *Adulteri regnũ Dei non possidebunt.* 1. Cor. 6. Vnde exemplum. *Legitur, quod quidam homo raptus erat ante portas inferni, qui vidit quandam mulierem grauissime torqueri, & flamma ignis circũdabat eam. Ille autem homo quæsiuit quare illa tam grauissime torqueretur. Responsum est ei, quod hæc tormenta pateretur propter adulteria, quæ cõmisit cum viris alienis.* Quarti sunt, qui transgrediuntur legem regularis professionis, scilicet qui votum continentiæ violant, & isti peccant contra fidem Deo datam, vt sunt religiosi, sacerdotes, & sanctimoniales, & hoc peccatum est omnib⁹ prædictis grauius, quia in eo maior fit iniuria ipsi Deo. Quinti sunt, qui cum consanguineis suis peccant, & hoc est adhuc grauius. Et propter magnitudinem illius peccati B. Paulus Apostolus tradidit illum, fornicatorẽ, qui cum nouerca sua peccauit, Sa-

thanæ & diabolo ad cruciandum, *vt dicitur Corinth.5.* Sexti sunt, qui vitio indicibili se contaminant cōtra naturam peccantes, & hoc est B ꝗ grauius & pessimū peccatum, de hoc quære *ante sermon.85.R.* Septimum præceptum est: *Non furtum facies*, vbi prohibetur offensa in rebus. Vnde contra hoc præceptum faciunt primò illi, qui furtum committunt in paruis rebus, vt qui furantur gramina. Circa quod quæritur, vtrum in re parua committatur furtum, sicut in re magna. Respondeo secundum S. Thom. *Si aliquis res minimas furtiuè accipit, per quas homo non reputat illi nocumentum inferri. & ille, qui accipit, poßit præsumere, hoc non esse contra voluntatem Domini, excusatur, alias furtum semper est peccatum mortale, quia est contra dilectionem proximi, cui infertur damnum.* vnde etiam in talibus minimis, si habeat quis animum furandi & inferendi nocumentum proximo, erit peccatum mortale, vt *S. Thom. ibid. dicit.* Vnde si decem vnam aucam furatam comederent, quilibet teneretur restituere partē, quæ eum contigit, si vult indulgentiam & remissionem peccatorum consequi. Similiter intelligendum est de his, qui fructus arborum, vel rapas, vel caules subtrahunt contra voluntatem proximorum. Similiter, qui botros de vineis abscindūt, & etiam venatores, qui cum equis & canibus eorum hominibus in segetibus damna inferunt, similiter vectores, qui cum curribus suis per sata agrorum vadunt. Et etiam rustici, qui quandoq; agros proximorum cum aratro diminuunt. Etiam ancillæ, quę gramina de pratis aliorum furantur, vel etiam qui pecoribus suis damna proximis scienter in segetibus & pratis inferunt, & sic de aliis. vnde de hoc dicitur in decr. *Furtum est iniusta ablatio rei quantumcunque parua.* Exemplum de parentibus, quod debent pueros suos fideliter informare, quod nec ipsis, nec cuiquam hominū aliquid furtiuè accipiant. Vnde legitur, quod puer quidam defunctus est, & iudici præsentatus, & diabolus eundem puerum accusauit, dicens: *Domine iudica secundùm iustitiam, quia puer iste germano suo obolum furatus est, nec inde fecit pœnitentiam, nec restituit ablatum.* Cui Dominus: *Velles quod pro tantillo puerum hunc damnarem? Mea iustitia non est sine misericordia.* Supplicantibus pro puero quibusdam sanctis, quibus puer seruierat, culpa puero remittitur. Sed ad præceptū iudicis puer in puteum igneū proiicitur, in quo tantam pœnam sustinuit, quod postmodum hāc verbis exprimere non potuit, de puteo extractus, propter preces sanctorum anima restituitur corpori, & sic puer reuixit, & iussus fuit à iudice obolum persoluere. Et mirantibus cunctis qui aderant, per signa, quæ in eo inuenerunt, verbis eius compulsi.

S.Thom. 22. q 66.

7 quæst. c. vlt.

pulsi sunt credere. Et sic postmodũ puer reuixit in timore Dei propter pœnam, quàm antea sensit, quod nunquam amplius, nec vnum pomum, nec vnũ pyrum vsq; ad mortem alicui recepit. Secũdi sunt, qui rem inuentam retinent & nõ restituunt. Aug *Quod inuenisti, & non reddidisti, rapuisti.* Tertii sunt serui & ancillæ, qui bona dominorũ suorum furtiuè subtrahũt, sicut panem vinum, carnes, oua, & occultè comedunt, vel aliis hominibus tribuunt. Quarti sunt mechanici, qui fraudulenter proximis suis laborãt, vel etiam qui nimium pro salario recipiunt. Quinti sunt mercatores, qui cum mendaciis proximos decipiunt, & eis damna inferunt, & tales toties peccãt mortaliter. Sexti sunt hospites, qui propriè in vulgari dicuntur escocherus, qui nimium computant suis hospitibus. Septimi sunt vsurarii, qui commodant cum pacto, vel etiam cum spe aliquid recipiendi, contra quos dicitur Lucæ 6. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Vel etiam qui vendunt res suas longè carius propter dilationem, quàm eis in continenti soluerent, *vt patet de vsuris, capit. consuluit.* Similiter qui pro prompta pecunia emunt, & immediatè super dilationem illi eadem, à quo emerunt, vel alii è conuerso vendunt in cariori foro, quàm valet, vel valere potest: & etiam illi, qui recipiunt pignus aliquod, vel concedunt pecuniam super prædium aliquod, vel super castrum, vel super ciuitatem, vel super villam, & fructus eius, non computant in sorte, omnes tales vsurarii sunt. Octaui sunt lusores, qui causa lucri ludunt ex auaritia, tales talem pecuniam non possunt retinere, sed debent secundum consilium confessoris sui expendere, vel erogare. Vnde nullus, qui ludit, & pecuniam in ludo lucratam possidet, potest saluari, sed semper est in statu damnationis. Ergo quandocunque quis ex auaritia, & propter lucrum ludit, peccat mortaliter, & si lucratur, infernum lucratur, si perdit, cœlum perdit. Ex quo patet, quod nullus lusor absoluatur, nisi restituat. Sed qualiter & quibus restituere teneatur, hoc quære *antè serm. 12. L.* Noni sunt, qui rem furatam vel raptam emunt, vel de rapinis comedunt, & etiam qui à Iudæis dona vel munuscula recipiunt, tales tenẽtur ad restitutionem illis, qui sunt hæredes talium rerũ. Vnde sciendum, quod omnia ista iam nouem genera hominum tenentur ad restitutionem, si volunt consequi peccatorũ remissionem. vnde Augustinus: *Peccatum non dimittitur, nisi ablatum restituatur.* Octauum præceptum est: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* Primi, qui contra illud præceptum faciunt, sunt falsi testes, & mendaces. Pro quo sciendum, quod falsus testis *primò* occidit animam D

propriam cum suo falso testimonio. *Os, quod mentitur, occidit animam.* Sap. 1. *Secundo*, Christum negat, quia corruptio veritatis, est negatio Dei. Nam qui veritatem negat, Christum negat. *Tertio*, Proximum lædit, & damnificat, aut in rebus, aut in fama, aut in corpore cum suo falso testimonio. & quilibet talis bonus homo sic læsus potest dicere cum Christo illud Psal. *Insurrexerunt in me testes iniqui* & falsus testis secundum *Thomam de Aquino* peccat mortaliter, & tenetur ad damni restitutionem. Secundi sunt detractores, qui famam proximi denigrant. Ambrosius. *Tollerabiliores sunt fures, qui vestes, & alia bona nostra diripiunt, quam detractores, qui bonam famam nostram dilaniant, quia melius est nomẽ bonum, quam diuitia multa.* Pro quo sciendum E quod qui falsa crimina imponit proximo, grauissime peccat, quia vix remittitur tale peccatum. vnde Hieronymus. *Non facilis venia praua dixisse de rectis.* Et ratio est quia tenetur reuocare, & famam proximi restituere, si vult misericordiam Dei consequi, quia si quis tenetur restituere rem temporalẽ, multo magis famam bonam, sed diceres: *Si quis aliquod occultum peccatum proximi manifestat, an sit peccatum mortale?* Respondet. Si manifestat peccatum proximi alicui præsidenti, sicut plebano, vel alicui alii ea intẽtione vt hoc peccatum emendetur, & amplius non fiat, hoc bonum, & licitum est. vnde hoc dicitur in decr. *Crimẽ publicare vbi prodest, est meritorium.* 22. q. hoc videtur. Sed si quis aliquid occultũ peccatũ cõmisit quod sibi, & soli Deo constaret, vel paucis hominibus, & si hoc publicares a iis ad infamandũ eum, qui hoc fecit, peccares mortaliter, licet verum esset quia est contra charitatem proximi, & similiter ille, cui tu reuelasti, si ipse alteri eadẽ intentione hoc occultum malum reuelat, scilicet ipsum infamando, similiter peccat, & sic de singulis ascendendo. O quot peccata perpetrantur, cum quis in vna tota terra, vel ciuitate infamatur. Similiter & qui libenter audiunt detractionem, grauiter peccant. Bern. *Detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, nõ facile dixerim.* Vnde etiam August. *Non accommodes aures tuas ad percipiendum verba detrahẽtis, ne concipias mortem in anima tua. Detrahenti, & audienti vtriusque esca est mors animæ.* vnde quilibet, in quantum potest, debet compescere detractores Exemplũ de hoc habetur ser- F mo. xcj. I. Tertii sunt derisores, qui offendunt proximum deridendo, & subsanando, & quilibet talis timere debet illud: Subsannans subsannabitur, & deridens deridebitur. Circa quod quæritur, *vtrum derisio sit peccatum mortale*: Resp. *secundum S. Tho.* Dicendum, quod S. Thom. 22. q. 7. quando

quãdo aliquis malum alicuius personæ, vel defectum in risum, vel ludum ponit, derisio dicitur. Et si quidem hoc fiat in quantum malum est paruum secundum se, sic derisio est peccatum veniale. Sed quãdo accipitur, quasi paruum ratione personæ, sic aliquem deridere est paruipendere, & tam vilem æstimare, vt de eius malo non sit curandum, sed sit quasi pro ludo habendum, & sic derisio est mortale peccatum. & tanto grauius, quanto maior debetur reuerentia personæ, quæ irridetur. Vnde grauissimum peccatum est irridere Deum, & ea, quæ Dei sunt, sicut beatam Virginem, & Sanctos. Secundo, est grauior derisio parentum, quia in maiori reuerentia sunt habendi. Tertio, derisio iustorum & bonorum hominum, per quam etiam homines de benè agendo impediuntur. Quarti sunt, discordiam inter homines seminantes, & isti sunt filii diaboli. vnde Gregor. *Si Dei vocantur filii, qui pacem faciunt, proculdubio Satanæ sunt filii, qui eam confundunt.* Quinti sunt, qui fraudulenter cum proximo loquuntur, qui habent mel in ore, & fel in corde, & sic proximos decipiunt & tradunt. Vnde versus:

Quando bonum facis, & in corde malum meditaris.
Oscula quæ Iudas Domino dedit, hæc mihi tu das.

Sciendum, quando aliquis fraudulenter loquitur bonum de alio, & vult, quod audiens eum loquatur oppositum, & malum de eodem, talis dupliciter peccat. Primo in seipsum, quia fraudulenter loquitur. Secundo in proximum, cui nititur dare occasionem obloquendi. Sexti sunt, qui proximum conuitiis & improperiis conturbant, subiiciendo sibi defectus suos iniuriose, vt dicendo, Tu es fur, vel adulter, vel vsurarius, vel mendax, vel, tu ibi hoc fecisti, vel, ibi sic dixisti, & taliter egisti, &c. vel dicendo, tu es cœcus, vel tu es gibbosus, vel scabiosus, & sic de aliis, eum confundendo, mortaliter peccat, & reus erit æternæ pœnæ. vnde: *Qui dixerit fratri suo, fatue*, supple confundendo eum, *reus erit ignis.* O cuius tunc reus erit, qui dicit, tu fur, tu adulter, vel latro, & sic de aliis. Septimi sunt, qui proximum verbis rixosis ad iracundiam prouocant, & talis, qui sic scienter prouocat proximum, omnium peccatorum, quæ ille in tali ira committit, siue in dictis maledicendo, vel blasphemando, siue in factis percutiendo, reus erit; vnde si ille, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, cuius tunc ille reus erit, qui non solum irascitur, sed etiam proximum ad iram prouocat? Nonum præceptum est: *Non concupisces rem proximi tui.* Superius in septimo præcepto prohibuit furtum: hic autem prohibet concupiscentiam cordis, dicens: *Non concupisces rem &c.* contra hoc præceptum *Matth. 5.*

primo illi faciunt, qui deliberato animo concupiscunt rem proximi, & omnino pro eadem re laborarent, vt sibi eam auferrêt, si possent, vel si non timerent dispendium vel hominum confusionem. Secundi, qui concupiscunt iustas res, sed ad malum vsum, sc. ad peccandum, puta ad vanam gloriam exercendam, vel ad luxuriam, vel ad crapulam. Tertii, qui nimio affectu occupant se cum temporalibus, ita quod obliuiscuntur de his, quæ sunt Dei & propriæ salutis. Decimum præceptum est. *Non concupisces vxorem proximi tui.* Hic prohibet concupiscentiã luxuriæ. Vbi prohibetur omnis cõcupiscentia carnis, sicut in sexto præcepto prohibuit actum luxuriæ. Vbi sciendum, quod contra hoc præceptũ faciunt tria genera hominum. *Primi*, qui deliberate concupiscunt & libenter actum opere perpetrarent si possibile ipsis foret, vel si non timerent mundũ, vel scandalum hominum. *Secundi*, qui se lauant, & ornant, vt cõcupiscantnr. *Tertii*, qui non concupiscunt, vel volunt concupisci, nec actum facere proponunt, sed tantum delectantur in morosa, deliberatione cum plena ratione. Et talis morosa deliberatio est peccatum mortale.

DE NOVEM PECCATIS *alienis.*
Serm. CXLIV.

A*B alienis parce seruo tuo.* Vbi sciendum, quod nouem sunt peccata aliena, quorũ si peccator in vno in morte deprehensus fuerit, sic damnatur sicut propter peccatũ proprium. Quorum primũ est iussio, scilicet quando quis iubet alterum peccare, v. g. Sicut Dominus, qui iubet famulum, vel pater, qui iubet filium, & domina, quæ iubet famulam, hæc facere, quæ sunt cõtra charitatem Dei & proximi, sicut rustici, qui iubent famulos suos damna inferre proximis cum pecoribus suis in graminibus, vel segetibus, vel etiã domina, quæ iubet ancillam ad pratum alterius ire, & ibi gramina recipere, quod cognoscit esse cõtra volũtatem illius, cuius est pratum. Et si non nisi vnum pannum plenum graminibus ancilla ex iussu dominæ recepisset, domina obligaretur ad satisfactionem. Item mechanici qui iubent suos famulos infideliter laborare sua artificia, sicut pannifices, qui iubent pannos nimis excessiue laniare, distendere, siue extrahere. Et caupones, qui iubẽt familiã suam mẽsuras cum vino non debite explere. Similiter sartores, sutores, & pistores, qui iubent seruos suos infideliter laborare, & parentes, qui iubent filios, vel filias chorizare, & sic de aliis, quia quicquid iussisti, quod est contra charitatẽ Dei, & proximi, in isto reus es, & damnaberis cum illis, qui hoc perpetra-

Psal. 18.

petra-

perpetrauerunt ex iussu tuo. Vnde *Simili pœna seruus cum Domino afflictus est.* Sed quæritur vtrum etiã tales teneantur ad restitutionem? Respondetur quod sic, quãdo quis probabiliter credit secutam esse rei ablationem, vel damnum, vel nomine suo factum postea ratum habuit, aliàs non secundum peccatum alienum, est consilium. Quicunq; ergo alteri malum cõsuluit, siue suo inferiori, siue suo superiori, siue pari, vel cuicunq; alii, damnabitur cum illo, qui opere perficit. Vnde peccant mali consiliarii dominorũ, qui suadẽt guerras, rapinas, & exactiones, vel alij, qui suadent fornicationes, vel furta, & huiusmodi similiter quicunq; dat consilium. vnde damnũ proximis infert, vt noua telonea instituere, vel antiqua augmentare, vel etiam exactiones, & census pauperum augmentare, seu aggrauare. Item qui in magnis ciuitatib. dant cõsilia ad nouas institutiones ad damnum pauperum & cõmunitatis, tales rei erunt omnium illorum peccatorum, quæ ex consilio eorum perpetrata sunt, vel in posterum perpetrabuntur, & eorum pœna accidentalis sẽper augmentabitur, vsque ad nouissimũ diem, si sic decedunt. Ergo quilibet præcauere sibi debet, ne det malum consilium, vel doctrinam malam, quia talis coram Deo homicida reputabitur. vnde. *Homicida diabolus dicitur, nõ quod gladio armatus, vel ferro cinctus ad hominem veniat, sed quia malum verbum seminat.* Noli ergo te facere homicidam, mala fratri tuo persuadendo; & mali-consiliarii sunt sicut Diabol⁹, qui semper malum suadet, & quia sunt sibi similes in culpa, consequenter erunt ei similes in pœna, sed boni consiliarii sunt sicut Angeli Dei, qui semper suadent homini, quod bonum vtile est sibi, & etiam ea quæ sunt pacis, & ideo merito cum Angelis vitam æternam possidebunt. Sciendum quod mali consiliarii, vt frequenter turpiter moriuntur, vt patet de principibus, qui dederunt consilium contra Danielem Prophetam, vt ille mitteretur in lacu leonum, qui postmodum per se in lacum sunt missi, & à leonib. deuorati. *Facienti consiliũ nequissimũ super ipsum deuoluetur.* Tertiũ peccatum alienũ est *Consensus.* Cum quis in corde diligit malum, quod alter facit, imo & fauet sibi in hoc, tales ẽt digni sunt, nulli n. placere debet illud, morte; quia ꝙ Deo maxime displicet, hoc est peccatum, & iniustitia, ergo si nõ suasisti vel non consuluisti, sed solum consensisti ad mala facienda, quæ sine tuo cõsensu non fuissent perpetrata, reus eris omniũ peccatorũ illorũ, & propterea damnaberis cũ faciẽtib. *Digni sunt morte nõ solũ, qui faciunt, sed etiã qui cõsentiũt faciẽtib.* verbi gratia. Tu nõ iubes aliquẽ ludere, nec consulis, sed

Sap. 18. — Aug. super Ioann. — Eccl. 26. — Rom. 1.

ſed ſolum modo cōſentis, reus eris. Similiter ſi pater & mater non iubēt filium vel filiam chorizare, ſed cōſentiunt, in hoc rei erunt. Ergo quicunque præeſt alicui ciuitati, vel communitati, licet non iubeat mala facere, nec conſulat, ſed ſolum conſentiat malè facientibus, & permittit fieri mala, vel propter lucrum temporale, vel propter fauorem humanum, vel propter timorem, reus erit omnium malorum, quæ ſub dominio eius fiunt. Vnde: *Iudicium duriſsimum fiet his qui præſunt:* hoc aduertere deberent, qui luſores fouent in domibus eorum, vel in ſuis ciuitatibus, & ſic de aliis malis, quæ ſine conſenſu eorum fieri non poſſent. Quartum peccatum alienum eſt adulatio, & rei in hoc ſunt illi, qui peccatum commendant illorum, qui male faciunt, pro quo damnabuntur. Nam qui ita laudant vel adulantur malè facientibus, rei ſunt quodammodo, ſicut illi, qui peccata perpetrant. Pro quo ſciendum, quod vitia per adulatores iam in præſenti tempore acquiſierunt ſibi virtutum nomina. Nam ſuperbia veſtium, cingulorum, calceorum, & omnium exteriorum geſtorum, ab ipſis honeſtas eſt nuncupata, vt dicendo, quàm bene decorat te iſta tunica, quàm bene decorat te illud peplum, vel, quàm pulchrè incedis in tali veſte, & in hoc quod imitantur Luciferum in ſuperbia, extollendo ſe ſuper alios, in hoc commendant, quod eſt valde nociuum, & reprehenſibile, quia Chriſtus dicit in Euangelio: *Qui ſe exaltat, humiliabitur.* Secundo, auaritia nominatur prouidentia, vt cum quis die, noctuque omnibus viribus laborat pro acquiſitione rerū temporalium, ſiue iuſte, ſiue iniuſte, vel quocunque modo ipſe poteſt, ſiue ſit cum Deo, ſiue non minime curans, omnem ſolicitudinem adhibens quomodo temporalia poſſit congregare, & cum tanta auiditate quod nunquam ſatiatur. Et in hoc cōparatur inferno. Aug. ad quendam comitem: *Auarus inferno eſt ſimilis.* Infernus enim quātoſcunque deuorauerit, nunquam dicit, ſatis eſt; ſic & ſi omnes theſauri confluerent in auarum, nunquam diceret, ſatis eſt, & talis ab adulatoribus non nominatur auarus, ſed prouidus. Tertio, diſſolutio ſocialis, iucunditas eſt nominata, vt cum quis conformat ſe aliis indifferenter, ſiue in licitis, ſiue in illicitis, ſiue in bonis, ſiue in malis, ſicut chorizando, ſaltando, & ludendo, & ſic de aliis, talis ab adulatoribus, non nominatur diſſolutus, ſed ſocialis, ſiue ſocius. Talis, qui ſic ſe conformat aliis in malis & illicitis, poſtmodum habebit ſocietatem omnium dæmonum, & damnatorum, & carebit ſocietate Dei, & omnium ſanctorum. Quarto, aſtutia ab ipſis adulatoribus, prudentia nominatur; ſcil. quando quis eſt aſtutus in mercantiis, & in aliis

Sapien. 6.

in aliis suis negotijs, & lucratur mentiendo, & decipiendo proximo, siue cum nouas adinuentiones, & inauditas inuenit, & sic proximos decipere possit, tales ab adulatoribus huius mundi prudẽtes nominãtur. Vnde. *Filii huius seculi sunt prudentiores filiis lucis in generatione sua.* Luc. 16. Quinto, lata conscientia liberalitas animi nominatur, vt cum quis sine timore Dei viuit, nihil curans, nec timẽs Deum in cogitationibus, locutionibus, siue in operibus sed sine omni timore Dei peccat, & quæ delectabilia sunt carni perpetrat. Talis enim lætus ab adulatoribus nominatur. De quibus dicit Dominus. *Væ vobis qui nunc ridetis.* Luc. 6 Sexto, garrulitas, affabilitas nominatur, vt cum quis est garrulosus, siue vir, siue mulier, & scurrilia verba proferens, non curando vtrum Deum in hoc offendat. Tales nominantur ab adulatoribus solatiosi. In quibus aliqui multum peccant concitando, scilicet homines annosos ad iracundiam, ad impatientiam, & ad blasphemiam, qui alias ex natura, & ex senio mirabiles sunt, & impatiẽtes, & inquocunq; tales cõmoti sic peccãt, redundant in eos, qui concitauerunt illos. Et vlterius habemus videre, quomodo virtuosi deridentur, quia primo quando quis est abstinens, & vult viuere in parcitate, qui tantum in necessariis contentatur, & bibit cereuisiam, vbi bene posset bibere vinum, talis parcus, & auarus nominatur, quasi nõ audeat vti de bonis sibi concessis cum tamẽ talis non propter parcitatem, sed propter Deum hoc dimittit, quia scit se esse reddituturum rationem de omnibus creaturis quomodo illis vsus sit, vel etiam ideo in abstinentia vult viuere, vt pauperibus eo melius possit subuenire. Secundo, si quis diligit humilitatem, exemplo Christi qui dicit, *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde*: humilitatem studet seruare in verbis, & factis, & nititur cauere scandalũ, timens illud dictum Christi *Væ homini illi per quem fit scandalum.* Matth. 18. Talis ab amatoribus huius mundi, hypocrita nominatur. Tertio maturitas, scilicet quando quis mature incedit in verbis, & factis cauens leuitatem mentis ostendere, talis maturitas, amaritudo nominatur. Quarto, quies deuotionis, vt cum quis nititur expellere extraneas occupationes, & Deo quietum, & tranquillum cor offerre, talis quies deuotionis, pigritia nominatur, Quinto, simplicitas cum quis secundum prophetam, in simplicitate cordis quærit Deum & secundum dictum Christi, studet simplicitatem columbæ ostendere, talis simplicitas stultitia nominatur, & talis ab amatoribus mundi deridetur. *Deridetur iusti simplicitas* Ioh. 12. Sexto, timor Dei, stricta consciẽtia nominatur scilicet quando quis

do quis timet Deum, & non vult Deum offendere in verbis nec in factis. Septimo, fugere publicam & malam societatem, singularitas nominatur, vt cum quis vult sibi præcauere à mala societate, aduertens illud dictum Psalmi: *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.* Talis dicitur singularis, vel despector proximi. Octauò, cùm quis quærit iustitiam, & exigit, tunc austerus & impatiens nominatur. Nono, cum quis est bonæ conuersationis, & propterea ab hominibus diligitur, ille adulator nominatur. Decimo, si quis informationi & correctioni proximi intendit, præsumptuosus nominatur, & sic de aliis.

M ¶ Quintum peccatum alienum est, Recursus. Sicut sunt, qui sunt defensores malefactorum, & ad quos malefactores habent recursum. Ergo si potens es, & in municipio tuo, vel castro tueris raptores cum suis rapinis, reus eris omnium peccatorum. Si es receptor hospitum, & recipis in domum tuam homines non bonos, & administras eis cibaria illicita, & prohibita, scilicet in Quadragesima lacticinia, cum alias sunt sani & fortes, & bene possunt vti cibo quadragesimali, & tu bene haberes eis administrare cibum quadragesimalem, sed propter lucrum administras eis quidquid desiderant, & cibum prohibitum ab Ecclesia, verbi gratia: Sicut repertum est, quod in quadragesima in vna quarta feria, in qua etiam fuit angaria, cum hoc fuit vigilia Matthiæ Apostoli, quam plures fortes, sani, & robusti vsi sunt lacticiniis, & alias habuissent sufficientiam de cibis quadragesimalibus. In quo non modicum peccant tam comedentes, quam etiam illi, qui administrant, propter lucrum temporale ei tal a fercula. Et si aliquis hospes diceret: Videant quid ad me? Respondeo quod ex charitate Dei & proximi obligamur promouere proximum in his, quæ sunt saluti, & non ei administrare occasionem peccandi. Item si es pincerna, & hospitio recipis malos, scilicet lusores, blasphematores, & lenones, qui cum meretricibus peccant, quia secum ducunt, quæ non sunt legitimæ vxores eorum, & hoc facis propter lucrũ temporale, reus eris omnium peccatorum illorum. Item paterfamilias, qui tenet famulum & famulam simul peccantes in sua domo, reus erit illius peccati, & breuiter, quicquid in domo committitur, quod est cõtra Deum, ab his, quos hospitio recipis scienter, eius reus eris. Exemplum de his, qui hospitio recipiunt malefactores propter lucrum. Legitur, quod quidã tabernarius propinans vinum, tam bonos quàm malos hospitio recepit, & permisit eos in domo sua ludere, choizare, blasphemare, inebriari, lenones & meretrices insimul pec-

mul peccare, & alia multa mala permisit fieri in domo sua propter lucrum temporale. Semel in vna die Dominica, cum vinum de cellario portaret, ante ianuam exportaret hospitibus extra domum sedentibus, quia domus plena erat hospitibus, ecce ventus turbinis eum violenter rapuit, & sursum in aere leuauit in conspectu totius populi, & cum sic à dœmonibus leuaretur, clamauit compuncto corde: *O Deus, quid fiet de anima mea?* Tunc dœmones permiserunt cadere in vno campo super agrum vnum, dicentes: *Quia oblitus es omnium transitoriorum, & corporis proprii, vitæ, vxoris, filiorum atque amicorum tuorũ, & Deum solum pro anima tua compũcto corde rogasti, ideò non possumus te vltra ducere, quia omnipotens non vult permittere, nostram in te exercere voluntatem, eo quod compuncto corde inuocasti eum, & si hoc non fecisses, cum corpore & anima te ad infernum duxissemus.* Et hoc dicto, disparuerunt, & postmodũ inuentus in campo, reportatus est ad domum, & per aliquot dies decubuit, & postquã conualuit, se emendauit, & tabernã amouit, & amplius nunquã permisit aliquem in domo sua ludere & blasphemare, vel chorizare, siue alia mala exercere.

CONTINVATIO PRAEcedentis sermonis.

Sermo CXLV.

AB occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Psal. 18. Quãtum ad secundam partem præcedentis sermonis, hic dicendum est de aliis quatuor peccatis alienis. Vnde sciendum, quod sextum peccatum alienum est *Participatio in peccatis alienis*, sc. cum quis partẽ in lucro peccati habet, & per cõsequens etiam, & partem habebit in pœna, vt qui scienter emunt rapinã, vel furtum, vel inde comedunt & bibunt, tales tenẽtur ad restitutionem, in tanto quanto de illis rebus vsi sunt, vt si sex vel octo comedissent vnum pullum furtiuè ablatum, quilibet tenetur restituere suam partem, similiter intelligendũ est de his, qui à Iudæis dona & munuscula receperũt, quia tales tenentur restituere, non ipsis Iudæis, sed ipsis, à quibus ipsi Iudæi per vsurã extorserunt, si habẽt notitiam eorum, si aũt non habẽt notitiam illorum, tunc restituere debent secundũ consilium sui confessoris, vel pauperibus vel ad alios vsus. Idem dicẽdum de lusoribus, & de his, qui bona per ludũ acquisita recipiunt. Nam nullus debet cum lusorib. bibere, nec comedere, nec ipsis pecunias ad ludum accõmodare, nec etiã denarios illos, quos ad lumen exponunt recipere. Sicut hi, qui quando comburunt lumina pro vno denario, recipiunt benè aliquando quatuor denarios in recompensam, tales omnes tenentur ad restitutionẽ secundum consilium

lium sui confessoris. Item iudices, & respublicæ prouidétes, qui permittunt panes, ac vinum minorari propter suum lucrum temporale, & omnes illi, qui participant in quocunque modo scienter in lucro peccant, vt vxores, & pueri res iniustas scienter hæreditantes, & possidentes. Vnde legitur. Quod tam uxores quam filii sacerdotum Bel à rege combusti sunt, Septimum peccatum alienum est, cum quis mutus est in peccato, quod corripere, & reprehendere tenetur; vnde quibus Deus commisit subditos, vt prælatis, & patribus familias, tenétur subditos corripere alias vna cum ipsis damnabuntur. Vnde legitur de Sacerdote Heli, Qui non correxit filios suos iniq; agentes, vel quia tepide eos correxit, ideo punitus est hic per mortem temporalem, quia fracta ceruice cecidit de sella retrorsum, & expirauit, ideo si in infernum descendit, nō inuenio aliam causam, nisi quia filios suos non correxit, pro quo Dominus subitanea morte eum interfecit, vnde cum filii à parentibus, & laici à prælatis suis reprehenduntur, nequaquam indignari debent, nam patres & prælati ad hoc tenentur, & alias enim damnarentur. Vnde *Si dicente me ad impium, morte morieris*, scilicet pro tua superbia, auaritia, luxuria, *tu non annunciaueris ei neque locutus fueris, ipse in iniquitate sua morietur. sanguinem autem eius de manu tua requiram*. Nam omnia peccata, quæ prælati possunt corrigere, & non corrigunt, ipsis imputabuntur, & pro eisdem damnabuntur. Vnde *Durissimum iudicium fiet his, qui præsunt*. ¶ Ex quibus patet, quod si confessor dure confitentem redarguit, non propterea indignari debet, quia confessor ad hoc tenetur, quia bonus confessor potius debet duos vel tres bene expedire, quam decem negligenter, quia non est redditurus rationem de numero confitentiū, vtrum paucos, vel multos audiuerit, sed qualiter eos expediuit, & absoluit. Si autem confessor propter lucrum temporale negligenter expedit confitentes, grauiter peccat, quia secundum Doctores, qui scienter absoluit aliquem, quem coram Deo probabiliter existimat, vel scit non esse absolutum, ipso facto peccat mortaliter. Videat ergo confessor quomodo absoluat pomposos homines, qui non intendunt dimittere suam superbiam, imo ipso facto ostēdūt suā superbiā in vestibus, & scissuris vestium, in longis caudis &c. Et sic etiam intelligitur de aliis peccatoribus, qui ostendunt probabilia signa, quod non habent firmum propositum abstinendi à peccatis, vt publici fornicarii, & adulteri & concubinarii, qui concubinas in domo secum tenent, nec à se intēdunt eas remouere, Similiter vsurarii, & lusores & falsi merca-

Dan. c. 14. 1. Reg. 4. Eze. 3. Sap. 6.

mercatores, qui nolunt restituere secundum consilium sui confessoris. similiter & superbi chorizátes, & torneaméta exercentes, qui seruant adhuc illa ornamenta in quibus peccauerunt. Nam hoc est euidens signum, quod tales firmiter non intédunt desistere ab illis peccatis, quia si iam resignarent illa ornamenta, quibus non vtuntur, nisi ad peccádum, tunc in futurum oporteret eos sibi alia ornamenta superbiæ præparare. vnde verus pœnités non solum postponit peccata, sed etiam occasiones peccatorum, hoc in illis apparet, qui veraciter conuertuntur, & habét firmum propositum se emendandi, qui tales abiiciunt habitum superbiæ, & caputia magna, & crinalia, & pepla, cum quibus peccauerunt, & sic de aliis. Octauum peccatum alienum est peccatis non obstare, & hoc spectat ad prælatos, & præsides. Vnde Prælati, & Domini, qui subditos suos non coercent, sed dimittunt eos damna pauperibus inferre, pullos, aucas, pecora auferre; fruges eorum equis in pabulú graminare, fructus hortorum, & vinearum furari; vel vi rapere, vel etiam pauperes vituperare, percutere, lædere, & malè tractare, & non prohibent, propter ea damnabuntur. vnde dicit Dominus
Ezech 13. Prælatis: *Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis vos murum pro domo Israel, &c.* diuersi enim rectores ad hoc statuti sunt, vt vnusquisque terram sibi subiectá in pace teneat. & si forte ipse rector vel prælatus non spoliat subditos, tamen non resistit spoliatoribus. Et si esset terra ista ampla, sicut vltra mare, omnia peccata, quæ fiunt in ea per raptores, quibus resistere posset, & non resistit, tunc de illis omnibus redditurus est rationem coram Deo. Vnde si præsidentes possunt prohibere mala, & non faciunt, damnabuntur. Ideo vos, qui vel quæ permittitis filios vestros, vel filias turpia verba loqui, & mala perpetrare, & ridetis, & non prohibetis, vt vos patresfamilias familiam vestram, & vos iudices potentes subditos vestros, si impedire potestis talia, & non facitis, etiamsi aliud malum non habueritis, quàm illum solum damnabimini. Nonum peccatum alienum est, non manifestare peccata hominum, vt ab illis, qui possunt, & debent, & tenentur corrigere, corrigantur. vnde quicunque scit periculum aliorum, & alios nó auisat & præmonet, siue sit in corpore, siue in rebus, siue in anima, cum tamen posset eos præmonere, damni reus erit, si non fecerit. Sic similiter, tu scis aliquem peccare, & posses hoc manifestare, vt impediretur, & manifestaretur, si non feceris, reus eris. Item si tu scis res furatas circa aliquem retentas iniustè, & non vis domino rei intimare, vt exinde suam rem rehabere & recuperare possit, cum tamen hoc licitè & commodè possis, reus eris

corā Deo illius peccati, & damni. Item si videris aliquem alteri damnum inferre in agro, siue in prato, siue in horto, & cum proclamares ad eum, idem fortassis cessaret à damno inferendo, si contempseris, vel neglexeris hoc facere in subsidium domino rei, tunc reus es coram Deo. Sed aliqui dicunt cū aliqua iniuste fieri vident, quid hoc ad me pertinet? Respondeo, quod ex præcepto fraternæ charitatis quilibet tenetur præuenire periculum sui proximi in corpore, & in anima cum hoc cōmode potest. Exemplum, si vides cæcum transire circa foueam, & non præmoneres eum, si caderet in foueā, & moreretur, homicida illius esses coram Deo. Item cum in synodo præcipitur omnibus in eadem parochia existentibus, vt manifestent crimina publica ad corrigendum ea, quod quidam non curant, & ideo miserabiliter seipsos damnant. Ergo quicunque causa consanguinitatis vel familiaritatis, vel causa lucri non proderet peccatū, quod prodendum esset secundum iura, symoniam committeret, & grauiter peccaret. Item quicunq; sciret hæreticum, vel phitonissam, & non procederet, mortaliter peccaret, quia melius est corruptores fidei prodere prælatis Ecclesiæ, quam diu valde in pane & aqua ieiunare.

De Articvlis Fidei.

Serm. CXLVI.

O*Mnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.* Sciēdum, quod fides frequenter est prædicanda fidelibus, & etiam ab eis diligenter custodienda, quia fides est fundamētum omnis boni. Apostolus: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter illud, quod positū est, quod est Iesus Christus id est fides Iesu Christi.* Vnde Augst. Fides est bonorum omnium fundamentū. Fides est humanæ salutis initium, sine hac nemo ad filiorum Dei numerum peruenire potest. *Impossibile est sine fide placere Deo.* Ergo vt Deo placere possimus, debemus habere fidem rectam, integrā, & firmam. Quia secundum Apostolum. *Iustus ex fide viuit.* Nos igitur ex quo de fide Ecclesiæ locuturi sumus, tunc est notandum, quod in symbolo Apostolorū sunt duodecim articuli fidei secundum numerum duodecim Apostolorum, à quibus compositum est. Nā Apostoli congregati descripserūt duodecim articulos fidei, in primo concilio, de quo habetur. Cuius prima diffinitio fuit data per B. Petrum, & sciendum, quod B. Paulus non habetur, ibi, quia pro tūc non fuit electus in Apostolum, nec etiam ipse est de numero duodenario. Et primus articulus pertinet ad

Ioan. 11. 1. Cor. 3. Heb. 11. Heb. 10. Act. 15.

net ad Patrem, & sex pertinent ad Filium, & quinq; vltimi ad Spiritum sanctum. Pro quo notandum, quod nullus dubitare debet, sed quilibet Christianus tenetur credere trinitatem personarum, & vnitatem essentiæ diuinæ, nec tamē curiose perscrutāda est beata Trinitas, sed simpliciter credēda. Ber. Scrutari hæc temeritas est, credere pietas, noscere vita æterna. Quomodo beata Trinitas multipliciter probetur. Hoc quære ante serm. lxx. *O Altitudo*, &c. vlterius sciendum quod istos duodecim articulos fidei, quilibet homo tenetur credere, & qui in vno articulo erraret, nec firmiter crederet talis esset in statu dānationis, quia absq; vera fide nemo saluabitur. *Qui nō crediderit, condemnabitur.* Marc. 16. Et insuper quilibet homo cum ad annos discretionis peruenerit, tenetur addiscere orationem dominicam, salutationem angelicam, & symbolum Apostolorum, si vult accipere Sacramentum Eucharistiæ. Et primum articulum posuit beatus Petrus dicens: *Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli, & terræ*; id est secundum Aug. Creatorem omnium rerum visibilium, & inuisibilium. Contra hunc articulum dicunt Manichei, visibilia esse creata à Principe tenebrarum, inuisibilia vero à Deo. Quæ hæresis odibilis est Deo, & omnibus creaturis Deo, quia talis hæresis Deo summum dominium minuit, dum visibilia eius dominio subtrahit, hominibus, quia contumeliam eis facit, cū ex parte quia visibiles sunt, diabolo eos attribuit. Imo talis hæresis dehonestat omnes visibiles creaturas, dum eas à diabolo dicit esse creatas. Ex quo patet, quod quilibet Christianus debet firmiter Deum credere esse creatorem omniū rerum visibilium, & inuisibilium, & quod non est aliquis vermiculus in natura, quin à Deo sit creatus. Item sciendum, quod ex consideratione istius articuli homo dirigitur ad tria. Primo ad gratiarum actiones. Quia ex quo Deus est creator omnium creaturarum, certum est ꝙ quicquid sumus, vel habemus, ꝙ hoc à Deo sumus, & habemus. *Quid habes, quod non accepisti?* 1. Cor. 4. Ps. *Domini est terra, & plenitudo eius*; sed ex quo omnia à Deo habemus, tunc merito tenemur ei gratiarum actiones referre. Psal. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi.* Vnde *Chrys.* Chrys. in ser. Liberalissimus est Deus, quanta tibi largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionem, quanta ad correctionem, quāta etiā ad delectationē, & hæc omnia gratis dedit. Secundo inducuntur ad bene vtendū rebus creatis. Nam creaturis debemus vti ad hoc, ad ꝙ creatæ sunt, sunt autē creatæ ad duo. Primo ad gloriā. *Vniuersa propter seipsum,* i. *ad gloriam suam, operatus est Deus.* Prouerb. 16. Secundo, creaturæ creatæ sunt

ad vti-

ad vtilitatem hominis, ergo vti debemus creaturis ad honorem Dei, & ad vtilitatem propriam. Sed heu plures sunt, qui non regratiantur Deo de creaturis suis, imò sæpius abutuntur donis Dei. vnde August. *Quisquis beneficia Dei non videt, cæcus est, nec laudat, ingratus est, quisquis reluctatur in laudando, insanus est.* Sciendum etiam, quod isti multum timere debent, qui malè vtuntur creaturis & donis Dei, quia de his districtā reddituri sunt rationem. vnde Chrysost. *In die nihil est, quod respondeamus.* vbi cœlum, terra & aqua, Sol & Luna, dies, noctes, & totus mundus stabunt aduersus nos in testimonium peccatorum nostrorum, & si omnes tacerent, tamen cogitationes nostræ, & ipsa opera nostra aduersum nos stabunt ante oculos nostros, accusantes nos coram Deo, dicente Apostolo: *Cogitationes inuicem accusantium &c.* Tertio, inducimur ex illo articulo ad cogitationem humanæ dignitatis, quia Deus omnes creaturas creauit propter hominem, & subjecit eas homini: *Dominamini piscibus maris & volatilibus cœli, & vniuersis, &c.* Psalm. *Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi.* Est ergo homo tantæ dignitatis, quod præest omnibus creaturis, & subest Deo.

August. de Ciuit. Dei.

Chrys. sup. Matth.

Rom. 1.

Genes. 1.

Secundum articulum posuit Ioannes Euangelista, dicens: *Et in Iesum Christum Filium Dei vnicū, Dominum nostrum.* Credere enim debemus, quod Iesus Christus est vnigenitus & verus Filius Dei, & quod fuit cum Patre æternaliter, & quod est alia persona à Patre, & quod est vnius naturæ & substantiæ cum Patre, & est Patri similis & coæternus. vnde: *Ego & Pater vnum sumus:* scil. secundum formam Dei: *Et Pater maior me est:* scil. secundum formam serui & humanitatis. Sequitur: *Dominum nostrum.* Vbi sciendum, quod libenter debemus habere Christum pro Domino propter quinque conditiones. Primò, quia est nobilis. Luc. 1. *Altissimi filius.* Psal. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* Secundo, quia mansuetus, ergo *Agnus* nominatur, *Ioan. 1.* vbi dicit Ioannes Baptista: *Ecce agnus Dei.* vnde etiam: *Et quasi agnus coram tondente se obmutescet.* Tertio, quia fortis ad protegendum & liberādum nos à malo. Psal. *Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?* Quarto, quia nos creauit. Psal. *Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Insuper nos redemit proprio sanguine suo. Apostolus: *Empti enim estis pretio magno.* Quinto, quia largus est ad remunerandum suos seruos. August. *Ipse Deus erit finis desideriorum nostrorum, quia sine fine videbitur, sine tædio amabitur, sine fatigatione laudabitur.* Item August. *Quod Deus illum iste* [illegible] *præparauit diligentibus se, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non*

Ioan. 10.

Esa. 53.

1. Cor. 6.

August. lib. 22. de Ciuit. Dei.

te non apprehenditur, desideria & vota transgreditur, acquiri potest, æstimari non potest.

Tertium articulum posuit Iacobus maior frater Ioannis Euangelistæ, qui ambo fuerunt filii Zebedei, dicens sic: *Qui conceptus est de Spiritu S., natus ex Maria virgine:* E ❡ Vbi sciendum, quod non solum est necessarium, Christiano credere Filium Dei, sed etiam necessarium est, credere eius incarnationem, per quam nobis visibilis apparuit: *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Baruch. 3. Quæritur hic, *Quomodo incarnatio Christi facta est?* Respondeo: Postquam Angelus Gabriel fuit missus ad beatam virginem Mariam: Et Ipsa, scilicet Maria credidit & consensit, tunc Spiritus sanctus superuenit in eam & sanctificauit & fœcundauit eam, & formauit in instanti de purissimo sanguine virginis Mariæ, vel vt alii dicunt, de purissimis eius humoribus corpus Christi, & in eodem instanti, in quo formatum est corpus, creata est anima ex nihilo, & hæc in eodem instanti coniuncta est corpori organizato. Et illa duo, scilicet corpus & anima simul mox fuerunt diuinitati vnita in Filii Dei persona. Et quod dicitur de Spiritu sancto conceptus, per hoc excluduntur carnales commixtiones. Vnde canitur in Hymno: *Non ex virili semine, Sed mystico spiramine, Verbum Dei factum est caro.* Qui Spiritus sanctus, *secundum Henricum de Vri, super Symbolum*, illam conceptionem mundam ab omni peccato reddidit, quod nunquam factum est in aliquo puro homine; Licet enim aliqui sint sine peccato, & sanctificati in vtero matris, sicut Ioannes Baptista, & Hieremias, tamen in peccato originali sunt concepti, & secundum rationem seminalem descenderunt ab Adam. Christus autem non solum natus est, sed conceptus fuit sine peccato à Spiritu sancto. August. *Solius redemptoris est, esse sine peccato.* Item sciendum, quod quamuis tota Trinitas operata sit incarnationem Christi, quia opera Trinitatis ab extra sunt indiuisa, tamen solus Filius est incarnatus, vt dicit beatus Augustinus *de fide ad Petrum.* & August. ponit tale exemplum. Si tres puellæ tenerent tunicam, & vna ex illis illam indueret, tunc illa indutio fieret à tribus puellis, sed tamen nisi vna earum solum indueretur. Et alius Doctor ponit tale exemplum. Si tres, scilicet Petrus, Ioannes, & Andreas simul agerent rubricando Andream, rubricatio Andreæ fieret ab his ❡ F tribus simul; attamen solus Andreas rubricaretur. Sequitur, *Natus ex Maria virgine:* Circa quod notandum, quod gloriosa virgo Maria, virgo concepit, virgo peperit, & etiam post partum virgo permansit. Quæritur hic, *quare Christus natus sit de B. virgine Maria?*

Luca 1.

Respondetur secundum *Henr. de Vri.* quod triplex est status humanæ naturæ, scil. coniugalis, vidualis, & virginalis. Primus bonus, secundus melior, tertius optimus. Quicquid auté optimum est, Deo attribuitur. Ideo conueniens fuit, vt de virgine nasceretur. Et in hoc etiam ostendit Christus excellentiam status virginitatis. August. *Vnius virginis sanctæ partus omnium sanctarum virginum est decus.* Secundo, secundum alium Doctorem, *Per Euam virginem facta est perditio*: sic è conuerso per virginem Mariam facta est reparatio. Vnde canitur: *Paradysi porta per Euam cunctis clausa est, & per virginem Mariam iterum patefacta est.* Tertiò, vt veritas prophetiæ adimpleretur: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Esa. 7.

G ¶ Quartum articulum posuit Andreas: *Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.* Vbi sciendum, quod sicut credere debemus incarnationem Filii, ita necessarium est credere passionem & mortem eius, quia secundum Gr. *Nihil nobis nasci profuit, &c.* vbi aduertendum est circa passionem Christi. Primò, *quis patitur*? Respondeo, Dei filius summè bonus Iesus Christus Mariæ filius. Secundo, *quæ & qualia patitur*? Respondeo, patitur in rebus exterioribus spoliationem, quia in cruce nudus pependit, nec haustum aquæ habuit. In corpore amarissimam afflictionem & doloré, quia *à planta pedis vsque ad verticem capitis non fuit in eo sanitas.* In anima maximam tristitiam. vnde dixit: *Tristis est anima mea vsq; ad mortem.* Tertio, *à quibus patitur*? Respondetur, à Principibus, & ministris, Iudæis & gentilibus. Ps. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominũ, & aduersus Christum eius.* Quarto, *quare patitur*? Respondeo, quod propter peccata nostra, & salutem nostram: *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter scelera nostra.* Esa. 53. Quinto, *quid coegit eum*? Respondeo, maxima charitas, quam habuit ad nos. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Apocal. 1. Item: *Commendat Deus suam charitatem in nobis, quoniam cum inimici essemus, Christus pro nobis passus est, & mortuus iustus pro iniustis.* Roman. 5. Sequitur, *Sub Pontio Pilato.* Pro ¶ H quo sciendum, quod *Pontius* est cognomen ab insula Ponti nominatum, sed *Pilatus* est propriũ nomen. Et ipse erat gentilis & malus, & indignus pane, qu a secundum Augustinum: *Peccator non est dignus pane quo vescitur.* A quo malo homine Christus est sententiatus & iudicatus ad mortem. Item sciendum, quod *Vincentius* dicit, Vincent. in Specul. histo. quod Pilatus accusatus est in multis coram Vitellio præside Syriæ.

Primo

Primo, de morte hominum innocentum, quos occiderat. Item, quod imagines gentilium ponebat in templum. Item, pecuniam positam in corbonam, redigebat in suos vsus, inde faciens aquæductum in domum suam. Et pro his missus est in exilium, & ibi incidens multas calamitates, se propriis manibus interfecit. Item notandum, quod tunc Christus passus est sub Pontio Pilato iudice, scilicet qui sic nominabitur, tunc quotidie in suis membris à multis patitur: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Et ideo si iniuriam pateris à iudice iniquo, noli remurmurare, sed memento, Dominum nostrum Iesum Christum iniuriosè passum sub Pontio Pilato. Item, si subditus es, & habes Prælatum corruptum & prementem te contra iustitiam, sis patiens, quia ipse est tuus Pilatus. Si mulier es, & habes virum furiosum te percutientem, sis patiens, quia ipse est Pilatus tuus. Si seruus es, & habes impium Dominum & crudelem, te molestantem, sis patiens, quia ipse est Pilatus tuus. & sic de aliis. Et omnes illi prædicti debent esse patientes, quia pro his tribulationibus habituri sunt præmium magnum in cœlo: *Beati estis cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Quintum articulum posuit Philippus, dicens: *Descendit ad inferos.* Circa quem articulum primo quæritur, *Quo tempore, vel qua hora Christus descendit ad inferos?* Respondetur secundum *D. Thomam*, quod statim, quando anima Christi à corpore separata fuit, tunc anima Christi diuinitati vnita descendit ad limbum Patrum, & mansit ibi ab hora mortis Christi, quæ fuit sextæ feriæ nona, vsque ad horam resurrectionis. Et hoc fuit tempus quadraginta horarum, quia diluculo diei Dominicæ resurrexit, & eadem hora resurrectionis eduxerat Patres de limbo. Et in die Ascẽsionis suæ perduxit istas animas ad cœlum, quas in die resurrectionis eduxerat à limbo. vnde Aug. *Sicut enim cum Domino resurrexerũt, ita cum eo ascendente, ipsi etiam ascendisse creduntur.* Item sciendum, quod anima Christi fuit separata à corpore, sed diuinitas semper permansit cum anima descendente ad inferna, & etiam cum corpore in sepulchro iacente. Item sciendum, quod ante Christi passionem quatuor fuerũt receptacula animarum. Primum receptaculum fuit infernus damnatorum. Et ad hunc locum Christus non descendit, nec ab illo aliquem liberauit, quia *in inferno nulla est redemptio.* vnde Greg. *Nequaquã vltra misericordia parcentis liberat, quos semel in locis pœnalib. iustitia*

Matth. 25. *Matth. 5.* *August. in serm. de resurrect. Domini.* *Greg 11. libro Moral.*

iudicantis damnat. Ergo p o talibus damnatis non est orandum. Vnde August. *Si scirem animam patris mei in inferno, non plus orarem pro eo, quam pro Diabolo.* Secũdum receptaculum est limbus puerorum, id est illorum infantium in peccato originali decedentiũ, qui limbus est supra infernum, & ibi est pœna damni, id est carentia visionis diuinæ, & non pœna sensus, id est sensibilis pœna non est ibi, & sunt ibi tenebræ exteriores, & interiores, id est carentia gratiæ, & etiam carentia visionis diuinæ. Ad illum locum Christus etiam non descendit, nec ab illo aliquem liberauit. Ratio huius est, quia illi paruuli non fuerunt capaces gratiæ Iesu Christi, & fructus redemptionis Iesu Christi. Tertium receptaculum est purgatorium, & est supra limbum puerorũ, in quo est ignis corporalis, in quo animæ illorum puniuntur, qui hic in vita pœnitentiam suam non implerunt vsque ad satisfactionem condignã. Quæritur; *vtrum illi, qui fuerunt in purgatorio, liberati sunt quando Christus descendit ad limbum patrum?* Respondetur, quod non omnes, sed solum illi, qui pro tunc fuerunt purgati sufficienter, vel meruerunt hoc, quod pro illo tẽpore, scilicet in descensu Christi liberari debuissent. Quartum receptaculum, & supremum est limbus sanctorũ patrum, vbi fuit carentia visionis Dei, & nulla pœna sensibilis. Ad istum locum Christus descẽdit, & eum fregit & sanctos patres inde eduxit. Ex isto articulo habemus duo documenta. Primum, quod habere debemus spem de Deo, quia & si illos, qui fuerunt in limbo visitauit, tunc quilibet nostrum potest cõfidere, quod nos in tribulationibus nostris non derelinquet, vnde Psal. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Secundum documentum est, quod debemus subuenire animabus proximorum. Si enim Christus descendit ad inferos, vt suos charos amicos liberaret, & nos exemplo ipsius debemus subuenire animabus amicorum, & parentum per suffragia, quæ sunt secundum Greg. *Per orationes, eleemosinas, ieiunia, missas, & per alia opera bona,* Vnde ipsi clamant ad nos illud. *Miseremini mei, miserimini mei, saltem vos amici mei.* Iob. 19. Sextum articulum posuit S. Tho. dicens. *Tertia die resurrexit à mortuis.* Et istum articulum. Tho. conuenienter posuit, quia in illo prius dubitauit, & de eo post plane certificatus est, vt habetur: vbi Christus dicit Thomæ: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Ioan. 20. Vnde Sanctus Thomas de Aquino dicit, quod sanctus Thomas Apostolus non solum vidit vulnera Christi, sed & tetigit. Et est sciendũ, quod Chri-

Christus ante tertiam diem resurgere voluit propter mortis probationem: si enim statim resurrexisset, non fuisset creditum, quod vere mortuus fuisset. Sed sicut in ore duorum, vel trium constat omne verbum, sic in tribus diebus experiri possumus omne factum. Vltra vero tres dies noluit differre resurrectionem suam, propter Apostolorum consolationem, qui remanserunt in errore, timore, & dolore, sed ipse resurgens eos certificauit, confortauit. & lætificauit. Item secundum Henri. de vri. Sicut necessarium est nobis credere, quod Christus mortuus fuit, ita etiam, quod à mortuis resurrexit, quia hoc valet ad subleuationem spei nostræ. Quia membris datur spes à consideratione capitis, quia sicut Christus resurrexit à mortuis & nos resurgemus.

CONTINVATIO PRÆcedentis sermonis, & de cæteris articulis fidei.

Serm. CXLVII.

Marci 6. A*Ssumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.* Istum articulum posuit Beat. Bartholomæus. Et in articulo isto attendere debemus magnitudinem virtutis Dei, quia ascendit in forma humana, cum corpore, & anima. scilicet de mõte Oliueti, qui distat à Hierusalem mille passus. & præsentibus ipsis Apostolis, cum beatissima Virgine Maria, & aliis mulieribus, quæ secutæ sunt eum à Galilea, & coram septuaginta duobus discipulis. Et verisimile est quod non solum iam dicti præsentes fuerunt in monte Oliueti, sed etiam multi alii discipuli Christi occulti propter metum Iudæorum ibidem etiam fuerunt, vt Nicodemus, Gamaliel, Ioseph ab Arimathia, & plures alii, qui venerunt cum Apostolis in montem Oliueti, vt viderent Christum Dominũ suum ascendere in cælum. Dicit etiam *magister historiæ*, quod facto prandio in die Ascensionis congregauerũt se in mõte Syon Christi discipuli, & exierunt cum processione in montem Oliueti, vt viderent Christum ascendere cum potentia magna. Item sciendum, quod Christus ascendit gaudenter secundum illud Psal. *Ascendit Deus in iubilatione &c.* Nec ipse solus gaudebat, sed etiam ipsi homines, qui fuerunt præsentes. Similiter ipsi Angeli, & omnes animæ quæ ab eo de limbo liberatæ fuerunt, videlicet sanctorum patrum, Prophetarum, Patriarcharum, sanctorum Innocentiũ, sancti Iohannis Baptistæ, & eorum omnium iustorum, qui fuerunt ab initio mundi mortui, & purgati. Hæ antem singulæ cum Christo ascenderunt, & fuerunt in maxima iubilatione, & hoc voluit signare Psal. dicens: *Ascendens in altum captiuã duxit captiuitatem.* Id est illos, qui fuerant captiui in limbo

inferni. Octauum articulum posuit Matthæus dicens, *Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.* Vnde sciendũ est, quod quilibet Christianus tenetur credere futurum iudicium, quia est articulus fidei. Et ille incurrere debet timorem magnum, quia de omnibus reddituri sumus in eo rationem districtam. *Cuncta, quæ fiunt, adducet*
Eccl. 12. *Dominus ad iudicium.* Nam reddituri sumus rationem de cogitationibus nostris, vnde Grego. *Sicut Deus cogitationes vniuscuiusq; cõsiderat, sic cunctos gressus dinumerat, vt nec minutissima cogitationes, quæ apud nos vsu viluerunt, in eius iudicio indiscussæ remaneãt.*
Sap. 1. Sap. *In cogitationibus impii interrogatio erit.* Item de omnibus ver-
Matth. 12. bis. *De omni verbo otioso, quod locuti fuerant homines &c.* Item de omnibus operibus nostris, quæ gessimus in corpore, scilicet de omni gressu, visu, tactu, auditu, &
2. Cor. 5. sic de aliis. vnde Apostolus: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum.* Item de rebus temporalibus, quomodo lucratus es illas, quomodo possedisti, & quomodo expendisti. Item quilibet de officio, & artificio suo, scilicet faber, sartor, sutor, pistor, & sic de aliis. Similiter & officiales, & magister ciuiũ, & sic de aliis, Itẽ, quilibet de statu suo, siue matrimoniali, siue viduali, siue virginali, quomodo quisque secundũ suũ statum vixerit. Nonum articulum posuit Iacobus minor frater Simonis, & Iudæ, dicens: *Credo in Spiritum sanctum.* Sicut enim credimus in Patrem & Filium, sic & in Spiritum S. credere nos oportet, cũ sit ipsi Patri & Filio consubstãtialis, & æqualis, & eiusdem essentiæ cum Patre & Filio. Ergo de necessitate salutis, tenetur quilibet Christianus credere, quod Spiritus S. procedat à Patre, & Filio, & in illo articulo Græci errant, qui dicunt, quod Spiritus S. solũ à Patre procedat, & non à Filio, ꝙ falsum est, & contra fidem Christianã Vnde canitur in symbolo missæ. *Qui à patre, filioq; procedit.* vnde etiam ab Apostolo, Spiritus filii nuncupatur. *Misit Deus Spiritum* Galat. 4.
Filii sui in corda vestra &c. Si ergo Spiritus filii est, vtique est à filio, & ita planum est, quod procedit ab eo. Item sciendum, quod Spiritus S. ab omnibus desiderandus est, quia per ipsum viuificatur homo. Ioan. 6.
Spiritus est, qui viuificat, Nam qui caret Spiritu sancto, mortuus est. Nam sicut Spiritus rationalis necessarius est corpori, vt illud viuificet; si enim auferatur Spiritus corpus in puluerem reuerteretur. Eodem modo Spiritus S. habet se ad animam. Psal. *Auferes Spiritũ eorum, & deficient.* Etiam necessarius est nobis Spiritus S. quia non nisi per eum à malo liberamur. vnde, Aug. *Desiderate auxiliũ gratiæ,* Aug. in lib. de gratia

qua

qua sola oẽs liberamur à malo, sine qua nullum prorsus, siue cogitando, siue volendo, siue amando, siue agendo facimus bonum. Decimum articulum posuit Simeon dicens: *Sanctam Ecclesiam catholicam.* Et sciendum, q; sic intel igitur ille articulus: *Credo in Spiritum S. sanctam Ecclesiam sanctificãtem.* Et sciendum, q; Ecclesia est cõgregatio fidelium, & quilibet homo in gratia existens, est membrũ Ecclesiæ sanctæ, & Christus est caput Ecclesiæ. Vnde Apost. *Vir est caput mulieris, sicut Christus est caput Ecclesiæ.* Est autem sancta Ecclesia in tres partes diuisa. Vna est in mundo, q̃ adhuc est in timore, & expectatione. Secũda est in cælo, quæ est sine timore, & sine expectatione. Tertia est in purgatorio, quæ medio modo se habet, quia est in expectatione cũ ad huc gloriam vitæ non habeat. Et tamen sine timore, quia habet liberum arbitrium in bono confirmatum. Istas tres partes Ecclesiæ repræsentant tres partes sacramenti Eucharistiæ, quæ in altari fiunt. Vndecimum articulum: *Secundum Henricum de Vrina,* Composuit Iudas Thadæus, frater Simonis, & Iacobi minoris, dicens, *Sanctorum communionem, remißionem peccatorum.* Pro quo sciendũ, quod sanctorum cõmunio est bonorum spiritualiũ per sanctos acquisitorum congregatio. Vnde inter alia, quæ sunt nobis credenda, etiam Sanctorum communicatio in Ecclesia credenda est. Nam omnes Christiani existentes sine peccato mortali, participes sunt omnium bonorum, quæ fiunt in Ecclesia per quodlibet membrum Ecclesiæ. Sicut si candela accendatur pro aliquo homine specialiter, omnes qui cũ eo sunt beneficium candelæ percipiunt, nisi in visu impediantur, scilicet obstaculo peccati mortalis, quod obtenebrat intellectum, & inficit affectum, iuxta illud Psal. *Participem me fac, Deus, omnium timentium te.* Ratio autem quare communia sunt bona Ecclesiæ, est charitas, & vnitas fidelium, quia *charitas non quærit quæ sua sunt,* sed quod vtile, & bonum est multis. Ideo ipsa est distributrix bonorum, quæ fiunt in Ecclesia. Hoc etiam potest probari primo, in homine, in quo cibus cum fuerit bene digestus, dirigitur ad singula membra sua. Secundo, probatur hoc in arbore, in qua humor per radicem attractus diuiditur in singulos eius ramos, saltem non aridos. Quo ad secundam partem præsentis articuli, scilicet de remissione peccatorum, firmiter est credendum, quod omne peccatum, siue sit actuale, siue originale, in Ecclesia potest remediari, & mederi. Nam per Baptismum tollitur omne peccatum in baptizato non ficte accedente, siue ille baptizatus sit adultus, siue paruulus. Item post baptismum, quotiescunque

Ephes. 5.

cunq; quis lapsus fuerit in peccatũ, siue sit mortale, siue veniale, poterit per veram pœnitentiam reparari; ergo firmiter credere debet quilibet, quod in Ecclesia catholica est remissio omnium peccatorum, & in nulla alia secta, quia extra Ecclesiam non est salus. Et contra istum articulum faciunt homines desperati, qui propter magnitudinem vel multitudinem peccatorum desperant, quod est maximũ peccatum. vnde Isid. *Desperatio est peior omni peccato.* vnde etiam August. *De nemine est desperandum in hac vita. Solum enim desperationis crimen est, quod mederi non potest,* Ergo credere debemus remissionem peccatorum, quantumcunq; etiã magnus sit peccator, & si mille millia peccata mortalia cõmisisset. Et secundum Bernh. *Maior est Dei pietas, quàm quauis iniquitas, sicut enim scintilla in medio maris, ita omnis malitia hominũ ad misericordiam Dei.*

Isid. de summo bono.

Aug. super Ioan.

Duodecimum articulum cõposuit Matthias dicens: *Carnis resurrectionem, vitam æternam. Amen.* Credere debemus, quod omnes homines simul resurgent in die nouissimo. vnde: *Veniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei, & qui audierint viuent.* vnde Apost. *Omnes quidem resurgemus*: scil. tam boni, quàm mali. Vnde credendum est omni Christiano, quod quilibet homo idem numero cum eodem corpore, cum quo iam viuit, resurget. vnde: *Rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorẽ meum, quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt,* hoc dicit ad denotandum fidelitatem corporis proprii, quamuis enim corpus in cinerem & in puluerem redactum sit, tamen omnia quæ spectant ad complementum corporis redibunt, & idem corpus resurget, & eadem anima illius hominis, hoc idem corpus e conuerso assumet, ei coniungetur, & omnes resurgemus illa ætate: in qua Christus fuit quando mortem pro nobis sustinuit tam senes quam iuuenes, & corpus cuiuslibet electi erit in resurrectione immortale, subtile, incorruptibile, sine omni defectu, & clarum, & impassibile, & agile, sed corpus cuiuslibet reprobi erit valde passibile, grossum, perniciosum, & obscurum. De isto plenius habetur supra ser. 1. E. Sed quantum ad secundam partem istius articuli vbi dicit: *Vitam æternam.* Sciendum, quod quilibet homo debet credere, vitam æternam post hanc vitam de qua dicit *August.* O chare illam vitam amplecti debuisti, vbi est vita sine morte, lux sine tenebris iuuentus sine senectute, pax sine discordia, voluntas sine iniuria, regnum sine commutatione, quod nunquam amittitur, & in vita æterna habebunt electi fercula multa pretiosa, & dulcia. De hoc quære *sermone 143. H.*

Ioan 6.

1. Cor. 15.

Iob 19.

Aug. lib. 1. de Ciu. Dei.

DE SA-

DE SACRAMENTIS.

Sermo CXLVIII.

Luce. 10. *Samaritanus appropinquans alligauit vulnera eius, infundēs oleum & vinum.* Vnde sciendum, q. Samaritanus, i. e. Christus vulnerato appropinquans, curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit, quia contra originale peccatum, & actuale, sacramentorum remedia Deus instituit. Vnde sciendum, quod septem sunt sacramenta, quæ Deus instituit, & in quolibet Sacramento datur specialis gratia dignè recipienti ipsum sacramentum; & secundum *Rayn.* quinq; dicuntur necessitatis, quia sunt sub præcepto, & tenetur quilibet ad ea suscipienda pro loco & tépore, sci. *Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, & Extrema vnctio* Reliqua duo Sacramenta sunt voluntatis, scilicet *Ordo* & *Matrimonium.* Item quæritur, *vtrum Sacramenta debent peccatoribus dari?* Respondetur secundum Rayn. *Propter occulta peccata non possunt Sacramenta denegari alicui, nisi per admonitionem secretam in speciali, vel publicè factam in generali,* vt patet *de consecr. dist. 2. non prohibeat.* Existens autem in peccato mortali, siue occulto, siue manifesto, mortaliter peccat recipiendo Sacraméta, *vt patet.* Similiter & ministrans sacramenta in peccato mortali, peccat mortaliter. Quæritur, *vtrum Sacramenta possint iterari?* Respondetur, quod sunt tria, quæ non possunt iterari, scil. *Baptismus, Confirmatio & Ordo*, quia sic collatione istorum trium imprimitur character animę, qui ét per mortem non potest ab anima separari. Vnde si quis resuscitaretur, non esset secūdario baptizandus, nec confirmandus, nec ordinādus; sec' est de aliis quatuor sacramétis. vnde magister *Hugo* dicit: *Si Lazarus post resuscitationem voluisset resumpsisse vxorē suā, oportuisset quod de nouo cōtraxisset.* Vnde per morté soluitur matrimoniū, similiter Eucharistia, & pœnitétia, & extrema vnctio reiterantur. Vnde sciendū, quod baptismus est primum sacramentum, & ianua, & fundamentum oīum Sacramentorum, quia nulli cōfertur in Ecclesia aliquod aliorum sacramentorū, nisi prius sit baptizatus? Quæritur, *quis sit Baptismi effectus* Respondetur, quod baptismus S dignè sumentibus delet omné culpam originalem, mortalem, & venialem, & restituit primam innocentiā, quoad animam. Et insuper extinguit ignem infernalem, & etiam purgatorii, quātum ad ipsum baptizatum. Et etiam delet omnem satisfactionem, quam homo in præsenti deberet pro peccatis suis explere, hoc patet, quia si aliquis infidelis Iudæus, vel paganus, mille aīis vixisset, & omni die mille peccata mortalia perpetrasset, si conteritur, & fide susceperit,

Distin. 40. multi, & 95 illud 11. quæst. 4. iudi.

& si cum deuotione baptizatus fuerit, tunc nulla pænitentia satisfactoria, sibi imponéda est, quia baptismus tollit omnem satisfactionem, & si talis immediate post baptismum moreretur, statim sine omni purgatorio euolaret ad cælũ. Ex quo patet quãta sit fatuitas mulierum, quæ inconsolabiliter dolent de morte puerorum suorum, qui post baptismum in pueritia decedunt, antequam baptismalem innocentiam perdant. Et valde fatuum est eas dolere de hoc, quod filii earum transeant à societate hominum, ad societatem Angelorum, à valle lachrymarum ad gloriam, de exilio ad patriam, vnde puero baptizato antequam annos discretionis attigerit, semper est cœlum apertum, & quam cito moritur, etiam qualicunque morte, statim euolat ad cœlum. Item sciendum, ꝙ quatuor signa sunt ante baptismũ, & tria post baptismũ ipsi puero. Et quid ista significent, hoc quære sup. ser. lxxvii. B. Secundum sacramentum est confirmatio. Circa quod quæritur vtrum confirmatio sit aliquo modo sacramentum necessitatis? Respõdetur quod sit propter spiritualem pugnam, ad quam homo iuuatur, licet simpliciter non sit sacramentum necessitatis, quia sine ipso homo potest saluari. Sed qui ex contemptu dimitteret illud sacramẽtum, damnaretur, quia eius contemptus damnabilis est, vt dicit S. Tho. Quæritur: *vtrum conferatur gratia in sacramento confirmationis?* Respondetur secundum Thom. quod gratia confertur non solum cõmuniter, sicut in quolibet sacramento confertur gratia mundans à peccato, sed etiam specialis gratia, per quam quis deputatur ad effectum sanctificationis, & idoneus fit ad Christum confitendum: vnde de grato facit magis gratum. Item quæritur; *quibus debeat conferri?* Respõdetur secundum Tho. *Omnibus Christianis, tã pueris, viris, quam mulieribus, quibus communis est pugna spiritualis*: Quia secundum Iob. *Militia est vita hominis super terram.* Item sciendum, quod sex requiruntur ad confirmationem. Duo ex parte sacramenti in se, sc. materia Chrismatis, forma verborum, quæ talis est: *Signo te signo crucis, & confirmo chrismate salutis. In nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti.* Et duo ex parte ministri, scilicet, *dignitas pontificalis, & debita intentio.* Et duo ex parte suscipientis, scilicet, *Frõs, in qua debet fieri crismatio, & quod confirmandus sit baptizatus.* Item sciendum, quod vnctio chrismatis tripliciter fit in tribus sacramentis, quæ imprimunt caracterem. In baptismo fit in vertice, ad significandam fidei susceptionem. In confirmatione fit in fronte, ad designandum conferri audaciam confitendi nomen Christi. In ordine fit in manibus, ad significandum

S. Thom. 4. d. 7.

Iob. 7.

dum potestatem consecrandi corpus Christi. Item sciendum quod effectus confirmationis est multiplex. Primo gratiam datam in baptismo confirmat vnde Psal. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Secundo, ad militiam spiritualem præparat, & omnes Christiani debent esse de bello Christi, ergo omnes debent recipere hoc sacramentum, vt facilius possint cõtra mundum, carnem, & Diabolum pugnare. Tertio, ad cõstantem confessionem nominis Christi animat, quem oportet verum Deum, & verum hominem confiteri. *Primo*, enim oportet vt confiteantur eum secundum diuinam naturã patri, & Spiritui sancto coęqualem, quod notatur in forma ipsorum verborum, vbi fit expressio Trinitatis. *Secundo*. Vt confiteamur eum secũdum humanam naturam crucis, supplicium pertulisse, quod notatur in crucis consignatione, quæ fit in fronte. *Quarto*, Intus, & extra nos spirituali decore ornat. Intus quidem per conscientiæ puritatem, extra per odorẽ bonæ famæ, & hæc duo designantur in chrismate, quod conficitur oleo propter primum, & balsamo, propter secundum. *Quinto*, In bonis agendis, & malis sustinendis roborat. Datur enĩ hic Spiritus sanctus ad robur. *Sexto*, Animam & corpus ornat. Animam quidem per impressionem caracteris, corpus vero per clipeum crucis. *Septimo*, Per illud sacramentũ fiunt fideles pleni Christiani plenitudine dico copiæ, qui tamen in baptismo pleni facti sunt plenitudine sufficientiæ. *Octauo*, Post pugnam coronat, quod notatur in vitta, quæ circa caput ligatur. Considerandum est autem de illo sacramento, quod si quis illud in mortali peccato reciperet, peccat mortaliter; ergo iuuenes, qui debẽt confirmari, inducendi sunt, vt antea cõfiteantur, & insinuandi sunt eis effectus sacramenti confirmationis, vt eo maiorem deuotionem ad illud sacramentum digne suscipiendum acquirant. Tertium Sacramentum est Pænitentia, & secundum Aug. Pænitẽtia est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. De confessione contritione, satisfactione, & de pænitentia vera, vel falsa, quære ser. xliiij. H. Et etiam xliii. R. Quartum sacramentum est Eucharistia, in quo idem Christus, qui est de Virgine natus, & pro nobis passus, continetur verus Deus, & verus homo. Et quam bonũ sit digne communicare, & quomodo in hoc sacramento Eucharistiæ quinque partes recipiuntur hoc quære ante ser. xlvii. C. Quintum sacramẽtum est extrema Vnctio. Materia autem huius sacramenti est oleum oliuæ, ab Episcopo consecratum, & tale oleum, & huiusmodi consecratio sunt de necessitate huius sacramenti. Forma

autem huius sacraméti, secundum Thom. *Est oratio deprecatiua*, vt dicendo per istam vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per illicitum visum, auditũ, tactum, gustũ, & sic de aliis. Quæritur: *Quibus conferēda sit extrema vnctio?* Respõdetur, secũdũ Pet. de Tharētasia. *Nõ nisi adultis infirmis in periculo mortis constitutis ex ipsa infirmitate*: Vnde non datur eũtib. ad bellũ, nec nauigãtib. nec his, qui mox occidendi sunt, quia talibus mors non imminet ex defectu naturæ, sed ex fortunæ euẽtu, nec pueris datur, quia non habent infirmitatem spiritualem cõtractam ex peccato mortali actuali, nec dispositionem deuotionis habere possunt ad hoc sacramentum. Nec etiam datur naturalibus stultis. Quæritur: *vtrum extrema vnctio debeat dari freneticis, & amentibus?* Respon. secundum Petrum supra dictum. *Si in sana mente constituti non petierint, non debet dari. Si vero petierint, dari debet.* Tamen hoc est aduertendum secundum sanctum Tho. Quod illis furiosis, & amentibus præcipue dari non debet, qui possent facere irreuerentiã illi sacramento per aliquam immunditiam, & nisi ipsi habeãt dilucida interualla, in quibus sacramenta cognoscerent. Quæritur: *vtrum extrema vnctio possit iterari.* Respon. Secundum sanctum Thom. quod iterari potest sine aliqua iniuria ipsius sacramenti, quia non habet effectum perpetuũ, & eo quod sanitas mentis & corporis, quæ sunt effectus eius amitti potest. In eadem quoq; ægritudine iterari potest. Si primo, quidem sit in periculo mortis, & euadit. Et post modum recidiuum patiatur, quia erit quasi alia infirmitas, & similiter si sit ægritudo diuturna, vt hydropisis, tunc debet fieri quando videtur perducere ad periculum mortis, & si illud mortis periculum euadat eadem infirmitate durante, & postmodũ ad similem statum reducatur, iterum potest inungi, quia tunc est alius infirmitatis status, quamuis eadem sit infirmitas. Notandum; quod Magister dicit. *Quando sæpe quis infirmatur, ad mortem, sæpe potest inungi, sed in vna infirmitate non debet quis inungi, nisi eadem infirmitas vltra annum protrahatur, ita quod in vno anno propter vnam infirmitatem nequaquam bis inungatur.* Sed Bonau. redarguit? dicens; *Absurdum est, quod sacramenta regulentur secundum motum astrorum.* Quæritur? *Quis sit effectus extremæ vnctionis?* Respondeo, quod est quadruplex, quorum duos ponit. S. Thom. & alios duos Magister in compẽdio Theologicæ verit. Primus effectus, & principalis secundum S. Tho. *Est sanatio quædam spiritualis, quæ datur contra quãdam debilitatem, vel ineptitudinem, quæ in nobis relinqui-*

Thom. 4. Dist. 24.

Magist. in compendio Theologica Veritatis.

Bonau. sup. 4 sent.

S. Thom. sup. 4. dist. 23.

linquitur ex peccato actuali, vel originali, contra quam debilitatem homo roboratur per hoc Sacramentum. Et quia hoc robur gratia facit, quæ secum non compatitur peccatum veniale, vel mortale, quo ad culpam tollit ipsum, dummodo non opponatur obex parte recipientis. Secundarius autem effectus est sanitas corporalis. hanc tamen non inducit, nisi secundum quod expedit ad finem principalem, scil. spiritualem sanationem, & tunc eam semper inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis, & licet in ipso multæ fiant inunctiones, vltima tamen est formalis, respectu omnium præcedentium, & agit in virtute earum. Et ideo in vltima vnctione gratia infunditur, quæ effectum Sacramenti probet. Hæc beatus Thomas. Tertius effectus secundum Magistrum in compendio Theologicæ veritatis est, quod hoc Sacramentum valet ad excitandã deuotionem. Quartus effectus est, quod valet ad velociorem transitum ad cœlum. Sextum Sacramentum est Sacramentum *Ordinis*. Quomodo autem Sacerdotes sint similes Angelis, & aliquo modo similes beatæ Mariæ Virgini, & quomodo grauiter peccant, qui eis detrahunt, hoc quære *supra serm. 111. T.V.X.T.* Septimum est Sacramentum *Matrimonii*; quomodo autem Deus multipliciter honorauit matrimonium, & quomodo debent viuere, qui sunt in matrimonio constituti. Hoc quære *supr. sermone 25. B.*

Expliciunt Sermones communes Discipuli, omni tempore prædicabiles.

SERMONES DISCIPVLI COMMVNES, DE SANCTIS.

Et primò de APOSTOLIS.

QVAE SVNT SIGNA Electionis, siue Prædestinationis.

Sermo CXLIX.

Ioan. 15. EGo elegi vos de Mundo. Ex quo Christus in Euangelio: Matth. 20. *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Et nullus scit, an sit ele- Eccles. 9. ctus, secundum illud: *Nescit homo an odio vel amore dignus sit.* Nescit quidem scientia certitudinis, sed scientia cõiecturæ potest scire. Sciendum, quod nouem sunt signa prædestinationis, per quæ cognoscit quis, an saluari debeat, an damnari, & quanto plura de his nouem signis in se inuenerit, tantò maiorem spem habere debet ad Deum, etiamsi iam peccator scit, quod adhuc Deus ordinabit secũ, quod erit de saluandis. Primum signum prædestinationis est *Aduersitas in hoc mundo*, scil. pati patienter infirmitatem corporis, & Hebr. 3. paupertatem rerum. *Flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Apocal. 3. Item: *Ego quos amo, arguo, & castigo.* Ergo quando accidunt alicui infortunia in rebus; vt quia captiuatur, vel spoliatur, vel fures furantur sibi, vel etiam eum Deus permittit infortunia super ipsum, vt equi vel vaccæ eius moriantur, vel tempestas deuastat sibi segetes, vel ignis comburat sibi domum, & sic de aliis. Hoc est signum bonum, si patienter ferat illa infortunia, quia forte antea Deum offendit cum rebus temporalibus, scil. per superbiam, vel per gulam, vel per auaritiam &c. vel etiam, quia Deo ingratus fuit, qui sibi ista temporalia tribuit. Ergo Dominus priuat eum istis bonis antea con- Bern. ser. per Can. cessis. vnde Bernhar. *Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio*, Ergo talis, qui sic infortunia rerum sustinet, de necessitate debet facere virtutem, & cum patientia cordis ista bona sic amissa per infortunium, Deo offerre, tunc ipse omnipotens Deus in vita æterna sibi remunerabit, & retribuet ista bona perdita, dando sibi æterna bona. Similiter quando quis in corpore infirmatur, siue in oculis, siue in pedibus, siue in manibus, siue capite, & sic de aliis. Vel si læditur in corpore, vel in membris cadendo, vel seipsum truden-

trudendo,&c. Cum quis enim tales infirmitates & dolores patienter sustinet,& cogitat,quod Deum cum eisdem membris sæpius offendit, salutis suæ spem habere potest. vnde Gregor. *Diuina dispensatione agitur, vt prolixiori vitio prolixior ægritudo existat.* vnde etiam August. in serm. *Aduersa corporis animæ remedia sunt, ægritudo carnem vulnerat, sed mentem curat.* Similiter est bonum signum, cum quis ab intra patienter sustinet tribulationes cordis, tentationes à diabolo, & persecutiones à malis hominibus in mundo: *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Apost. *Omnes, qui piè volunt viuere, persecutiones patiuntur.* & ratio omnium prædictorum est, quia tribulatio via est ad cœlum. vnde: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum.* Item: *Arcta est via, quæ ducit ad vitam:* Item: *Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?* Ex quibus patet, quod bonos homines, qui sunt in via Dei, oportet pati, si volunt cœlum intrare, & æternaliter cum Christo regnare. Apost. *Si compatimur, conregnabimus.* Sed è conuerso, continua prosperitas in rebus, in sanitate corporis, in honore, in delitiis, est malum signum. Cum homo nulla aduersa sustinet, nec ab intra, nec ab extra, sed in omnibus factis suis prosperitatem habet, est signum damnationis. vnde Greg.

Ioan. 15. · 2. Thim. 4. · Actor. 14. · Matth. 7. · Lucæ 24. · 2. Tim. 2.

Continuus successus rerum temporalium æternæ damnationis est indicium. Idem Greg. *Si exceptus es à paßione flagellorum, eris exceptus à numero filiorum.* Ergo multum timere debent homines, qui semper prosperitatem habẽt in omnibus, quia hoc est signum iræ Dei. vnde Orig. *Qui diligitur, corripitur, qui nõ diligitur, in peccatis suis dimittitur.* Sed diceres, *Quid faciet talis, qui hic à Deo non corrigitur, nec aliquid aduersitatis sustinet, vt saluari poßit?* Respondeo, quod debet se coram Deo humiliare, & de peccatis suis pœnitere, vtputa per oris confessionem, per cordis contritionem, & operum satisfactionem, & debet seipsum punire, & sibiipsi tribulationes inferre, scil. corpus suum castigando & flagellando cum ieiuniis, & vestibus asperis, & cum orationibus & vigiliis, & aliis bonis exercitiis, quia sicut per multas tribulationes Christus & omnes Sancti cœlum intrauerunt, sic & quilibet per tribulationes & passiones cœlum intrabit, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, sed qui viuit in prosperitatibus & voluptatibus, & gaudiis mundi per temporalem viam nullo modo cœlum intrabunt. vnde Hier. *Impoßibile est vt præsentibus, quis, & futuris fruatur bonis, vt hic ventrem, & illic mentem impleat, & de delitiis transeat ad delitias.* Etiam de

Origen. super Osea 3. · Hieron. in Epist.

iam de voluptuosis dicit Ber. *Qui carnalibus voluptatibus pascitur aeternarum delitiarum epulis indignus habetur.* Similiter de his, qui gaudent in voluptatibus, & vanitatibus huius mundi dicit Greg. in homi. *Nemo potest, & hic gaudere cum hoc seculo, & illic regnare cum Deo.* De his iam dictis legitur tale exemplum in vitis patrum, quod erat quidam solitarius in eremo, bonus, & deuotus, cui ministrauit vir quidam secularis propter Deum portando sibi cibaria. Erat autem in ea ciuitate vnus diues, & impius. Contigit ergo, vt moreretur ille diues, qui habuit sẽper magnam fortunã in omni vita sua similiter in morte, quia ducebat eum cum magno honore ad sepulchrum tota ciuitas, & Episcopus, & totus clerus cum lampadibus, & candelis. Egressus est autem ille ciuis, qui ministrauit illi solitario prout consuetus erat portãs ei panes, & inuenit eum deuoratum à bestiis, & cecidit in faciem in conspectu Domini dicens. *Non surgam hinc, donec mihi notificabitur à Domino, quae sunt haec sua iudicia, quia ille diues, & impius talem apparatum habuit in sepultura sua, hic vero qui seruiuit Deo die, noctuq; iam deuoratus est à bestiis. Et ecce Angelus Domini venit, & dixit ei. Iste impius habuit paruum bonum in hoc seculo & de hoc recepit hic mercedem, vt in alio seculo nullam inueniat requiem.* Ille autem solitarius, qui homo erat honoratus ad omnem virtutem, habebat vero ipse modicum aliquid culpae, & recepit hic illud, vt ibi veniat purus coram Deo. Et ita consolatus in his verbis, abiit glorificans Deum super iudicia eius, quia vera sũt. Secũdũ signũ praedestinationis est, cũ quis libenter audit loqui verbũ Dei, s. loqui de eo, & de salute propria & de morte ipsi⁹, & de vita futura, quae erit, vel in paenis inferni, vel in gaudiis caeli. Vnde Ioan. *Qui ex Deo est, verbũ Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Nã verbũ Dei est cib⁹ animae. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Vnde Greg. *Cibus mentis est verbũ Dei.* Modo qui corporalem cibum non recipit, vel qui sumit & non retinet, signum est mortis Greg. *Quisquis alimenta non retinet, de huius vita profecto desperatur.* Vnde sciendum, quod qui verbum Dei nõ libenter audit, est malum signum, quia talis homo non est ex Deo. *Propterea vos non auditis verbum Dei, quia ex Deo nõ estis* Ex quo patet, ꝙ illi, qui potius stãt in coemiterio, vel in foro, & de vtilibus & nociuis loquũtur, & tabernas ciuis intrãt, ꝗ Ecclesiã, vt verbũ Dei audiãt, habẽt signũ aeternae reprobationis. Sic illi, ꝗ libẽter audiũt verbum Dei, habent signum electionis. Vnde Arist. *Sicut propositũ in proposito, sic oppositum in oppositum*

Ioan. 8. Math. 4. Ioan. 8. Arist. 4. Top.

positum. Tertium signum est, *si quis Deum honorat, & glorificat.* Psal. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Et subdit. *Timentes autem Dominum glorificat.* Vnde patet quod bonum signum est homini, etiã cũ sit peccator, cũ diligit bonos, & fouet. Quia sicut quãdoq; denari⁹ falsus inter bonos computatur, pro bono soluitur, sic quãdoq; de hõine peccatore, qui diligit bonos, & fouet, contingit, quod cum ipsis in cælum intrabit, ex eo quod Dominus propter bonos sibi gratiam contritionis tribuit, & salutis. Nam Dominus voluit omnibus Sodomitis qui fuerũt in quinque ciuitatibus, & in omni terra circum iacenti parcere propter decem bonos, si ibi inuẽti fuissent. Nõne tunc Deus deberet parcere, & misereri vni peccatori propter multos bonos, quos fouit, & dilexit, dando sibi ante exitum vitæ suæ veram contritionem, & peccatorum remissionem? Nam ille homo naturaliter est virtuosus, qui virtutes in aliis diligit. Vnde Sene. *Scias eum multis virtutibus abundare, qui alienas virtutes amat.* Sic econuerso est signũ reprobationis, cum quis bonos odit, & sic in se ipso deprauatus est, quod nec bonum in se ipso diligit, nec etiam in aliis videre potest, sed persequitur bonos verbis, & factis, exẽplo diaboli patris sui, qui obstinatus est in malitia, & semper persequitur bonos, & virtuosos, & hoc est valde grande peccatum, quia Christus reputat hoc sibi esse factum, quidquid bonis fit. *Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.* Matth. 25. Quartum si- ¶ E gnum prædestinationis est humilitas, & econuerso superbia est signum reprobationis. Greg. *Euidentissimum signum reproborum est superbia, electorum vero humilitas.* August. in Epist. *Quem superbum videris, filium esse Diaboli non dubites.* Quod ergo quisque habet, ex hoc cognosci potest sub quo rege militet: Sicut per arma milites cognoscunt sub quo Rege militant, sic per humilitatem, & superbiam cognoscũt milites Christi, vel Diaboli. Sciendum, quod stultum, & periculosum est Diabolo seruire in superbia, & à Deo recipere stipendia, quia nullus Rex terrenus hoc pro bono haberet, sed grauiter in suo subdito puniret, si ab eo reciperet equum arma, & stipendia, & cum eisdem suo inimico seruiret, & Dominũ proprium impugnaret. Sic est de Christo, & de Diabolo, & de homine, qui homo õnia bona à Deo habet, & cum eisdem bonis diabolo seruit, cum quo deprimetur ad profunda inferni. Nam qui in præsenti est superbior, in futuro Lucifero erit propinquior, & qui hic est humilior, erit Christo in cælo vicinior. *Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Luc. 18. Quintum signum præ-

destinationis est: *Quando quis non libenter audit mala loqui de proximis.* Et insuper omnia dicta, vel facta proximi ex corde in bonum exponit, & conuertit. Sic econuerso est signum reprobationis: *Quando quis libenter audit detractores, & omnia, quæ vidit, vel audit de proximis interpretatur in malum.* Vnde Chry. super Matthæum. *Sicut difficile aliquis suspicatur malum, qui bonus est, sic difficile aliquis suspicatur bonum, qui malus est.* Vnde quæritur; *vtrum audire loqui verba detractoria sit peccatũ mortale?* Respondetur secundum S. Thom. Si aliquis detractionem audiat absque resistentia; videtur detractori cõsentire, vnde fit particeps peccati illius. Et si quidam induxit eum ad detrahendum, vel saltem placet ei detractio propter odium eius, cui detrahitur, non minus peccat, quam detrahens ei, quandoque magis, Vnde Bernar. *Detrahere, aut detrahentem audire, quod horum damnabilius sit, nõ facile dixerim.* Si vero ei peccatum detractionis non placet, sed ex timore, vel verecundia quadam omittit detrahentem repellere, & ostendere, quod ei detractio displiceat, tunc peccat quidem, sed multo minus quam detrahens, & plerunque venialiter exemplum de illis, qui libenter audiunt detractionem, quære supra sermo. nonagesimo primo. l. Similiter sciendum quod in iudicando proximos, aliqui grauiter delinquunt. Nam quilibet tenetur dubia in meliorem partem interpretari. v. g. Si quis videret duas personas simul loqui, vel se mutuo arridere, & diffinitiue iudicaret illas personas loqui de malis, vel propter malam cõcupiscentiam se mutuo arridere, peccaret mortaliter, quia forte loquũtur bona simul, vel forte etiam ex leuitate, vel ex quadam admiratione se mutuo arrident, & non in malo. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Luc. 6. Aposto. Rom. 2. *Quo iudicio alium iudicas, teipsum condemnas.* Apost. Ro. Nisi quis viderit manifestum malum fieri, sicut occidere hominem sine iustitia, vel etiam viderit euidentia signa, sicut nudum cum nuda, solũ cum sola. Vnde Aug. *De his, quæ non habent bono animo fieri, sicut sunt blasphemia, stuprum, & huiusmodi nobis iudicare permittitur: De factis autem mediis, quæ possunt bono & malo animo fieri, temerarium est iudicare, maxime vt condemnemus.* Si diceres. Vnde oritur quod aliqui omnia, quæ vident, vel audiunt in malum interpretantur? hoc quære ante serm. xc. D. Sextum signũ prædestinationis est, *Cum quis compassiuus est, & misericors.* Matth. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Ergo bonum signum est, cum quis compatitur proximo, pauperi, tribulato, & infirmo. Gre. *Non aliter redemptoris nostri membra*

bra efficimur, nisi adhærendo, & compatiendo proximo. Et quanto maiorem compassionem quis habet cum proximo tribulato, tanto maius signum bonitatis habet. Vnde Gregorius *Tanto enim quisquis perfectior est quanto perfectius alienos dolores sentit.* Talis compatiens meretur cum omnibus, quibus in charitate fraterna compatitur. Sed signum veræ compassionis est, cum quis proximo subuenit. Vnde Greg. *Nunquam vere compatitur, qui, quod necesse est proximo, negat.* Vnde Io. 3. *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit proximum suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Vnde etiam Hiero. in Epist. *Vult enim Deus vnumquemque alterius angustias vt proprias sentire, & quasi ipse in tali tribulatione esset subueniri sibi cuperet, ita ipse alteri propter Deum subuenire non postponat:* Sic econuerso duri cordis existẽs habet signum reprobationis, ex eo quod proximis tribulatis non cõpatitur, nec misericordiam exhibet. Vnde Greg. *Dei misericordiã non potest promereri, qui hic misericors non fuerit. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui misericordiam non facit.* Vnde aliqui non compatiuntur proximis defectuosis, sed eos spernunt, & verecundantur loqui pauperibꝰ & infirmis. Tales deberent cogitare, quod possent illis defectuosis hominibus similes effici, si Deus permitteret, quia vnusquisque quantumcunque diues, vel pulcher sit, & sanus, tamen potest fieri leprosus, cæcus, claudus, surdus, mutus, & sic de aliis. Ergo hoc deberet eos inducere ad humilitatem, & compassionem, quia sicut tunc vellent sibi compati, sic & proximis debent facere. *Quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Gregor. Minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in necessitate illius ea, quæ sunt sibi necessaria, partitur.* Misericordibus enim dicet dicet Christus in extremo iudicio illud. *Venite benedicti patris mei &c. Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere.* Sed duris, & immisericordibus dicet. *Ite maledicti in ignem æternum &c. Esuriui, & non dedistis mihi manducare &c.* Septimum signum est; *Iniurias faciliter dimittere.* Nulla enim virtus tam celeriter Deo reconciliat, & peccata relaxat, sicut lædentibus, & iniuriantibus fore placabilem *Si dimiseritis proximis de cordibus vestris, & pater vester dimittet vobis peccata vestra,* Vnde August. *Vnusquisque talem indulgentiam accepturus est à Deo, qualem, & ipse dederit proximo.* Vnde qui faciliter potest indulgere inimicis suis, signum est q; electus est à Deo. Sed qui sunt obstinati & ranco-

Greg. 24 Moral.

Iacob. 2.

Matth.

Matt. 25.

Mat. 6.

destinationis est: *Quando quis non libenter audit mala loqui de proximis.* Et insuper omnia dicta, vel facta proximi ex corde in bonum exponit, & conuertit. Sic econuerso est signum reprobationis: *Quādo quis libenter audit detractores, & omnia, quæ vidit, vel audit de proximis interpretatur in malum.* Vnde Chry. super Matthæum. *Sicut difficile aliquis suspicatur malum, qui bonus est, sic difficile aliquis suspicatur bonum, qui malus est.* Vnde quæritur; *vtrum audire loqui verba detractoria sit peccatū mortale?* Respondetur secundum S. Thom. Si aliquis detractionem audiat absque resistentia; videtur detractori cōsentire, vnde fit particeps peccati illius. Et si quidam induxit eum ad detrahendum, vel saltem placet ei detractio propter odium eius, cui detrahitur, non minus peccat, quam detrahens ei, quandoque magis, Vnde Bernar. *Detrahere, aut detrahentem audire, quod horum damnabilius sit, nō facile dixerim.* Si vero ei peccatum detractionis non placet, sed ex timore, vel verecundia quadam omittit detrahentem repellere, & ostendere, quod ei detractio displiceat, tunc peccat quidem, sed multo minus quam detrahens, & plerunque venialiter exemplum de illis, qui libenter audiunt detractionem, quære supra sermo. nonagesimo primo. I. Similiter sciendum quod in iudicando proximos, aliqui grauiter delinquunt. Nam quilibet tenetur dubia in meliorem partem interpretari. v. g. Si quis videret duas personas simul loqui, vel se mutuo arridere, & diffinitiue iudicaret illas personas loqui de malis, vel propter malam cō[c]upiscentiam se mutuo arridere, peccaret mortaliter, quia forte loquūtur bona simul, vel forte etiam ex leuitate, vel ex quadam admiratione se mutuo arrident, & non in malo. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Aposto. *Luc. 6.*
Rom. 2. *Quo iudicio alium iudicas, teipsum condemnas.* Nisi quis *Apost. Rō. 2.*
viderit manifestum malum fieri, sicut occidere hominem sine iustitia, vel etiam viderit euidentia signa, sicut nudum cum nuda, solū cum sola. Vnde Aug. *De his, quæ non habent bono animo fieri, sicut sunt blasphemia, stuprum, & huiusmodi nobis iudicare permittitur: De factis autem mediis, quæ possunt bono & malo animo fieri, temerarium est iudicare, maxime vt condēnemus.* Si diceres. Vnde oritur q, aliqui omnia, quæ vident, vel audiunt in malum interpretantur? hoc quære ante serm. xc. D. Sextum signū prædestinationis est, *Cum quis compassiuus est, & miseri-* *Matth. 5.*
cors. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ergo bonum signum est, cum quis compatitur proximo, pauperi, tribulato, & infirmo. Gre. *Non aliter redemptoris nostri mēbra*

bra efficimur, nisi adhærendo, & compatiendo proximo. Et quanto maiorem compassionem quis habet cum proximo tribulato, tanto maius signum bonitatis habet. Vnde Gregorius *Tanto enim quisquis perfectior est quanto perfectius alienos dolores sentit.* Talis compatiens meretur cum omnibus, quibus in charitate fraterna compatitur. Sed signum veræ compassionis est, cum quis proximo subuenit. Vnde Greg. *Nunquam vere compatitur, qui, quod necesse est proximo, negat.* Vnde Io. 3. *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit proximum suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Vnde etiam Hiero. in Epist. *Vult enim Deus vnumquemque alterius angustias vt proprias sentire, & quos si ipse in tali tribulatione esset subueniri sibi cuperet, ita ipse alteri propter Deum subuenire non postponat:* Sic econuerso duri cordis existens habet signum reprobationis, ex eo quod proximis tribulatis non cōpatitur, nec misericordiam exhibet. Vnde Greg. *Dei misericordiā non potest promereri, qui hic misericors non fuerit. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui misericordiam non facit.* Vnde aliqui non compatiuntur proximis defectuosis, sed eos spernunt, & verecundantur loqui pauperib9 & infirmis. Tales deberent cogitare, quod possent illis defectuosis hominibus similes effici, si Deus permitteret, quia vnusquisque quantumcunque diues, vel pulcher sit, & sanus, tamen potest fieri leprosus, cæcus, claudus, surdus, mutus, & sic de aliis. Ergo hoc deberet eos inducere ad humilitatem, & compassionem, quia sicut tunc vellent sibi compati, sic & proximis debent facere. *Quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Gregor. Minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in necessitate illius ea, quæ sunt sibi necessaria, partitur.* Misericordibus enim dicet dicet Christus in extremo iudicio illud. *Venite benedicti patris mei &c. Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere.* Sed duris, & immisericordibus dicet. *Ite maledicti in ignem æternum &c. Esuriui, & non dedistis mihi manducare &c.* Septimum signum est; *Iniurias faciliter dimittere.* Nulla enim virtus tam celeriter Deo reconciliat, & peccata relaxat, sicut lædentibus, & iniuriantibus fore placabilem *Si dimiseritis proximis de cordibus vestris, & pater vester dimittet vobis peccata vestra,* Vnde August. *Vnusquisque talem indulgentiam accepturus est à Deo, qualem, & ipse dederit proximo.* Vnde qui faciliter potest indulgere inimicis suis, signum est q; electus est à Deo. Sed qui sunt obstinati &

Greg. 24 Moral. — Matth. — Mat. 25. — Iacob. 2. — Mat. 6.

rancorosi, & nolunt indulgere inimicis suis, habent signum reprobationis. Gregor. *Qui votum nocendi habet in animo, debet se reum iudicare.* Octauum signum prædestinationis est, *Si quis cupit melior fieri*: mouetur ab intra frequenter, quod velit bonus fieri, & sic vel sic se regere in verbis, in factis, & moribus. Matth. 5. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* vbi dicit Gloss. ordinar. *Esurire & sitire iustitiam, est, semper habere desiderium proficiendi.* Bernhard. *Quando nobis de nostro obsequio sufficimus, tunc statim coram Deo deficimus.* vnde August. *Semper ambula, semper profice, noli tamē à via Dei deficere, noli retroire.* vnde Bernh. *In via Dei stare, retrogredi est.* Nam nullum medium potest esse, vel oportet hominem proficere, vel deficere, & quàm cito non proficit homo, tunc deficit. Ioan. 14. *Nunquam in eodem statu permanet.* Sed quando homo incipit tepescere, & de mane diu dormire, & breue est sibi tempus sedere in tabernis, & potare, sed in his, quæ Dei sunt, habet tædium, hoc est malum signum. vnde Leo Papa in sermone: *Non dormientibus prouenit regnum cœlorum, nec odio nec desidia torpentibus beatitudo æternitatis repromittitur.* Nonum signum prædestinationis est, *cum quis mortem Christi, & passionem eius frequenter & libenter meditatur & regratiatur.* Nam qui libenter memoratur passionem Christi, sperandum est, quod non damnabitur. Insuper nihil tam acceptum est Deo, & homini ita vtile, sicut memorare passionem Christi. vnde Albert. Magn. *Simplex recordatio, vel meditatio passionis Christi*: sicut quando homo cogitat lapidem vel lignum tantum, plus valet, quàm si integrum annum ieiunaret in pane & aqua, vel si quotidie virgis & flagellis cæderetur vsque ad effusionem sanguinis, vel si quotidie legeret vnum integrum Psalterium. Fructus quos quis consequitur ex meditatione passionis Christi, quære *supra sermone 48. I.*

Hæc sunt nouem signa prædestinationis, per quæ quis coniecturaliter cognoscere potest, an sit prædestinatus, an præscitus. Vltimò, notandum est exemplum, quod multi sunt vocati, pauci verò electi. Legitur in vita B. Bernhardi, quod vnus eremita, qui antè fuit Decanus Ligonensis, qui cùm fuisset viginti quinque annis in eremo, post mortē apparuit Ligonensi Episcopo in gloria magna, sic quod Episcopus admirabatur. Tunc dixit Episcopo, quod in hora mortis suæ triginta millia hominum decesserunt, de quibus omnibus ipse & beatus Bernhardus in cœlum ascenderunt, & tres in purgatorium venerunt, & alii omnes ad infernum descenderunt.

DE

DE APOSTOLIS.

Sermo CL.

Quod cum rebus temporalibus meremur quinque.

POsui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Ista verba, quæ Dominus locutus est discipulis, iam loquitur nobis omnibus, dicens: *Posui vos*, sup. *in hunc mundum, vt eatis, & fructum afferatis*, sup. *bonam operationem, & fructus vester maneat*, sup. *in æterna remuneratione.* Et vt fructum afferamus, Christus contulit nobis tria, scil. *Res*, *Corpus*, & *Animam*, & cum vnoquoq; prædictorũ mereri debemus, & fructum ferre, qui fructus maneat in æterna retributione. vnde hic tria sunt dicenda. Primo, *quomodo meremur cum rebus temporalibus?* Secundo, *quomodo cum corpore*? Tertio, *quomodo cum anima*? De vltimis duobus dicetur in serm. alio sequenti. Circa primum dicendum, quod cum rebus temporalibus quinque modis meretur. Primo *largiendo pauperibus, & opera misericordiæ exercendo.* vnde Luc. 6. *Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est.* Vnde sciendum, vt quilibet det eleemosynas, ad hoc eum inducere debent tria, quæ considerare debet. Primo considerare debes quis petat; quia ipsemet Christus in specie pauperis, Matth. 25. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Ergo qualiter velles Christum recipere, si veniret ad ianuam tuam, sic debes pauperem recipere in nomine Christi. *Qui vos recipit, me recipit.* Sed illi malè faciunt, qui pauperes subsannant, quia in hoc Christum conspuunt, quia hoc Christus reputat sibi factum, quod pauperibus fit. Vnde aliqui tam superbi sunt, ¶N quod pauperes defectuosos abominantur in tantum, quod nolunt eos alloqui, nec videre, nec cogitantes, quod adhuc ante mortem possent peruenire ad talem statum, si Deus permittere vellet. vnde legitur, quod quidam sacerdos leprosorum in tantum abominabatur leprosos, quod construxerat murum inter se, & ipsos, & per foramen confessiones eorum audiebat, & per illud etiam sacramẽtum Eucharistiæ eis porrigebat. Qui diuino iudicio etiam postmodum factus est leprosus in media parte corporis, sc. quam elõgabat ab eis, alia parte remanente sana, quam vertebat ad eos. Item quidam seruus in tantum abominabatur leprosos, quod nec eleemosynas voluit eis deferre, & postmodum permissione diuina factus est leprosus. Quamuis non teneamur morari cum ipsis, tamen ex toto non sunt spernendi, exemplo Christi, qui mundauit leprosos, & tetigit leprosum virum, dicens: *Volo mundare.* Secundo cogitare debes, quid ipse Christus petat in forma pauperis.

Ioan. 15.

Matth. 10.

peris. Ipse enim petit suum, & non tuum. vnde Apostolus 1. Corin. 4: *Quid habes, quod non accepisti?* vnde August. de verbis Domini, serm. 42. *De meo vtique quaro, ait Christus, da mihi, & reddam tibi. habuisti me largitorem, fac me debitorem, & habeo te fœneratorem, pauca mihi das, plura vtique tibi reddam, terrena mihi das, cœlestia vtiq; reddam.* Tertio considerare O debes, propter quod petat, quia petit propter bonum tuum, & non propter suum. Psal. *Bonorum meorum non eges.* Imo pauperes fecit Christus propter diuites. Chrysost. super Matth. *Ne putes quod propter vtilitatem pauperum Deus diuites fecerit, quos sine diuitibus sustentare poterat, sed propter vtilitatem diuitum pauperem fecit; qui nimirum infructuosi & steriles erant futuri, nisi pauperes fuissent facti.* vnde Luc. 16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* vnde sciendum, quod diuites tenētur subuenire pauperibus. Luc. 11. *Quod superest, date eleemosynam, &c.* Item Chrysost. *Non propterea diuitias accepisti, vt in lasciuiis consumas, sed vt in eleemosynis expendas. Quae enim habes, pauperum sunt, sed tibi credita sunt, etiamsi ex iustis laboribus, & ex hæreditate paterna factus es possessor.* vnde legitur exemplum de quadam nobili muliere, & diuite, à qua quidam pauper petiit eleemosynam, & ipsa dedit ei vnum denarium, dicens: *Ego iam plus dedi tibi, quàm Deus vnquam dedit mihi.* Pauper respondit: *Tamen habetis tot & tanta bona à Deo vobis data.* Respondit: *Non dedit mihi, sed tantum mihi commisit, vt pauperibus inde subueniam, & rationem reddam de quolibet denario, quomodo expendam, & quomodo possideam.* Item sciendum, quod tenaces & auari, qui bona sua auarè retinent, nec pauperibus inde subueniunt, propterea possunt damnari, quia coram Deo raptores sunt. vnde Ambros. *Non minoris criminis est habenti tollere, quàm cum possis, indigentibus denegare.* Basilius super illud Luc. 11. *Hominis diuitis &c.* dicit: *Nonne inquit, spoliator es, quæ dispensanda suscepisti propria reputando: est enim panis famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui conseruas, discalceati calcei, qui penes te marcescunt, indigentis argentum, quod possides humatum.* Ergo diuitibus auaris dicet Christus in iudicio extremo: *Ite maledicti in ignem æternum, &c. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c.* Ex quo patet, quod diuites, qui volunt saluari, & à Christo in vita æterna remunerari, debent hic subuenire pauperibus. vnde August. *Da Christo in terra, qui reddet tibi in cœlo.* Ergo dicet in iudicio misericordibus: *Venite benedicti Patris mei &c. Esuriui & dedistis mihi manducare, &c.* Pet. Rauen. *Quicquid pauperi dederis,*

dederis tu habebis; & quod à te non acceperit, pauper habebit alter. Ambros. *Hic tantum tuum reputa, quod pauperibus erogasti?* Item sciendum, quod illis pauperibus danda est eleemosyna, qui non possunt laborare, vel etiam sacerdotibus vel religiosis, qui sedulò Christo seruiũt, & student pro fructu animarum: *Da bono, & non receperis peccatorem, benefac humili, & non dederis impio.* Hieron. *Da indigenti, & non saltanti, vt non tuis pecuniis animam illius perdas. Tu enim es causa perditionis illius, si occasionem præstas.* vbi patet, quod lusores, hystriones & meretrices simul peccantes non sunt hospitandi, quia quæcunque peccata ex permissione tua in domo tua perpetrantur, in tuam animam redundabunt, & cum ipsis damnaberis. Et est sciendum, quod eleemosyna remunerabitur temporaliter, & æternaliter. Primò temporaliter: *Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.* Item: *Date & dabitur vobis.* Sed tamen ista remuneratio temporalis non debet esse principalis intentio, nec principale motiuum ad dandum eleemosynas, sed honor Dei, & salus animæ. Et homo bene potest habere spem, quod etiam Deus bene faciet sibi, si ipse pauperibus benefecerit. vnde Isidor. *Sunt aliqui, qui pauperibus parum tribuunt, vt accipiant amplius, & sub prætextu eleemosynæ quærunt diuitias, quæ vtique magis fœneratio appellanda est, quàm eleemosyna: sic aues, sic bestiæ capiuntur, & pisces modica in hamo cum ponitur esca.* Vnde raro quis pauperatur dando eleemosynam ad subueniendum pauperibus, quia Dominus retribuet hic & in futuro. *Date, & dabitur vobis.* Secundò, remunerabitur spiritualiter, & illa spiritualis remuneratio est peccatorum indulgentia. Ecclesiast. 3. *Eleemosyna pauperis non erit in obliuione.* Et sicut in sereno glacies, sic soluentur peccata tua. vnde Eccles. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.* Item remunerabitur cum infusione gratiæ. vnde Apostolus: *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*: sup. *gratiam in præsenti, & gloriam in futuro.* Ergo etiam dicit, quod centuplum hic accipiet, id est, gratiam, & in futuro vitam æternam possidebit. Tertiò remunerabitur æternaliter, quia *mensuram bonam & confertam, & coagitatam & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Mensura bona est, quod Angeli debent venire ad suum obitũ, & perducere animã cum magno gaudio ad cœlum. Mensura conferta est, quod Christus & Maria & omnes sancti, & Angeli illam animã lætè & hono-

Hieronysuper Ioan. — *Luc. 6.* — *Prouer. 3.* — *Luc. 6.* — *2. Cor 9.*

& honorifice suscipiant. Mensura coagitata est, quod sic virgo Maria, & omnes sancti, & Angeli omnia merita, & gaudia sua cum eo diuident. Mensura superfluẽs est, quod Christus & gloriosa virgo Maria, & omnes Patriarchæ, & Prophetæ, omnes Apostoli, & Euangelistæ omnes Martyres, Confessores, Virgines, omnes sancti Angeli, electi Dei sibi in perpetuum regratiantur, quod misericordiam exhibuit homini indigenti. Sed diceres, pauper sum, ergo pauperibus subuenire non possum. Respondetur quod seruare debes dictum Thobiæ, qui dicit. *Quomodo potueris, ita esto misericors, si multum tibi fuerit, abũdanter tribue, si exiguum tibi fuerit etiam exiguum libenter impartiri stude.* Nullus enim potest se excusare, quia Dominus plus respicit intentionem, quam substantiam. Vnde Isid. *Qua intentione ab vnoquoq; largitur, taliter, & apud Deum recipitur.* Hoc patet de vidua, quæ obtulit duo æra, de qua dicit Christus, quod plus omnibus aliis dedisset quia totã substantiam tribuit & libenter plus fecisset, si potuisset; vnde quilibet pauper, sic debet dare eleemosynam, quod habeat intentionem libenter plus faciendi, si facultatem haberet, tunc Deus remunerat, sibi secundum illam bonam intentionem. Et ideo vnus pauper potest dare vnum denarium propter Deum tali intentione, quod maius præmium inde cõsequatur, quã quãdoq; aliquis diues qui dat integrum florenum. Et si non poteris plus dare, des tãtum haustum aquæ, & Deus dabit tibi pro illo vitam æternam. *Qui vnus dederit calicem aquæ frigidæ tantum, non perdet mercedem suã. & si hoc non potes, da tamen bonam voluntatem, sic quod libenter velles facere si posses.* August. *Coronat Deus intus voluntatem, vbi non inuenit facultatem.* Exemplũ, quod Deus remunerat eleemosynam non solum in futuro, sed etiam in præsenti mundo. Legitur in vitis patrum, quod quidam senex cum alio iuuene fratre habebat coẽm vitam. Erat autem ille senex misericors, & contigit, quod venit magna caristia, & cœperunt quidam venire ad domum eius pro eleemosynis. Senex vero omnibus venientibus distribuit panem, videns autem frater iuuenis, quod fecerat dixit seni: *Da mihi partem meam de panibus, & quicquid vis cum parte tua fac.* Senex autem diuisit panes, & faciebat more solito, de parte sua eleemosynas. Et multi concurrebant ad senem audientes, quia omnibus daret, videns autem dominus humilitatem eius, multiplicauit panes. Frater autẽ iuuenis, qui ceperat partem suam, & nulli dabat, consumpsit panes suos, & dixit seni: *Quoniam modicum adhuc habeo de panibus meis, habeamus*

simul

Isid. de sum bon.

Luc. 21.

Matth. 10.

Aug. sup. Psal.

simul panes. Dixit ei senex: *Quomodo vis facito.* Et cœperunt iterum simul esse cõ . uniter viuere. Facta igitur iterum abundantia victualium à Deo, iterum venerunt indigentes ac. ipientes eleemosyn. s. Contigit autem vna dierum, quod frater i. uenis ille intraret ad videndum, quantum haberet de panibus, vid. b.t quod defecerant panes. Venit autem vnus pauper postulans pro Deo eleemosynam, senex dixit fratri suo: *Da ei panem.* Alter respondit, *Iam non habemus Pater.* Et dixit ei senex: *Intra, & quære.* & ingressus frater attendit, & vidit repositoria, in quibus panes habere solebant, repleta panibus. Et cum vidisset, timuit. Et tollens dedit pauperi, atque ita cognoscens fidem & virtutem senis, glorificauit Deum. Secundo, meremur cum temporalibus, cum sumus patientes in his, quæ ma i homines nobis auferunt per furtum, vel per exactiones, vel in his, quibu alio quocunque viole. to modo spoliamur. vnde quis p. sset esse tam patiens, & cum tali charitate Deo offerre, quod in tantum esse in oculis Dei quasi pauperibu dedisset: *Rapinā bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, scientes vos habere meliorem & manentem substantiam.* Et in signum hu us Christus permisit illis vilibus & malis seruitoribus Pilati, vt eum priuarent suis vest bus, & inter se diuiderent, quamuis hoc antè bene cognouit, tamen ea non dedit pauperibus, vt nobis exemplum daret, dum mali homines à nobis recipiunt bona temporalia, quod patienter hoc sustineamus, quia hoc Deo valde acceptum erit, & nobis meritorium. Similiter intelligendum est de infortuniis, quæ Deus sic per omnes homines aliquando permittit. Sicut cum equi vel vaccæ eorum moriuntur, vel tempestas segetes deuastat, talia infortunia omnia Deo sunt in patientia cordi. offerenda, & dicere debet vnusquisque illud Ps. *Iustus Dominus in omnibus viis suis.* Quia ingratus fui de beneficiis à Deo acceptis, insuper beneficiis & donis Dei abusus sum, scilicet ad peccandum, & ideo secundum Dei iustitiam merito per illa infortunia priuari debeo illis bonis. vnde Bernard. super Cant. *Ingratitudo est beneficiorum perditio.* Sed dices, *quando quis nimis tristatur de infortunio, an hoc sit peccatum?* Respondetur, quod sic, quia hoc est signum, quod rem amissam nimis dilexit; ergo etiam nimium dolet. Greg. *Sine dolore amittitur, quicquid sine amore possidetur. Quæ verò feruenter diligimus habita, grauiter suspiramus ablata.* Ex quibus verbis patet, quod quilibet debet esse patiens, cum sibi sua bona iniustè à malis hominibus auferuntur. Et debet Deum pro ipsis orare, vt ipsis inspiret, vt sibi illa bona iniustè ablata restituant, ne pro

Hebr. 10.

Gregor. in lib. 31. Moral.

Ppppp eisdem

eisdem ęternaliter damnentur. Sed qui maledicunt proximis, qui eis iniustè bona auferunt, vel alias infortuniis suis contra Deum murmurant, illi habent duplex damnũ, quia perdunt illa temporalia, & cũ hoc propter impatientiam incurrunt offensionem Dei, & magnum periculum animarũ suarum. Ergo omnia infortunia quilibet patienter debet ferre, & Deo totum committere, & ei in charitate offerre, & habere firmam spem, quod Deus refundet sibi in aliis, hic & in futuro. Tertiò, meremur cum rebus temporalibus, cum propter Deum Y ꝗ volumus carere illis bonis, quę contra Deum lucrari potuissemus, & oĩa ista, quæ sic propter Deum, & propter salutem nostram dimisimus, & lucrari noluimus iniustè, Deo obtulimus. Gr. *Aurum Deo obtulisti, quod contra eius voluntatẽ accipere noluisti*, v.g. Si duo nobiles essẽt, & vnus faceret exactiones in suos subditos, aggrauando, & spoliando eos iniustè, & alter nobilis similiter posset facere suis subditis, & dimittit hoc propter Deum, & propter salutem animæ suæ, hoc totum Deo offert, & Deus in æterna vita sibi remunerabit. Similiter si essent duo mechanici, & vnus mentiendo & decipiendo proximos, ditaretur, & alius etiam sic posset ditari, si vellet, sed hoc dimittit; quicquid sic dimittit hoc Deo offert. Et similiter intelligendum est de rusticis & ciuibus, qui vsuras cõmittunt, & cum iniustis rebus ditantur, & alii boni ciues & rustici nolunt sic ditari contra Deum, nec quicquam iniustè lucrantur, talia omnia Deo offerunt, quæ sic recipere noluerunt, tamen bene potuerunt. Similiter intelligitur de seruis & ancillis, & aliis hominibus. Ergo si audires, aliquẽ lucratum esse centum florenos per fallacias, vel per vsuram, vel per ludum, vel alio quocunque modo iniusto, & tu istos florenos habere nolles, sic contra Deum, cùm tamen bene posses: si velles Deum offendere, & animam tuam damnare, tunc Deus remunerabit tibi istos florenos in vita æterna; & sic intelligendum est de omnibus rebus, siue magnis, siue paruis, quas aliquis contra Deum non vult iniustè lucrari. Quarto, meremur cum rebus temporalibus mutuando proximis propter Deum: *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Luc. 6. Sed aliqui sunt, qui habent pecuniam superfluam, & nolunt mutuare proximis gratis, nisi aliquid detur de ipsis: & quicquid sic inde recipiant, vsura est, etiamsi nil postularent, sed solummodo ea intentione mutuarent, quod aliquid vellent recipere propter mutuationem. Et si sic aliquid reciperent, vsura esset, quia sola spes facit vsuram coram Deo. Item aliqui sunt, qui potius pecuniam superfluam sub terra fodiunt, vel in cista recludũt, quàm quod proximis propter Deum

Deum accommodent, quos videt, in necessitatibus constitutos. Et in hoc ostendunt se non habere charitatem Dei, & proximi, & per cõsequens habent signum, quod stāt in malo statu, quia sine charitate Dei, & proximi nemo saluabitur. *Qui habuerit substantiã huius mũdi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Vnde Greg. *Minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in necessitatibus illius, quæ sunt sibi necessaria, patitur.* Et est signũ auaritiæ, & diffidentiæ de Deo cum quis pecuniam sub terra fodit. Vnde legitur exẽplum, quod quidam diues thesaurum in muro abscondit, & infirmatus postmodum, nõ potuit confiteri hoc peccatum, quia Diabolus tenuit linguam eius. Tunc presbyter vir prudẽs portauit corpus Christi ad infirmum & sic Dæmonẽ ab eo fugauit. Tunc infirmus ille confitebatur hoc peccatum, quod sic longo tempore thesaurum ex auaritia abscondit, & pauperibus indigentibus non subuenit. Et sic thesaurũ absconditum ostendit, & fecit eum pauperibus dari pro salute animæ suæ. Item homo meretur cum rebus, quando debitoribus suis propter Deum dat dilationẽ, qui libẽter sibi soluerẽt, si pro præsenti tempore haberẽt, & hoc est valde meritorium, & Deo valde acceptum, quia quis in hoc posset mereri in vno homine quod Deus sibi in agone mortis daret dilationem, vt posset pœnitere, & confiteri, & sic saluari, qui alias forte dãnaretur. Vnde etiam sciendum, quod quilibet, quãdo termin⁹ solutionis instat, tenetur statim soluere proximo prout promisit, quia sicut contra Deum est furari proximo bona sua, sic etiam contra iustitiã est retinere bona proximi contra voluntatem ipsius, quia per hoc impeditur ille in vsu illius rei. Ergo illi grauiter peccãt, qui promittunt, vel iurant, quod volunt soluere debita super illũ terminum, & postmodũ, adueniente termino, protrahunt solutionẽ vsque ad quatuor, vel quinq; vel decem hebdomadas. Et tales, qui sic mentiuntur proximis, & nõ soluunt sicut promiserunt, cum tamen soluere possunt, non debẽt in confessione absolui à peccatis, nisi persoluant, vel dilationem petant ab eo, cuius est ista res. Et de hoc dicitur in iure canonico. Possidere non licet alienam rem, inuito Domino suo. Quinto, meremur cũ rebus temporalibus, quãdo restituimus res iniustas veris hæredibus. Et hoc intãtum placet Deo, quod nil sine ista restitutione ab homine acceptat, quicquid etiam boni fecerit, siue ieiunando siue iurando, siue peregrinando siue eleemosynas dando. Et quã diu quis sciẽter possidet res iiustas, tũc est inimic⁹ Dei & Virginis Mariæ

[Margin: 1. Ioan. 3.] [Margin: lib. 5. tit. 19 de reg. iu. c. 1.] [Margin: B]

Ppppp 2 omni-

omnium sanctorum & Angelorũ, beatorum omnium in cœlis existentium, nec aliquam habet participationem in omnibus orationibus, Missis, & aliis bonis, quæ fiunt in Ecclesia. Et talis, qui sic res habet iniustas, non debet dare illas monachis, nec sacerdotibus, nec pauperibus, sed veris hæredibus, si poterit scire qui sint. Sed si non scit, nec potest scire hæredes, tunc debet dare illas res secundum consilium sui confessoris, qui authoritatem illam habet à suo Episcopo. Sed si quis habet aliquas res iniustas occultè, tunc debet fieri restitutio per interpositam personam, sc. per confessorem, vel per alium discretum virum, sine expressione hominis, quia homo non tenetur seipsum diffamare, dicendo, ego sum tibi furatus hoc, vel hoc, sed sufficit, quod restitutio fiat per interpositam personam, scil. per confessorem, vel per alium discretum virum, & restitutio d bet fieri non solum pro reb is magnis, sed etiam pro paruis. v. g. Si decem simul furarentur vnam vaccam, & eandem comederent, tunc quilibet tenetur restituere partem, quæ eum contingit, donec tota fuerit soluta, si vult consequi indulgentiam & remissionem peccatorum suorum. Similiter intelligendum est de his, qui gramina in pratis aliorum metunt, vel cum pecoribus suis damna proxim s scier t r in segetibus vel pratis inferunt, & etiam rustici qui quandoq; agros proximorum cum aratro suo diminuunt, & suos augmentant, vel qui lapides proiiciunt super agros proximorũ, quoniam tenentur eos è conuerso inde amouere. Et etiam venatores, qui cum canibus & equis suis hominibus in segetibus damna inferunt. Simul & vectores, qui cum curribus suis per sata agrorum vehunt, & hominibus damna inferunt. Et etiam illi, qui fructus arborum, vel rapas agrorum, vel botros vinearum subtrahunt cõtra voluntatem proximorum, tales omnes tenentur ad restitutionem. Et si nolunt restituere, quando possent, tunc confessor nõ potest eos absoluere à peccatis suis. vnde dicitur in decr. *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Sed dices, *Cùm quis multa talia furatus fuisset, & nõ sciret, qu b. restituere deberet, quia ipse multis hominibus in istis paruis rebus damna intulit, quomodo talis restituere tenetur?* Resp. quod ille tales res paruas furatas in æstimatione sua debet cõputare ad vnam summam, secundum consilium sui confessoris, & illam summam debet erogare ad vsum pauperum, tunc omn bus illis subuenit illa eleemosyna, quorũ illa bona fuerunt. Quod autem non solum debet restituere magna, sed etiam parua, si vult consequi remissionem peccatorum, patet per tale exemplum. Legitur *in dial. Cæsarii,* q quidam cõuersus ordinis Cistercienſium

Distinct. 5 §. generalis.

cienſium

ciensium, cũ missus esset ab Abbate suo, & pertransisset aquá quãdam, & non haberet naulum, promisit nautæ transmittere vnum obulũ. Qui conuersus cũ postea defunctus esset, & non misisset illum obolum, nec etiam fuisset cõfessus illam negligentiam, quia vili penderat, eo quod modicum esset, post obitum prædictum obolum ante oculos habebat, qui etiam obolus in tantũ creuit, vt maior toto mundo videretur. Et cum sibi nihil aliud obsisteret, quod sibi impediret ingressũ cæli, nisi solus ille obolus, & cum non posset euadere, nisi ille obolus in eo puniretur, ad petitionem sanctorum, & Angelorum, quibus seruierat, permissum est, animam ad corpus redire, & confessus est illud Abbati. Et missus est illi obolus cum magna velocitate, quem mox vt nauta recepit, conuersus expirauit, & cæli gaudia intrauit.

DE APOSTOLIS. Sermo CLI.

Quomodo meremur cum corpore nostro, & anima nostra.

Ioan. 15 *Posui vos, vt eatis, & fructũ afferatis, & fructus vester maneat.* Quantum ad secundam partẽ præcedentis sermonis, sciendum, quod secundum quod nobis Deus contulit, cum quo fructum ferre debemus, & mereri vitam æternam, est corpus nostrum proprium. Pro quo sciendum, q̃ tribus modis meremur cum corpore nostro augmentũ gloriæ in vita æterna. Primo resistendo peccatis illis, ad quæ corpus nostrum inclinatum est. Nam quãdocunq; quis resistit suis ꝓpriis cõcupiscẽtiis & pugnat cũ vitiis, meretur augmentũ gloriæ. Ber. *Quotiens resisteris, totiens coronaberis.* Propter eandem enim causã fomes peccati manet in corpore, quamuis enim peccatum originale, à quo fomes processit, ex toto deleatur in baptismo, tamẽ fomes ex toto nõ extinguitur, vt resistere debeamus vitiis, & viriliter pugnare, quia nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Vnde Aug. *Ecce baptizati omnes iustificati sunt à peccatis, restat tamen pugna cum carne, cum mundo, & cum Diabolo.* Aug. de Ver. Domini. Vnde etiam Hier. *Sine certamine nullus sanctorum coronatus est.* Hier. in ep. quadam. Amb. *Corona proposita est, subeũda sunt certamina, nemo poterit coronari, nisi vicerit, nemo autem potest vincere nisi ãte certauerit, ipsius quoq; corona maior est fructus, vbi maior est labor,* Amb. super Lucam. v. g. Si quis inclinatus est ad superbiam, & cum honor exhibetur, ille seipsum vincit, & illum honorem sibi exhibitum in humilitate cordis Deo offert, dicendo cum Psal. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et in humilitate reputat se non esse dignum talis honoris, sed dicit* cum Apostolo. *Soli Deo honor, & gloria.* Tunc ille 1. Thim. 1.

meretur, quod debet honorari in cœlo à Christo, gloriosa virgine Maria, ab omnibus sanctis & Angelis propter illum honoré, quem suscepit hic, & Deo offert. Similiter cum quis ad iram commouetur, & seipsum vincit compescendo iram propriam, nolens se vindicare, sed Deo offert, & sibi committit, talis toties meretur coronam gloriæ, quoties propriam iram propter Deum vincit, & ei fortiter resistit. Et cum quis est inclinatus ad luxuriam, quotiescunque tentationi carnis resistit, & seipsum vincit, toties meretur coronam vitæ. v.g. Sicut illi, qui sunt in matrimonio constituti, quoties tentantur in sacris diebus, & noctibus, & aliis temporibus, in quibus prohibitus est actus matrimonii, & resistunt sibiipsis, & propter Deum dimittunt actum illum, toties merentur coronam vitæ æternæ. Similiter & iuuenes, qui in castitate viuunt, quoties tentantur, & viriliter resistunt, toties à Deo coronantur. O quot coronas mereri possunt virgines, quæ castè viuunt, & tentationibus carnis toties resistunt, quia naturaliter iuuenes plus sunt inclinati ad luxuriam, quàm senes, quia secundum Arist. *Complexio iuuenum est calida & humida; senum autem frigida & sicca.* Ergo & senes grauius peccant luxuriando, quàm iuuenes, & iuuenes plus merentur resistendo. Gr. *Iuuenis cum fornicatur peccat, senex autem insanit.* Isid. *Nunquam in senectute continentes vocandi sunt, qui in iuuentute luxuriosè vixerunt, tales non habebunt præmium, quia certamẽ laboriosum non habuerunt. Eos enim exspectat gloria, in quibus fuerunt laboriosa certamina.* vnde sc end.m, quod in quãto quis plus est inclinatus ad aliquod peccatum, & illi peccato resistit, tãto maiorẽ coronam gloriæ meretur. Ergo viriliter militare debemus, quia secundum Iob: *Militia est vita hominis super terram.* Exemplum legitur in vitis Patrum, quod quidam senex sedens in partibus Thebaidis, in spelunca vna, habebat vnum discipulũ probatum. Consuetudo autem erat seni docere discipulum vespere, quæ erant profutura, & post admonitionem dabat ei benedictionem, & dimittebat eum dormire. Contigit autem q. quidam religiosi venirent ad senem, & cum eos cõsolatus fuisset, & instruxisset, dimisit eos, & recesserunt. Deinde cœpit exhortari, & admonere discipulũ, sicut semper faciebat vespere, & cum loqueretur senex somno grauatus est, & subito obdormiuit. Frater autem sustinebat donec euigilaret, & daret ei secundum consuetudinem, benedictionem. Cum ergo non euigilaret per aliquas horas, tentatus est discipulus cum eo sedens, cogitationum suarum molestia recedere & dormire, qui extorquens sibi vim, restitit cogitationi

Isid. de summo bono.

Iob 7

Ex.

tioni suæ & sedit. Cumque iterum vrgeretur à cogitatione sua, vt iret & quiesceret, non discessit priusquam dimitteretur. Quod factum est septies, & diabolo septies restitit. & ecce media nocte transacta, euigilauit senex, & iuuenem inueniens assistentem prope se, dixit ei: *Vsque modo non recessisti fili?* Et ille respondit: *Non recessi Pater, quia non dimiseras.* Cui senex dixit. *Cur me non expergefaciebas?* & ille respondit: *Non fui ausus, ne aliquam iniuriam tibi incuterem.* Exsurgens autem senex, & faciens horas consuetas, & dictis matutinis dimisit discipulum. Senex autē cum sederet solus, factus est in excessu mentis, & vidit quendam monstrantem sibi gloriosum locum, & sedem in eo, & super sedem septem coronas, & interrogauit senex eum, qui sibi hoc monstrauit, dicens: *Domine, cuius sunt hæc?* Et dictum est ei: *Discipuli tui sunt.* Locum quidem, & sedem illam pro conuersione magna accepit. Has autem septem coronas nocte ista promeruit. Hæc autem audiens senex, exterritus, & admiratus est nimis. Et vocauit discipulum, dicens ei: *Dic mihi quid fecisti in nocte ista?* Respondit: *Crede mihi Pater, quia nihil feci.* Sperans autem senex, q̄ præ humilitate non confiteretur, dixit ei: *In veritate nō indulgeo tibi, nisi mihi dixeris, quid feceris, aut quid cogitaueris hac nocte.* Ille vero, cum nihil sibi esset conscius, quid diceret, dubitabat. Et cum senex ab eo extorqueret, dixit ei: *Nihil aliud feci, nisi quod septies cogitaui, & impugnatus sum hac cogitatione mea, vt discederem, & dormirē antequā me dimitteres. Sed quia à te dimissus non fuerā, non recessi, sed sustinebam te Pater mi, donec euigilares & dares mihi, secundum cōsuetudinem, benedictionem.* Audiens hoc senex intellexit, quod quoties resistebat cogitationi suæ, toties merebatur coronam à Deo. Secūdo, meremur cum corpore operando bona opera, & expendendo vires corporis nostrī ꝑ in seruitio Dei. Nam quilibet libēter debet seruire Deo cū corpore, quia ipse creauit nos. Ps. *Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Et quia seruiuit nobis in præsenti mundo triginta trib. annis, & insuper redemit nos suo proprio sanguine, & post hoc promisit nobis vitam æternam, si ei seruierimus. Ideo solicitè debemus seruire Deo cū nostro corpore. *Exerce diligenter agrum tuum.* Prouer. 24. Quia corpus nostrū est ager vtilis, quia singulis diebus & singulis horis possumus mereri cum corpore, cum omnibus membris nostris. Nam primo potest quilibet mereri cum oculis, cum videt aliquem infirmum, vel tristem, & compatitur sibi; vel si videt aliquem lætum & gaudentem, & benè habentem, & congaudet sibi. Apostolus: *Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus.* Rom. 12. Secundo, meretur quis

quis cum auribus, si audet bona loqui de proximis, congaudet ipsis, & si mala audit loqui de proximis compatitur ipsis. Apostolus. *Scimus quoniã diligentibus Deũ omnia cooperãtur in bonum.* Tertio, Meretur quis cum ore, vt cum quis informat proximum in his, quæ ad salutem pertinent, vel consolatur verbis consolatoriis proximum, vel corripit delinquentes in fraterna correctione, vel cum libenter orat, vel regratiatur Deo, vel etiam cum silentium tenet quando libenter loqueretur, & sic de aliis. Quarto, meretur quis cum manibus ad modum crucis eas expandẽdo, vel etiam in orationibus deuotis eas leuando Psal. *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Vel, *eas ad pauperes extendendo, dando eis eleemosynas, vel cum quis pauperem sustẽtat, & ducit qui per se incedere nescit, vel propter debilitatẽ pedum, vel propter cæcitatem oculorum.* Quinto, meretur quis cum pedibus ad Ecclesiam eundo, vel loca sacra visitando pro indulgentiis, vel etiam infirmos visitando, vel peregrinationes ad loca sancta faciendo. Sexto, meretur quis cum toto corpore dure iacendo, vel asperam vestem induendo, & corpus cum virgis, vel flagellis castigando, vigilãdo, ieiunando, & mane surgẽdo. *Quare aliqui homines sunt ita G[illegible] pigri ad seruiendum Deo?* Respondetur, quia non præcogitant futuram mercedem, quam Dominus dabit suis seruitutibus. Nam si Rex terrenus dare vellet pro vno Pater noster florenum, ô quot Pater noster diceres. Similiter si Rex terrenus diceret: Si vis vigilare illa nocte mecum, cras mane dabo tibi centum florenos, tu libenter faceres. Et si secunda nocte promitteret quingentos, tertia nocte mille, multo libentius vigilares, sed Christus pro vna hora, quam es propter eum vigilans, plus dabit, quam totum regnum terrenũ valere potest. Similiter pro vno Pater noster, deuote dicto, plus dabit tibi pro præmio, quam mille floreni valent, quia dabit æternum præmium, etiam pro minimo opere in gratia facto. Vnde Hier. *Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur.* Item sciendum, quod Christus nõ solum remunerabit opera spiritualia ad honorem Dei facta, sed etiam remunerabit labores, quos quis facit pro necessitatibus præsentis vitæ. Nam cum quis laborat ea intentione, vt velit aliquid cũ laboribus iustis acquirere, vnde se, & vxorem, & pueros possit nutrire, vel etiam laborat, vt cum suis laboribus possit subuenire pauperibus, & infirmis, qui non possunt laborare, talis semper quolibet labore quantumcunque paruo meretur præmium æternum, si est in gratia. Vnde Psal. *Labores manuũ tuarũ* quia

Rom. 8.

Hier. ep.

quia manducabi:, beatus es, & bene tibi erit. Ergo quilibet cum de mane surgit, primo oret, & Ecclesiam visitet, & Deo omnes labores suos offerat, quos die illo intendit facere. vnde Greg. *Omne bonum, quod agimus per intentionem semper ad Deū leuemus.* Quod enim quilibet nostrum primo mane ad Ecclesiam debeat ire, & orare, & se Deo commendare, hoc docet Christus in Euangelio, dicens: *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius & hæc omnia adiicientur vobis*: Scilicet quæ sūt vobis necessaria, quia homo per totam diem habebit, maiorem prosperitatem in omnibus suis factis, cum de mane missam audit, & se Deo deuote commendat. Ex iam dictis patet, quod laboratores illi sunt beati, qui fideliter laborant, & Deum in laboribus suis prætēdunt, quia merētur semper in quolibet opere, verbi gratia. Rusticus nunquam potest arare fossam, cum fideliter laborat, quin mereatur. Similiter sartor in omnibus suis laboribus meretur, si fideliter laborat, similiter pistor & faber, similiter seruus, & ancilla & quilibet etiam, qui pro denario diurno laborat, & sic de aliis. Quod Deus vult remunerare omnes passus, & labores nostros, hoc patet per tale exemplum. Legitur in vitis patrū quod quidam senex longe habebat aquam à sua cella, vbi dum semel iret haurire defecit in via, & ait: *Quid necesse est, vt hunc laborem patiar? sed veniam, & habitabo iuxta aquam.* Tunc conuersus retro vidit quendam sequentem se, & numerantem passus, & vestigia sua, & interrogauit eū quis esset. Dixit autem ei ille: *Angelus Dei sum: & iussus sum vestigia tua numerare.* Hoc audiens ille, fortior est factus, & pronior, & adhuc longius posuit cellam suam, vt eo plures passus faceret eundo ad aquam, & redeundo ad cellam suā, vt sic semper augmentaretur præmium suum. Quod autem nostra bona opera non solum debent fieri principaliter propter gaudia cæli, vel ad euitandum pænas inferni, hoc quære ante ser. cxl, E. Tertio, meremur cum corpore sustinendo infirmitates corporis patienter, quas Deus super nos permittit, quia melius est infirmitates patienter sustinere, quam interim bona opera facere; contra hoc aliqui dicunt: *Ego negligo hoc bonum, vel hoc propter infirmitates meas.* Respondetur, quod solum sis patiens & nihil negligis. Vnde sciendum, quod quilibet libenter debet sustinere infirmitates, & tribulationes, quia est speciale donū Dei & signum charitatis, quam Deus habet ad ipsum hominem. *Ego quos amo, arguo, & castigo.* Orig. *Qui diligitur, corripitur, qui non diligitur, in peccatis suis dimittitur.* Sed dices: *Quomodo possum esse patiens in tantis tribu-*

Margin notes: *Greg. in Moral.* — *Mat. 6.* — *Apoc. 3.* — *Orig. sup. Osea. 4.*

 lationibus

lationibus, & infirmitatibus Respondetur q. tria principaliter dicuntur inducere hominem ad patientiam. Primum est memoria passionis Christi. Greg. *Si passio Christi ad memoriam reducitur, nihil est, quod non aequo animo tolleretur.* Ber. *Quid est, quod tibi suaue non videtur, si collegeris, & memoraueris omnes amaritudines Saluatoris.* Ergo si dolet caput tuum, cogita dolorem capitis, quē Christus sustinuit cum coronatus cum spinea corona fuit. Si dolet manus, vel pedes, cogita clauos infixos manibus & pedibus Christi, si doles in dorso, vel in alio membro, vel in toto corpore, cogitare debes dolorem Christi, quem in toto corpore, & in omnibus membris sustinuit, & sic erit tibi leue omne, quod pateris. Secundum quod inducit hominem ad patientiam est cogitare pœnam purgatorii, quæ est valde grauis. Aug. *Ignis purgatorii miro modo est grauior, quam ignis, qui est hic in terra, hic enim se habet ad illum, sicut ignis qui depictus est in pariete ad verum ignem.* Et in illo purgatorio oportet hominem valde diu ardere, & purgari, qui hic non purgatus est. Vt autem à peccatis tuis purgeris, tu libenter debes hic sustinere infirmitates corporis, quia tanta est pœna purgatorii, quod potius in præsenti deberes eligere triginta annis esse infirmus, quam vna die esse in purgatorio. Vnde dicitur in decr. *Igni purgatorii nulla pœna temporalis est comparabilis.* dist. n. 35. Quid in aliud. Vnde legitur de quodam Sacerdote, qui reputabatur quasi sanctus, qui in vita sua seipsum miro modo afflixit per pœnitentiam, cuidam quærenti cur hoc faceret respondit, quod si ille lacus magnus, qui erat prope se, esset totus igneus, libenter vellet in eo esse vsque in diem iudicii, vt posset euadere infernt ignem, & pœnam purgatorii, quæ est grauissima. Hoc idem Aug. orabat dicens, *Domine, hic vre, hic seca; vt in æternū parcas.* Tertium, quod inducit ad patientiam est, quia per tribulationes, & infirmitates augmentatur homini meritum æternæ gloriæ. *Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Et ista gloria tanta est, quod si vnus homo solus sustineret omnes infirmitates & tribulationes omnium hominū, in toto mundo existentium adhuc nihil hoc esset respectu cælestis gloriæ; Apostolus. *Non sunt digna Passiones huius &c.* De hac gloria dicet Psalm. *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquā dies hesterna quæ præteriit.* Quantum ad tertiam partem præcedētis sermonis, sciendum quod tertium, quod Deus nobis contulit, cū quo mereri possumus, & debemus, est anima. Pro quo sciendum, quod nos mereri debemus, cum tribus potentiis animæ, quæ sunt memoria intellectus, & volūtas. Primo mereri

Matth. 5.

Rom. 8.

Aug. in lib. de ciuit. Dei

reri debemus cũ memoria, beneficia Dei memorãdo, & de eisdẽ regratiãdo. Vnde Aug. *Quisquis beneficia Dei non videt, cæcus est, nec laudat, ingratus est, quisquis in laudando reluctatur, insanus est.* Chry. *Gratiarum actio est inuitatio ad plus dandũ.*

Chry. sup. Matth.

Sed de his, qui sunt ingrati de beneficiis Dei, dicit Bern. *Accipiendis indignus est, qui fuerit de acceptis ingratus.* Item sępius memorari debemus ipsum Deum nobis esse præsentem in omnibus nostris cogitationib. verbis, & factis. Sed, heu, multi sæpius obliuiscũtur Deum, & raro cogitant de eo, & hoc est signum, ꝙ Deũ non diligunt, sed ipsum paruipẽdunt,

Arist. 6 Rhet.

Obliuio est signũ paruipensionis & qui sic obliuiscũtur Deũ in vita, illorum Deus obliuiscitur in morte. Vnde Aug. *Ita fit vt in fine obliuiscatur sui qui dum viueret, oblitus est Dei.* Secunda potentia animæ est intellectus per quam intelligere debemus Deum Primo. tanquam nostrum creatorẽ, & sic tenemur semper sibi obedire anquam creatura suo creatori. Secũdo cognoscere debemus eum esse redemptorẽ nostrum qui nos cũ sua amarissima passione, & morte redemit, & sic tenemur eum diligere.

Ioan. 15.

Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Tertio, debemus cognoscere eum esse nostrũ futurũ iudicẽ, & sic debemus eum timere in omnibus cogitationibus, verbis & factis.

Eccl. 1.

Timẽti Deum bene erit in extremis. vnde Chry. Dicit de Ioanne Baptista, *Solus Dei timor est, qui mentes corrigit, fugit crimina, & innocentiam seruat.*

Chry. in ser.

N Tertia potestas animæ est volũtas, cũ qua meremur, quãdo voluntatẽ nostrã voluntati diuinæ cõformamus ita, vt quicquid velit nobiscum facere, ꝙ etiam illud idem nos velimus, siue sit dulce siue amarum, ergo quilibet nostrũ sic se debet habere, ꝙ si Deus vult eum esse pauperem, quod etiam ipse velit hoc idem, vel si ipsum velit esse diuitem, vel sanum, vel infirmum, vel tristem, vel lætum, quod in hoc se conformet voluntati Dei, sic quod possit dicere cum Christo illa verba, quæ in monte Olíueti dixit. *Pater non mea voluntas, sed tua fiat.* Item meremur cum voluntate, quando habemus continuam bonam volũtatem nos emendandi, & Deo seruiendi.

Chry. sup. Matth.

Chry. *Voluntates bonæ sic suaues sunt apud Deum quemadmodum odoriferi flores.* Vnde Ber. *Cum per bonam voluntatem incipimus esse Dei, desinimus esse Diaboli.* Sic econuerso. Cum homo per malam volũtatem incipit esse Diaboli, desinit esse Dei.

O Et Deus vult hominẽ iudicare secundum illam voluntatem, in qua eum inuenerit. Vnde de hoc dicitur in decret.

De pæn. d. 2. nunquid.

Qualẽ te inueniet dominus, cũ vocat, talem pariter, & iudicat. Vnde legitur exemplũ ꝙ quidam latro multum dolens de peccatis

 suis

ſuis,& habens voluntatem bonam ſe emendandi, rogauit quendam eremitam, vt eum in ſuam societatem acciperet, quia proponeret vitam ſuam emendare, & Deo ſemper ſeruire, & eremita noluit & deſpexit eum in corde ſuo,& dimiſit eum inconſolatum ab eo recedere, ſed cum latro ſibiipſi eremitorium facere voluit,arbor præciſa ſtatim corruit, & eundem latronem oppreſſit, & ſic in vehementi cordis contritione obiit. Tunc ille eremita vidit, quod ſancti Angeli venerunt, & animam illius latronis ad cœlum deferebant, & eremita commotus dixit: *Quid hic in eremo moram traho? ille homo malus latro fuit; propter ſuam bonam voluntatem iam ad cœlos aſcendit, & ego tamdiu vixi in eremo, & nunquam cœlum intrare potui.* Et illa commotione dixit: *Vadam, & etiam latro efficiar, & poſtmodum bene in fine ſaluabor, ſicut iſte latro ſaluatus eſt:* & dum exponeret ſe ad latrocinium perpetrandum, inſecutus eſt à ſtipendiariis ciuitatis, qui fugiens vehementer cecidit & expirauit, & diaboli venerunt,& animam ſuam ad infernum deduxerunt.

DE APOSTOLIS

alius ſermo.

Relictis omnibus, ſecuti ſunt eum. Iſta verba dicta ſunt de Apoſtolis, qui omnia propter Chriſtum reliquerunt, ſecundum quod & dixit B. Petrus ad Chriſtum: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* vnde hic dicendum eſt, quod ſeptem ſunt, quæ nos inducere debent ad relinquendum omnia temporalia. Iſtum ſermonem quære *ſupra 94. A.* Luc. 5.

DE VNO MARTYRE.

Sermo CLII.

Quod crux ſpiritualis debet quatuor habere.

SI quis vult venire poſt me; abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. In his verbis vult Chriſtus, quod ipſum ſequamur, & crucem tollamus, & poſt ipſum illam baiulemus, ſicut ille S. Martyr N. cuius feſtum hodie colimus. Pro quo ſciendum, quod duplex eſt crux. vna lignea, & materialis, quæ eſt baiulanda; vt crux Petri, Andreæ, & Chriſti. Alia ſpiritualis, de quã dicit Apoſt. *Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis.* Vnde duobus modis ſequimur Chriſtum, & crucẽ poſt ipſum portamus, aut mortem pro eo tolerando, aut carnem cum vitiis & concupiſcentiis crucifigendo. Primo modo ſequuntur eum omnes martyres, qui mortem temporalẽ propter Chriſtum ſuſtinent. Secundo modo ſequuntur eum omnes electi & deuoti. Vbi ergo in morte inuenit primã, ſaluat; Matth. 16. Marci 8. Luc. 9. ¶P Gal. 5.

saluat; similiter vbi secundam, sed vbi neutrum damnat. Cum autem primo modo eum imitari non possumus, scil. sustinendo mortem, saltem sequamur ipsum secundo modo. Quomodo aũt exemplo Christi crucem accipere debeamus, intueamur modum passionis eius. Fuit enim crucifixus, & clauis ligatus à parte inferiori, & à sinistra, & à dextra, sed non à parte superiori simili forma, & nos crucem spiritualem tollere debemus, cuius infima pars est contemptus mundi, quia sicut terram calcamus cũ pedibus; sic terrena & mundum contemnere debemus. Mouemur autem ad hoc, si consideremus, quod nemo potest habere amicitiã Dei, & Mundi simul. Deliberet ergo secum vnusquisque, quid sibi magis expediat, an sc. diligere Deum, an Mundum. vnde: *Nolite diligere Mundum, neque ea, quæ in Mundo sunt. Si quis diligit Mundum, non est charitas Patris in eo.* Igitur qui hoc præceptũ contemnit, & mundum diligit, inimicus Dei constituitur: *Amicitia huius Mundi inimica est Deo.* Sicut enim quis odit inimicum suum, ita Dominus Mundum. Causa autem huius inimicitiæ est, quia Mundus multos homines retrahit à DEO per illa tria vitia, sc. superbiam, auaritiam, & luxuriam, quorũ vitiorum iam totus Mundus est plenus. vnde: *Omne, quod est in Mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Et verè Mundus nõ est diligendus, sed potius multum odiendus propter suam magnam infidelitatem, sicut bene figuratum est in Samsone, de quo dicitur *in lib. Iudicum*, quia ipse amauit Dalidam, quæ meretrix fuit, & Iosephus dicit, quod in tantum dilexit eam, quod ab amore eius euelli non poterat, & cum in gremio eius dormiret, abscidit ei crines, & tradidit eum suis hostibus, qui eruerunt ei oculos, & vinctum miserunt eum in carcerem, & eum molere fecerunt. *Dalida* meretrix est Mundus omni meretrice instabilior, Samson est, quilibet homo, qui à Dalida, i. à Mundo decipitur. Licet enim multa mala ostendit ei, & multa contraria, sc. in remissione rerum, in morte filiorum, & amicorum, & corporis ægritudine, & pluribus aliis aduersitatibus, tamen ab eius amore euelli non potest, sed in gremio eius obdormit, cum ei tota mente adhæret. Sed Dalila crines abscidit, i. Spiritus S. gratiam tollit, & in morte eum à se abiiciendo, tradidit eum hostibus, i. dæmonibus, qui eruerunt ei oculos, i. visionem Dei, de cætero enim lætus Deum non videbit. Et in carcerem pertrahunt, i. in infernum, & ad molam eum statuunt, i. ad multiplices pœnas inferni, vbi de cæteris nunquã quiescit. Et licet mundus multum sit infidelis, tamen propter modicum gaudii, & dele-

1. Ioan. 2. · Iac. 4. · 1. Ioan. 2.

ctationes nimis breues multos amatores habet; Sed isti, qui crucē Christi portare volunt debent cōtemnere tam parua, & momentanea gaudia Mundi, vt ad magna & æterna pertingere mereantur. Et vt hoc melius fieri possit, quilibet debet apponere clauum pedibus suis, i. affectionibus. Clauus iste est timor gehennæ, qui infernus est. Clauus iste longus est, & validus, quia valida sunt gehennæ tormenta. Longus est, quia nimium diuturna. Vnde valde vtile est, cum diabolus homini peccatum consulit, pœnas, quæ peccatum conse-Q ¶ quuntur, recogitare. De quibus pœnis quære *antè serm. 125. B.* Item sciendū, quod si contempserimus mundum, hoc possumus cognoscere per tria. *Primò* si mores mūdi sunt nobis molesti, & displicibiles, & contrarii & si ipsum, vel ipsius mores fugimus. *Secundò*, si est nobis graue, & pœna eius gaudium & ludos videre. *Tertiò*, si inuitè audimus rumores, qui de eo dicuntur, & habemus tædium loqui de mundanis, nisi in quantum necessitas requirit. vnde facere debemus sicut serpens, qui quando audit vocem incantantis statim replet vnam aurem cum cauda, & aliam cum terra. Sic & nos facere debemus, sc. cogitando de instabilitate & infidelitate mundi, & de cauda, i. de morte propria, & remuneratione mundi, quam rependit sibi seruientibus. Quo ad secūdum, sciendum, quod diligere mūdum multum periculosum est. ¶ R Primò charitatem DEI extinguit: *Si quis diligit mūdum, non est charitas patris in eo.* 1. Ioan. 2. Secūdò, quia sicut Dei dilectio est fons & origo omniū bonorū & virtutū: ita dilectio Mundi omnium vitiorum. vnde Greg. *Disce homo non diligere mūdum, vt diligas Deum, auerte vt cōuertaris, funde vt implearis.* Tertio quia inimicum Dei constituit. vnde: *Amicitia huius mundi inimica est Deo.* Iac. 4. Quarto, quia seruum diaboli facit. Apost. *Si adhuc Mundo placerem, seruus Christi non essem.* Gal. 1. Item: *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Matth. 6 vnde etiam Chrys. *O quam miserrimus est Mundus, & miseri, qui eum sequuntur. Semper enim homines mundi opera excluserunt à vita.* Chrysost. super Matt. Item sciendum, quod si amor mundi in tantum excrescit in homine, quod præponatur amori Dei, vel vitæ æternæ, vel si redundat in iniuriam, quæ tollit charitatem proximi, est peccatum mortale, si tamen circa hos limites sistat, potest esse veniale. Secūda pars ¶ S crucis est brachium sinistrū, quod significat patientiam in aduersis, quia sicut sinistra manu ferimus clypeum, super quem iacula vel ictus recipimus, ne ad mortē vulneremur; ita per patientiā aduersa omnia recipere debemus, ne per cruciatus tribulationū ex impatientia æternaliter moriamur. Quot enim aduersa nobis accidunt in damnis

damnis rerum, vel in tribulationibus corporũ, tot iaculorum ictus veniunt super nos. Sine enim aduersis esse non possumus. Inter summam pacem, & summam afflictionem constituti sumus, id est, inter cœlum & infernum, sed viciniores localiter sumus inferno, ideò patientia necessaria est nobis, vt dicit Apostolus: *Oportet nos pati, velimus, nolimus, sed si patienter multum meremur, quia patientia auget meritum.* Si impatienter, tamen oportet nos pati, & nihilominus perdimus meritum & laborẽ, scrinium & thesaurum, quia sicut in patientia nostra possidemus animas nostras, sic in impatientia perdimus animas nostras. Vnde legitur exemplum, quod quædam virgo multum erat deuota, sed impatientissima in omnibus, quæ sibi acciderant, & tamen erat valde casta & munda, & pauperes dilexit, & libenter orauit, & ieiunauit. ¶ T Quadam vice venit ad eam Angelus Domini, dicens ei: *Multum fideliter laboras pro æternis gaudiis possidendis. sed ea possidere non potes propter tuam magnam impatientiam, per quam perdis omnia bona opera tua.* Tunc virgo dixit Angelo: *Ora pro me, vt mihi detur à Deo patientia.* Tandem ipsa facta est tam patiens, quod alii quodammodo admirabantur de eius patientia. Et sic meruit gaudia cœli. Vnde homo multum debet studere patientiæ, quæ valde necessaria est ad salutem. Vt autem in illa permaneat, tunc debet apponere vnum clauum ferreum Clauus iste est pœna purgatorii, quia nullum malum impunitum. Et qui hic ¶ V non purgabitur per bona opera, & tribulationes punietur grauissimè in purgatorio. August. *Qui in aliud seculum distulerit fructum conuersionis, prius purgabitur igne purgationis.* Hic ignis, & si non sit æternus, miro tamen modo grauis est. Superat enim omnem pœnam, quam vnquam homo passus est in hac vita, vel pati potest. Legitur enim, quod fuit quidam Magister in Theologia, natione Anglicus, qui dixit, se vidisse quendã, qui dicebat, se fuisse in Purgatorio beati Patritii, qui de nullo, quod delectabile erat in Mundo, potuit gaudere, & sibi omnia Mundi delectabilia amara videbantur, & inter homines viuens, tanquam mortuus apparebat. Item aliud legitur exemplum, quod quædam mulier reuocata de purgatorio ad complendam pœnitentiam in ¶ X hoc seculo, in tantum se affligebat, quod habitauit in sepulchris, & in niue, glacie, & igne se inuoluebat. Cum autem diceretur ei interdum, vt sibi parceret, ipsa respondit, ꝙ omnes istæ præsentes pœnæ nihil essent, respectu illarũ pœnarum, quæ sunt in purgatorio. Tertia pars crucis est brachiũ dextrũ, per hoc significatur exercitiũ corporis, i. bona opera; dextera enim manus

manus ad quælibet opera est ap i-or, & pronior quam sinistra. Non debet ergo esse dies, in quo homo corpus suum in bonis operibus, non exerceat. Est enim corpus nostrũ terra optima, si exercetur non sicut ista terra nostra, quæ diu, & sæpe, & multis modis elaborata per annum, semel vna die fructus profert. Sed per corpus possumus quotidie fructus perferre, quos Angeli Deo offerunt, de quibus Deus multũ gaudet, & quibus nos valde ditabimur. Ideo dicit Sapiens. *Diligenter exerce agrum tuum.* Vnde etiã Psal. *Labores manuum tuarũ quia manducabis, beatus es &c.* Vnde sciendum quod feruenter, & diligenter operari debemus, & non ita pigre & tarde, sicut vsque huc fecimus, sed studiose, & solicite facere, exercentes omnes vires tam corporis, quam animæ in bonis operibus, & seruitio Dei, quia ad hoc creati sumus, vt Deo fideliter seruiamus. Tu enim non libẽter habes p gros, & somnolentes, ac diu dormientes famulos, qui tibi seruiunt pro modico pretio temporali, multo-minus Deus vult præmium æternum pigris, & somnolentis dare. Leo Papa in serm. *Non dormientibus prouenit regnum cælorum, nec otio & disidia torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur.* Vnde sciendum, quod pro temporalibus laborandũ est sine magna solicitudine, & cura inordinata sed pro æternis dẽmus laborare cum omni solicitudine, qua possumus. Hoc docuit Christus & fecit, quod patet, quia feruenter pro salute nostra laborauit triginta tribus annis vigilando, orando, prædicando, & seipsum multipliciter fatigando, Psal. *In laboribus à iuuentute mea &c.* Vnde libẽter debemus de mane surgere, & incipere feruenter operari. Nam aues incipiunt de mane ante ortum solis cantare, & Deum laudare. Vnde Amb. *Quis Christianus non erubescat, cum minutissimæ aues solenni deuotione ortum diei præueniunt?* Vnde Aug. *Indecens est, quod sol Christianum inueniat in lecto, si enim loqui posset, diceret, surge piger, ego iam perambulaui spaciũ terræ.* Vnde Ber. *Homo piger, & somnolentus est quasi imago mortis, & tales somnolenti de mane diu dormientes claudunt fenestras, & ponunt pannum ante lucem.* Ergo sicut hic diligunt tenebras, sic secũdum dictum Christi: *Eiicientur in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentiũ.* Tales pigri deberent attendere, ꝙ si octo dies continue in molli lecto bene præparato deberent iacere tædium haberent, quid tunc cum in igne infernali, & in profundo inferni æternaliter iacebunt & ardebunt? Ergo debemus nunc pro tempore gratiæ esse feruentes in operibus bonis. Vt autem in his bonis operibus perseueremus, tunc apponere debemus clauum, & iste clauus

Amb. in
Matth. 5

clauis est, cogitare gaudia nobis in cælis promissa. Aug: *Si labor terret, merces inuitat.* Hic nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur, nam ibi habemus gaudia multa magna, dulcia, & pretiosa. Et de ista materia quære ante serm. lii. P. Quarta pars crucis est reclinatorium capitis Iesu Christi. Per reclinationem illud significatur charitas, quam homo debet habere ad Deum, vt sicut Deus se reclinauit ad nos per charitatem, sic & nos econuerso, ad ipsum. Ista non debet habere clauū, quia dilectio nostra ad ipsum debet esse libera, quia iure multis de causis est à nobis diligendus. Et has causas quære ante sermonem cxix. P.

DE MARTIRIBVS.

Sermo. CLIII.

Quomodo opera bona, & pati tribulationes propter Deum non erit graue.

Sap. 15. STabunt iusti in magna constātia aduersus eos, qui se angustiauerunt.* Sciendum, quod in hunc mundum positi sumus, vt operarii, & meritum accumulare debemus per operationem, quam facimus, & per tribulationem, quā patimur, vt omnia opera nobis fiant, leuia scilicet de mane surgere, vigilare, ieiunare, orare, genu flectere, similiter & tribulationes pati, scilicet infirmitates corporis, vel persecutiones malorum, & tribulationes quascunque sustinere oportet, vt istæ nobis dulces fiant. ¶ A Et vt in eisdem patientiam seruemus, sicut isti sancti Martyres N N. Quorum hodie festum celebramus, tunc nobis quatuor sūt attendenda, quæ debent nos inducere ad laborandum, & aduersitates sustinendum libenter propter Deum. Primum est, breuitas præsentis, vitæ, quia omnia cito finiuntur cum morte. *Quæ est vita vestra, vapor est ad modicum parens.* Iac. 4. Vnde etiam comparatur vento. *Memento, quod ventus est vita mea:* Iob. 7. Ergo si solicite consideras tunc, hoc nihil grauabit quicquid egeris, vel quicquid pati oporteat, quia totum morte finitur mors cito appropinquat. *Quid in rebus humanis certius morte, & quid hora mortis incertius inuenitur?* Greg. super Ezech. Greg. *Etenim nobis conditor noster diem mortis incognitum esse voluit, vt dum semper proximus esse credatur, & tanto quisquis frequentior sit in operatione, quanto incertior est de euocatione.* Et consideratio breuitatis vitæ nostræ non solum inducit ad bonum operandum, sed etiam reducit à malo perpetrando. Aug. *Nihil sic reuocat à peccato, sicut frequens mortis meditatio.* Hiero. *Memento diē mortis tuæ, & non peccabis.* Qui se quotidie recordatur esse moriturum

tum, contemnit præsentia, & ad futura festinat. Considera ergo, quando in morte iacebis, quid tunc proderit, si habuisses fortunam Alexandri, potentiam Augusti, pulchritudinem Absalonis, fortitudinem Samsonis, longitudinem vitæ Adæ, sapientiam Salomonis, cum ex his omnibus nihil tecum feras, nisi tantummodo bona & mala, quæ fecisti; *Opera enim illorum sequuntur illos.* Aug. in serm. *Adam si adhuc viueret, & hodie moreretur, quid illi longitudo vitæ profuisset?* Considera etiam, si iam mori deberes, quid tibi noceret, quod adeo infortunatus fuisses, sicut Iob, qui multa infortunia sustinuit in rebus, in corpore, & filiis; sic infirmus, & pauper, vt Lazarus, qui iacebat ante ianuam diuitis plenus vlceribus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa ipsius diuitis patiens, & mitis, vt Moyses; castus, vt Ioseph, tribulatus in omnibus, vt Christus, & Maria, & si tot bona fecisses, sicut beatus Nicolaus, & sanctus Martinus, quid tibi noceret, cum Angeli animam tuam reuerenter susciperent, gaudenter deducerent, & Dominus pro omnibus actionibus & tribulationibus vitam æternã redderet? Ideo dum tempus hic habemus, operemur bonum, & sustineamus libenter, patienter tribulationes, infirmitates & paupertates, vt pro eisdem operibus & tribulationibus præmium nostrum augmentetur in cœlo. Nam corpus nostrum ad hoc nobis à Deo datum est, vt ei seruiamus operando bona, & sustinendo mala & aduersa patienter, vt sic consumamus corpus & vires corporis in seruitio Christi, quia oportet corpus nostrum consumi, & à vermibus corrodi. Nam vitrum vnum, quod est vas fragile, diutius seruaret quis, quam suum corpus. Et insuper perdit homo in morte omnes delitias corporis, diuitias, & honores. vnde Augustin. *Sic ætas nostra, & sic actus nostri, sic miseria nostra, sic fœlicitas nostra, sic honores, sic totum transit, Verbum autem Domini in æternum permanet.* Vnde etiam dicit Salomon: *Cuncta sunt vanitas.* Secundum est consideratio laboris & passionis Christi, qui pro te prius laborauit in terra. Greg. *Si passio Christi ad memoriam reducitur &c.* Si rex magnam trabem pro me portaret, non mihi graue esse deberet, si pro eo festucam portarem. Et Rex cœli & terræ portauit pro me magnam trabem, scilicet crucem, imo & spineam coronam, & quomodo ego passiuum laborem vel passionem pro eo non sustinebo? Vnde si graue est tibi manè surgere, & vigilare, cogita quomodo Christus sæpius propter te pernoctauit in orationibus; si graue est tibi ieiunare, cogita quomodo Christus ieiunauit in cruce, in die Parasceues,

Apocal. 14.

B

ues, de quo ieiunio dicit Psal. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Si graue est tibi durè iacere, vel vestem asperam induere, cogita lectũ crucis, in quo Christus expansus fuit, in quo non habuit, vbi caput suum reclinaret. Matth. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.* Similiter, si contingit, te aliquid pati, cogita, quia Christus multa pro te passus est. Nam si seruus videret dominum suum propter se multis vulneribus vulneratum, merito ipse etiam aliquid pati deberet propter ipsum. Et si infirmus es, & doles caput, cogita dolorem capitis Christi, quem habuit, quando cum spinea corona coronatus fuit. Similiter, si doles manu & pede, vel etiam quocunque membro corporis, cogita passionem Christi, quam sustinuit in suo corpore, & in suis membris. Similiter si sustines persecutiones à malis hominibus, qui tibi maledicunt verbis, vel verberant verberibus, cogita Christum hæc sustinuisse pro te: 1. Pet. 2. *Cùm malediceretur, nõ maledicebat, cùm pateretur, non cõminabatur.* Similiter, si paupertatem, vel nuditaté, vel frigus, vel esuriem, vel sitim sustines, cogita hæc Christum sustinuisse pro te, & erunt omnia opera tibi leuia, & omnes tribulationes tibi suaues erunt. vnde Bernhar. *Quid est homo, quod tibi suaue non videtur, si collegeris, & memoraberis omnes amaritudines Saluatoris?* August. lib. de vera relig. *Tota vita Christi in terris, qua per hominem gessit, disciplina morum fuit, omnia bona Mundi Christus contempsit, quæ contemnenda docuit, & omnia mala sustinuit, quæ sustinenda præcepit, vt in illis non quæreretur fœlicitas, neque in istis timeretur infœlicitas.* vnde etiam Bernh. *Christus ostendit tibi manus, vt facias, quæ fecit, latus, vt sentias, quæ sensit, pedes, vt ambules, quo perrexit.* ¶ C Tertium est consideratio futuri laboris, & pœnæ futuræ, quia per laborem, quem hic patimur, & tribulationes, quas hic sustinemus, liberamur à laboribus, & à pœnis æternis. De quibus dicit Psalmus: *Laborabunt in æternum, & viuent adhuc in finem.* vnde Greg. *Dum labore transitorio atterimur, perpetuo labore liberamur.* Sed otiosi & pigri, & steriles in bonis operibus, qui non exercent pedes ad ambulandũ in via Dei, & manus non extendunt ad laborandum opera bona, tales steriles excidentur sicut arbor infructuosa. De his pigris etiam dicitur: *Ligatis manib. & pedibus, &c.* Matth. 22. Similiter per tribulationes & pœnalitates, quas hic patienter sustinem⁹, liberamur à futuris pœnis, quas nos oportet sustinere in inferno, vel in purgatorio. Gr. *Misericorditer adhibet Deus temporalem seueritatem, ne æternam inferat vltionem.* Ideo hic quibusdã parcit,

vt eos in perpetuum feriat, ideo hic ferit non parcendo, vt in æternum parcat: vnde etiam Dominus dicit per Sapientem: *Minimum pro magno placeat tibi.* Nam omnes labores & tribulationes præsentes nihil sunt respectu futurorum dolorum & cruciatuum. Aug. *Nullus cruciatus pœnarum temporalium potest sempiternis iniquorum cruciatibus comparari.* Sed peccator non potest euadere, quin aut oporteat eum in futuro puniri, aut hic in præsenti; quia nullum malum impunitum. Et si peccator consideraret fortes & æternas pœnas inferni, leues reputaret labores, & pressuras huius Mundi. vnde Isid. in sino. *Intende animo quascunque seculi pœnas, quoscunque tormentorum dolores, & quascunque dolorum acerbitates, & compara hoc totum DE gehennæ, & leue est omne quod pateris.* Quartum est, consideratio futuræ mercedis. Nam grauis dieta videtur breuis mercenario, si in fine diei exspectat centum florenos, quod tamen parum est respectu æterni præmii. Greg. *Spes in æternitate animum erigit, & idcirco nulla mala, quæ exterius tollerat, sentit.* Chrys. *Si tempestas nautis, si vulnera militibus, si frigora agricolis, propter præmium temporale lenia sunt, quanto magis debent esse lenia propter præmium æternum?* Isid. de sum bon. *Qui vitæ futuræ præmia diligenter excogitat, mala omnia præsentis vitæ æquanimiter portat, quia ex illius dulcedine huius amaritudinem temperat.* Apostolus: *Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriã.* O quam miseri sunt illi, qui nihil volunt pati pro vita æterna. Chrys. *Si quotidie oporteret nos tormenta sufferre, adhuc non erat dignum omne, quod triste est modo, vt tanti boni, tantæque gloriæ participes haberemur.* Insuper quis non deberet omnia gaudia Mundi, omnes delitias corporis, omnes diuitias, & honores huius seculi spernere, vt Deũ in cœlo vna hora videre posset. August. *Tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta est iucunditas lucis æternæ, vt etiamsi non liceret in ea amplius manere, quam vnius diei hora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitiis, & etiam confluentia temporalium bonorum rectè meritò contemnerentur.* Ex his patet, quàm miseri sunt illi, qui modicas voluptates carnis, vel diuitias, & honores huius seculi præponunt gaudiis cœli. Vnde Bern. *Revera illud verum est gaudium, & solum, quod non de creatura, sed de creatore concipitur, quod cum possederis, nullus tollet à te, cui comparata omnis aliundè iucunditas mœror est, omnis suauitas dolor est, omne dulce amarum, omne decus fœdum, omne aliud, quod delectari possit, molestũ.* Quomodo ibi habebimus gaudia multa, pretiosa, & dulcia, hoc quære ante serm. 4. P.

Eccles. 19. Roman. 8 August. in lib. de lib. arbi. Bern. sup. Cant.

DE

DE VNO CONFESSORE.
Sermo CLIV.
De Iustitia.

Sap. 10. IVstum deduxit Dominus per vias rectas. Sciendum, quod si volumus saluari, oportet nos iustos inueniri. Ps. *Hæc porta Domini, & iusti intrabunt in eam.* Sed diceres, *Quid est iustitia?* Resp. secundum S. Petr. quod *Iustitia est virtus, vnicuiq; tribuens quod suũ est.* Et iustitiam tenere est honorificum & multum laudabile. vnde Aristot. *Pulcherrima virtutum est iustitia.* Pro quo sciendum, quod quilibet Christianus Deo tenetur tria, & proximo tria, & sibiipsi tria; & sic debet vnicuique quod suum est reddere, si vult saluari, & iustus inueniri. Primũ; quod quilibet homo tenetur Deo est obedientia. Nam sicut Adam expulsus est de Paradyso propter inobedientiam; sic nos debemus intrare cœlũ per obedientiam. Vnde quilibet tenetur Deo obedire in suis præceptis, quæ sunt scripta in manibus & pedibus hominis. In pedibus propter decem articulos pedum, in manib. propter decem digitos manuum. Ideo scripta sunt in prædictis partibus corporis ad designandum, q. præcepta diuina debent regulare in nobis per manuum operationem, ne in operib. nostris contra diuina præcepta faciamus, & dirigere gressus affectionis, ne præcepta diuina transgrediamur: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Et est sciendum, quod non solum Deo, & eius præceptis tenemur obedire, sed etiam Prælatis & præceptis Ecclesiæ loco Dei. vnde Bernh. *Obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur.* Vnde sciendum, quod quando sacerdos vel plebanus tuus præcipit tibi ieiunare, vel festiuare, tunc sic adimplere deberes, ac si Christus per se tibi præcepisset. vnde: *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Hoc isti non aduertunt, qui in diebus festis laborant, contra quos dicitur: *Non facies in eo omne opus.* Ex quo patet, quod quicunque Sabbathum violant laborando, vel etiam mercaturis intendendo, vel etiam qui vecturam in diebus festiuis exercent, sicut rustici, qui quandoq; ad quatuor vel quinq; miliaria vehunt in diebus festiuis; sic quod non audiunt Missas, vel sermonem. Et similiter, qui vadunt in diebus festiuis ad forum, & emunt & vendunt ex mala consuetudine, & propter lucrum temporale. Insuper qui sabbatinis diebus in nocte nimis diu laborant, & sic de aliis. Isti omnes grauiter Deum offendunt, & insuper punientur à Deo. Primo, in rebus temporalibus per infortunia, sc. quod captiuantur, vel à raptoribus spoliantur, vel equi eorum læduntur vel moriuntur, vel domus eorum igne cõburuntur, vel quod tempestas deuastat segetes eorum;

Marginalia: S. Pet. in quodã sermone. — Aristo. 5. Ethic. — Matth. 19. — Luc. 10. — Exod. 20.

vel alia infortunia talibus accidunt, quod sic depauperantur. Secundo puniuntur quandoque in corpore, vt sci. quandoque tales infirmantur per mensem, vel per duos, vel quandoque cadunt, & frangunt crura, vel brachia, & sic de aliis, tunc oportet eos festiuare, cum merito deberēt laborare, quia ante laborauerunt cum festiuare debuerunt. Salom. *Per quæ quis peccat, per hæc & punietur.* Tertio puniuntur in anima, quod est maximum, quia quotiens scienter festum soluunt, totiens mortaliter peccant, & animam propriam occidunt. *Exod. 31.* *Qui polluerit sabbatū morte moriatur.* Quod Deo multum displiceat violatio festiuitatū, patet per tale exemplum. Vnde legitur in veteri testamento Num. 15. quod tempore Moysi, & Aaron factum est cum filii Israel essēt in solitudine, & inuenissent hominē colligentem ligna in die sabbati, obtulerunt eum Moysi, & Aaron, & vniuersæ multitudini, qui eum recluserunt in carcerem, nescientes quid de eo facere deberēt; Dixitq; Dominus ad Moysen. *Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cumq; eduxissent eum foras, obruerunt lapidibus, & mortuus est, sicut præceperat Dominus.* O si omnes illi iam lapidari deberēt, qui festa soluunt, quot nunc essent lapidādi, cū multi sunt, qui iā minime festa curant. Et sciendū q; hi, qui iam diebus festiuis peccant, grauius peccant, quam si aliis diebus peccarent, sicut qui chorizant in diebus festiuis q; maius est peccatum, quam laborare manibus. Aug. *Melius est in die dominica arare, quam chorizare.* Idem etiam Aug. *Omnis motus petulās, et saltus est in profundū cloacæ.* Ideo quāto altius in chorea saltaueris, tanto profundius ad infernū cederis. Vnde exemplum legitur de chorea, quod in Episcopatu Cameracensi quædam puella cantilenis, & choreis assidua erat, & per cantum & pulchritudinem corporis ad malam concupiscentiam multos alliciebat. Quam semel cantantem in chorea confestim turbo rapuit, & in altum deferens illam, spiritus maligni crudeliter verberabant, & diuersis flagellis, ac diuersi modo flagellabant, ictus quidem audiuerunt plurimi, sed videre nō poterāt, & flentem mulierem audierunt in aere clamantem, & eiulantem. Et post modicum interuallum cecidit mortua, nimis horribilis ad videndum, quia collum, & omnia membra eius fuerūt crudeliter fracta. Sed aliqui sunt qui volunt se excusare à peccatis suis, dicentes ante centū annos homines chorizauerunt, sic & hodierna die merito facere possunt. Quib' respondeo, quod etiam ante centum annos homines ad infernum descenderunt, sic & ad huc hodierna die faciunt, quia malus vsus nō

excu-

excusat peccatum sicut dicitur in decret. *Consuetudo male inuenta, quãto diuturnior, tãto periculosior* Vnde etiam Isid *Consuetudo autoritati cedit, prauũ vsum lex, & ratio vincit.* Nam ratio humana dictat choreã esse peccatum, quãuis consuetudo approbet, tamen remorsus cõscientiæ contra dicit: Greg. *Hoc erit in consuetudine illicitũ, quod ratione constat esse prohibitum.* vnde illi stultè faciũt, qui choream asserunt, non esse peccatum. Vnde legitur exemplum, q; quidam iuuenis, audito in quodam sermone, quod chorea esset inferni ianua, & contrà ipse asserebat, eam esse portam consolationis, & temporalis lætitiæ, & non esse verum, sicut Sacerdos in sermone dixit, quem ideo in proxima chorea lapis angularis coram omni populo cadens super eũ, interfecit, & terra in conspectu totius populi eum absorbuit. Similiter illi grauiter peccant, qui diebus festiuis visitant tabernas, & se inebriant, cùm tamen omnis ebrietas, quæ ex proposito fit, semper sit peccatum mortale, & est grauius peccatum in die festiuo, quàm in alio die. Similiter illi, qui diebus festiuis exercent suam luxuriã, & carnis voluptatem. vnde narrat Greg. quod quædam legitima à suo viro legitimo sabbatho de nocte cognita, cũ die dominica se processioni iungeret, à diabolo accipiebatur, & multum vexabatur; & si hoc fit legitimis personis, quanta pœna concubitus illegitimus plectendus est? Similiter intelligendum est de ieiunio, quod à Presbytero præcipitur, vt cum diligo corpus in tantũ, quod contra præceptum Ecclesiæ paratus sum comedere diebus ieiuniorum, cum tamẽ bene possem ieiunare, & nolo corpus meũ tantum grauare, & sic soluo ieiunium sine causa, ab Ecclesia præceptum. vnde *Herman. de Schilditz* dicit, quod quando quis inordinatè gulę vel concupiscentiæ inhæret tanquam vltimo fini, ita quod talis cõtemnens Deum, paratus sit præcepta Dei & Ecclesiæ transgredi, vt delectationes gulę assequatur, talis grauiter peccat. Nam quicunque soluit ieiunium ab Ecclesia præceptum sine causa & ratione, & ex contemptu non vult obedire, peccat mortaliter, toties quoties. Pro quo sciendum, quod quando sabbatho die, vel quinta feria occurrit ieiunium ab Ecclesia præceptum, & si qui feriam sextam nõ possunt simul ieiunare, tunc simplici sexta feria debet comedere, & ieiunium præceptum ab Ecclesia debent seruare, ad quod tenentur sub præcepto. vnde Hier. *Ingratum est Spiritui sancto, quicquid Deo obtuleris, neglecto eo, ad quod teneris.* Et in hoc plures hoĩes simplices errãt, qui simplicem sextam feriam ieiunant, & ieiuniũ ab Ecclesia præceptum soluũt. Secundo, quilibet tenetur Deo satisfacere pro offensis, quibus

24 quæst. schisma.

Gregor. in Dialogo.

quibus eum sæpius offendit peccando. Sed diceres. *Quomodo possum Deo satisfacere, cum tam simpliciter, & grauiter contra Deum deliqui?* Respondeo, quod Deus est misericors. Nam quando veraciter ista tria sunt in te; Primo, quod doles de omnibus peccatis præteritis. Secundo quod proponis amplius nũquam velle peccare mortaliter. Tertio, quod proponis confiteri, & satisfacere secundum consiliũ confessoris, tunc Deus ex sua misericordia indulget tibi omnia peccata tua. Ezech. *In quacunq; hora peccator ingemuerit &c.* Ergo nullus debet desperare,
Ezech. 18. etiã quãtũcunq; magnus peccator sit Bern. *Maior est Dei pietas, quã quæuis iniquitas, sicut enim scintilla in medio maris, ita ad misericordiam Dei õnis malitia hominis.* Imo gaudium est Angelis, & omnibus sanctis in cœlo de contritione, & conuersione peccatorum. *Gaudium est Angelis Dei super vno pecca-*
Luc. 15. *tore penitentiam agente* Berna. *super Cant.* Gaudent Angeli in conuersione peccatorum, salutem hominum sitientes. Lachrymæ enim pænitentium sunt vinum eorum. Tertio tenetur, quilibet Deo ex charitate regratiari de suis beneficiis. Vnde Ber. *Dignum est Deo semper gratias agere, qui nunquam cessat nobis benefacere;* Vnde quilibet quandocunq; vtitur aliquo beneficio Dei, hoc faciat cum gratiarum actione, sicut cum sumimus cibum, vel po ũ vel induimus vestimentum, & sic de aliis. Sed heu plures sunt ingra i qui beneficia Dei nõ recognoscunt, sed vtuntur donis Dei sine gratiarum actione, de quibus Aug. dicit in lib. de ciu. Dei. *Quisquis beneficia Dei non videt, cæcus est, nec laudat, ingratus est quisquis in laudando reluctatur, insanus est.* Sicut, heu, plures sunt, qui abutuntur beneficiis Dei peccando contra Deum, qui in hoc grauiter Deum offendunt. Vnde ipse dicit super Psal. *Retribuebant mihi mala pro bonis, quia Deus benefecit illis dando illis sanitatem, fortitudinem corporis, diuitias, & honores, & ipsi male fatiunt peccando cum eisdem donis contra Deum & his stipendiis quæ à Deo recipiunt, Diabolo seruiunt.* Et tales sic ingrati merẽtur priuari iam habitis, nec sunt digni de recipiendis. Vnde Aug. dicit. *Quod Deus dedit gratis, tollit ingratis.* Vnde Bern. *Accipiendis, indignus est qui fuerit de acceptis ingratus.* Ergo si alicui aliquod infortunium acciderit, sicut cum tempestas segetes deuastauerit, vel equi, vel vaccæ moriuntur, vel aliquod quodcunque infortunium, sibi in corpore vel in reb., acciderit, hoc ipse peccatis suis adscribere debeat, quia antea de beneficiis Dei ingratus fuit, & dona, & beneficia Dei male expendit. Ergo Deus hoc infortunium super eum permisit, vt diceret cum Psal. *Iustus Dominus in omnibus*

omnibus viis suis & sanctus in omnibus operibus suis. Ex quo patet, quod quando volumus, quod Deus nobis dona, & beneficia sua multiplicet tūc dēmus antea de præceptis Deo regratiari. Chry.. *Gratiarum actio est innitatio ad plus dandum.* Et præ omnibus beneficiis *Dei* debemus *Deo* gratiarum actiones referre de sua amara morte, & passione, quia hoc est *Deo* valde acceptum, & homini valde meritoriū Albertus Magnus. *Simplex recordatio, seu meditatio Passionis Christi plus valet, quam si quis integrum annum ieiunaret in pane, & aqua, vel si quotidie virgis vel flagellis cæderetur vsque ad effusionem sanguinis vel si quotidie diceret vnum Psalterium.* Vnde sciendum, quod quando homo est contritus, & verus pænitens, tunc non potest maius seruitium *Deo* exhibere, quam suam amaram mortem, & passionem deuote meditari. Vnde quilibet homo omni die debet habere specialem memoriam de passione Christi, & eum petere, vt ipse ordinet statum suum in bonū finem, vt fructu passionis eius non priuetur. Et quicunq; vellet honorare passionē Christi, & orare tot Pater noster, quot vulnera Christus sustinuit, tunc deberet orare per integrum annun singulis diebus 15. Pater noster, & completo anno, tunc cuilibet vulneri Christi obtulisset vnum Pater noster. Et hoc esset *Deo* valde acceptum, & homini meritorium. Nam quicunque libenter honorat, & meditatur passionem Christi, vel audit libēter loqui de passione Christi, talis debet habere bonam spem quod Christus ordinabit adhuc statum suum in bonum finem. Itē sciendum, quod, heu, plures mali Christiani sunt, qui passionem Christi non honorant, sed Christum & rursum crucifigunt, vt sūt illi blasphematores, qui iurant per vulnera, per mortem, & per sanguinem Christi. Tales Christiani peiores sunt Iudæis, qui tantū semel Christum crucifixerunt, sed Christianus blasphemus totiens Christum crucifigit, quotiens execrabiliter iurat. Apost. *Rursum crucifigentes filium Dei.* Augustin. Non minus peccant, qui Christū blasphemant, regnantem in cælis, quam qui eum crucifixerunt, ambulantem in terris. Item blasphemi sunt, deteriores canibus, quia canes non mordēt suos *Dominos*, qui eis bene faciunt, applaudunt ipsis, sed blasphemus eodem ore, quo vinum bibit, & beneficia *Dei* recipit, *Deum* blasphemat Psal. *Retribuebant mihi mala pro bonis &c. Pascet, & potabit ingratos, & adhuc amara audiet.* Mirum est quod *Deus* vnquam permittit crescere vinum in abundantia, cum tot blasphemiæ sibi à potatoribus vini feruntur, qui seipsos inebriant, & postmodum grauiter *Deum* blasphemant. Item blasphemia

Chry sup. Matth.

Heb. 6.

Ecc. 41.

mia, est peccatum diabolicum, *Blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus.* Hoc intelligitur de illis, qui sunt in inferno, qui propter magnitudinem doloris, & pœnæ Deum blasphemāt, ergo blasphemia est loquela infernalis, & blasphemus habet linguam diabolicam, quia Diabolus loquitur per blasphemum, sicut spiritus sanctus loquitur per hominem bonum, & deuotum. Vnde *Matth. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* Quomodo autem blasphemia, & illa iuramenta, scilicet dicendo per Deum, & per omnes sanctos, sint mortalia, vel venialia, Hoc quære ante sermo. cxxiii. F. Item quomodo blasphemi punientur à Deo, & parentes, qui permittunt pueros suos iurare, & blasphemare, & alii homines Christiani, qui permittunt in domibus suis Deo contumelias inferri, quam grauiter peccent, Hoc quære ante ser. cxxii. I. Quantum ad secundam partem istius sermonis, sciendum, quod tria tenemur proximo. Primo, tenemur eum diligere, & ei offensam propter deum dimittere. Nā ōnes sumus fratres, ergo fraterna charitas, & fidelitas debet esse inter nos, quia omnes sumus à Deo creati, & ab Adam, & ab Eua progeniti, & omnes habemus vnam & eandem fidem, vnum baptisma, vnam hæreditatem, & patriam in cœlo, vbi vnus alterum corde intimo diliget, plusquam hic pater & mater vnquam dilexerunt filios suos. Nam omnes nos mutuo diligimus, & cognoscimus in cœlo, etiam qui ante centum, vel mille annos vixerunt. Nam hic charitas incipit, & ibi in cœlo perficitur, quia illic perfecte vnusquisque diligit suum proximum, & propter illam charitatem tunc gaudet de merito alterius. *Anselm.* Vnusquisque intantum gaudet de alterius merito. quantum de suo proprio? & illa charitas, quam in cœlo tunc simul habituri sumus, debet nos inducere ad diligendum proximum in præsenti, amicum in Deo, & inimicum propter Deum, contra hoc faciunt illi, qui nolunt indulgere suis offensoribus, sed semper cogitant de vindicta super proximos. Et tales stant in malo statu, quia per rancorem illum, & vindictam omnia bona opera sua perdunt, & mortem æternam incurrunt. *Qui non diligit fratrem, manet in morte.* Idem, *Qui odit fratrem suum, homicida est* sub *.sui ipsius.* Ex quo patet, quod si volumus saluari, oportet nos indulgere inimicis nostris, & habere charitatem & fidelitatem ad proximos, sine qua charitate fraterna, nemo videbit Deum. Secundo, tenemur proximis, si volumus iusti inueniri quod non debemus eis nocere

Apoc. 16.

Iohan. 3.

nocere, neque in rebus, neque in fama, neque in verbis, neque in factis. Nam qui infert proximo damnum in reb. suis facit contra septimum præceptum, vbi dicit, *Nō furtum facies*. Circa quod quæritur, vtrum in re parua cōmitatur furtum, sicut in re magna? De ista materia quære sup. ser. cxliii. B. Similiter, non debes proximo nocumentum in fama inferre, ei detrahēdo, quia detractio est maius peccatum, quam rerū ablatio. Et hoc quære sup. ser. xci. F Tertio, quilibet tenetur dicta & facta proximi in meliorem partem interpretari. Vbi quæritur vtrū omnia dubia in meliorem partem sunt interpretanda, & vnde oritur iudicium temerarium, & quam grauiter peccant qui proximos suos sic iudicant. De ista materia quære s. xc. B, D. Quantum ad tertiam partem istius ser. sciendum, quod quilibet, qui vult iustus inueniri, tenetur tria sibiipsi, s. quod cum istis trib. scilicet cum bonis temporalibus, cum corpore, & cum anima mereamur vitam æternam. Hoc quære ante ser. cl. N.

Item de vno Confess. Ser. CLV.

Quomodo tenemur seruire Deo.

Matth. 25. S*Erue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Sciendum, quod dominus Deus creauit cuncta ad seruiendum sibi, ps. Q *Quoniam omnia seruiunt sibi. Omnia obediunt ei.* Etiā gaudet in in omnib, quæ fecit, quoniā omnia sibi seruiunt. *Lætatus sum in omnibus &c.* Plus tamen diligit seruitium duarum creaturarum, quam omnium aliarum creaturarum, videlicet hominis, & Angeli. quib. solis pro mercede dat vitam æternam. Ratio autem huius est, quia hæ solæ seruiunt ei ex libero arbitrio, & ex amore. De seruitio omnium creaturarum dicitur. *Adonay. Domine magnus es tu, tibi seruit omnis creatura, & non est, qui resistat tuæ voluntati,* nisi duæ creaturæ, s. Angelus malus, & homo malus. Hæ duæ libentius seruiunt vilissimo inter omnia. s. peccato, quam Deo optimo omnes creaturæ seruiūt ei. Nam ei seruiunt Angeli, & Archangeli, & omnia superiora, Sol & Luna, aer & terra, & omnia quæ in eis sunt, & omnia media, purgatorium seruit ei purgando venialia, infernus vindicādo pro eo mortalia, & sic de aliis. Sed vt dixi, solis duabus creaturis dat vitam æternam pro suo seruitio, plus tamen gaudet de seruitio hominis quam angeli, quoad hoc, quia licet Angeli seruiant ei ab initio mundi ad finem, homines vero tempore breuissimo, s. 10. vel 20. vel 30. vel 40 vel 70. ānis, tamē remunerat homines tantū pro illo breuissimo seruitio, quantum Angelos pro illo longissimo. Et quæ est ratio? quia sic placet diuinæ

Eccl. 13. Sap. 5. Iudith. 16.

beneuolentiæ. Et quia non solum seruit ei homo ex dilectione, sicut Angeli, sed etiam cum multo labore, quod non facit Angelus. Plus enim laborat homo in vnius diei seruitio, quàm omnes Angeli laborauerunt à mundi initio. Ideo singulariter delectatur Deus in operibus bonis, quæ homines faciunt, iuxta illud: *Delitiæ meæ sunt, esse cum filiis hominum*: quod similiter cum dolore & dilectione seruiunt sibi. Vnde etiam habebunt duplicem stolam, scil. glorificationem corporis & animæ. In tãtum enim diligit & gaudet Deus de hominis seruitio, vt omnis lætitia omnium patrum de filiorum suorum profectu, siue sint Reges, siue Papæ, siue Episcopi effecti, & huiusmodi; imo siue sint suscitati à mortuis, siue curati ab infirmitatibus grauissimis, modicum vel nihil sit respectu gaudii, quod habet Deus, cum aliquod boni facit iustus. *Exultat gaudio pater iusti.* Vnde pro præsenti serm. tria sunt dicenda. *Primò*, quare meritò Deo seruire debeamus. *Secundò*, Deus principaliter seruitia requirit à nobis, vt ei R℟ placeamus. *Tertiò*, exemplum.

Sap. 8.

Prouer. 23.

Quantum ad primum, sciendum, quod merito debemus Deo seruire propter sex. Primo, propter creationẽ, quia propter hoc Deus nos creauit, vt ei seruiamus. Psal. *Ipse fecit nos, & non &c.* Nam ad seruiendũ sibi concessit nobis corpus cum membris, scil. pedes ad ambulandum, manus ad palpandum, oculos ad videndum, os ad loquẽdum, & sic de omnibus aliis, & ista omnia membra & vires corporis & animæ exercenda sunt in seruitio Dei, & qui aliter vtitur membris suis, quàm ad quod Deus sibi concessit, fur est coram Deo. Hoc illi aduertere deberent, qui exhibent membra ad seruiendum mundo potius, quàm Deo. Secundo, tenemur seruire Deo propter emptionem, quia pretioso sanguine suo emit nos ad seruiendum sibi. *Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Oportet ergo, quod Domino seruiamus, quod ei sanguinem suum, quem pro nobis fudit, persoluamus, alioquin sanguis eius aget contra nos in die iudicii. Tertio tenemur seruire Deo propter impensi seruitii recompensationem. Nam recompensare debemus Deo seruitium, quo ipse nobis prius seruiuit: *Seruire me fecisti in peccatis tuis prebuisti mihi laborem, iniquitatibus tuis.* Omnia enim, quæ Christus fecit in carne, quasi quædã seruitutes fuerunt, videlicet, quod fleuit, prædicauit, orauit, ieiunauit, quod infirmos curauit, quod dorsum suum percutientibus exhibuit, quod faciem suam conspui permisit, quod patibulum suum ipse portauit, & amaram mortem in patibulo crucis sustinuit, insuper seruit nobis cum corpore & sanguine suo, in

1. Cor. 6.

Esa. 43.

præsenti

præsenti vita, & etiā in agone nos cibando. Quare merito sibi è conuerso seruire tenentur, ex quo nobis hic triginta tribus annis seruiuit. Quarto tenemur Deo seruire propter promissionis obligationē. Promisimus enim ei in baptismo, quod ei seruire velimus. vnde Ps. *Redde altissimo vota tua.* Multò enim melius est, non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Quinto tenemur Deo seruire propter quotidianam beneficiorum erogationem, quæ omnia nemo explicare valet. Psal. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Nam Christus benefacit nobis quotidie, dando nobis sanitatem corporis, diuitias rerum, & tolerando nos in peccatis ad pœnitentiam. Insuper benefacit nobis cum creaturis. Nam terra benefacit sustinendo & pascendo nos, dum viuimus, & hospitando nos vsque ad iudicium post mortem. Aqua nobis seruit lauando, & potando; aer flatum dando; ignis calefaciendo, illuminando, nociua comburendo, & cibaria coquendo: Seruiunt etiam nobis cœlestia, Sol in die; Luna & stellæ in nocte. Etiam supercœlestia seruiunt nobis. vnde:
Hebr. 1. *Nonne omnes administratorii sunt spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* Hoc totum facit nobis, vt ei seruiremus. Sexto, tenemur seruire Deo propter æternæ mercedis exspectationem. vnde: *Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Matth. 5. Nam Christus exaltaturus est sibi seruientes. Hoc patet primo in exaltatione sanctæ Crucis, quæ seruiuit Christo breui tempore, & duro seruitio, & ita exaltata est à Deo. August. *Crux transit de pœnis latronum ad frontes Imperatorum.* Quid faciet suis fidelibus, si tantum honorem contulit pœnis suis, scilicet clauis coronæ, lanceæ, & cruci? Secundo patet, quod Christus exaltaturus est sibi seruientes, quia seruos suos reputat suos fratres & sorores: *Quicunque fecerit voluntatem Patris* Matth. 12. *mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est.* In quo Christus multū dissimilis est diuitibus Mundi huius, qui sibi seruientes videntur, non reputare homines, imo minus charos videntur habere eos, quàm iumenta sua. Tertio, patet per dictum Euangelii, quod est dulce verbum: *Vbi* Ioan. 12. *sum ego, illic & minister meus erit.* Non sic faciunt diuites huius seculi, qui magnum dedecus sibi reputant, si ministri eorum sedeant cum ipsis ad mensam eorum. Quarto, qui ipse redditurus est vicem sibi seruientibus. Cum enim quieuerunt à ministerio, ipse eis ministrabit, iuxta illud: *Et transiens mini-* Luc. 12. *strabit illis.* Vnde sciendum, quod si aliquis mille annis ministraret Christo, vt ipse vnica hora è conuerso

uerso ministraret ei in cælo, hoc non esset nimis, & tamē pro singulis horis, quibus ei ministrabimus, si in bono perseueramus, ministrabit ipse nobis plusquam centum millia annorum. Et hæc ministratio est faciei eius ostensio, de qua dicit psal. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Nulli etiā vtilius seruitur, quia sibi fideliter seruiētib. dabit regnum æternum. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro, parare vobis regnum*: & hoc regnum habet bona omnium regnorum. *Psal. Regnum tuum, regnum omnium sæculorum*, imo intantum remunerat, vt dicat cuidam seruo sibi fideliter seruienti, scilicet Abrahæ & similiter adhuc vnicuique. *Suspice cælum & numera stellas si potes.* quasi dicat sicut nec potes numerare stellas, sic nec multitudinem remunerationum mearum, quas dabo mihi seruientibus, imo, vt plus dicam, tantam mercedem dabit, vt nullus hominum in terra, vel angelorum in cælo hanc valeant ad plenum æstimare, vel numerare. *Nescit homo pretium eius*, Sequitur *volucres quoque cæli*, id est Angelos, *latet.*

Luc. 12.

Iob. 27.

T¶ Quantum ad secundum, sciendum, quod Deus principaliter sex seruitia requirit à nobis, vt ei placeamus. Primum seruitium est vt peccata pręterita per pænitentiam diluamus, quia nullum seruitium sine illo placeat Deo, ergo oportet nos contritionem, confessionem, & satisfactionem habere de peccatis præteritis. vnde *Isidorus. Ille pænitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitima plāgit.* & nihil est, quod Deo intantum placet inter omnia in peccatore, sicut pænitere, & amplius a peccatis cessare. Hoc sic probatur, quia si dares Deo omnia bona temporalia quæ habes, & omnes pauperes pasceres, & infinitas Ecclesias, & monasteria construeres, Deo totū hoc non placeret, nisi pæniteres, & à peccatis cessares. Secundum seruitium est, vt vitiis viriliter resistamus, hoc seruitiū supra modū diligit Deus. Et in signum huius tunc remunerabit vnāquamq; victoriam, quam quis habet pugnando contra vitia. *Bernardus. Quotiens restiteris totiens coronaberis. Ambro. Corona proposita est, subeunda sunt certamina, nemo poterit coronari, nisi viceret*, Tertium seruitium est, vt mundum & omnia quæ mundi sunt, toto corde spernamus. Sed diceres quomodo hoc fieri debet? Respondeo, quod homo cogitare debet mortē propriā, & sic facillime potest contemnere mundum & omnia quæ in eo sunt. Vnde *Hier. Facile contēnit omnia, qui se cito nouerit moriturum.* Vnde memorādum est homini, quod nudus vadit illuc, & hoc valet cōtra auaritiam. Vnde *Iob, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, Et nudus*

Isid. de summo bon.

Iob. 1.

& nudus reuertar illuc. Si enim haberes centum millia florenorum, quid tibi prodessent, cum nullum tecum reciperes? Quod autē homo sub terra sepelietur, hoc valet cōtra superbiā. *Quid superbis terra & cinis?* Et q, homo erit cibus uermiū, valet cōtra voluptates carnis, quare n. sic delicate nutris corpus tuū; quod in breui erit cibus vermium? *Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & soror mea vermib.* Quartū seruitium est, q, in bonis operib. iustitiæ, misericordiæ, & deuotiōis exercitemus nos misericordiæ quo ad pauperes, quib. subuenire debemus, deuotionis, quo ad meditationem passionis Christi. Quintum seruitium est, vt studiose virtutibus resistamus. Aliud enim est in bonis operibus se exercere, aliud virtutibus insistere, licet vtrumq; ex altero crescat, & proficiat, sicut ex semine & spica seges crescit, sic & se habent bona opera, & virtutes. Ex operibus enim bonis virtutes proficiunt, augentur, & roborantur, & ex virtutibus bona opera pullulant, sicut cum quis est patiens in aduersis, humilis in prosperis, & charitatiuus ad Deum, & ad proximum. Sextum seruitium est, vt Deo per puram conscientiam fideliter inhæreamus. Nam quid est melius in rebus, quam bona & pura conscientia? *Bernar. Magnæ diuitiæ sunt bona conscientia.* Et re vera quid in rebus melius, quid in corde dulcius, quid in terra quietius, atque securius bona conscientia? Si econuerso, quid est peius, quam habere malam, atque lætam conscientiam? Vnde *Isidor.* dicit. *Nulla pœna grauior est, mala conscientia.* Vis autem nunquam esse tristis, viue bene, bona conscientia gaudium semper habet, reus animus nunquam est securus. Quantum ad tertium ¶ V nota exemplum, omnia seruitia quæ facimus, non debent principaliter fieri propter cœlum lucrandum, nec propter infernum euadendum, sed solum ex charitate Dei, quæ debet nos mouere ad seruiendum Deo. Vnde legitur in vitis patrum, quod duo erant fratres, iuuenis, & antiquus, iuuenis erat verus seruus Christi, & diabolus inuidens ei venit ad antiquum dicens: Ego sum Angelus Dei, & habeo tibi referre aliqua ex iussu Dei, de quibus maxime doleo. Scias, quod frater tuus iunior est filius damnationis æternæ, & seruitium suum, quod exhibet Deo, sibi non prodest, ad vitam æternam, & hoc dicto, recessit, & antiquus post hoc quandocunque vidit iuuenem, semper ingemiscebat, quo considerante, tandem dixit Frater mi, quare tristitiā ex aspectu meo habes? Respondit, & dixit ei sicut sibi reuelatum fuit ab Angelo malo. Qui respondit: *Noli tristari, Si enim debeo damnari, damnabor, si saluari saluabor, sicut Deo placuerit ita faciat.*

Eccles. 10.

Iob. 16.

Isid. de summo bono.

Non enim seruio Deo propter regnũ cœlorum, sed propter suam charitatem & bonitatem, quam habet ad me, & propter suam paßionẽ, quam sustinuit propter me. Si vult mihi dare regnum cœlorum, potest, si infernum, iterum potest. Et sequenti nocte venit Angelus Dei, & manifestauit seni, quod alter Angelus fuisset diabolus, & dixit sibi, quod ille iuuenis ex illa constantia magis metuisset, quam prius omnibus diebus vitæ suæ vnquam metuisset.

DE CONFESSORIBUS.

Sermo CLVI.

Quod pœnitentiam non debemus differre.

Luc. 12. Mat. 24. Marc. 13. *Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.* In verbis præmissis monemur ad pænitentiam, & ad vitæ emendationem, vt sc. præparemus nos ad mortem, vt nos Dominus cum venerit, paratos inueniat, sicut ille sanctus Confessor N. paratus inuentus est. Vnde dicit Dominus ad nos: *Estote parati &c.* X ¶ Pro quo sciendum, quod non debemus differre pœnitẽtiam nostram vsque ad mortem, nec etiam debemus in peccatis perseuerare, sed cito à peccatis resurgere, & hoc propter quinque. Primo, quia quanto diutius quis manet in peccatis, tanto plus oneratur. Vnde Greg. Peccatum, quod per pænitentiam non diluitur, mox suo põdere ad aliud trahit. Et ideo postmodum minus potest resurgere à peccatis cum semper peccatis aggrauatur. Psa. *Appone iniquitatẽ super iniquitatem &c.* Id. non potest pondus leuare cũ paruum est, quõodo leuabit quãdo maius est? Insuper status peccatoris valde periculosus est. vnde legitur. Quæsiuisse dominum ab Adam. cum ipse peccasset, vbi esset, ad designãdum, quod peccator debet seipsũ quærere, vbi sit, an in bono statu, an in malo. Et cum considerat statum suum periculosum, hoc admonere ipsum debet ad pœnitentiam agendam. Quod autem peccator stat in magno periculo potest ostendi. Primo in hoc, quod omni die dietam facit ad æternam damnationem. Ergo peccator merito debet cogitare vias suas, quo vadat, & conuertere pedes suos iuxta illud Psal. *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua.* Item quia peccator est in terra inimicorum suorum, quibus se subiecit peccando. Vnde August dicit, *Audacior est qui cum vno peccato mortali dormit, quam qui cum septem hostibus de morte sua inuicem obligatis confligit.* Item peccator cum se diligenter inspicit, & considerat, tunc est magnis in angustiis positus. Nam si supra videt, cognoscit Deũ quẽ offendit, qui sibi multa bona facit. & ipse

Gen. 3. Aug. de verb. Dom.

mihi mala pro bonis &c. Si intra, in-
fernum, quē certitudinaliter meruit & sine dubio habebit, nisi Dominus eum adiuuerit. Vnde Psal. *Nisi Dominus adiuuisset me paulo minus habitasset in inferno anima mea.* Nam peccando homo appropinquat ad portas inferni Psal. *Appropinquauerunt vsque ad portas mortis.* Nam inter animam peccatoris, & infernum nullum est medium, nisi egressus animæ à corpore, & in puncto regressus ad infer-
Iob. 21. num. vnde: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Si retro, tunc videt tempus, quod inutiliter expēdit, in quo diabolo, & mundo seruiuit. Ber. *Nihil pretiosius tempore.* Si ante, tunc videt, & cognoscit mortem propriam, & extremum iudicium, vbi Deo redditurus est rationem de omnibus cogitationibus, verbis, & operibus nisi hic emendauerit, & satisfecerit. Secundum quod debet nos monere ad præparandum nos ad pænitentiam, dum sani sumus, est hoc, quod qui non vult pœnitere, dum sanus est, & potest, quandoque demeretur, quod non potest, quando libenter vellet, sc. quando distulit vsque ad mortem, quia tunc præ nimio dolore impeditur vsus rationis, quod obliuiscitur animæ propter nimium dolorem, quem habet in corpore. vnde Greg. *Cum ægritudine deprime-*

[illegible]
runt. Vnde etiam Alb. Magnus. *Vna potentia existente in actu, alia minus possunt.* Ibi autem tactus maxime patitur infirmitatem dolorum corporis, quare intellectus minus potest iudicare de præteritis. Vnde Arist. *Terribilissimum omnium terribilium est mors.* Vnde Arist. 3. Ethic.
propter minimum dolorem quandoque homo in agone obliuiscitur sui ipsius, & etiam Dei, & Mariæ, & omnium sanctorum. Vnde Hiero. *Quia illic capitur intentio mentis, vbi est vis doloris.* Vnde multotiens homo præ nimio dolore corporis perdit vsum rationis in agone, quære ante serm. lxxix. O. Tertium, quod debet nos admonere, quod non differamus pænitentiam nostram vsque ad mortem est, quod si quis in agone pænitentiam agat, tunc incertum est vtrum ex timore, vel amore seruili pæniteat. Vnde Alb. Magnus. *Rarum est quod aliquis ex amore in fine vitæ suæ pæniteat.* Vnde etiam Pet. de Pau. dicit. *Raro*, inquit est. *Quod in morte incipiat vera pænitentia,* Aug. *pænitentia in morte satis periculosa est, quia non inuenitur in sacra scriptura, nisi vnus scilicet latro, qui in fine vere pænituit. Ille, vt nullus desperet solus, vt nullus præsumat, quia in sano homine pænitentia est sana, & in infirmo infirma, & in mortuo mortua.*

Ttttt Idem

Idem *Aug.* Si quis positus in vltima voluntate voluerit accipere pœnitentiam, fateor, non illi negamusq; petit, sed nõ possumus securitatẽ dare, q; bene hinc exeat. si securus hinc exeat nescio, pœnitentiã dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Nunquid dico damnabitur, sed nec dico saluabitur, vis ergo à dubio liberari? vis quidem incertum euadere? age pœnitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quod securus es. Nam si Deus videt illam intentionem in corde peccatoris in morte, quod si speraret de infirmitate euadere, vellet viuere sicut prius in peccatis, & si videtur conteri vel confiteri, & disponere testamentum, & eleemosynas elargiri, & promittere satisfacere læsis, & inungi, & cõmunicare, & inuocare sanctos, si inquam, hæc omnia facit tantũ, quia timet cito mori, & æternaliter damnari, & nulla dilectio Dei, vel odium peccati mouet eũ, quin si diutius daretur ei viuere, vellet & diutius peccare, æternaliter damnabitur, quia sola charitas est, quæ saluat hominem, non timor seruilis. Exemplum legitur, quod quidam valde delicatam vitam duxit, & alia multa peccata perpetrauit. Tandem per infirmitatem tactus, timore mortis confessionem fecit, peccata defleuit, emendationem vitæ promisit, viaticum accepit, & inunctus est, & mortuus. Cũ corpus vtpote nobilis, & diuitis viri cum magna pompa sæcularis gloriæ, tumulatum est. Et erat eadẽ die tanta serenitas, vt ipse aer videretur famulari exequiis. Dixerunt autem adinuicem homines: Multa bona præstitit Deus isti homini: quia nihil defuit ei eorum, quæ homo christianus habere debet. Diuinis munitus est sacramentis, aer in eius morte est serenatus, & cum magna gloria est sepultus. Post paucos dies ille defunctus apparuit cuidam socio suo, dicens se esse damnatum. Quod cum ille socius miraretur, & inde expauesceret, pœnitentiam, & confessionem, & sacramenta, atque communionem cõmemorans, & quod ista deuote & compuncto corde, & cum lachrymis esset confessus, & sacramenta cum magna deuotione percepisset, vt sibi videbatur. Respondit defunctus. Vnũ bonũ mihi defuit, sine quo nullum bonũ valet, nec prodesse potest. Quod est illud inquit? Respõdit, charitas. Quia omnia quæ feci, scilicet confitendo, sacramenta percipiendo, feci ex timore mortis, & pœnæ inferni, & extremi iudicii, & non ex charitate, ergo omnia illa nihil mihi profuerunt ad salutem, sed si illa ex charitate fecissem, saluus fuissẽ, sed quia illa ex solo timore feci, ideo nihil mihi profuerunt, quia sola charitas liberat hominẽ à morte. Quartum est, quod si etiã verã

pœniten-

pœnitentiam quis in agone egerit, sic quod Deus indulgeat sibi culpam. tamen adhuc pęna & satisfactio remanet, & propterea tādiu purgatur in purgatorio, quod hic in breui tēpore persoluisset, si tēpestiue pœnitentiam egisset. Et secundum *August. Ignis purgatorii miro modo grauior est, quāuis æternus non sit, superat tamen omnē pœnam, quam homo vnquam passus est in hac vita, vel pati potest.* & de hoc quære exemplum *infra ser.* clx. B. Hoc diligenter quilibet pensare deberet, & hic tempestiue pęnitere, & se à peccatis cauere, quia nō solum pro magnis peccatis, quis grauiter punietur, sed etiam pro venialib. Ergo quilibet debet seipsum hic punire in eodē corpore, & in iisdem membris in quib. peccauit, quia secundū *Aug.* Nullum bonum irremuneratum, & nullū malū impunitū remanebit, *& Salo.* dicit. per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Ergo si in crapula, & ebrietatibus vixisti, tūc hic per ieiunium & abstinentiā debes corp. tuum castigare, & sic hic satisfacere, si in luxuria, tunc debes corpus flagellare, si in delitiis corporis, sicut cū mollib. vestib. & lectisterniis Deū offendisti, tunc ideo debes asperā vestē induere, & quandoq; dure iacere. Si autē chorizasti tunc iam ire debes nudis pedib. ad ecclesiam, & satisfacere potius hic in præsenti vita, quā in futura. Similiter quilibet debet esse patiens in infirmitatibus, quas quandoq; Deus suis charis amicis dat pro purgatorio. Vnde dicit per Prophetam. *Afflixi te.* sup. *in præsenti, & non affligam te,* supple *in futuro.* Et hoc debemus adeo considerare, vt nos hic à peccatis nostris puniendo expurget. Vnde *Augustin. Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas.*. Vnde *Gregorius. Misericorditer adhibet Deus temporalem seueritatem, ne æternam inferat vltionem.* Ideo hic quibusdam parcit, vt eos in æternum feriat. Alios vero hic ferit non parcendo, vt in æternum parcat. Item sciendum, quod est bonum signum salutis, & charitatis Dei, quando quis hic diu infirmatur in eodem, corpore, & in eisdem mēbris, cum quibus Deum longo tēpore offendit, & sic diu in peccatis iacuit. Vnde *Greg.* Diuinam dispensationem agitur, vt prolixior ægritudo existat. Sed quæritur quandiu quis in purgatorio puniendus sit secundum iustitiam Dei pro solutione vnius pænæ pecca. mortalis? Respondetur satis probabiliter quod quis tot annis deberet puniri pro satisfactione vnius peccati mortalis, quot sunt dies in septem annis. Et ratio est, quia in præsenti secundum veram iustitiam debet septennis pœnitentia iniungi pro vno peccato mortali, vnde dicitur in decr. Pęnitentia peccati mortalis sunt 7. āni 32. Sed in purgatorio datur tibi annus pro die vna, quia

Num. ?.

Greg. in lib. moral.

33. q. 2. Hoc sanctum.

Dominus dicit per Prophetam illis, qui hic tempore gratiæ & misericordiæ pœnitent, vt habetur. Ezech. 4. *Diem pro anno dedi tibi.* Diem, scilicet in præsenti tempore, gratiæ & misericordiæ pro anno, scilicet in futuro, vbi erit tempus iustitiæ. Similiter potest probari hoc in filiis Israel, qui per quadraginta annos fuerunt in deserto propter peccata sua retardati, antequam intrauerunt terram promissionis, qui si non peccassent, in quadraginta diebus intrassent, & sic pro qualibet die datus est eis annus. Ex dictis patet, quod aliquæ animæ per longum tempus puniuntur grauiter in purgatorio. Nam in vno anno sunt tercentum sexaginta quinque dies, in septem annis sunt bis mille quingenti quinquaginta quinque dies. Modo per tot annos secundum meram iustitiam deberet quis ardere in purgatorio pro vno peccato mortali, hoc non attendunt luxuriosi, qui pro vno actu tot annis puniendi sunt. Similiter ebriosi, & superbi, chorizantes, blasphemi, mendaces & maledici, inuidiosi, & iracundi, auari & accidiosi, ieiunia, & festa ab Ecclesia præcepta transgredientes, & sic de aliis peccatoribus. Sed tamen, vtrum ista probatio sufficiens sit, iudicio discretorum relinquo; sed tamen, vt videtur, satis credibile apparet. Item sciendum, quod nullus propterea desperare debet, quia iam dicta intelligenda sunt secundum meram iustitiam Dei, sed Deus misericors est, & contritio & erubescentia confessionis, & satisfactio in præsenti, quæ fit per bona opera, quæ quis facit, similiter, & tribulationes & infirmitates, & persecutiones, quas quis patienter & voluntariè sustinet, multum de pœna purgatorii delent. Similiter & suffragia, quæ fiunt pro animabus, valde ipsis prosunt, vt eo citius liberentur à purgatorio. Vnde legitur in Dialogo Cæsarii, quod quidam debebat esse duo millia annorum in purgatorio, & in duobus annis per suffragia vnius Episcopi, & aliorum bonorum hominum liberatus fuit à purgatorio. Item legitur in Dialogo Cæsarii, quod quidam adolescens in Claraualle receptus in conuersum, factus est opilio ouium, qui oues pascens in agro, apparuit ei consobrinus suus nuper defunctus; Quem interrogans, *Vnde veniret,* Respondit: *Mortuus sum, & magnis pœnis torqueor.* At conuersus: *Poterisne iuuari?* At ille: *Si potero habere tres Missas in ordine vestro, mox liberabor.* Mox conuersus ad monasterium festinans, quæ viderat & audierat, Priori indicauit. Cui Prior grataanter respōdit: *Ego vnam celebrabo, alias duas duobus sacerdotibus iniungam.* Dictis autem Missis, iterum ille apparens conuerso gratias egit, dicens: *Beneficio Missarum saluatus sum.* Nec

mirari

mirari debes, si tantum valet Dominici corporis immolatio &c. Item legitur, quod quidam prouincialis habuit fratrem Cardinalem, qui apparuit ei post obitum, dicens, se esse in maximis pœnis purgatorii, & quod illas deberet sust.nere per quindecim annos. Et prouincialis sequenti die celebrauit pro anima ipsius Missam vnam. Tunc apparuit ei splendidus, & regratiabatur charitati suæ, & dixit, quod per illam Missam esset liberatus à purgatorio, & dixit, se iam ad cœlum transiturum. Quintum est, quod ille, qui tardat suam confessionem in agone mortis, & extremitate vitæ, & si verè & bene pœniteat, tamẽ minorem gloriam habebit in cœlo. Nam valde dissimiles erunt in præmio, ille, qui in extremis pœnitet, & ille, qui triginta vel quadraginta annis Deo seruiuit. vnde dicitur in Euangelio: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* De hoc quære *antè serm.20. I.* *Ioan. 14.*

DE VIRGINIBVS.

Sermo CLVII.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, &c. *Matth. 13.* Per istum thesaurum intelligitur virginitas, quæ est thesaurus super omnes thesauros. vnde: *Non est condigna ponderatio continentis animæ.* *Eccles. 26.* vnde pro præsenti de virginibus tria sunt dicenda. Primò, de virginitatis dignitate. Secundo, quæ Christus requirit in sponsis suis, scilicet in virginibus. Tertio, exemplum. Quantum ad primum, notandum, quod beatæ sunt coniugatæ, beatiores viduæ, beatissimæ sunt virgines. Nam isti tres status differunt, sicut lux Solis, lux Lunæ, & lux stellarum. Item differunt, siuct aurum, argentum, & plumbum. vnde August. dicit sic: *De bono coniugali.* *Sicut bonum erat, quod Martha satagebat occupata circa frequens ministerium sanctorum, sed melius, quod Maria Magdalena fecit, audiens verbum Dei. Ita etiam bonum Susanna in castitate coniugali laudamus, sed bonum vidua Anna magis, sed tamen bonum virginis Mariæ ante ponimus.* vnde etiam Damascenus: *Damasc. lib. 4.* *Quantum Angelus homini est superior, tanto virginitas nuptiis est honorabilior.* Sed diceret aliquis, *Quare virgines sunt beatiores?* Respondetur, propter virginum dignitatem. Nam Christus in nouem dignitatibus priuilegiauit dignitatem virginum, quę significatæ sunt per nouem choros Angelorum. Primum priuilegium est, quod virginitas est thesaurus incomparabilis super omnes thesauros; nam omnia regna mundi, etiam omne aurum, & omnes lapides pretiosi, nõ possunt comparari virginitati. Et in signũ huius Christus commendando virginitatem comparauit eam thesauro, dicens in verbis præmissis: *Simile est re-*

gnum cælorum thesauro. Secundum priuilegium est, quod virginitas est vita angelica *Amb.* Qui non nubunt, & vxores non ducunt, sicut A geli in terris sunt *Hier.* etiam dicit. In carne præter carnem viuere non est vita humana, sed Angelica. Quid enim sunt virgines nisi homines cælestes & Angeli terrestres? vnde *Ambrosi.* Supergreditur virginitas cond tionem humanæ naturæ, per quam homines angelis assimilantur. Tertium est, quia virgiues sunt regnum cælorum. Nam Deus habitat in eis. Regnum Dei infra nos est. Quia. Sicut Christus regnat in cælo in sanctis, sic in terra in virginibus. *Ber.* Sola est castitas, quæ in hoc mortalitatis loco & tẽpore quendã statum mortalitatis gloriæ repræsentat, quod autem Christus in virginibus regnat, patet. quia virgines sunt Dei refectio. Qui pasc tur inter lilia. i. inter virgines, etiam ipse Christus pascit eas cum sua dulcedine & merito, quia etiam ipsę delitias carnis relinquunt, ideo in Christo delitias, inueniunt. de qua dulcedine dicit *Bern* Cibus animæ est gratia Dei dulcissimus, suauis, & omnem habens in se suauitatẽ, & delectameutum saporis. Quartum priuilegium est, libri vitæ inscriptio. Nã ipsæ virgines à Christo sunt scriptæ in lib. vitæ. *Habes pauca nomina, quæ non coinquinauerunt vestimenta sua.* Et subditur, *Et non delebo nomina eorum de libro vitæ.* Et de hoc gaudere debẽt virgines, & non in vanitatib. huius mundi, sicut in risib. & ludis. *Matt. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.* vnde *Augu.* Gaudia virginum Christi sunt de Christo, in Christo, cum Christo, post Christum, per Christum, propter Christum. Quintum est, quia virgines sunt ornatus cæli, & pulchritudo ecclesiæ. *Species cæli gloria stellarum,* id est, virginũ. Quia sicut stellæ cælorum ornant, sic & virgines ecclesiam. Stellæ enim in die latent, & in vespera apparent, sic in fine mundi in resurrectione nouissima claritas virginum apparebit. vnde de quolibet iusto dicitur illud. *Fulgebunt iusti tanquam sol.* Sed virgines, quæ munditiam cordis & corporis seruauerunt, tunc præ cæteris omnib. clariores erunt. Vnde *Ambrosius*, dicit Pulchritudinem, quis potest maiorẽ æstimare decore virginis, quæ amatur à rege, probatur à iudice, dedicatur domino, consecratur Deo. Sed mali, & luxuriosi, tunc erunt deformes, nigri, & graues, & passibiles, & ĩmortales, quia mors fugiet ab eis, sed casti tunc lucebunt præ aliis, sicut stella differt a stella, secundũ Apost. Sextũ priuileg ũ est, quod Christus specialem dilectionẽ habet ad virgines. Quãuis e. omnes bonos homines diligat, tamen specialiter virgines prę omnibus

Amb. in lib. de offi.
Luc 17.
Ber. in epist.
Can. 2.
Apoc 3.
Matth.
Eccl. 43.
Matth 13.
Ambr. de Virg.

omnibus diligit. Qui diligit cordis munditiam, habebit regem amicũ. Sicut Christus in summa pace natus est, vt se pacem diligere ostenderet, ita de virgine natus est, vt se virginale decus diligere demonstraret vnde etiam Hier. Plus cæteris amat Christus virgines, quia sponte tribuunt, quod non est eis imperatum. Septimum quod habebunt specialem aureolam. Est autem aureola additio ad gloriam, electis communiter debitam. Pro quo notandũ, quod virgines, martyres, & prędicatores habebunt specialem aureolam. Vnde quæritur, vtrum virgo quæ violẽter corrumpitur, perdat aureolam? Respondetur secundum sanctũ Tho. quod non, dummodo propositum virginitatis habeat, nec consentiat in actum. Vnde legitur de beata Lucia, quæ dicit, Si me inuitam violaueris, castitas mihi duplicabitur, scilicet propter virginitatem, & iniuriam, quã pateretur, si corrumperetur. vnde dicitur in decre. Dum virginitas sine consensu corrumpitur, meritũ castitatis duplicabitur. Item quæritur, vtrum illa, quæ in carne est virgo, sed propositum habet cõtrahendi matrimonium, & in tali proposito moritur, vtrum habebit aureolam? Respondetur quod non quia ad aureolam consequendam requiritur propositum perpetuæ virginitatis. vnde Albert. Magnus, & sanctus Tho. dicunt, quod per solum consensũ in actum carnalem perditur virginitas, cum in mentem consistat, sed recuperari potest, vt Ioan. Eu. quem Christus de nuptiis vocauit. Ergo si talis virgo in agone pœniteret, & mutaret propositum, sic aureolam acquireret. Et est sciendum, quod virginitas carnis perdita nunquam recuperari potest: vnde dicitur in decret. Deus non potest facere de corrupta, virginẽ. vnde etiam Hieron. Audenter loquor, cum omnia possit Deus, suscitare tamen non potest virginẽ post ruinam, valet quidem liberare de pœna, sed non valet coronare corruptam. vnde etiam Isid. Omne peccatum per pœnitentiam recipit vulnerum sanitatem, virginitas autem si labitur, nulla pœnitentia reparatur ad integritatẽ. Quæritur, vtrum melius sit seruare virginitatem cum voto, quam sine voto? Respondetur, quod melius est seruare cum voto, quia homo se totum offert Deo per votum. vnde sicut maius est dare arborem cũ fructu, quã solũ fructũ sine arbore, sic etiã est de virginitate, quæ seruatur cũ voto, & de virginitate quæ seruatur sine voto. Nam sicut plus peccat qui post votum frangit promissũ, sic etiã plus meretur seruando votũ. Attamẽ non est leuiter vouẽdũ, quia qui postmodũ matrimoniũ cõtrahunt, grauiter Christũ in hoc offẽdũt. *De hoc quære sup. s. xxv. P.* Octauũ priuilegiũ est, quod virgines sunt

Rom. 22.
Beda sup. Lucam.
32. q. 5. c. 1.
32. q. 5. Si Paulus.
Isid. de sum. bono.

sunt spõsæ Christi. Nam ipse Christus est summus Pontifex, de quo dicitur. *Summus Pontifex, Virginem ducet uxorem*. Ex hoc sequitur, quod ipsæ virgines sunt reginæ, qua habent Christum regem gloriæ pro sponso. Psal. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato &c.* Vnde etiam Cyprianus. *Virginitas est soror Angelorum in victoria libidinum, regina virtutũ, possessio omnium bonorum.* Nonum priuilegium est, quod virginitas principatum tenet tam in cælo, quam in terra, vnde Hyeroni. *In omni sexu & gradu pudicitia obtinet principatum.* Notanter dixit sexu, & gradu, quia duo sunt sexus scilicet masculinus, & fæmininus. In masculino tenet principatum *Christus.* In fæminino, *Gloriosa virgo Maria.* Itẽ in gradu in Prophetis *Ioannes Baptista.* In prædicatoribus, noui testamenti, *Paulus,* qui est virgo. Vnde & præponitur Petro in sigillo Papæ, & frequenter depingitur Romæ ad dexteram Christi, & Petrus ad sinistram, vt patet in Ecclesia ipsius Beati Petri, In Euangelistis, *Beatus Ioannes Euangelista, qui est virgo.* In Martyribus, *Beatus Stephanus prothomarthyr, & Laurentius, qui sunt Virgines.* In Confessoribus, *Nicolaus, & Martinus,* qui sunt virgines. Ergo honorabiliores sũt virgines coram Deo hominibus, H ꝗ & Angelis. Quantum ad secundum, sciendum, quod Christus sex requirit in sua spõsa, quorum, si vnũ defuerit, non sibi placet illa spõsa. Primum est pulchritudo, quæ consistit in puritate cõsciẽtiæ. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Ergo quanto conscientia virginis est purior tanto coram Christo ipsa est pulchior Ideo vero diligenter debet custodire faciem animæ, id est cõscientiæ non solũ a nigredine peccati mortalis, sed etiam à puluere venialium, quia venialia maculãt animum, sed mortalia denigrant, & ponitur exemplum, quod aliquando denigratur imago, quæ videri non potest, & aliquando obscuratur, quod videri potest sed non plane discerni, & propter hãc differentiam dicit Grego. *Veniale obscurat, mortale obtenebrat.* Ergo sicut vxor solet faciem suam lauare, & eam mũdam seruare, & frequenter specula inspicere, vt si viderit in speculo aliquam maculam in facie, statim eam deponat; Sic virgo Christi lauare debet faciem consciẽtiæ suæ per contritionem, & confessionem, in speculo inspicere, id est mandata Dei considerare. Vnde Beatus Gregor. *Specula sunt mandata Dei.* Et si deprehendat aliquam maculam, illam per confessionem abluat. Vnde Bern. dicit. *Ama confessionem, si affectas decorem.* Secundum quod Christus requirit in sua spõsa, est nobilitas, quia non sufficeret q́ sponsa sua esset pulchra, nisi etiam esset nobi-

Leuit. 21.

Cypri. in lib. de virgini.

Cant.

nobilis. Hæc autem nobilitas attenditur in honestate morum, & custodia sensuum. Et quanto honestius,& melius custoditur,tanto est nobilior. Quam pulchri sunt gressus tui. Vnde honestas sponsæ Christi stat in hoc, qnod nullus malum loquatur de ea, sed & alii ædificentur de conuersatione ipsius: Vt autem te ipsum custodias, ab omnibus illicitis oculos tuos auerte. Vnde Greg. Non licet intueri quod non licet concupisci. Item custodire debes aures ab auditu malorum. Isidor. nulla aurem tuam sermonum impudicitia subrepat, vanus sermo cito polluit mentem,& facile agitur,quod libenter auditur. Itẽ custodire debet manus ab illicito tactu,& pedes ab inutilibus discursibus. Vnde Bern. Solent virgines,quæ veræ virgines sunt,semper esse pauidæ,& nũquã securæ. Vt autem corpus virginis custodiatur,& bene tegatur, tunc oportet eã moderantiam. & abstinentiam tenere, quia per abstinentiam caro domatur. Vnde Hugo de sancto vict. Parca enim vita occidit vitia.libidinem extinguit, virtutem nutrit, animam roborat, mentem ad cælestia eleuat. Tertium, quod Christus requirit in sponsa sua, sine quo alia duo non valent sapientia. Et illa attenditur in locutione discreta. Nam sponsa Christi debet se custodire in verbis,vt dicere possit cum psal. Os meum loquetur sapientiam.Et

Can. 7.

populus qui audit eam loquentem dicere poterit, psal. Diffusa est gratia in labiis tuis,propterea benedixit te Deus in æternum. Qualis autem debet esse virgini sermo ostendit sanctus. Hie. dicens. *Sit sermo virginis prudens,modestus & rarus.* vnde dicit *Ambros. Custodi virgo vias tuas,vt non delinquas in lingua tua.*Nam & vana loqui plerumque crimen est virgini. Bona verba loqui, est signũ bonitatis in corde,& econuerso,mala loqui est signum peruersi cordis. *Ex abundantia cordis,os loquitur.* Ergo dũ Virgo, vel mulier turpia verba loquitur, signum est mali cordis. *Chr. Quale cor habet vnusquisque talia verba loquitur, & opera facit. Arist. Qualis vnusquisque est, taliter dicit,& taliter operatur,& taliter viuit.* Quintum, quod Christus requirit in sua sponsa,sine quo prædicta non sufficiunt, est diuitiarum abundantia. Et hæ diuitiæ consistunt in virtutib. vnde Greg. veræ diuitiæ non opes, sed virtutes sunt. Ergo sponsa Christi debet habere humilitatem exemplo Mariæ, quæ de se ipsa dicit. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Vnde Mariæ virginitas Deo non placuisset,si humilis non fuisset. Ex quo patet, quod castitas non prodest superbæ virgini, vnde *Aug. Melius est humile coniugium, quã superba virginitas.* Itẽ sponsa Christi debet seruare obedientiam, & frangere propriam voluntatem,

Math. 12.

Chr sup. Matth

Arist. 4. Ethic.

Vvvvv quia

quia hoc est valde meritorium. *Eusebius. Illum diem tantum te bene vixisse puta, in qua propriam voluntatem abnegasti, & desideriis tuis restitisti. Hie. Tantum virtuti adiicies, quantum voluntati propriæ subtraxeris.* Item spōsa Christi debet seruare charitatē, quia charitas est optima virtutum, & quia castitas sine charitate Deo non placet. *Bern. Castitas sine charitate, est lampas sine oleo, subtrahe oleum & lampas nō lucet, tolle charitatem & castitas non placet.* vnde *Gr. Antiquus inimicus in nobis castitatem si sine charitate fuerit, non timet qui ipse nec carne premitur, nec in eius luxuria dissoluitur.* Ex quibus patet, quod virgo Christi q̄tōplus habet de humilitate, de obediētia, & de charitate & de cæteris virtutibus, tanto est ditior Et hæ diuitiæ tam nobiles sunt, quod solus Deus operatur eas in nobis. *Qui tribuit vobis spiritum, operatur virtutes in vobis.* Vnde *Aug. Virtus tam nobilis est, vt nullus eā, nisi solus Deus operetur in homine.* Quintum, quod Christus requirit, est, quod sponsa sua sit sana, & non languēs. Hæc sanitas animæ attēditur in agilitate, quia inter omnia signa sanitatis præcipuum est agilitas in mēbris. vnde sponsa Christi debet esse agilis ad bona opera sed virgo pigra, quæ dormit, & bene, & sane, comedit, est languens & multum infirma. Similiter virgo illa, de mane visitat ecclesiam, & seruit Deo, & post prandium vadit ad choream, & seruit mundo, est claudicans coram Deo, vnde ipse dixit per prophetam. *Vsquequo claudicatis in duas partes &c.* Sextum, quod Christus requirit, & sine quo prædicta non sufficiunt, est, quod sponsa Christi sit fidelis in amore sui sponsi, sic quod nulli placere desideret, nisi soli Christo. *Apost. Virgo cogitat, quæ Dei sunt, & quomodo placeat Deo.* Virgines enim, quæ sponsæ Christi sunt, nō debēt diligentiam adhibere super ornatum corporis, sed super ornatum animæ. vnde *Cyprian. Quid ergo virginib. cum terreno cultu, & corruptibilibus ornamentis, quæ dū placere hominibus satagunt, Deum offendunt?* Vnde etiam *Augustin. Dominica virgo, nec ornatu capitis nec habitu, nec oculis erectis, sed cū vultu ad terram deposito, procedat, ne in se viles inducat amores, & si non pereat, aliis perditionis causa non existat.* Vnde spōsa Christi diligenter debet se cauere ab illicito amore, & à carnis libidine, quia virginitas carnis cum corruptione mentis similis est sepulchris ab extra speciosis, & interius plenis spurcitiis. Vnde *Hieron. Nonnullæ sunt virgines carne, non spiritu, quarum corpus est integrum, sed anima corrupta, sed illa virginitas hostia est Christi, cuius nec mentem maculat cogitatio, nec carnem libido.* Vnde etiam *Isid. Virgo carne, & non mente, nullum meritum habet in re-*

Euseb in epist. Greg sup. Ezech. Gal 3. 1. Cor 7. Cypr. in ep. Aug. in lib. ad sacr. virgines. Isid. de sum. bono.

in repromissione. Vnde idem *Aug*. *Felicior enim mihi videtur mulier nupta, quam nuptura virgo, habet enim illa, quod ista cupit, illa vni placere studet, ista multis*. vnde virgo quæ est sponsa Christi, attendere debet, quod vxor fidelis facit quicquid scit placere marito suo, sic & ipsa debet facere Christo. Item sicut vxor non ostendit signa familiaritatis aliis viris in præsentia sui mariti, sic nec virgo in præsentia Christi, qui vbique præsens est, & omnia verba, mores, & facta suæ sponsæ considerat. Sed quantum ad tertiam, sciendum, quod væ illis, qui inhonorant virgines, quas Christus sic priuilegiauit, & sibi quæ elegit, vt sint sponsæ ipsius. Nam Christus tales maxime puniet. De hoc maxime quære exemplum ante serm. xcvi. V.

ALium sermonem de virginibus, scilicet de spirituali matrimonio, quære supra serm. cxxiv. R.

DE ANGELIS.

Ser. CLVIII.

Matth. 18. *ANgeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est*. Ex quo hodierna die peragitur festum sancti Michaelis, & omnium Angelorum, ideo in præsenti sermone de Angelis I ☞ quatuor sunt dicenda. Primo, quare festum Angelorum solemniter sit celebrandum à nobis, Respondetur, quod propter tria. Primo, propter multitudinem Angelorum, quorum hodie festa peragimus. Circa quod quæritur, vtrum Angeli sint in aliquo magno numero? Resp. secundum sanctum Thom. quod sic. Nam excedunt omnem numerabilem visibilem multitudinē. vnde etiam Dionys. Dionys. in lib de cœlesti hierarch.
Excedentes numerum nostrorum materialium corporum. Vidi turbā magnam, quam dinumerare nemo poterat Apo. 7. Facilius enim quis stellas cæli, guttas maris, & folia arborū numeraret, quam numerum Angelorum. Modo si festum vnius sancti solenniter est celebrandum, quid tunc de festo tot Angelorum: Secundo, vt ipsis Angelis vicem recompensemus. Gaudent enim de nostra conuersione, & de bonis nostris. Vnde & nos etiam hodie de ipsis gaudere debemus. Vnde *Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente*. Luc. 15. vnde etiam *Bern*. *Gaudent Angeli in conuersione peccatorum, salutem hominum sitientis. Lachrymæ enim pœnitentium sunt vinum eorum*. Bern. sup. Cant.
Tertio, vt per honorem, quem hodie ipsis exhibemus, prouocemus eos ad seruiendum nobis in futurum. Nam hodie expirat annus seruitii eorum. Nonne merito vno die sunt deuote à nobis honorandi, qui nobis per totum annum singulis diebus seruierunt, & nos custodierunt. Nunquam enim aliquis nostrum vixisset per annū, nisi Angeli eum custodiuissent.

Psal. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Ergo quicunque desiderat, vt Angeli sibi in futuro anno seruiant, hodie debet eos deuote honorare, & festũ eorũ solenniter celebrare. Secundo quæritur, quare Angeli seruiant nobis hominibus? Respondetur, quod triplici ratione seruiunt nobis. Prima ratio est charitas, quam habent ad salutem nostram, quia perfecte diligũt nos, & multo sincerius, quam pater vel mater, soror, vel frater, & nunquam aliquis in tantum desiderauit bonum cognati sui, sicut ipsi desiderant bonum nostrum & salutem nostram. Secunda ratio est popter Christũ, ex eo quod Christus est frater noster, & Maria, quæ est domina Angelorum est mater nostra, tunc ipsi Angeli in hoc, quod nobis seruiunt, honorant Christum, qui est frater noster. vnde *Psal. Narrabo nomen tuum fratribus meis,* & dicit Iesus ad Mariam Magdalenam. *Vade ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum.* Vbi Christus nominat nos fratres suos. Et ergo sicut fratres alicuius regis honorantur à subditis ipsius regis, sic & nos honoramur ab Angelis tanquam fratres regis cælestis. Tertia causa propter seipsos, quia ruina eorum est per nos reparanda, & etiã propter meritum ipsorum accidentale. Circa quod quæritur, *vtrum homines assumantur ad ordines Angelorum?* Resp. quod omnes electi assumuntur ad ordines Angelorũ quidã ad inferiores, quidã ad medios, quidã ad superiores, secundũ diuersitatem meritorum suorum, vt dicit *Greg.* Sed beata virgo super omnes choros angelorum exaltata est, vnde canitur de ea. *Exaltata es sancta Dei genitrix super choros Angelorum ad cælestia regna.* Item quæritur, *vtrum gaudium custodientis Angeli augeatur ex beatificatione hominis custoditi?* Respondetur secundum *Bon.* quod essentiale præmium ex hoc non augetur, sed accidentale. Nam angeli ministrando aliis, bona opera faciunt, ideo præmium accidentale merentur. Tertio, est sciendum, quod Angeli seruiunt nobis in vita, in morte, & post mortem. In vita seruiunt peccatoribus, pænitentibus, & perfectis. Peccatoribus seruiũt primo in hoc, quod custodiunt eos, ne à dæmonibus totaliter occidantur. Nãm cũ quis peccat mortaliter, tũc immediate demeruit, quod dæmones ei collum frangerent & ducerent eum ad infernum, sed sancti angeli arcent dæmones, vt non possint exercere malitias suas in peccatorem, vt libenter facerent. Vnde quicunque peccator longo tempore, scilicet per decem, vel viginti annos vixit in peccatis, de hoc regratiar debet Deo, & angelis, quod eum in talibus peccatis sic custodierunt.

Ioann. vlt.

Secundo

Secundo, seruiunt peccatoribus, vt cum non desistunt à peccatis, tunc frequenter reprehendunt, & admonent eos vt satisfaciant & à peccatis cessent, & proponunt ipsis peccatoribus interius sæpe, quod pro momentaneo peccato pœnam æternam incurrant, gloriã æternam perdant, & Christo pro omnibus laboribus suis non satisfaciant. Tertio, seruiunt peccatoribus in hoc, vt cum desistere à peccatis nolunt, tamen sæpe eos retrahunt, ne tantum peccent quãtum volunt. Sæpe enim affuit voluntas, & defuit facultas, & hoc ex prouidentia angelorum. Et in signum huius legitur, quod cum Balaã iret ex auaritia ad maledicẽdũ populo Israel sedẽs super asinã, ab angelo sancto impeditus est, quia angelus euaginauit gladium, quem cernens asina, auertebat se in via, & iunxit se parieti &c. tunc Balaam asinum percussit, & ipsa locuta est. *Cur me cadis?* Sic angelus impedit aliquando hominẽ à peccato, vt saltem æternaliter minus puniatur. Item quæritur, *Num. 22.* M ¶ *vtrum angelus derelinquat peccatorem in præsenti ex toto propter sua peccata?* Respondetur secundum *Sanctum Thomam*, quod angelus nunquam derelinquit hominem vsque ad horam mortis, etiam quantumcunque malus sit, quin sit aliquis eius effectus, vel à malo retrahendo, vel ad bonum promouendo. Vnde quilibet debet reuerentiam exhibere suo angelo in omni loco, quia semper præsens est, & cognoscit verba & facta nostra, etiam quantumcunq; occulta. Vnde *Bern. In quovis diuersorio, in quouis angulo reuerentiam exhibe angelo tuo, nec audeas illo præsente, quod me vidente non auderes.* Et sciendum est, quod quando quis peccat, de hoc lætantur dæmones, & qui à peccatis cõuertitur, & bona opera facit, de hoc lætantur angeli. *August. Quotiens bonum agimus gaudent angeli, & tristantur dæmones, quotiens vero a bono declinamus, diabolum lætificamus, & angelos suo gaudio defraudamus.* Secundo angeli seruiunt pænitentibus cum peccare desierint. Quid faciendum sit solicite omnes pœnitentes instruunt. Et quomodo se gerere debeant in verbis, & factis, ne recidant, & Deum denuo offendant. Et in signum huius legitur: Cum angeli eduxissent Loth extra ciuitatem *Gen. 19* Sodomorum, dixerunt ei. *Salua animam tuam, & noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas.* Ergo quandocunque homini pænitenti occurrit, modo te vis de cætero sic habere, & verba tua tali modo amodo proferre, & quinque sensus tuos custodire, & sic Christo fideliter cũ bonis operibus vsque ad mortem seruire talia omnia angelus inspirat, & hominem docet. Tertio, angeli

geli seruiunt proficientibus, vt eos instruant, quod bona opera, & orationes ieiunia, eleemosynas, vigilias, & castigationes, & etiam labores corporales Deo principaliter offerant. *Gregorius. Omne bonum, quod agimus, per intentionem semper ad cælestia leuemus.* Vnde etiam *Humbertus. Quotidie mane surgentes cuncta Deo, quæ facturi estis, offeratis, finito die, conuocatis cogitationibus, locutionibus, operationibus, illa die comissis, vobismetipsis capitulum teneatis.* Item seruiunt proficientibus in hoc, quod semper instigant eos, vt in bono proficiant, & quotidie meliores fiant. vnde *Bern. In via Dei stare, retrogredi est. Nam nullũ mediũ, est aut. n. homo proficit, aut deficit.* Item sciendum, quod angeli non solum seruiunt homini in vita, sed etiam in morte, nam in agone mortis tunc dæmones nitũtur animam rapere, sed angeli fugant eos. Et hoc figuratum est. vbi Iacob timens Esau dixit. *Castra Dei sunt hæc, &c.* O quam dulcis, & quam magna consolatio erit homini morituro, quando videbit angelos occurrere, & dęmones fugari. Cum omnes amici hominem morientem derelinquunt, tunc angeli in extremo fine ei subueniũt. Item post mortem angeli seruiunt homini in hoc quod ducunt animam hominis in cælum. vnde dicitur: *Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur in sinum Abrahæ.* Pro quo sciendum, quod multi angeli mittuntur bonis in agone mortis. Primo, propter custodiam animæ, quia tunc homo moriens maxime impugnatur à dæmonibus, & etiam à multis, vnde *Psalm. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis*, tam in vita quam in morte. Secundo, propter reuerentiam, vt illi animæ magnam reuerentiam exhibeant, ideo multi Angeli mittuntur ad mortem boni hominis. Tertio, vt cum lætitia deducant ad cælestem patriam, quia, *si est gaudium, angelis super vno peccatore pœnitentiam agente*, quid tunc erit de anima, quæ de eorum societate deputatur? Vnde *In lætitia egrediemini, & in pace deducemini.* Vnde sciendum, quod nunquam aliquis rex, regina, vel Papa, vel Episcopus, ita reuerenter est susceptus, & cum tali dignitate introductus, sicut anima boni hominis ab angelis in cælum introducitur, & à Christo, & Beata Virgine Maria, & ab omnibus sanctis, & angelis suscipitur. Quarto, est sciendum, in quibus angeli sunt nobis similes, & in quibus nos præcellunt, & in quibus nos econuerso eos præcellimus. Et est notandum, quod angeli sunt nobis similes in quatuor. Primo, in hoc, quod vnum patrem habemus, & vnum creatorem, scilicet

Gen. 32.

Luc. 16.

Esai 55.

licet Deum, qui eos,& nos creauit. Vnde Propheta. *Me sicut & te creauit Deus*. vnde &iam originem habemus cum angelis, quia a Deo ipsi & nos originaliter sumus. Secundo, sunt nobis similes in possessione hæreditatis æternæ. Nam nos homines speramus nos possessuros cum ipsis regnum cælorum. Insuper propter charitatem, quam habent ad nos, & nos econuerso ad ipsos, condiuident omnes nouem chori angelornm nobiscum omnia gaudia ipsorum, & nos homines econuerso cum ipsis condiuidemus omnia merita, & gaudia nostra, quidquid ieiunando, vigilando, orando, eleemosynas largiendo, meruimus. *Gregorius. Ex illius enim sanctæ, & perfectæ charitatis merito fiet, vt vnusquisque habiturus sit in alio, quod non habet in proprio merito*. Tertio, sunt nobis similes in hoc quod dominus noster Iesus Christus, qui est cibus angelorum in cælo, est etiam noster cibus in sacramento. Vnde scriptũ est: *Angelorum esca nutri-*
Sap 16.
uisti populum tuum. Item scriptũ est in *Psal. Panem angelorum manducauit homo*. Et ille panis est Iesus
Ioan. 6.
Christus, vnde ipse dicit: *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*. Quarto, angeli sunt nobis similes, & nos ipsis in cõtẽplatione diuini-
Matth. 18.
tatis. *Angeli eorũ sẽper vident faciẽ Patris mei qui in cœlis est*. Sic & nos homines visuri sumus Deum cum angelis in cælo. *Apo. Videmus nunc* 1 Cor. 4.
per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et in ista Dei visione consistit nostra & angelorum beatitudo. *Psal. Ostende nobis faciem tuam & salui erimus*. Et ad hanc visionem anhelare debemus, vbi Deum clare cum angelis videbimus, & cũ ipsis æternaliter gaudebimus. vnde *Psalm. Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquã dies hesterna quæ præteriit*. Itẽ sciendum, quod angeli nos præcellunt in quatuor. Primo in creationis dignitate. Nam angeli sunt dignius creati, quã homines, & hoc ratione loci, quia in cælo, quo nihil nobilius, homo vero de limo terræ & in terra creatus est, quo nihil inter omnia elementa vilius. Item angeli ante hominẽ, & in die lætitiæ, i. dominica die sunt creati. Homines vero post angelos, & in die tristitiæ, scilicet in sexta feria sunt creati. Item in duratione quia angelus est immortalis. Homo vero mortalis est factus propter peccatum Adę. vnde *Greg. Sic namq; homo immortalis conditus est, vt si non peccasset, etiam mori non potuisset*. Secundo, angeli pręcellũt homines in vitæ puritate. Nam õnes angeli qui in cęlo perstiterunt, nũquam aliquod peccatum veniale commiserunt & in omnib. voluntatem Dei faciunt, sed homines ad minus venialiter peccant, vnde

Non

Non est homo in terra, qui faciat bonum & non peccet, vnde etiam dicitur in decr. Omnis homo habet peccata venialia. Opponitur, *Septies n. in die cadet iustus, & resurget*. Sed sine mortali peccato quilibet homo potest viuere. Tertio, angeli præcellunt nos in seruitii facilitate, Nam homo vnus vna die seruiendo Deo plus laborat, quam omnes angeli ab initio mūdi. Corpus enim semper trahit ad infra, & anima appetit supra ad Deum, à quo creata est, Apostol. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam*. sed angeli sunt spiritus, & non aggrauantur per corpus sicut homo: ideo sine labore & fatigatione aliqua regnum cæleste non solum substantiale, sed etiam accidentale promerentur. Quantis autem laboribus miser homo, & angustiis, fatigationibus, & afflictionib. ad illud perueniat quilibet ex nobis experitur quotidie, nam labor est ieiunare, quia esurimus quando à cibis abstinemus. Angeli autem nunquam esuriunt: Item labor est vigilare, de mane surgere, orare, genua flectere, & peregrinari, quia homo fatigatur, sed angeli sine omni fatigatione in ictu oculi sunt, vltra mille milliaria, quia in momento oculi possent volare à cælo vsq; ad terram, & econuerso. Similiter si homo debet insistere virtutibus, hoc erit sibi difficile. vnde *Arist. virtus est de bono difficili sine arduo*. Sicut patet quia difficile est seruare castitatem, quia oportet tales homines continue pugnare contra carnem: *Augustin*. Inter omnia certamina Christianorum, duriora sunt prælia castitatis. Nam ibi est continua pugna, & rarior victoria. Similiter difficile est patientiam seruare in aduersis, & humilitatē in prosperis. vnde *August*. Difficile ¶ Q est, quod non sit superbus qui diues est. Quarto, præcellunt angeli homines in præmii citioni perceptione, ipsi enim angeli perceperunt præmium suum citius, quam homo, quia in patria suæ conuersionis ad Deum præmium suum essentiale acceperunt, homo vero cæleste præmium suum post mortem accipiet. *Apost. Reddet vnicuique iuxta opera sua*. Sed ipsi beati angeli qui in cælo perstiterunt, iam vltra sex millia annorum suam beatitudinem possederunt. vltimo sciendum, quod nos homines etiam præcellimus angelos in quatuor. Primo quia ipse Christus frater noster est ex vtroque parente, s. ex parte patris. & ex parte matris Mariæ, quæ mater est omnium nostrum. Vnde patet, quod maior est fraternitas inter Christū, & hominem quam inter Christum, & angelum. *Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ*. Et in signum huius, Christus nominat nos fratres suos, *Psalm. Narrabo nomen tuum fratribus meis*. Et dixit Dominus Mariæ Magda-

De pœnit. dist. 1. *Prou. 24.* *Rom. 8.* *Arist. 3. Ethic.* *Aug. in s* *Rom. 2.* *Heb. 2.* *Ioan. 20.*

Magdalenæ. *vade ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patrem meũ, & patrem vestrum, &c.* Sed nunquã inuenitur in scripturis, quod Christus angelos, fratres nominauit. Secundo præcellimus angelos, in hoc, quod Christus per sanguinem suum nos redemit, & non angelos. Adam enim peccauit, similiter, & angeli etiam peccauerunt, sed Christus redemit nos homines, & non angelos. vnde. *Origines* errauit in hoc quod dicit Christũ adhuc liberaturum angelos apostatas. Tertio, præcellimus angelos in hoc, quod quotiens peccamus, & recidiuamus, si saltem ad pœnitentiam reuertimur, totiens est Deus paratus nos ad gratiam recipere, & omnia peccata indulgere. vnde dixit Petrus ad Christũ. *Si peccauerit in me frater meus, quotiens dimittam ei? vsq; septies? respondit Christus. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.* Et hoc quod Christus tunc iussit Petrũ, hoc amplius per se facit. Exponitur ibi numerus determinatus, pro numero indeterminato. Sed peccatum diaboli est irremissibile. Quarto, præcellimus angelos in cælo. Nam sensu exteriori, id est oculis corporalibus videbimus glorificatam humanitatem Christi, qualiter exaltata est super oẽs choros angelorum, & cũ hoc videbimus interioribus oculis animæ ipsam deitatem cum angelis, vnde. *Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* vbi dicit gl. *Ingredietur* videndo deitatem & *egredietur* videndo humanitatem Christi, & *pascua*, scilicet beatitudinis æternæ *inueniet*.

Matth. 18.

Ioh. 10.

DE OMNIBVS SANCTIS. Sermo CLIX.

Gaudete, & exultate, quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. Ex quo hodie peragitur solẽnitas omnium sanctorum, qui in cælo cum Christo regnant, & hæreditatem æternam cũ Christo possident, tunc in præsenti sermone de hodierna solennitate tria sunt dicenda. Primo quare nos hodie ecclesia sancta incitat totiens ad gaudendum. Secundo, quare hodiernum festum sit institutũ. Tertio, quo iure nos ad societatem sanctorum cum ipsis, & ad hæreditatem cælestem peruenire possumus. Quantum ad primum sciendum quod hodie sancta mater ecclesia incitat nos totiens ad gaudendum, & hoc in principio missæ in epistola, & in euangelio hodierno triplici ratione. Prima ratio est propter multitudinem sanctorũ. Si enim domo sancto festum facimus, & gaudemus, quid tunc de tot misibus sanctorum. *Millia millium ministrabant ei & decies centena millia assistebant ei. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* Quia numerus sanctorum excedit numerum omnium

Matth. 5. & Luc. 6.

Daniel. 7.

Apoc. 7.

mnium rerum visibilium. Nam facilius esset stellas cæli, & guttas maris numerare, quam numerum sanctorum, quorum hodie festum peragimus. Secunda ratio est, quia hodie est festum patrum, matrum, fratrum, sororum, & omnium propinquorum, & consanguineorum nostrorum, qui cum Christo iam regnant in cœlo. Sed plerumque diuersæ prouinciæ, & regiones gaudent de patronis suis, sicut Franconia, de sancto Kiliano, Thuringia, de sancto Bonifacio, Misnia de sancto Donato, Alsatia, de sancto Arbogasto, Sueuia, de sancto Conrado, & sic de aliis. Quomodo tunc nos non gauderemus hodie de tot sanctis & propinquis, & consanguineis nostris, qui in cælo sunt. Quorum festum hodie peragitur cum cæteris sanctis? Tertia ratio est, quia festum hodiernum omni anno, & omni die accrescit, quia omni die noui sancti adduntur ordinibus sanctorum in patria. Nam quotiens anima aliqua volat ad cœlum ab hoc sæculo, vel etiam quotiens aliqua liberatur de pœnis purgatorii, omnes tales huic festo adduntur. Et sic hodie festum plurimorum sanctorum peragimus, qui hoc anno ad numerũ sanctorum assumpti sunt, quorum festa ante nunquam peregimus. Idcirco non immerito hodie de tot nouis sanctis solenniter gaudẽdum est. Insuper omnes homines hodiernum festum, deuotè celebrantes, ostendunt se ad numerum istorum sanctorum pertinere, de quorum festiuitate hodierna die tam solenniter gaudent. Quantum ad secundum, sciendũ quod hodiernum festum, s. omnium sanctorum, triplici ratione institutum est. Primo propter multitudinem sanctorum. Non enim possumus scire nomina omnium sanctorum, & sic nec ipsis debitã exhibere reuerentiam. vnde *Nũquid est numerus militum eius?* Ioann. 15. vnde etiam dicitur. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore maris.* Gen. 24. vnde etiam B. Hier. dicit, quod nulla sit dies in anno quin millia martyrum effudisse sanguinẽ suum in eodem reperiri possent, nisi dies kal. Ianuarii, quia Romani statuerunt quod nullus illa die occideretur. Primo ideo, quia est prima dies anni. Secundo, quia illo die legerunt consules. Et in casu, quo etiam sciremus omnia nomina omnium sanctorum, tunc tot sunt, quod non possumus in particulari omnium festiuitates, singulariter celebrare, ergo hodiernum festum institutum est, in quo vniuersaliter omnium sanctorum festiuitatem celebramus. Secundo, hoc festum institutum est propter nostram negligentiam, quia festa etiam illorum sanctorum quos scimus, indeuotè, & negligenter peragimus. Esai 1. *Festiuitates vestras odiuit anima mea.* Vnde sciendum,

quod hodie debemus omnes negligentias in aliis festis commissas corrigere, & emendare. Tertio, quia suffragiis omnium sanctorũ indigemus: vnde & hodie festum omnium sanctorum celebramus, vt multiplicatis intercessorib. facilius impetremus à Deo quod petimus. Vnde scriptũ est. *Impossibile est preces multorum nõ exaudiri*: imo magis impossibile erit preces omnium sanctorum & angelorum in cælo existentium non exaudiri. Et si vnus bonus homo potest alteri gratiam impetrare in præsenti quid tunc possunt omnes sancti, & si quilibet sanctorum, dum adhuc in carne viueret, potuit cum orationibus suis mortuos suscitare, leprosos mundare, cæcos illuminare, &c. Quid tunc iam omnes sancti in cælo à Deo impetrare possunt? Circa quod quæritur, vtrum sancti in cælo orent pro nobis Deum? Respondeo secundum *Bonau.* quod sancti orant pro nobis triplici ratione. Primo, propter nostram necessitatem, quia indigemus per illos reuelari. Secundo propter Dei voluntaté, quia vult vt spiritualia iuuent se mutuo. Ipsi n. sciunt Dei voluntaté, & eam in omnib. implent. Tertio, propter charitatem & affectum, quã habét ad salutem nostrã. Nos enim mébra sumus cũ ipsis per charitatem mutuã in Christo, qui e. caput nostrum, ideo soliciti sumus nos iuuare cum orationibus suis apud Deum. Quantum ad tertium sciendum quod eisdé exercitiis, quibus ad temporalem hæreditatem homines sæculares perueniunt, & nos ad hæreditatem cælesté, & ad numerum omnium sanctorũ possumus peruenire. Sunt autem septem causæ, quibus ad hæreditaté temporalem perueniunt homines sæculares, & eisdem exercitiis spiritualiter intellectis nos habebimus ius, & potestatem perueniendi ad cælestem hæreditatem. Primo, secularibus debetur possessio téporalis iure proximationis, quia proximi sunt sicut filii, & si non supersunt filii, tunc proximiorib. consanguineis debetur hæreditas, sic spiritualiter proximi Christi sunt isti, qui innocentiam baptismalem seruant & immaculatam vitam cum Christo ducunt. *Incorruptio proximum facit Deo.* Quod autem talibus debeatur hæreditas cœlestis, patet per psal. dicentem. *Nouit dominus vias immaculatorum, & hæreditas eorum in æternũ erit.* Secundo debetur hæreditas secularibus iure permutationis, vt cũ permutantur hæreditates, tunc vnusquisq; in alterius hæreditaté ius acquirit. Sic spiritualiter illi, qui õia téporalia relinquunt propter Christũ, vt religiosi, per mutationem téporaliũ pro spiritualib. faciunt, & sic ius cęlestis hæreditatis acquirũt. Pro quo sciédũ, quod vita religiosa cõparatur vitæ cælesti. Nam sicut in cęlo õia sunt communia, sic etiã in religione õia sũt

Prouer. 6.

communia. Et ſicut in cælo continue laudatur Deus, ſecundum illud dictum pſalm. *Beati, qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.* Sic religioſi in religione exiſtentes, laudant Deum quotidie, per ſoluendo ſeptem horas canonicas. Et talis vita religioſa, quæ eſt ſub obedientia eſt homini magis meritoria. vnde in lib. Regum dicitur. *Maior eſt obedientia, quam victima.* Tertio percipitur hæreditas temporalis iure emptionis, vt cum quis emit pro pecuniis ſuis aliquam hæreditatem? ſic ſpiritualiter diuites emunt hæreditatem cæleſtem, cum pauperibus ſubueniunt. *Lu**c**.16.* *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Vt de benignitas Dei ſic diſtribuit bona ſua, vt aliis detur ſubſtantia temporalis, & aliis regnum Dei, vt ipſi diuites à pauperibus emant regnum Dei & pauperes à diuitibus acquirant victum. *August.* Si vis regnũ cælorum mercari eme à pauperibus. *Chryſ ſuper Matth.* Vnde *Chryſoſt.* Non propter hoc diuitias accepiſti, vt in laſciuia conſumas ſed vt in eleemoſynis expendas. Quarto, hæreditas temporalis percipitur iure matrimonij, & ſic vir hæreditabit bona mariti ſui, quia ſicut ſunt vna caro ſic inter ipſos debet eſſe mutua poſſeſsio. Sic ſpiritualiter virgines iure matrimonij poſsident cæleſtem hæreditatem, quia ipſæ ſunt ſponſæ Chriſti, vnde Chriſtus nominatur ſponſus virginum. Ex his patet, quod virgines ſunt reginæ regni cæleſtis. Nam quæcunque ſponſa habet regem Franciæ pro ſponſo, illa regina Franciæ vocatur. Sic virgo quæ habet Chriſtum pro ſponſo, regina regni cæleſtis vocatur pſal. *Aſtitit regina à dextris tuis.* Quinto hæreditas temporalis poſſidetur iure belli, vt cum quis cum gladio reacquirit hæreditatem ſuam perditam. Sic ſpiritualiter, qui fortiter reſiſtunt tentationibus, & vincunt diabolum, carnem, & mundum, tales poſſidebunt hæreditatem cæleſtem iure belli. vnde Apoſtolus. *Nemo coronabitur, niſi qui legitime certauerit.* *1 Tim. 1.* vnde etiam. *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* *Iob. 7.* Sexto, quia reacquirit hæreditatem ſuam per iuſtam quærimoniam coram iudice. Sic ſpiritualiter per iuſtam querimoniam deſignatur pœnitentia, vt cum peccator confitetur peccata ſua confeſſori, id eſt iudici ſpirituali, & ſubit pœnitentiam. vnde dicitur in decr. Confeſsio, à morte animam liberat, paradiſum aperit, ſpem ſaluãdi tribuit. *de pœn. diſt. 1 ecce.* Septimo, acquiritur quandoque hæreditas tẽporalis ex gratia adoptionis, vt cũ quis gratis, quem adoptat, & conſtituit ſibi id hæredem. Sic ſpiritualiter illi, qui in agone contentur, & pænitent. gratis conſtituuntur hæredes regni, quia nõ promeruerũt. vnde pſ. *Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem.*

DE

DE ANIMABVS. Sermo CLX.

Psal. 6. A*Nima mea turbata est valde.* Ex quo peragitur dies & commemoratio omnium animarum fidelium in purgatorio existentium, tunc in præsenti sermone sunt notanda. Primo, quod quadruplices animæ possunt dicere, quod sunt valde turbatæ. Primæ sunt animæ damnatæ in inferno, quibus nulla est redemptio. vnde *Greg.* *Greg. in Moral.* Nequaquam vltra misericordia parcentis liberat, quos semel in locis pænalibus iustitia iudicantis damnat. nec etiam pro talibus animabus damnatis est orandum *Aug.* Si scirem patrem meum in inferno, non plus orarem pro eo, quam pro diabolo, imo si omnes sancti in cælo, & omnes homines in mundo pro vna anima damnata orarent, Deus eam non liberaret. ratio huius est, quia est extra terminum misericordiæ posita. vnde dicitur: *Luc. 16.* *Inter nos, & vos chaos magnum firmatum est, vt hi, qui volunt hic transire ad vos, non possunt, nec inde huc transmeare.* vnde & dicitur. *Hier. 15.* *Si steterint Moyses & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum istum, eieci enim vos à facie mea.* Secundæ animæ sunt puerorum in limbo existentium, quæ sine baptismo decesserunt & tales pueri non habēt pænam sensus, sed habent pœnam damni. Et pro talibus pueris etiam non est orandum. Tertiæ sunt animæ adhuc in corporibus humanis existentes, quæ etiam sunt turbatæ, quia finem suum nesciunt, *Eccl. 9.* *Nescit homo, an odio, vel amore dignus sit.* Insuper nesciunt postquam à corporibus suis recedunt, vbi prima nocte permanebunt. Quartæ sunt animæ in purgatorio existentes, quæ sunt turbatę propter acerbitatem pœnæ. vnde *Aug.* dicit sic. *Aug. in ser. de igne purgatorii.* Ignis purgatorius, & si nō sit æternus, miro tamen modo grauis est, superat enim omnem pænam, quā homo vnquam passus est, vel pati potest in hac vita. vnde exemplum legitur de acerbitate purgatorii. Ponatur quod anima arserit ibi triginta annis, & si venerit angelus Dei, & diceret ei. Optio tibi datur, an adhuc vnū solum diem hic puniri velis, vel si velis redire ad corpus & illum diē, qui adhuc restat, persoluere in corpore, tunc talis tua dēt esse pęnitentia, quod tu dēs viuere in corpore adhuc centū annis, & terra, quam calcabis, ferreis clauis debet esse plena, qui pedes tuos penetrabunt, & subcinericiū panem comedes, & fel cum aceto mixto bibes, & vestimentum de pilis camelorum indues, & in terra iacebis, & durum lapidem pro cussino sub capite habebis. Tunc illa anima libentius præeligeret redire ad corpus, & hic talem pænitentiam per centum annos sustinere, quam adhuc per vnū diem in purgatorio nulla munere vnde dicitur

in decr. Igni purgatorio nulla pœna temporalis est comparabilis. vnde etiam *Augustin.* dicit: Fratres charissimi ille ignis purgatorius, & si non sit æternus, durior tamẽ est, quã quicquã in hoc sæculo pœnarum possit, vel cogitari, vel videri, vel sentiri. *B. Tho.* dicit, quod ignis purgatorii, & ignis inferni vnus est, quo ad acerbitatẽ, sed differunt in hoc, quia ignis purgatorii est transitorius, ignis vero inferni est perpetuus. Et *Aug.* dicit, quod ignis noster est, tanquam ignis depictus, respectu ignis inferni. Et propter hanc extensiuam acerbitatem eius, breue tempus videtur tam longũ in purgatorio ardentib. vnde legitur exemplum de duob. fratrib. religiosis, qui se mutuo in vita fideliter dilexerunt, & multo tempore, simul deuote Deo seruierunt. Et tandem contigit alium ex illis infirmari vsque ad mortem. Qui cum sic in tali graui infirmitate laboraret, venit angelus Domini ad eum, dicens, eum esse moriturum in breui, & quod tandiu deberet esse in purgatorio donec sibi vna missa legeretur, & quam cito illa missa legeretur, & finiretur, tunc liberari deberet à purgatorio, & auolare ad cælum, tunc illam visionem infirmus frater insinuauit socio suo rogans quam cito moreretur, immediate sibi vnam missã legeret, astringens eũ propter charitatem, & fidelitatem, quam adinuicem longo tempore habuerunt, quod & ille se facturum promisit. Sequenti die, de mane infirmus obiit, & iste frater immediate se ad missam præparauit. Et lecta missa defunctus frater apparuit illi, dicens: O infidelis frater, maledictionem Dei erga me bene meruisses: Ait ille, & quare hoc? Resp. defũctus, quia rogaui te, cũ adhuc viuerem, quod immediatè post obitum meũ mihi vnam missam legeres, sed tu infidelis frater, iã quasi per viginti annos in magnis pœnis me torquere permisisti, nec tu, nec aliquis fratrum meorum mihi vnam missam in tã longo tempore legit. Tunc viuens respõdit. In veritate dico tibi, quod cadauer tuũ nondum sepultum est, & immediate postquã expirasti, me ad missã disposui, & iã primo finiui. Ait defunctus. O si sic est tũc propter pęnę acerbitatem visum est mihi hoc breue spatiũ tẽporis quasi viginti annorũ fuisse, & tũc regratiabatur suo socio, & sic ad cœlũ euolauit. vnde patet stultitia eorum, qui petunt pro purgatorio, quia si acerbitatem pœnæ probassent, nunquã pro purgatorio peterẽt. vnde *Aug.* *Nescit quid petit, qui purgatorium petit.* Dicit n. quod pæna in purgatorio tãdiu quoad potest claudi & aperiri grauior est, quã illa pęna quam sustinuit beatus Laurentius in craticula vnde legitur de Alberto Magno, qui elegit sibi decẽ dies in purgatorio esse, & postmodum apparuit

pi. 25. quod in aliud.

C ¶

apparuit cuidã suo dilecto, dicens: O quod mille ãnis arsi in illo igne. Et addidit: Stulte feci eligẽdo mihi purgatorium. Homo enim debet petere, vt Deus eum præseruet ab igne infernali, quia vix quis tã perfectus est, quin oporteat eũ per aliquos dies in purgatorio puniri, quia oportet eum esse sine omni macula sicut post susceptionẽ baptismi fuit, ãtequã faciẽ Dei videat in cœlo. vnde *Humb.* Nunquam n. à quoquam facies Dei videbitur, donec per pœnam venialium peccatorum quadrans minimus persoluatur. *Alex.* Anima, quæ cũ macula venialis culpæ recedit ab ergastulo carnis transibit per ignem purgatorii purganda, antequam conspectui regis regũ præsentetur licet virtutũ claritate multũ refulgeat. vnde legitur in dial. *Gr.* Quod Paschasius Cardinalis tam deuote, & sancte vixit, quod post obitum ipsius, quidã Dæmoniacus tangẽdo feretrum ipsius à Dæmonio liberatus est, quod tñ idẽ post obitũ purgatorium intrauit propter electionem duorum Paparum, quorũ vni plus adhæsit ex quodam errore, quamuis possibile est homini hic ita viuere, quod sine omni purgatorio statim post obitum intrabit cælum sicut pueri innocentes, etiam annosi homines qui perfectam hic vitam duxerunt. Secũdo, D ¶ sciendum, quæ sunt illæ animæ, quæ intrant purgatorium. Respon. quod triplices animæ intrabunt purgatoriũ. Primæ sunt istæ, quæ solam contritionẽ habuerunt de peccatis in extremis, & sic decesserunt sine pœnitentia, & satisfactione. Similiter illi qui sunt confessi in sanitate corporis, & ante completionem pœnitentiæ moriuntur. Tales totam satisfactionem in purgatorio persoluent. Secundæ animæ sunt illæ, quæ hic pœnitentiam susceperunt, & eam impleuerunt, sed satisfactio ipsis pro peccatis iniuncta non fuit sufficiens. Tales residuum supplebunt in purgatorio. Vnde reprehensibiles sunt isti homines, qui renuunt duram pœnitentiam acceptare, cum tamen multo leuius est hic tempore gratiæ satisfacere, quam in futuro in purgatorio. De hoc quære ante sermone clvi. D. Tertiæ animæ sunt, quæ secum portant peccata venialia. Pro quo sciendum, quod etiam parua peccata hic in præsenti vita non deleta, grauiter punientur in futuro. Vnde legitur in lib. vitæ patrum ordinis prædicatorum, quod quidam bonus frater post obitum apparuit alteri fratri, dicens: Valde affligor, eo quod vinum purum aliis limphantibus bibi, vt possem dormire, sed ora Deum pro me fideliter, quod si feceris cito liberabor. Item legitur ibidem quod E ¶ quidam frater fuit septem diebus in purgatorio pro verbis solatii, & corporis recreatione.

Alex super *cano lib. 4. c. 16.*

Similiter

Similiter legitur, quod quidã frater in agone vidit beatam virginẽ Mariam ,& poſt obitum apparuit alii fratri dicens, Rogo te ,vt denuncies aliis fratribus, ne in obitu fratrũ ſeculares ad eos intrare permittãt,ego.n.grauiter punitus ſum quia in obitu meo ſeculares conſanguineos meos vidi , & eis flentibus , carnaliter ſum compaſſus. Item quæritur per quos puniuntur in purgatorio? Reſpondetur ſecundum *ſanctum Thomam*,quod non puniuntur per dæmones, de quibus triumphauerunt hic, ſed iuſtitia Dei punit eas. Et boni Angeli præſentant eas ad purgatorium,& quandoque viſitant eas.Sed mali angeli, id eſt, dæmones concomitantur eas vt videant pœnas
F ¶ earum. Tertio,quæritur vtrum animæ in purgatorio habeant aliquas conſolationes.Reſpondetur, quod habent triplicem conſolationem. Prima conſolatio eſt, quod Angeli boni viſitant eas,& conſolantur eas , & indicant eis ſuffragia , quæ pro ipſis fiunt à ſuis conſanguineis, vel aliis hominibus in hoc mundo viuentibus. Secunda conſolatio eſt,quod ſunt certiores nobis de æterna beatitudine. Vnde dicit *ſanctus Thomas* , quod animæ in purgatorio tenent medium inter nos in mundo,& beatos in cœlo, quia in cœlo eſt certitudo ſine expectatione. In mundo expectatio cum timore.Timor ille eſt,quod neſcit homo, an odio, vel amore dignus ſit. In purgatorio eſt expectatio cum ſecuritate. Et in hoc præcellunt animæ in purgatorio nos homines in hoc mundo, quia ipſæ ſunt certæ de earum ſalute , & illa certitudo eſt eis magna conſolatio. Tertia conſolatio eſt ſpes,quam habent ad ſuffragia ſuorum amicorum, & conſanguineorum,& aliorum bonorum hominum, Vnde legitur exemplum de duabus animabus, quarum vna erat in magnis pœnis,& tamen læta fuit, eo quod Angelus Domini ei inſinuauerat, quod illa die natus eſſet puer, qui eam in prima miſſa liberare deberet. Sed alia anima erat valde triſtis, eo quod nullum ſpirituale ſuffragium haberet à quoquam homine, ſed ſolum ſperabat de ſuffragiis communibus, quæ fiunt pro omnibus. Quarto ſciendũ,quod quatuor ¶ G debent nos inducere ad ſubueniendum libenter animabus. Primum eſt grauitas pœnæ, quia animæ ſunt in maximis pœnis, & in maxima paupertate & defectu. Secundum, quia dignæ ſunt, quia omnes animæ purgatorii ſunt in gratia, & in charitate Dei & hæredes regni. Ergo dignæ ſunt, vt iuuentur. Tertium,quia debemus habere ſpem de recompenſatione, quia ipſæ animæ in purgatorio etiam orabunt pro nobis poſtquam liberatæ fuerint, v. g. Si filius alicuius regis in exilio eſſet conſtitutus & haberet neceſſitatem,ac pateretur

teretur magnum defectum,& quicunque illi in eodem exilio subueniret, quando rediret ad patriam illi plenius recompensaret. Sic est etiam de animabus. Quartum, quia suffragia, quæ facimus pro animabus, nobisipsis proficiunt,& illa suffragia præmittimus. Circa quod quæritur vtrum suffragia facta pro defunctis etiam prosint facienti? Respondetur secundum *sanctum Thomam*. Opus suffragii quod pro altero fit,potest dupliciter considerari. Vno modo prout est expiatiuum pœnæ per modum cuiusdam recompensationis, & hoc modo suffragium est eius, pro quo fit, & sic absoluit eum à debito pœnæ suæ, quod non absoluit facientem à debito pœnæ propriæ. Alio modo potest considerari inquantum est meritorium æternę vitæ, quod habet in quantum procedit ex radice charitatis.Et secundum hoc non solum prodest ei, pro quo fit, sed magis facienti. Vnde psalm. *Oratio mea in sinu meo conuerteretur*. Vt Ioan.Qui in fide dormierunt. Quicunque pro H g proximi salute agonizat, primum, & ipse sibi prodest, deinde proximo Quinto, quæritur cum quib. suffragiis animabus est subueniendum? Respondetur, quod omnia bona opera, quæ pro ipsis fiunt, prosunt eis. Et signant hic de quindecim suffragiis dicendum est, cum quibus, vt comuniter subuenitur animabus

S. Thom. 4. dist. 65.

defunctis. Primo subuenitur eis cum candelis accensis, quæ ad laudem Dei accenduntur, vt ipse Christus, qui est vera lux, eas de tenebris eripiat,& sua æterna luce illuminet. Et in signum huius homini morienti datur cãdela ad manum,vt per hoc desiderare debeamus, quod ipse Christus, qui est lux mundi, velit lucere huic animæ per illam tenebrosam,& ignotam viam, per quam ambulabit. Similiter circa feretrum,vt comuniter locantur quatuor candelæ accensæ, vt Deus ignoscat huic homini defuncto quicquid peccauit cogitatione, locutione, opere, & omissione. Similiter quãdo sacerdos legit missam pro defunctis,tunc sexies in tali missa petit,vt lux æterna luceat eis.Secundo, subuenitur animab. cum thus accenditur. Et in hoc desiderandum est, vt Deus velit animam illã eripere à fœtore purgatorii, vbi iam punitur. Et sicut fumus ascendit de thure accenso, sic deuotio nostra ascendere debet in cœlum. Vnde ps. *Dirigatur Domine ad te oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo*. Tertio,aspergitur aqua benedicta super ossa, & sepulchra mortuorum.Et per hoc desiderandum est, quod sicut ardor ignis præsentis temperatur per aspersionem aquæ, sic ardor ignis purgatorij temperetur huic animæ mediante rore cæli gratiæ, & misericordiæ. Quarto, panis, & vinum

offertur vt Deus velit cibare illam animam esurientem, & potare illam animam sitientem. Quinto, orationes ad Deum diriguntur, vt ad modum captiuorum, qui per se nō possunt seipsos per preces suas liberare, vt per aliorum preces absoluantur, & signantur per orationes bonorum hominum, & puerorum, qui innocētiam suam adhuc seruant. Talium orationes valde proficiūt animabus. Exemplum de hoc quære ante sermone. XX. M. Sexto, oblationes fiūt pro animabus, vt à debitis, quib. apud Deum obligatæ sunt, absoluantur. Septimo, interpellādi sunt sancti, vt pro animab. intercedant. Et tales sancti sunt nūcii, qui sunt amici regis omnipotentis, quos tūc mittimus ad regem cælestem, vt ipse indulgeat animab. illis, pro quib. petimus. Ergo deuote est imploranda B. V. Maria, S. Petrus Apostolus, S. Nicolaus, B. Dominicus, B. Stephanus, & alii oēs sancti. Octauo, fiunt pro animabus ieiunia afflictiones, & genuflexiones; vt sicut vnum membrum aliquando atteritur, vel vulneratur vt alterū sanetur, vel sicut in vno membro fit minutio, vt in alio membro fiat ęgritudinis alleuatio: sic & viui possunt pro defunctis satisfacere si pænitentias illis iniunctas dum viuerent strenue, & perfecte pro eis compleuerint, dūmodo saltem si pœnitentiæ, & satisfactiones culpis decedentium sint proportionatæ, vnde dicitur in decre. Ieiunia viuentium, sunt auxilia defunctorum. Nono, subuenitur animabus cum debita post se relicta soluūtur. Vnde legitur exemplum ¶ I quod quidam vir nobilis apparuit post obitum famulo suo deuoto, habēs vincula ignita in manibus, & pedibus, & ait ad famulum, quod si vxor sua solueret fabro debita, valde prodesset sibi pro alleuatione pœnæ. Et vxor audiens hoc uocauit fabrum computans secum quantum sibi maritus suus teneretur soluere pro suis laborib. & facta computatione, soluit totum debitum. Et postmodum idē nobilis apparuit vxori suæ sedens in balneo ignito vsque ad collum, ligatus catenis per totum corpus. Cui dixit maritus. Solue me. Illa abinitio incipiens, soluit eum, & statim maritus gratias egit, & dixit vxori. sic ligatus fueram prima in pœna quousq; soluistis debitum, quo tenebar huic fabro, & sic soluendo soluisti me à vinculis purgatorii, & ad cælum iam vado. Et hoc dicto euanuit. Decimo, subuenitur animabus cum operibus misericordiæ, sicuti famelicos cibando, sitientes potando, peregrinum hospitando, nudum vestiendo, & sic de aliis. Vndecimo, subuenitur animab. testamenta cōdita persoluēdo, quæ post se reliquerunt & dando pro animab. suis sicut ordinauerūt Duodecimo, subuenitur animab. cū quis pœnitentiam

[Margin: 13 q. 2. anima.]
[Margin: In li. apum]

tiam.

tiam ipsis in hac vita iniuncta pro eis impleret. Nam hoc esset eis valde vtile, vt eo minus haberent in purgatorio exoluere. Et est sciendum, quod tria requiruntur ad hoc, cum quis assumit satisfactionem pro alio, vt proficiat. Primo, quod hoc fiat autoritate confessoris. Secundo, quod illæ personæ, pro quibus hoc facit, non possunt pro semel pœnitentiam implere. Tertio, quod ipse, qui facit pænitentiam, sit in gratia, scilicet sine peccato mortali. Ergo si quis iam mori deberet & alteri suam pænitentiam, & satisfactionem committeret, valde sibi prodesset quod assumens ille faceret celeré expeditioné, quia eo citius liberaretur à pænis purgatorii. Decimotertio, subuenitur animabus in hoc, quod quis soluat vota ab ipsis in vita ista promissa, quæ neglexissent cũ bene soluere potuissent, & de hoc essent contriti & confessi in agone mortis: vnde stultum est, & periculosum vouere Deo, vel sanctis, & non soluere. vnde dicitur in decre. Sanctius est non vouere, quã votum pro posse non perficere. Decimoquarto, subuenitur animabus. quando quis ignoscit ipsis iniurias, & offensas, quib. eum offenderunt, & orat pro ipsis, vt Deus eis ignoscat. Decimoquinto, subuenitur animabus cum celebratione missarum. Et hoc est maximum & principalissimũ suffragium animarum. Vnde legitur

K ¶
119. Sermo.

exemplum in vitis patrum ordinis prædicatorum, quod quidam pater quondam prior prouincialis in terra sancta, humilis, gratiosus, & deuotus, semel post matutinas erat orans in ecclesia fratrum. Cumque eleuasset oculos versus lampadem chori, vidit vmbram quasi vnius fratris stantis in habitu sordido, & nigro. Cumq; quæreret ab eo quis esset, respondit. Ego sum frater talis, qui nuper obii, & viuens in speciali fui tibi dilectione astrictus. Et quærens ab eo, quomodo sibi esset. Respondit. Male, & dure, quia in durissima pæna debeo esse per quindecim annos. Cumque ab eo quæreret quare tandiu, & tam dure deberet puniri, qui tam religiose, deuote, & feruenter vixisset. Respondit. Non quæras hoc, quia secundum iudicium altissimi, quod æquissimum est, bene promerui tantam pœnam. Sed rogo te, vt mihi subuenias. Qui hoc viribus suis facturum se respondit. Cũq; dies illuxisset, cæpit dictus frater pro dicto defuncto offerre Deo hostiã salutarem. Cũq; iam consecratã hostiã post eleuationé in manib. hẽt, cæpit rogare Deum quasi his verbis, dicens. Die Iesu Christe, si Soldanus, qui est rex paganorũ, teneret vnum captiuũ in vinculis, & camerarius eius, qui ei viginti annis seruiuisset, pro seruitio suo dictũ captiuũ peteret sibi dari, Soldanus ei de facili nõ negaret. Die non

esto durior Saracenorum Soldano. Camerarius tuus sum, & seruiui tibi per multos annos: Tenes istum fratrem meum dilectum in vinculis captiuum, pro seruitio meo peto eum mihi dari à clementia tua. Cum diu ista verba cum lacrymis non tantum semel, vel bis sed pluries dixisset post multas lacrymas missam finiuit. Sequenti vero nocte stans in oratione post matutinas prædictum fratrem vidit stantem ante se in habitu candido, & præclaro, & quæsiuit ab eo quis esset. Respondit. Ego sum ille frater, qui apparuit tibi heri Cumq; quæreret quomodo ei esset. Respondit. Bene per gratiam Dei. Petiisti, enim me à domino, & dedit me tibi iam liberatus à purgatorio vado ad societatem sanctorum, & statim desperauit. Item legitur, quod quidã nobilis in obitu suo misit filium suum ad Papam, qui erat auunculus suus, vt insinuaret sibi obitum eius. Et filius trigesima die post obitum patris venit ad Papam. Et Papa homo deuotus sequenti die celebrauit missam deuote pro anima auunculi sui. Et finita missa, apparuit ei auunculus suus dicẽs, quod triginta annis esse debuerat in purgatorio, & propter illam solam missam iam ex toto liberatus esset, & sic patet ex his prædictis duobus exemplis, quod maximũ & principalissimum suffragium, quo subuenitur animabus, est celebratio missarum. Item quæritur, vtrum missa de defunctis plus valeat defuncto, quam alia missa? Resp. secundum *sanctum Thom.* In officio missæ non solum est sacrificiũ sed etiã ibi sunt orationes, & ideo suffragium missæ continet duo de prædictis, id est, orationes, & sacrificium. Quantum ergo ex parte sacrificii oblati, missa de quocunq; dicatur æqualiter prodest defuncto, & hoc est præcipuum, quod fit in missa, sed ex parte orationum magis prodest missa de defunctis, in qua sunt oratiões ad hoc determinatæ. Sed tamen iste defectus recompensari potest per maiorem deuotionem eius qui dicit missam aliam, vel eius, qui facit dicere vel vel per intercessionẽ illius sancti, cuius suffragium imploratur, & de quo missa celebratur. Item quęritur, vtrum missa debeat celebrari pro paruulis defunctis? Resp. secundum *S. Thom.* Pro paruulis defunctis, & baptizatis missarum solennia celebrantur, non quia prosunt ad remissionem alicuius culpæ vel augmentum gloriæ, sed propter alias rationes. Tum propter solatium uiuorum, tum ad ostendendum paruulos ad vnitatem mystici corporis Christi pertinere, dum idem modus exequiarum seruatur in ipsis, vt in aliis, tum ad cõmendandum redemptionis mysterium, quod in hoc sacramento commemoratur, per quod paruuli sibi proprio merito salutem æternam consequuntur, tamen est sciendum.

S. Tho. in 4. d. 45.

S. Tho. 4.

sciendum secundum *Petr. Paludan.* Si missa dicatur pro paruulis; tunc oratio debet esse pro omnib. defunctis, vel pro aliis. Similiter orationes, & oblationes ad alios defunctos referendæ sunt. Item quæritur, vtrum suffragia pro aliquo specialiter facta prosint ęque aliis? Respon. secundum *S. Thom.* Cum suffragium sit virtutis finitę, dirigitur per intentionem facientis quo noluerit, & sic valet illi pro quo fit quãtũ ad liberationẽ pœnæ. Tamen quantũ ad congratulationem & internam consolationem, secundum quod vnus in charitate existens, de bonis alterius congaudent: sic suffragia facta pro vno, etiam velent pro omnibus in purgatorio existentibus, & plus illi, qui in maiori charitate est. Vnde patet quod quandocunq; aliquis aliquod suffragium facit pro anima patris, vel matris, vel alicuius consanguinei, vel alterius hominis, de hoc gaudent omnes animę in purgatorio existentes. Itẽ quæritur vtrum suffragia facta per malum hominem prosint defunctis? Respondetur, quod suffragia per malum hominem fieri possunt dupliciter. Vno modo, vt per ministrum publicum Dei, vel totius ecclesiæ, sicut est sacerdos qui celebrat missam, vel exequias mortuorum in ecclesia tunc suffragia talis sacerdotis quamuis sit peccator prosunt defunctis. Secundo modo suffragia fiunt per malum hominẽ ex proprio motu, & talia suffragia non prosunt animabus. Vnde dicitur in decret. *Peccatis innolutus pro aliis orare non potest.* Est tamen sciendum, quod si malus homo daret eleemosynam pauperi, per quam eleemosynam pauper ille bonus homo existens, excitaretur ad orandum pro anima alicuius, pro qua daretur, tunc per accidens illi animæ prodesset. Quod autem orationes malorum non prosunt defunctis, patet per illud exemplũ, quod habetur in sermone xvii. O, Sexto, quæritur de quibus hominib. conqueruntur animæ defunctæ? Respon. quod de quatuor generibus hominum conqueruntur. Primo de his, quibus hic fidelitatem, & charitatem, & beneficia exhibuerunt, & ipsi eis non refundunt. *Ps. Obliti sunt benefactorum eius.* Et est magna ingratitudo, & contra rationem humanam obliuisci, & non regratiari benefactoribus. Vnde Oportet regratiari ei, qui gratiam fecit. Sed defunctis alio modo nõ possumus regratiari, nisi per suffragia, quæ pro ipsis facimus. Secundo, conqueruntur de hæredib. suis qui bona aliorũ quæ cũ laborib. suis acquisiuerunt, possidẽt, & ipsis non subueniunt, sicut filii, & filiæ, & consanguinei, qui possident bona antecessorum suorum, & inde pulchras vestes, & equos pulçhros emunt, & domos magnas ædificant, & in gula, superbia, & luxuria illa bona consumunt

Petr. Palud. sup 4 lib. sentent.

1. quæst 1. fertur S. vulnerato.

Arist. 5. Ethic.

munt. Similiter & vxor, quæ alium maritum ducit, & breuiter omnes, qui hæreditant bona defunctorum, tenentur subuenire ipsis, in quibus habent illa bona, quod si non fecerint, tunc ipsæ enim conqueruntur de ipsis dicétes illud Iob. *Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?* Tertio, conquæruntur de testatoribus, qui non expediunt testamenta ipsis comissa, sed prolongant & protrahunt de die in diem, & hoc contra charitatem, & fidelitatem, quia secundum *Beatum Thomam*. Animæ carent interim illa subleuatione, quæ eis deberet fieri de testamento illo, si debito tempore expeditum fuisset. Vnde dicitur in decret. In testamentis decedentium vltima voluntas testatorũ est obseruanda. ¶ Nam tales, qui defraudant defunctos in testamentis exequendis, per hoc Deum grauiter offendunt, & quandoque etiam grauiter punientur, tam hic quam etiam in futuro. Vnde legitur quod quidam miles in bello Caroli magni cum Mauris pugnaturus, rogauit cognatum suum, vt si in bello moreretur, equum suum venderet, & pauperib. pecunias daret. Quo mortuo, cum equus sibi nimium placeret, eum sibi retinuit. Et post modicum tempus defunctus ille tanquam Sol refulgens, apparuit, dicens: Cogitate bene per octo dies fecisti me grauiter pati propter equum cuius pretium, vt dixeram, pauperibus non dedisti, sed non impune feres. Hodie enim ferent animam tuam in infernum diaboli, & ego purgatus vado ad regnum Dei. Et ecce subito in aere auditus est clamor velut leonum, vrsorum, & ipsum de medio abstulerunt. Item de talibus, qui defraudant animas dicit decretum. Debita suffragia pro mortuis non reddentes, fures sunt, & sacrilegi, & excõmunicãdi. Quarto, conqueruntur de religiosis & & sacerdotibus, & pauperibus, qui eleemosynas defunctorum recipiunt, & pro ipsis fideliter non orant. Similiter sacerdotes, qui habent præbendas, & altaria. Similiter, & religiosi, qui possident monasteria, cum bonis appropriatis ipsis monasteriis, & non fideliter orant pro animabus illis, à quibus talia habent. Nam omnes homines, qui de eleemosynis viuunt, magis debent esse deuoti, & in orationibus assidui, quia nõ solum debent orare pro seipsis, sed etiam pro viuis, & defunctis, quorum eleemosynis sustẽtantur. vnde dicitur in decret. *Receptores eleemosynarum plus debent orare.* Nec aliquis, qui de laboribus potest se nutrire debet eleemosynas recipere, sed debiles, & infirmi pauperes, & inualidi. vnde dicitur in decret. Impotentib. ad laborandũ tantũmodo danda est eleemosyna. Quomodo exemplum de his, qui

Iob. 19.
13. q. 2. vlt
13. q. 1. ¶ oblatum.
10. q. 1. ¶ ...
31. q. 1.

qui recipiunt eleemosynas,& non Q ¶ orant fideliter pro animabus. Legitur in dial.Cæsarii,quod quidam peregrinus in villa quadam moriens vestem suam sacercerdoti legauit, & animam suam sibi commendauit. Quam vestem sacerdos accepit, sed de anima sicut, proh dolor hodie multi faciunt, modicum curauit. Non multo post idem sacerdos in ordine Cistertiensi nouitius factus est. Nocte vero quadam in dormitorio dormiens, raptus est ad loca pœnarum, vbi magnus erat clamor, & tumultus, gemitus,& plãctus, & diaboli tollentes eandem vestem in fœtidam,atque bullientem lixiuiam intinxerunt, de qua cum collum sacerdotis percussisśet,ille excitatus fortiter in dormitorio clamauit,adiuuate, adiuuate, Quem cum fratres cum signo crucis compescerent,ait: En morior, en incendor: Tunc surgentes inuenerunt caput eius totum exustum, sic quod ad infirmatorium deportauerunt eum semiuiuum. Qui postmodum conualuit, & fideliter pro animabus sibi cõmendatis orauit. Item sciendum, quod fideliter debemus animabus subuenire, quia plures animæ per longum tempus in purgatorio arserunt, & plures diu ibi adhuc ardebunt. vnde *Richard.* Aliquæ Christianorum animæ vsque ad finem mundi ad pœnas purgatorii ex Dei iustitia sunt deputatæ.Nam legitur etiam in vno exemplo, quod quædam anima apparuit cuidam homini dicens se esse deputatam pœnis purgatorii vsque ad diem iudicii, nisi suffragiis bonorum hominum iuuaretur. Similiter legitur in quodam sermone, quod quædam animæ à tempore Christi in purgatorio fuerunt, & fortasse adhuc sunt. Quare autem tandiu aliquæ animæ ibi puniantur, & quo modo aliquæ citius liberentur: cum eis suffragiis subuenitur. *Hoc quære ante ser.* ci.

Richard. de S. Victore.

De Beata Virgine Maria.

Ser. CLXI.

BEatam me dicent omnes generationes. Ioan. de Sancto Geminiano dicit Sol non mittit radios suos super terram nisi per aerem transeundo. Cuius ratio est,quia aer e.terræ propinquior ipso sole. Sic reuera sol iustitiæ Christus Dominus Deus noster non mittit radios suæ gratiæ, nisi per virginem gloriosam, cum incomparabiliter propinquior sit omni creatura ipsi Deo. vnde *Ber.* Nihil nos Deus voluit habere, quod per Mariæ manus non transiret. Igitur ad matrem gratiæ recurramus, & ipsam salutemus. Ex quo hodie festum. N. beatæ Mariæ virginis celebramus, tunc nos ões gaudere, & exultare debemus cũ Angelis. vnde canitur hodie in introitu.

Luc. 6.

introitu missæ. *Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes, in honore Mariæ Virginis, de cuius N. gaudent, Angeli. &c* Vnde si iustus es, gaude? quia ex illa, cuius festum, hodie celebramus, ortus est sol iustitiæ, qui est dator, & augmentator gratiæ, si captiuus duceris aliquo peccato, vel si premeris aliqua graui tentatione, confortare, & alacriter celebra festum N. virginis Mariæ, quia eius filius factus est nobis redemptio. Vnde Apostol. *Qui est nobis factus à Deo iustificatio, sanctificatio, & redemptio*, si sanus es, salutis tuæ auctorem in eo venerare, R ¶ cuius mater ipsa est. Si impius noli desperare, sed matrem misericordiæ interpella. Ecce enim filius eius per fidem iustificat impium. Omnes igitur in communi lætemur, quicunque meritis ipsius adiuuari deposcimus. Nam ipsa est illa, quam beatam dicent omnes generationes. Vnde *Bern.* Ad Mariam, sicut ad medium respiciunt, & qui in cælo habitant, & qui habitant in inferno .i. in purgatorio, & qui nos præcesserunt, & nos, qui sumus, & qui nos sequētur, & nati natorum, & qui nascētur ab illis, illi qui sunt in cœlo, vt resarciantur, & qui in inferno, vt eripiantur, qui præcesserunt, vt prophetæ, fideles inueniantur, qui sequentur, vt glorificentur. Ideo beatam te dicent omnes generationes, quæ omnibus generationibus vitam & gloriam genuisti. In te enim Angeli lætitiam, iusti gratiam, peccatores veniam inueniũt in æternum. Ergo merito beatam eam dicant omnes generationes. Nam merito beata virgo Maria ab omnibus hominibus in mundo viuentibus veneranda est & honoranda, quia à Christo filio eius donata est in matrem omnibus hominibus, vt ipsis in omnibus necessitatibus subueniat. Circa cuius adiutoriũ in præsenti sermone quinque sunt consideranda. Primo, quã efficaciter beata virgo Maria nos adiuuet. Secundo, vnde hoc habeat, quod tam potens est. ¶ T Tertio, qualiter nos adiuuat. Quarto, propter quid iuuat. Quinto, exemplum. Quantum ad primum notandum quod Beata virgo nos efficaciter adiuuat, quia potest, scit, & vult. Ipsa enim habet adiuuandi posse, quia est mater omnipotentis, vnde *Bernardus* Data est tibi omnis potestas in cœlo & in terra, vt omnia quæcunq; volueris valeas impetrare. Item habet adiuuandi sapientiam, quia cognoscit defectus nostros, & necessitates nostras. Ergo dicitur mater sapientiæ, & agnitionis, Vnde: *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.* Item habet adiuuandi velle, quia est mater misericordiæ, & bonitatis. Sciendum, quod magnitudo misericordiæ Virginis Mariæ ostenditur in hoc, quod eius misericordia

1. Cor. 1.

Eccl. 24

cordia

cordia præcellit omnium sanctorum misericordias in cœlo existentium. Vnde assimilatur oliuæ campi, quæ est omnibus patens atque communis. *Quasi Oliua speciosa in campis, &c.* Nam omnibus personis miseretur, nobilibus, & ignobilibus, sanis, & infirmis, diuitibus, & pauperibus, iustis, & iniustis, iuuenibus, & antiquis. Item omnibus morbis, & infirmitatibus subuenit, si pro honore Dei est, vt homo liberetur ab illis. Vnde sciendum, quod sancti non iuuant hominem, nisi inquantum Deo placet, & saluti ipsius hominis expediens est. Ergo credere diffinitiue, vt qui honorat illum sanctum, vel qui hoc facit, vel qui hoc dimittit ad honorem illius sancti, quod ideo sibi hoc contingat, vel hoc eueniat, est erroneum, quia forte voluntas Dei est, vt non libereris à tali infirmitate, vel tribulatione, vel necessitate. Et à sancti non orant pro nobis, nisi inquantum cognoscunt Deum velle eos exaudire, quia forte talis infirmitas, vel necessitas, vel paupertas est tibi causa salutis, & præseruat te à peccatis, aut forte Deus ex misericordia sua vult punire in præsenti peccata tua, aut per has tribulationes augere meritum tuum. Vnde dicit: Quosdam præsciens Deus multum peccare posse, flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent, vt eis vtilius sit frangi languoribus ad salutem, quam remanere incolumes ad damnationem. Vnde etiam *Aug.* Deus cum aduersis rebus exagitat, aut merita examinat, aut peccata castigat, aut mercedem mihi æternam pro toleratis malis temporalibus seruat. Ergo cum puer tuus infirmatur, vel aliquem defectum habet, & tu imploras, & inuocas patrocinium, & subsidium alicuius sancti, committere debes hoc Deo, & illi sancto, vtrum expediat, & non diffinitiue tenere, nec credere si hoc vel hoc feceris, quod puer tuus propter hoc liberabitur, quia forte cum peccatis tuis demeruisti, quod Deus te punit in puero tuo, vt per has tribulationes, & occupationes, quas habes cum puero tuo, peccata tua cognoscas, & sic cum contritione Deum inuoces, vt merearis remissionem peccatorum. Et tamen nihilominus sancti honorandi, & inuocandi cum magna fiducia, quia meruerunt hoc apud Deum, quod possunt nobis subuenire in nostris necessitatib. Item magnitudo misericordiæ virginis Mariæ ostenditur præ aliis in sanctis in hoc, quod iuuat in omnibus locis, in mari, in terra in campo, in domo, in mensa, in lecto. Item in omnibus temporib. die, noctuque, de mane, de sero, in iuuentute, in senectute, & sic de aliis. Vnde etiam *Bern.* Virgo beata omnibus veniam petentibus misericordiæ sinum aperit, & obtinet veniam, ægris medelam,

Eccl. 14.

Aug. 3. lib. de anima.

Aug. in l. de ciu. Dei.

pusillis corde, robur, afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium. & liberationem. Vnde etiam *Chrys.* O dulcis virgo non est fas te posse illum deserere, qui spem suam fiducialiter in te ponit. Ex his patet magnitudo virginis Mariæ. Quantum ad secundum quæritur, vnde Maria hoc habeat, quod tam potens est, tam in cęlo quam in terra? Respondetur, quod hoc habet ex triplici iure, & ratione. Et hoc patet ex eo, quo quis potest apud aliquem regem terrenum habere magnum posse, aut ratione parentelæ, aut ratione gratiæ inuentæ apud illum regem, aut ratione beneficii, quod exhibuit illi regi. Ista triplici ratione beata virgo Maria apud regem cœlestem obtinuit magnum posse. Primo, ratione parentelæ, quia est mater regis æterni, & ideo merito habet magnum posse tanquam mater regis cælestis. Et hoc signatum est vbi dicit Salomon Bersabeæ matri suæ. *Pete mater mea, neque enim fas est, vt auertam faciem meam à te.* Secundo, habet magnum posse, ratione gratiæ inuentæ. Vnde dixit ei Angelus in annunciatione. *Inuenisti enim gratiam apud Deum.* Et non tantum apud Deum, sed etiam apud totum mundum. vnde *Bernardus*: *Bene Maria dicitur gratia plena, quia Deo, & Angelis, & hominibus est grata. Deo per humilitatem, Angelis per virginitatem, hominibus per fœcunditatem.* Tantam gratiam apud Deum inuenit, quod etiam ab æterno sibi in matrem elegit. vnde *Richard.* in tractatu de conceptione virginis. *Hæc est*, inquit, *ab initio dierum prædestinata, & à Patriarchis & Prophetis prænunciata.* vnde etiam *Damascenus. Sancta & semper laudabilis Deo genitrix Maria præ æterno, & præmissiuo consilio Dei ordinata est.* Item tātam gratiam inuenit, quod omnes petitiones illius exaudit. vnde in libro Regum dicit Salomon matri suæ. *Omne quod peteris à me, impetrabis.* vnde *Bern. Loquere Domina, & audiet filius tuus, & quæcunque petieris impetrabis.* Tertio habet magnum posse ratione meriti, quia ipsa super omnes puras creaturas merita cumulauit. Pro quo sciendum ꝙ X quod merita beatæ Mariæ virginis sunt nobilia, magna, & multa. Primo dico, quod sunt nobilia, propter immediationem. Nam opera misericordiæ, quæ nos iubemur pauperibus exhibere, ipsa immediate in ipsum Deum exercebat ipsa enim eum suo lacte pauit, & potauit: Hospitio vteri sui hospitauit, vestiuit eum humanitate s. corpore, quod de purissimo sanguine eius factum est, operatione spiritus Sancti, pendentē in cruce tanquam in carcere positum, eum visitauit, quia iuxta crucem stetit, & sepulturæ eius interfuit, sic quod opera misericordiæ, quæ

nos

Margin notes: 3. Reg. 2. — Luc. 1. — Richard. de S. Vict.

nos pauperibus exhibemus, ipsa immediate in ipsum Deum exercebat. Ergo eius merita sunt nobiliora meritis nostris. Secundo, fuerũt eius merita magna propter duplicationem, quia simul, & semel contemplationem, & actionẽ exercebat. Nam eoquod nutriuit Iesum, necessaria corporis ministrando, in hoc etiam ipsa intendit Deo eius diuinitatem sublimiter contemplando. Tertio, eius merita fuerunt multa, propter continuationem, quia sine cessatione meruit, & merita cumulauit. Sed diceres: quomodo semper meruit? nonne quandoque comedit, & bibit, & dormiuit? Respondeo, quod oĩa illa necessaria corporis ita discrete ordinauit, quod etiã cessando ab operib. & quiescẽdo, semper meruit, & hoc ex feruẽti charitate. Et hoc non est mirum, quia nobis est possibile semper mereri in oib. quæ facimus, vel dimittimus, cũ in gratia Dei sumus, & omnia ad Deum referimus. Vnde *Apostolus:* Rom. 8. *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* In hoc enim præcellimus sanctos in cœlo existentes, qui nihil amplius mereri possunt, sed nos possumus in præsenti vita semper mereri. v. g. Si comedis propter confortationem naturæ, & cum gratiarum actione, cibus tuus laudat Deum, & sic comedendo mereris coronam vitæ æternæ. Item si dormis ea intentione vt fortior fias ad surgendum & seruiendum Deo, sic dormiendo, mereris. vnde etiam *Greg. Somnus sanctorum non vacat à merito.* Item si laboras manualiter ea intentione, vt habeas, vnde te, & vxorem tuam, & pueros tuos de iustis acquisitis nutrire valeas, & nõ indigeas furari, nec quidquam iniuste lucrari, vel si laboras ea intentione, vt de laborib. tuis pauperib. subuenias, qui per se laborare non possunt, vel si laboras, vt pęnitentiam Adæ, & humano generi iniunctam perficias. & quandocunque harum triũ intentionum vnam habes, & sic in gratia laboras, semper mereris in quolibet opere coronã vitæ æternæ. Ergo pistor non potest pinsere panem, quin mereatur vitæ æternæ coronã: similiter habet sartor, sutor, rusticus exercens agriculturam, & sic de aliis laborat. Et pro vna die, in qua hic præsenti vita fideliter laborasti, habebis maius pręmiũ in regno cœlorũ, quam totus mundus valere potest. vnde *Ps. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. &c.* v. *Bern.* Si labor te terret, merces inuitet. Vnusquisque n. secundũ suum laborem mercedẽ accipiet. vnde *Ambr.* Breuis huius laboris est meta, sed corona perpetua. Sed quantum ad tertiũ, s. qualiter beata virgo Maria nos adiuuet, sciendũ, quod ipsa adiuuat hominem in omni statu, s. in vita, in morte, & post mortem. Vnde *Ber. de considerat.*

canitur de ea. *Maria, mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.* Adiuuat quidã in præsenti vita tam bonos, quam malos, bonos, scil. eos in gratia conseruando, & eis gratiam augmentando, ideo dicitur, *Maria mater gratiæ.* Malos vero ad misericordiam, & pœnitiam reducendo, ideo dicitur. *Mater misericordiæ.* Adiuuat etiam in morte, nos ab insidiis diaboli protegendo, ideo subditur. *Tu nos ab hoste protege.* Adiuuat etiam post mortem animas in suis manibus suscipiendo, & eas in cœlum deducendo, ideo subditur, *& hora mortis suscipe.* Vnde quæritur super hoc, quod Maria vocatur, siue nominatur mater misericordiæ, an ipsa, vel filius eius sit magis misecors. Respondetur, quod filius eius in infinitum plus habet de misericordia, quam virgo sancta, quia sicut infinitæ est potentiæ, sic est infinitæ misericordiæ vnde psa. *Miserationes eius super omnia opera eius.* Sed ipsa beata virgo Maria, dicitur mater misericordiæ, quia semper misericorditer agit. Et ideo quantum ad hoc peccatores fiducialius ad matrem misericordiæ confugiunt. vnde *Bernard.* Reuolue diligentius euangelicæ historiæ seriem vniuersam, & si quid forte increpatorium, durum vel asperum inueneris in Maria, ipsam de cætero suspectam habeas, & ad eam accedere verearis, sed filius eius non solum est misericors, sed etiam iustus in omnibus operibus suis. vnde psal. *Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas.* Quantum ad quartum, scilicet propter quid beata virgo nos adiuuat, sciendum, quod virgo gloriosa iureiurando tenetur & obligatur nobis peccatoribus misericordiam, & gratiam exhibere, vt etiam nullo modo valeat à nobis cõtinere misericordiam suam, etiam si vellet, sed iusto Dei iudicio conuincitur oportere nobis gratiã dare, & hoc triplici ratione primo, conuincitur nobis gratiam exhibere propter ipsius gratiæ inuentionem, humanum enim genus in lapsu primorum parentum gratiã perdidit, quam, Angelo, testante, Maria inuenit. Sic ait Angelus, *Inuenisti enim gratiam apud* Luc. 1
Deum. Iustum est tam in iudicio ecclesiastico, quam ciuili, vt qui rem alterius inuenit, ei restituat, cuius erat, & sic per istam sententiam cogitur Maria nobis peccatoribus restituere gratiam, velit nolit. Secundo, cogitur nobis misereri propter maternum affectũ. Nam ex eo quod eius filius dignatur dici, & esse frater noster. Iuxta illud psalm. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Item in euangelio dixit Christus Mariæ Magdalenæ, *Vade ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum.* Ex hoc, ista ratione cogitur esse mater nostra. Scimus autem

tem quod omnis mater diligit filios suos. Vnde sicut Iesus Christus secundum deitatem naturalis est filius Dei patris, & omnes electi filii adoptiui. Sic à simili Iesus Christus secundum humanitatem est naturalis filius virginis Mariæ, & nos eius filii ex materna affectione, hoc est quod Lucæ. 2. dicitur. *Peperit filium suum primogenitũ.* Luc. 2. Qui primogenitus eius iusto ordine dicitur respectu nostri, qui post illum filii eius sumus. vnde *Ambrosius.* Si Christus omnium credentium est frater, cur non ipsa, quæ genuit Christum credentium sit mater? Ex hac autem materna affectione cogitur beata virgo Maria habere curam nostri. Scimus enim, quod animalium, volucrũ, & serpentium mater cogitur diligere fætum suum quod si tam fortis est natura, vt omnis creatura materna cogatur velle bonum filiis suis, multo magis diuinus affectus in matre Dei cogit eam nos amare, quia filius Dei, qui venit ex misericordia in vterum virginis, fecit eius viscera misericordiam redolere. vnde *Bernard.* Qui domum in manu habuerit per dimidium diem, per reliquam partem diei manus redolet odorem. Sic à simili, quia misericordia, quæ est Deus, in eius visceribus nouem mensibus requieuit, ideo eius viscera redolent bonitatem & misericordiam in sempiternum. vnde *Bernard.* Dico vobis charissimi, si pie à nobis pulsata fuerit, non deerit necessitati nostræ, quoniam misericors est, & mater misericordiæ. Tertio cogitur nobis misereri ex filii recommendatione, ad hoc enim elegit Christus filius Mariæ tempus, & locum aptissimum, quo nos recommendaret matri. Hoc est tempus passionis, & locus passionis, quando dixit, *mulier ecce filius tuus,* vt ex hoc loco, & tempore ipsam recommendationem ei profundius inculcaret. Nam nomine Ioannis, qui interpretatur gratia, omnes peccatores conuersi ad Dominum intelliguntur quos in illo loco, & tempore matri cõmendare voluit, vt cum ira Dei iusto Dei iudicio egrederetur ad puniendum, & damnandum peccatores, ipsa memor loci, & temporis passionis pro nobis affectuosius interpellaret, ac si in illa recõmendatione filius ei diceret, *Abscondé fugientes, & vagos, ne prodas.* Esai. 16. Ac si dicat, vide mater oculis, & cordis & corporis, quid, quantum, qualia pro peccatoribus patior, & eos tibi habeas recommendatos. Quia licet multa, & magna sit valde misericordia matris Christi super peccatores, tamen maior est misericordia filii, vtpote, quia est ipsamet misericordia, habens misericordiam essentialiter infinitã, affectuosius cupiens nos saluari, quam damnari. Et ideo matrem suæ passionis interesse voluit, vt per suam intercessionem, cui.

cui non est fas aliquid denegare, occasionem miserédi habeat peccatoribus. Quod autem Maria solicita sit reconcilari peccatores, patet per exemplum. Quidam peccator volens ire ad peccãdum, ad altare virginis gloriosæ stans, salutauit eam angelica salutatione quia modus eius erat quandocunque præteriuit altare, vel imaginem virginis Mariæ, quod eam salutauit. Quod cum faceret, vidit imaginem eiusdem virginis, quæ super altare erat, viuificari simul cum puero, quem tenebat, viditque sanguinem fluere de puero in gremium eius, sicut fluxerat de vulneribus Christi in cruce. Quod cum cerneret, stupefactus, dixit. O domina quis fecit hoc? & virgo respondit tu, & cæteri peccatores, qui amplius crucifigitis filium meum, quam fecerunt Iudæi. Volebatque virgo sanguinem pueri tergere, & restringere, & non poterat. Et peccator ille conuersus ad virginem, dixit. O mater misericordiæ intercede pro me. Et illa, vos peccatores vocatis me matré misericordiæ, qui tamen non cessatis me facere matrem miseriæ, & tristitiæ & ille. Non sic inquit piissima domina loquere. sed memento aduocatam peccatorum te esse, & intercede pro me. & mater ad filium: O piissime fili amore mei miserere huic peccatori. Et filius; Non mater, nec grauari debes, quod te non audio, quia & ego rogaui patrem meum: Primo, vt si possibile foret alio modo genus humanum saluari, transferret à me calicem passionis, & noluit me audire. Et mater. O fili mi, memento, quod materno amore te foui, & alui vberibus meis, & condona huic peccatori. Et filius. O mater, ex iustitia tibi ostendam quod exaudire te non teneor. Et mater, non secundum iustitiam causatur, sed ad misericordiam cõfugimus. Et rogo propter tuam misericordiam miserere huic peccatori. Et filius. Rogaui ego secundo patrem meũ, vt si possibile foret alio modo genus humanam saluari, transferret à me calicem passionis, & non audiuit me. Et mater. O fili, memento laborum, & dolorum, quos sustinui te cum, & dona mihi istum peccatorem. Et filius: O mater noli grauari, quod te non exaudiam, sed Memento, quod tertio rogaui patrem meum, vt transferret à me calicem passionis, & non audiuit me. Et mater deposuit filiũ & voluit procidere ad pedes. Quod videns filius, dixit ad eam, Quid est mater, quod facere vis? Et illa Tandiu ad pedes tuos cum peccatore iacebo quousq; ei veniam concedas. Et filius. Absit hoc mater, Statutum est in lege diuina, quod filius debet honorare patrem, & iustitia concludit, quod ille debet legem implere, qui legem dedit. Cum autem ego filius tuus sum, & tu mater mea, te honorare

norare volo in isto peccatore, & sibi propter te omnia peccata indulgere, vt sit pax inter me, & eũ, & in signum pacis osculetur vulnera mea, & sic peccator osculando sanauit omnia vulnera Christi.

Alius sermo de B. V. Maria.

Sermo. CLXII.

Luc 1.

FEcit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. Hiero. De beatissima & gloriosissima virgine Maria loqui me indignũ fateor. Sed& puto, quod nemo sit, qui præsumat, nisi qui quanta sint, quæ panduntur, ignorat. Tamen si ad hoc nemo idoneus inuenitur, votis omnib. cessare non debet, quilibet etiã peccator à laudibus virginis gloriosæ, vnde etiam *August.* Quid enim dicam de te pauper ingenio, cum de te quicquid dixero minor laus est, quam tua dignitas meretur? Nam si omnia membra verterentur in linguam, illius laudem adhuc explicare non possent. vnde etiam *Bernard.* Si omnium martyrum vulnera, & membra verterentur in linguas, eum sufficienter laudare non possent. Si igitur tanti doctores fatentur se ad hoc non posse sufficere, quid dicam de modernis doctoribus qui respectu eorũ sunt quasi gutta respectu maris? sed recurrendum est ad illam, de de qua locuturi sumus, vt apud suum filium nostram insufficiẽtiam adiuuet, & indignitatem excuset, quia Dominus fecit ei magna, qui potens est, &c. Vnde in præsenti sermone & in præsenti festo. N. B. virginis Mariæ tria sunt dicenda. Primo de nouem dignitatib. quib. eam priuilegiauit Deus præ cæteris sanctis, & hominibus. Secundo quomodo ipsa beata virgo Maria est exemplar morum, & virtutum; Tertio, exemplum. Quantum ad primum sciendum, quod prima dignitas Mariæ est, quod eam ab omni peccato mortali, veniali, & originali mundauit, & custodiuit. Rari sunt, qui sibi caueant ab omni peccato mortali. Rariores sunt qui caueant à veniali. Rarissimi, qui nascantur sine originali. Ideo rarissimi, quia non inueniũtur nisi tres in nouo testamento, scilicet Christus, beata virgo Maria, & B. Ioannes Baptista. De virgine enim Maria dicitur. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Cant. 4. Ipsa enim fuit pulchra, quia ab omni peccato mortali penitus aliena. Fuit tota pulchra, quia in carne, & in anima à peccato originali mundata. Fuit sine macula, quia ab omni veniali immunis effecta. vnde *Bernard.* Ego credo, quod copiosior sanctificationis benedictio in Mariam, quã in alios in vtero sanctificatos descenderit, quæ non solum eius ortum sanctificaret, sed etiam eius vitã deinceps immunem ab oĩ peccato conseruaret quod alteri nemini in

in natis mulierum creditur esse donatum. Vnde etiam *Aug.* Cum de peccatis agitur, nullam prorsus de hac sacratissima virgine Maria volo fieri mentionem. Vnde *psalm.* *Anima eius in vita ipsius benedicetur*: quod nulli conceditur in hac vita. Nam si omnes sancti, & sanctæ interrogētur, si peccassent, omnes responderent. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, veritas in nobis non est.* vnde Salomon: *Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Vnde: *Septies in die cadit iustus, & resurget.* Vnde etiam in decret. *Omnis homo habet peccata venialia.* Sed sine omni peccato mortali potest vnusquisque viuere. Et oppositum tenere, est erroneum, & hæreticum. Vnde magister sententiarum: Illos errare dicimus, qui cum manichæo dicũt hominem peccatum mortale vitare non posse. Secunda dignitas est, quod eam in matrem suam elegit præ omnibus mulieribus, & virginibus. Vnde cantatur de ea. *Elegit eam Deus, & prælegit eam.* vnde *Bern.* Proinde factor omnium, vt homo fieret nasciturus de homine talem sibi debuit matrem eligere, qualem & se decere sciebat, & sibi placituram nouerat. Voluit igitur Virginem esse, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus. Voluit & humilem, de qua mitis, & humilis corde prodiret. vnde sciendum, quod Beata virgo fuit vera mater Christi, quia materiam carnis sibi dedit conuenientem, locum in vtero tribuit, & conueniens in vtero nutrimētum sibi exhibuit. Ista tria faciunt eam veram esse matrem Christi. Item fuit tota mater Christi, quia totam substantiam ministrauit, ita quod nullus pater ibi aliquid dedit. Corpus aliorum puerorum formatum est duabus lineis, id est, semine vtriusque parentis. Corpus autem Christi formatum est tantum in vna linea, id est, sola carne virginea: vnde Christus non vocat se filium hominum, sed filium hominis, quia ex operatione spiritus sancti, & ex sanguinibus purissimis beatæ virginis Mariæ formatum est corpus Christi. Item fuit solicita, & studiosa mater. Adeo studiosa fuit, vt dicit *Beatus Bernardus*, quod omnia opera misericordiæ erga personam filii exhibuit. Ipsum enim indumento carnis induit. Ipsum etiam in hospitio vteri sui nouem mensibus hospitabatur. Ipsum per infantilem ætatem infirmum fouit, nutriuit, & potauit. Ipsum in cruce, tanquam in carcere positum visitauit, eius sepulturæ interfuit. Et bene studiosa mater fuit, quia opera misericordiæ erga filium exercere voluit. Et ideo mater filio fuit valde charissima. Quod quidem ipse ostendit quando in cruce existens, tantam curam de ea habuit, quod

Prou. 14.

De pæn di. 2 opponitur.

lib. 2 di. 36. dicit.

quod eam Iohanni commendauit. Christus nāq; in hac vita quinque habuit & possedit, habuit quidem quādam paruam expensarum sibi datam pecuniā, habuit corpus, & animam, habuit matrem, habuit ecclesiam. Ea autem, quæ fuerunt vilia, custodi vilissimo commisit. Ea autem, quæ fuerunt chara custodibus bonis commisit, & commendauit. Nam pecuniam, quam contemptibilem & vilissimam reputauit, custodi vilissimo, scilicet Iudæ traditori commisit, Corpus suum proprium charis custodibus scilicet Nicodemo, & Ioseph ab Arimathia commisit. Ecclesiam vero, quam habebat chariorem, chariori custodi, scilicet Petro tradidit. Matrem autē charissimam, custodi dilecto, scilicet Ioanni euangelistæ commisit Animam, quam habuit super charissimam custodi super charissimo, scilicet patri suo æterno commendauit.
Luc. 24. *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Tertia dignitas est, quod virgo cōcepit, & virgo permansit. Insuper peperit filium suū sine dolore. Et illa conceptio prædicta fuit per *Esa.* qui dicit. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium,* vnde *August.* Qui scripsit tabulas lapideas sine stylo ferreo, ipse grauidauit virginem Mariam spiritu sancto. Et qui produxit panem in eremo sine aratione. ipse impregnauit virginem sine corruptione. Et qui fecit virgam sine pluuia germinare, ipse fecit filium Dauid sine semine generare. Item *Petrus Rauen.* loquens de virgine Maria dicit. virgo inquit, te matrem præstitit gratia, non natura, in tuo cōceptu, in tuo partu creuit pudor, vncta est castitas, integritas roborata, & solidata est virginitas. Item sciendum quod partus virginis præcellit partus aliarum mulierū, quia cæteræ mulieres ante partum habent timorem, quia multæ in partu periclitantur. Ergo communiter mulieres præparāt se ad partum, quasi ad mortem cum perceptione sacramenti. In partu habēt dolorem. *Gen. 3. in dolore paries.* Gen. 3.
Et post partum habent languorem. Sed beata virgo timere non debuit, quia habuit Angelum custodientem, patrem sanctificantem. *psalm. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus,* Spiritum sanctum conceptum operantem.
Spiritus sanctus superueniet in te, Luc. 1.
qui scilicet conceptum tuum efficiat. Filium Dei in vtero habitantem. *Qui creauit me, requieuit in* Eccl. 24.
tabernaculo meo. Similiter in partu non habuit dolorem, tum quia Christus sibi illum dolorem vsque in suam passionem seruauit, tunc enim gladius doloris pertransiuit animam eius, tum quia sine peccato concepit, & mulier ratione peccati illi dolori subiecta fuit, tū quia tantam habuit lætitiam de eo, quod se videbat Dei filium parere, generare redemptorem, &

suam virginitatem retinere, quod tam immensa lætitia omnem alium dolorem exclusit. vnde *Bern. Benedicta tu in mulieribus, quæ illam generalem maledictionem euasisti, quia dictum est: In dolore paries filios. August. O quam beata mater illa, quæ sine contaminatione concepit, & sine dolore peperit.* Similiter post partum non habuit languorem. Tum quia medicinam Dei portauit, id est, filium Dei qui sanat omnem languorem, & omnem infirmitatem. Tum quia virtus altissimi obumbraculum, & refrigerium sibi fecit, & nullam molestiam eam pati in partu permisit. *Virtus altissimi obumbrabit tibi.* Quarta dignitas est, quod ipse Christus matri suæ subditus fuit, vnde: *Et erat subditus illis.* vbi Christus docet filios suos subdi parentibus. *de hoc quære* Ser. XXIIII. S. Quinta dignitas est, quod omnes gratias, quas alii sancti habuerunt particulariter, ipsa habuit vniuersaliter. Nam Abraham habuit fidelitatem magnam, sed ipsa fidelior. Moyses habuit mansuetudinem, sed ipsa mansuetior: Dauid habuit humilitatem, sed ipsa humilior: Ioannes euangelista seruauit virginitatem, sed ipsa purior. Martha habuit hospitalitatem, sed ipsa liberius, quia Christus nouem mensibus in vtero ipsius hospitatus fuit: Maria Magdalena institit contemplationi, sed ipsa in contemplatione sublimior fuit: Beatus Nicolaus misericordiam exhibuit, sed ipsa clementior fuit, & sic de aliis. vnde: *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.* vnde *Bern.* Non decuit Mariam communes gratias habere, nec paucas, quæ summum gestabat in vtero, sed quicquid summum, quicquid altissimũ fuit in gratia, hoc abundantissime possidebat. vnde *Hieron. Cæteris per patres, Mariæ vero se tota simul infundit plenitudo dignitatis.* vnde iterum *Bern. Merito de te virgo beata plenitudo gratiæ prædicatur, quia non defuit tibi fides patriarcharum, spes prophetarum, charitas apostolorum, constantia martyrum, sobrietas confessorum, castitas virginum, puritas angelorum.* Sexta dignitas est omnium Christianorum specialis collaudatio, qua fere quot ipsi Christo tot fiũt laudes ipsi virgini Mariæ. vnde *Benedictionem omnium gentiũ dedit illi.* Quis enim est tam sceleratus, qui non habeat deuotionem ad beatam virginem? Nam cũ quis offendit pedem ad lapidem, statim inuocat Mariam, vel etiam quandocunque occurrit alicui grandis tribulatio, siue ab aqua, siue ab igne, vel etiã à quacunq; alia creatura, statim homo implorat patrociniũ virgini gloriosæ Mariæ clamãdo *Aue Maria gratia.* sic quod quasi naturaliter est iã homini insitum habere ad Mariam speciale refugium tanquam ad matrem propriam

Luc. 6. Prou. 31. Luc. 2. Eccl. 44.

propriam. Septima dignitas Mariæ est, quod Iesus Christus in occursum eius perexit cum exercitu suo cælesti, quando ipsa de hac vita migrauit. Vnde sciendum quod Christus matrem suam virginem Mariam cum honorabili associetate assumpsit. Nam angeli, patriarchæ, & prophetæ, & apostoli sibi cum Christo obuiauerũt. & merito, quia ões isti eam honorare tenebãtur. Angeli enim, quia ipsa beata virgo Maria est domina angelorum. Patriarchæ, quia ipsa de eorũ stirpe descendit. Prophetę, quia ipsa spiritu prophetiæ plena fuit. Apostoli, quia ipsa eorũ magistra fuit, quia apostoli præsentes corporaliter fuerunt. Vnde sciendum, quod bis euacuatum fuit cœlum. Primo, quando Christus ascendit, quia tũc nullus angelus in cœlo remansit, sed omnes obuiam Christo uenerunt. Secundo quando beata virgo assumpta fuit, quia tunc ões angeli, & omnes animæ sanctorũ & ipse Christus obuiam sibi venerunt. Tertio euacuabitur in iudicio, quia tunc omnes in cœlo existentes in vallẽ Iosaphat proficiscentur. Octaua dignitas est, quod eam tanquam reginam cœli ad dexteram suam collocauit. Sciendum, quod quælibet regina consueuit in regali palatio præ cæteris tria habere, scilicet nobiliorem locum, ornatum, & famulatum. Ista tria habet regina cœli. Ideo dicit *Psalmista*. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate.* Habet igitur beata virgo Maria nobiliorem locum, siue situm., quia sedet à dextris filii sui. Secundo, habet nobiliorem ornatum. Ideo dicitur: *In vestitu deaurato*, id est, cum corpore glorificato. *Bernardus.* Tota conglomeratur angelorum frequentia, vt videant reginam sedentem à dextris domini virtutum: *In vestitu deaurato*, id est, in corpore semper immaculato, *circundata varietate*, id est, multiplicitate virtutum distincta. Tertio, habet nobiliorem famulatum, quia omnes angeli, & omnes sancti assidue famulantur ei. Ideo subditur: *Circundata varietate.* Varietas est angelorum, & omninm cœlestium spirituum, scilicet patriarcharum, prophetarum, apostolorum, confessorum & virginum. Omnes istæ varietates ipsam circundant, quia omnes isti, tanquam domicelli, & domicellæ sibi assistunt, & eam venerantur, & laudant. Item per ipsam & propter ipsam in cælo æternaliter honore altissimo honorabimur ab omnibus ordinibus angelorum. Quemadmodum vniuersi fratres, & sorores reginæ à tota familia sua reuerendissime honorantur ratione reginæ, sic & nos ab omnibus angelis ratione sororis nostræ virginis Mariæ. Nona dignitas Mariæ est, quod ipsam Iesus Christus petitionariam hominum

Aaaaaa 2 fecit.

fecit. Vnde *Bern.* Per te accessum habemus ad filium. O beata inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, copiosa charitas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum, fæcunditas tua gloriosa, fæcunditaté nobis pariat meritorum. Domina nostra, mediatrix nostra, aduocata nostra, tuo filio nos repræsenta, tuo filio nos recommenda. Ideo beata Virgo Maria assimilatur primo auroræ. Sicut enim aurora est mediũ inter diem, & noctem, sic ipsa est mediatrix inter nos & Deum. vnde *Bernard.* Securum accessum habet homo ad Deum vbi mediatoré causæ suæ filium habet ante patrem, matrem ante filium. Christus nudato corpore patri ostendit latus, & vulnera. Maria filio pectus, & vbera. Non potest vllo modo fieri repulsa, vbi tot concurrunt charitatis insignia. Item assimilatur lunæ. Sicut enim luna præ cæteris planetis, terræ est magis vicina, sic & ipsa præ cæteris sanctis, peccatoribus est magis propinqua cum sua misericordia. *Augustin.* Maria præ omnibus sanctis impetrat inducias transgressoribus, vt renuncient suis erroribus. Item ipsa comparatur soli, quia eius misericordia præ omnib. aliis communior est. Item sicut sol habet tres planetas supra se, & tres infra se, sic & ipsa beata virgo maria habet trinitatem personarum supra se, & tres status hominum, scilicet coniugatorum, viduarum, & virginum, infra se. Nam ipsa est proposita à Christo coniugatis, viduis, & virginibus, quorum omnium curam gerit, sicut mater solicita super filios & filias. Item sicut sol lucem suam, & calorem suum cõmuniter tribuit omnibus tam bonis, quam malis, iustis, & iniustis, sic & ipsa lucem gratiæ, & calorem misericordiæ omnib. impendit. vnde *Bernar.* Omnibus sinum misericordiæ suæ aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi, captiui redemptionem, eger curationem, tristis consolationẽ, peccator veniam, iustus gratiam, angelus lætitiam, filii persona carnis humanæ substantiam, tota denique trinitas gloriam. Item beata virgo Maria comparatur stellæ maris, vnde cantatur: *Aue maris stella Dei mater alma &c.* quia sicut stella maris vniuersaliter dirigit omnes nauigantes suis radiis, sic virgo Maria omnes homines per mare huius mundi transeuntes dirigit suis exemplis, & illuminat, & informat. Informat enim coniugatas, vt viris suis obediant. & eos, honorent, sicut ipsa Ioseph obediuit & ipsum semper honorauit. Informat etiam viduas, vt post mortem virorum suorum alios nõ accipiant, sed in viduitate permaneant. Informat virgines, vt hominum consortia fugiant, & multiloquio se temperent. Informat pœnitentes, vt opera pœnitentiæ persi-

perficiant. Informat etiam homines iustos, vt de die in diem proficiãt, & semper meliores fiant, &c. Quia igitur beatissima virgo Maria omnibus per mare huius mundi nauigantibus radios exemplorum suorum emittit. Ideo stella maris uocari debuit. Item dicitur stella maris ratione stationis, quia non occidit sicut aliæ stellæ. Sic beata virgo peccatoribus non occidit, sed semper in conspectu filii pro ipsis intercedit. Nam cum omnes sancti & sanctæ peccatorem derelinquunt, tunc ipsa sola eum non derelinquit Vnde quilibet peccator ad gloriosissimam virginem Mariam confugiat, tanquam ad mediatricem, & auxiliatricem, quæ nunquam vllum peccatorem quantumcunque perditum dedignatur. vnde *Anselmus*: Maria tu peccatorem toti mundo despectum, materno aspectu amplecteris, nec deseris eum, quousq; Deus per te placatus, ipsum suæ gratiæ reformauit. vnde *Bernard.* O mater Dei, & hominis. O mater rei & iudicis. O mater regis, & exulis, cum sis mater vtriusque, non decet, vt inter filios discordiam esse permittas. Quantum ad secundum, sciendum, quod beata K ¶ virgo Maria omnibus hominibus cuiuscunque status formam viuendi tribuit, quia omnes homines, aut sunt in prosperitate, aut in aduersitate, aut in medio constituti. Illis, qui sunt in prosperitate, & qui supereminent aliis in bonis temporalibus, naturalibus, vel spiritualibus, dat exemplum humilitatis. Nam in die Annunciationis cum præponeretur omnibus creaturis, quia regina cœli, & mater Dei effecta esset, ipsa se humilians respondit Angelo dicens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Quod autem necesse sit humilitatem in prosperitate seruare, ostendit *Augustinus* dicens: Humilitatis sectatores, & conseruatores maxime eos conuenit esse, qui in aliquo dono cæteris eminent. vnde humiliores nos debemus esse, cum Deus sua dona, siue temporalia, siue spiritualia tribuit, siue etiam cum ad dignitatem promoti sumus. vnde *Bernardus*: *Non magnum est esse humilem in abiectione, magna prorsus, & rara virtus est humilitas honorata.* *Bern sup. Missus est Angelus.* Secundo, illis qui premuntur tribulationibus dat exemplum, & formam patientiæ. Et hoc in tempore, & in die passionis Christi, quando plusquam martyr effecta est, quia habuit grauius martyrium, eo quod eius martyrium non fuit in carne sed in mente. Vnde *Hieron.* Alii sancti passi sunt pro Christo in carne. Beata autem virgo in illa parte passa est, quæ impassibilis, & immortalis habetur, hoc est in anima, vel in mente. Idcirco verum fateor, plusquam martyr fuit, quia atrocius passa est, dũ passionis

Christi gladium in anima sua sustinuit. Qui gladius doloris causabatur. Primo, ex eo quod ipsa præsens erat & vidit filium suum pati pœnam ignominiosam, idest, pœnam latronum, pęnam dolorosam, quia in neruosis membris manibus, & pedibus clauis perforatum & per totum corpus vulneratum, pœnam diuturnam, quia ab hora noctis, & per totam noctem vsq; ad horam nonam diei, in qua expirauit, in suppliciis & doloribus semper fuit, & pœnam iniustam, quia peccatum non fecit. Multum dolet mater quando audit filium suum morte horribili necatum, maxime autem dolet cum ante oculos videt filium vulnerari, & occidi. Quanto, ergo dolore beata virgo cruciabatur, quando filium suum videbat mortuum, & ipsum morte horribili necatum, & hæc omnia fieri ante suum conspectū? Itē erat impotens sed ad adiuuandum, Magna etenim est consolatio matri, quando assistit filio morienti & potest sibi in alio subuenire, hæc autem filium morientem in nullo potuit adiuuare, audiebat ipsum sitire, & non poterat ei potum porrigere, videbat corpus eius plenum vulneribus, & non poterat alligare. Videbat corpus eius cruentatum, & non poterat lintheo abstergere. Videbat caput eius non habere reclinatorium, & non poterat illi exhibere fulcimentum, videbat, & illum lacrymantem, & non poterat lacrymas abstergere ab oculis eius, videbat ipsum expirare, & non poterat osculari, & amplexari. Item destituta omni humano auxilio. Nam Apostoli fugerāt à Christo, sic quod non habuit auxiliantem, neque consolantem. vnde *Damascenus.* Ipsa beata virgo dolores, quos effugit pariens, hos in Christi passione sustinuit. Vnde etiam *Ansel.* Domina mea, quos fontes erupisse dicam de pudicissimis oculis tuis, cum cerneres vnicum filium tuum innocentem coram te flagellari, ligari, mactari, & carnem de carne tua ab impiis crudeliter dilacerari? vnde *Aug.* Illa pia mater omnia sua fatigauerat membra, vt incessu deficiens, vix peruenire posset ad sepulchrum Christi. Itē sciendum, quod B. V. Maria in omnibus tribulationibus semper patientiam seruauit, nec aliquod signum odii, & impatientiæ ostendit. Ergo illi errant, qui dicunt quod beata virgo sibi ipsi crines extraxerit, & se cum pugnis verberauit, quia nunquam aliquod signum indecentiæ ostendit, sed indulsit crucifixoribus, & affectauit salutem ipsorum. Et hoc quod Christus orauit ore, dicens. *Pater ignosce illis*, hoc ipsa eis affectabat in corde. Tertio, illis, qui sunt in medio constituti, dat exemplum operandi, & tempus vtiliter expendendi. Nam ipsa semper tempus suum vtiliter expendit, & nū-

quam

Prou. 11 quam otiosa fuit. vnde. *Panem otiosa non comedit*. Sic& nos exemplo Mariæ debemus operari bonum.
Ioan. 9 vnde *Operamini dum dies est, venit enim nox, in qua nemo operari potest*. Nam inter omnia, quæ Deus nobis administrat in præsenti, nihil est nobilius, & vtilius, & pretiosius, quam tempus gratiæ. *Bern.* Nihil pretiosius tempore. Ergo studiose conseruandum est tempus. Vnde *Bern.* Omne tempus nobis impensum, à nobis exigetur qualiter expensum sit. Vnde in his punctis iam dictis debemus imitari beatam virginem Mariam.
Prou. 8 vnde *Beati, qui custodiunt vias tuas* Quantum ad tertiũ nota M ℊ exemplũ, in quo cognoscere poteris, quod est vtile, & salubre beatam virginem Mariam in necessitatib inuocare. Vnde legitur in libro de miraculis B. Mariæ virginis, quod quędam matrona beatæ virgini deuota proprias proles informando ad similia edocuit, vt ipsam in necessitatibus inuocarent deuote dicendo. Aue Mariæ, &c. Quæ filiam, dissolutam, & vagabundam, & saltatricem, & affatricem habuit. Quam ipsa mater pluries correxit, sed parum in ea profecit, quia pater dilexit eã præ cæteris pueris suis, eo quod pulchra & mundana esset, & emit ei pulchras & põposas vestes. Quæ in vna die Dominica chorizando fatigata, iuit ad quoddam pomarium sedens sub vno arbores, volens refocillari. Cui diabolus immediate affuit dicens. Surge, veni mecum. Cui illa.] Quisnam es tu? Et ille. Ego sum diabolus cuius propositum conaris adimplere, arma, & rete nostrum es ad animas capiendas. Vnde modo recipies pœnas non solum pro tuis peccatis, sed etiam pro peccatis omnium, quos per ornatum corporis tui ad malas concupiscentias induxisti. Et diabolus statim violenter nitebatur eam rapere, & illa clamauit dicens: Virgo Maria adiuua, me sicut mater in pueritia eam edocuit, & statim dixit clara voce. Aue Maria, &c. Respondit diabolus, dicens. Maledicta sit, quæ te hanc orationem docuit, quam si non dixisses, iusto Dei iudicio ad inferni incendium te traxissem, vbi tu cum tuis æqualibus pœnam condignam pro omnibus, quos ad peccandum traxisti, inuenisses. Quę postmodum nunquam amplius chorizauit, & vestes pomposas deposuit, & vitam & mores humiliter emendauit, & beatæ virgini amplius vsque ad mortem seruiuit, & sic vitam suam in bono finiuit.

Communis

Cōmunis sermo de beata virgine.
Sermo CLXIII.

Eccl. 24. Ego *mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.* Sciendum quod nemo potest digne laudare beatā virginem Mariam, nisi ipsum dignum facit ille, qui habitauit in in vtero eius. Quis enim laudare poterit sufficienter eam, quæ æternum portauit verbum, quæ suū genuit creatorem, quæ nobis dedit mediatorem Dei, & hominum, quæ nobis cibum attulit angelorum: vnde dicit *Petrus Damianus.* Qualiter eam laudare poterit mortalis hominis verbum, quæ de se protulit verbum, quod manet in æternum? Quæ lingua in eius laude inuenitur idonea, quæ illum genuit, quem omnia benedicunt, & cui cum tremore seruiunt elementa? vnde etiam *Damascenus.* Licet mille ora, mille linguæ vociferantur, nec sufficerent, sed nec si omnes linguæ hominum conuenirent, eam mirificis possent efferre præconiis. Omnis enim præconii excedit magnitudinem, & omne eloquium ad eius excellentiam insufficiens inuenitur. Vnde etiam *Bernard.* Vtinam mihi tot essent linguę, quot sunt stellæ cœli, & omnes illas possem conuertere in laudem genitricis Dei, nec sic satiaret. Et si nullus humanus sermo in eius laude inuenitur idoneus, non tamen propter hoc ab eius laude cessare debemus sed quod possumus, faciamus. Nā ipsa est *mater pulchræ dilectionis & timoris, &c.* Ex quo hodie festum, N. beatæ Mariæ celebramus, quæ est non solum mater Christi, sed etiam mater omnium hominum, & domina Angelorum, tunc in præsenti sermone quatuor de beata virgine sunt dicenda. Primo, per quæ facta sit mater Domini. Secundo, per quæ facta sit Domina Angelorum. Tertio, per quæ facta sit mater omnium hominum. Quarto, dicenda sunt aliqua exempla de beata virgine, in quibus cognoscere poterimus bonitatem, & pietatem virginis Mariæ. Quantum ad primum, sciendum, quod tria fecerunt B. virginem Mariam matrem Domini. ¶ N Primum est eius castitas, quia ipsa est speculum virginum. Hoc patet, quia ipsa habuit triplicem virginitatem. Primo integram; quia in corpore, & anima. 1. Thess. *Integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.* Sunt enim quidam, qui non habent integritatem corporis, sicut fuit Maria Magdalena, & heu, iam plures sunt in mundo vnde *Hiero.* Qui immunditiam luxuriæ perfectæ continētiæ subiicit, sanctior Dauid existit, fortior Samsone. Nam nihil vilius est, quam à carne vinci, nihil gloriosius, quam carnem vincere. Alii sunt, qui habent integritatem corporis

poris sed non animæ, quia per malam concupiscentiam, & consensum animam maculant. vnde *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Sic intelligitur de tactu illicito, & locutione, & corporis ornatu &c. vnde *Hier.* Nam mille sunt virgines carne, sed non spiritu, quorum corpus est integrum, sed anima corrupta, vnde *Isidor. Virgo carne, & non mente, nullum præmium habet in repromissione.* Alii sunt, qui non habent integritatem spiritus, qui per mortale peccatum spiritũ suum à sponso suo diuidunt, & sic adulterium in spirituale committunt. Beata autem virgo habuit integritatem in corpore, quia semper corpus suum illibatum seruauit. Et in anima, quia omnẽ prauum motum & concupiscentiam penitus resecauit. Et in spiritu, quia nunquam per aliquod peccatum à Deo diuisa fuit. *Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.* Sedundo, habuit virginitatem exemplarem, quia eius virginitas omnibus virginibus fuit in exemplum. Ideo signata est per amygdalum, quæ inter cæteras arbores primo flores produxit, sic & beata virgo primo inter mulieres votum virginitatis emisit. *Psalm. Adducentur regi virgines post eam &c.* Nam ante ipsam virginitas non videbatur esse magni meriti, vel honoris. Postmodum autem facta est magni meriti, quia debetur ei fructus centesimus, cum coniugatis corruptis datur tricesimus, & viduis sexagesimus. Et etiam virginitas facta est magni honoris, quia ipsam honorauit Christus, quando non de coniugata, corrupta, sed de virgine nasci voluit. Ipsam etiam virginitatem honorant Angeli, vt patet in sanctis virginibus, scilicet in Agnetæ, cui Angeli vestem præparauerunt, & eius nuditatem texerunt. in Cicilia, cui Angelus coronas de Paradiso attulit. Et in beata Barbara, cui Angelus stolam candidissimam deportauit, qua nudatum corpus eius texit. Et in beata Chatarina, quam Angeli propriis manibus sepelierunt in monte Sinai. Item omnes homines exemplo Christi & Angelorum honorare debent virgines. vnde *Damascen.* à nuptiis abstinentia, Angelorum est imitatio. Quanto itaque est, Angelus homine superior, tanto virginitas nuptiis est honorabilior. Quis enim hominum est tam stolidus, qui non amet, & honoret virginitatem, quam etiam diabolus honorat? vnde Legitur, quod dæmon Asmodæus virginitatem Saræ à septem corruptoribus liberauit, quos singulatim occidit quam cito vnusquisque ipsorum ad virginem introiuit. Item patet hoc in beata Agnete, cuius virginitatis insidiatorem, sc. præfecti filiũ, diabolus tunc suffocauit.

Matth. 5. *Isid. de sum. bono.* *Cant. 3.* *Damascen. lib. 4.* *Tob. 3.*

Diabolus ergo velit nolit honorat virgines, sicut victus victrices, & tanquam Angelorum sorores, & tanquam Christi sponsas. vnde *Bern. Fulgida virginitas est gemma virtutum, germana Angelorum, lampas ecclesiarum, lux animarum, ipsa calcat libidinem, vincit diabolum, contemnit seculum, deprimit omne periculum.* Tertio, beata virgo Maria habuit virginitatem transfusam, quia in alios castitatem transfudit. Licet enim pulcherrima fuit, tamẽ a nullo cõcupisci potuit. Et talem virginitatem sancta Catharina non habuit, O ¶ quamuis virgo esset mente & corpore, tamen Maxentius eam concupiuit. Similiter & beata Margareta, quam Olibrius concupiuit. Et beata Agnes, quam præfecti filius adamauit; & sic de aliis. Sed diceres: vnde accidit, quod nullus inspicientium Mariam concupiscere potuit? Respondetur, quod hoc accidit principaliter tribus rationibus. Prima ratio, quia taliter se habuit in omnibus verbis, & factis, & moribus, quod nulli dabat occasionẽ peccandi, sed mouebatur cor cuiuslibet ipsam intuentis ad deuotionẽ. Secunda ratio est, propter luminis claritatem, quæ de eius facie exibat, quæ homines in admirationẽ inducebat, & ad Deũ laudandum de tam nobili creatura. Tertia ratio est, quia Deus occultabat in ea, quæ poterant esse incitamenta ad libidinem, & dedit illam gratiam omnibus eam intuentibus, vt non inordinate mouerentur erga eam ad malum, sed solum ad bonum. Secundum, quod beatam virginẽ fecit esse matrem Christi, est humilitas, vt ipsa fatetur per se. *Respexit humilitatem ancillæ suæ.* *Bern.* Luc. 1.
Audeo dicere, quod nec Mariæ virginitas, sine humilitate placuisset. Propter quod cum per Gabrielem Dei filius ex ea incarnandus nuntiaretur, omnium virtutum oblita, ex sola humilitate gloriatur dicens: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ &c.* vnde etiam *Aug.* Sic audeo dicere, tunc Mariæ non tantũ profuit sua virginitas, quantum humilitas. Per eius humilitatem Deus est incarnatus, peccator liberatus, damnatus saluatus, exul reductus, mortuus resuscitatus. Vnde sciendum, quod beata virgo Maria post Christũ humillima fuit inter omnes homines, & sanctos qui hic in mundo vixerunt. Nam ipsius miranda humilitas apparet in hoc, quod licet sanctior sit omnibus in cælo, & terra tamen nũquam legitur de ea in euangelio, Actuum. 5
quod aliquod miraculum attentauit facere in præsenti vita. De sancto Petro legitur: quod vmbra illius sanauit infirmos. Similiter de sancto Ioanne euangelista, qui tunicã suam fecit ponere super mortuos, qui occisi fuerunt cum veneno, & reuixerunt. Similiter & B. Andreas, qui suscitauit quadraginta

ginta mortuos, qui in aqua interierant, & sic de aliis sanctis. Quãuis enim beata virgo Maria magnam compassionem habuit cum tribulatis, quæ fuit causa incitans eam ad miracula faciendum, tamẽ humilitas adeo cor ipsius occupabat, quod propter humilitatem attentare non præsumpsit, vnde *Bern.* Merito facta est nouissima prima, quæ cũ esset prima omniũ, se nouissimam faciebat. Sed quæritur cur beata virgo Maria debuit esse tam humilis: Respondetur, propter tria. Primo, ideo quia debuit illum recipere totaliter in se, qui est super omnes, ideo humiliari debuit infra omnes. Secundo, quia debuit super omnes sanctos, & super omnes choros Angelorum exaltari tanquam regina cæli, & Domina Angelorũ, ideo debuit esse humillima. vnde *Ber.* Nunquã super choros Angelorũ sublimata ascendisses, nisi prius inter omnes homines sublimata descendisses. vnde *Amb.* Quanto enim quis est abiectior in hoc sæculo, tanto magis exaltabitur in futuro. Tertio, quia sicut per superbiã Euæ mors intrauit in hunc mundum, sic econuerso, vita per humilitatem Mariæ reddita est huic mundo. Et quia contraria contrariis curantur ideo sicut Eua per superbiam voluit se assimilari altissimo Deo, qui est super ões, sic Maria econuerso debuit se humillimam exhibere vt nobis mortem auferret, & vitam donaret. vnde canitur de ea. Mortem, quam fẹmina intulit. fæmina fugauit. Tertium, quod fecit eam matrem Domini, fuit firmitas fidei. Nam ipsa B. Virgo Maria cõmendata est super fidem. *Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino.* vbi Elizabet mater Ioan. Bapt. fidei attribuit, quod B. Virgo Maria Christum concipere meruit. vnde *Aug.* Beatior fuit Maria percipiendo fidem, quam carnem Christi. Nihil enim Mariæ materna propinquitas profuisset, nisi eum fẹlicius corde quam carne gestasset. Pro quo sciendum, quod B. Virgo Maria habuit firmam fidem, quod paruit in passione Christi, quia cæteris Apostolis à fide cadentib. ipsa in fide firma permansit. Quantum ad secundum, sciendum, ¶ Q quod tria fecerunt beatam virginem Mariam Dominam Angelorum. Primum est puritas mentis, & corporis. Vnde *Ambros.* Virgo erat non solũ corpore, sed & mẽte. Pro quo sciendum, quod puritas Mariæ non solum præcellit puritatem omniũ hominum, sed etiam puritatem omnium Angelorum. Vnde *Ansel.* Decebat quidem vt virgo beata ea puritate niteret, qua sub Deo maior nõ potest intelligi. Sed quærit᷑, quare B. virgo Maria debuit esse tã pura? Resp. q. propter tria. Primo, ideo quia per puritatẽ venit homo ad similitudinẽ Dei, sed Maria debuit assimilari

Amb sup. beati immaculati

Luc. 1.

Aug in lib. de virginib.

Deo, & in se recipere speculum sine macula, scilicet filium Dei, igitur debuit esse purissima. Secundo, quia illud opus, scilicet incarnationis, debuit esse totaliter à spiritu sancto, secundum illud, quod dixit Angelus ad Mariam. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, &c.* Quanto quis est purior, libentius, & efficacius spiritus sanctus operatur in eo, quia Iesus Christus filius Deus venit nos per eam reducere ad statum immortalitatis, scilicet Angelicæ puritatis, *vbi non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei*: igitur, &c. Secundum quod fecit eam Dominum Angelorum, fuit ipsius constantia, & firmitas voluntatis. Sicut enim Angeli semper faciunt voluntatem Dei, sic & ipsa fecit. Et sicut Angeli nunquam ceciderunt nec vnquam peccauerunt, sic & ipsa nunquam peccauit. Pro quo sciendum quod beata virgo peccare non potuit, nec per infirmitatem, nec per ignorantiam, nec per malitiam. Omnis enim casus in peccatum fit aliquo istorum triũ modorum. Et isti tres modi peccandi inter Apostolos inuenti fuerunt. Petrus namque peccauit per infirmitatem humanam, quãdo scilicet timore mortis Christũ ter negauit, Paulus per ignorantiam. vnde. *Ignorans feci in incredulitate mea.* Iudas autem per malitiam affectatam peccauit, quia Christus sibi prædixit, quod malefaceret, quando dixit: *Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur* vt sic eum à peruersa volũtate retraheret. Sed ipse in felix Iudas non acquieuit, sed Christum ex certa malitia tradidit. Sed B. virgo Maria cadere non potuit per infirmitatem, quia omnipotentia patris confortata fuit, nec per ignorantiam, quia sapientiam filij illuminata fuit, nec per malitiã, quia bonitate spiritus sancti repleta fuit. Tertium, quod fecit eam dominam Angelorum est feruens charitas. Angeli e. semper feruent in charitate Dei, sic & ipsa ℟ beata virgo Maria, inquantum possibile est, filium suum super omnia dilexit. Et in signum huius ista stabat iuxta crucem, cæteris Apostolis fugientibus. vnde *Fortis est vt mors dilectio.* Vnde ipsa dicitur *mater pulchræ dilectionis.* Nam ipsa duplicem dilectionem habuit, scilicet quoad filium, & quo ad nos. Ideo in corde virginis Mariæ tempore passionis Christi magna pugna fuit. Pugnabant enim ad inuicem in corde ipsius duo amores, & duo dolores. Duo amores erant, amor filii, & amor generis humani. Amor filii nolebat ipsum pati. Amor vero humani generis volebat ipsum mori, & sic inter istos duos amores magna pugna erat, similiter in corde Mariæ duo dolores erant, scilicet dolor, quem habitura erat de morte filij,

Luc. 1. — 1. Thi. — Cant. 8.

filij & ideo nolebat ipsum pati. Et dolor, quem habebat de perditione generis humani, ideo volebat ipsum mori. Et sic inter istos duos amores, & duos dolores magna pugna erat. Nam primus amor retraxit eam, ne filius pateretur, sed secundus amor, quem habuit ad nos, incitauit eam vt filius moreretur. Et secundus amor superauit primum quod potius voluit filium pati, quam humanum genus perire, imo si passio filii sufficiens non fuisset, ipsa cum filio pro nobis crucem ascendisset. Quantum ad tertium, sciendum, quod tria fecerunt beatam virginem Mariam matrem nostram. Primum est magnitudo misericordiæ eius. Nam misericordia eius cæteris misericordiis est communior & copiosior. vnde *Bernardus*, Virgo beata copiosissima charitate sapientibus, & insipientibus debitricem se fecit, & omnibus veniam petentibus misericordiæ sinum aperit, reis obtinet veniam, ægris medelam, pusillis corde robur, & afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium, & liberationem. Secundum, quod fecit eam matrem nostram est gratiæ plenitudo. Nam ipsa stetit in altissimo gradu gratiarum. Altissimum autem in gratiis est habere omnem gratiam, quam gloriabatur se habere. *In me omnis gratia*, vnde *Bernard.* Maria ante conceptionem plena gratia ab angelo nunciatur,

Eccles. 24.

vt quia dudum sibi plena, nobis fieret super plena. Si enim vasi pleno aliquod corpus immittitur, quantum illud magnum est, quod immittitur, tantum necesse est affluere desuper pleno, & in eam iam dudum plenum Deus æternus Dei filius in conceptione in vterū eius immittitur, ideo necesse est vt semper affluat in æternum. Vnde ipsa dicit. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini.* Et in signum huius tunc beata virgo comparatur collo, quia est sicut collū medium inter caput, & corpus, sic & ipsa est mediatrix inter nos, & Deum. Item propter eminentiam, & dignitatem, quia sicut post caput, collum eminet omnibus membris, sic & ipsa post Christum eminet omnibus sanctis. Item propter administrationem. Sicut enim à capite mediante collo, descendunt, omnia nutrimenta corporis, sic à Christo per beatam virginem in nos veniunt omnia bona, & beneficia, quæ Deus nobis confert. Nam ipsa est dispensatrix gratiarum, & beneficiorum Dei, vnde *Aug.* Maria hominib. multum tenetur, quia per eos hēt quicquid hēt quia si nos peccatores nō fuissemus, Christus de ea carnem non suscepisset. Nos igitur sibi tenemur, quia sumus per ipsa Deo reconciliati, & ipsa nobis tenetur, quia mater nostra, & mater Dei est effecta. vnde etiam *Bernard.*

Intuemini quanto deuotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem ponit in Maria, vt proinde siquid spei in nobis, siquid gratiæ, si quid salutis ab ea nouerimus redundare. Tertio quod fecit Mariam matrem nostram, est nostra miseria, & indigentia, & ipsius potentia. Est enim magna in potestate super omnes creaturas, ergo nobis data est in adiutorium & in aduocatam nostram apud filium suũ. Pro quo sciendum, quod beata Virgo Maria aduocat pro nobis tripliciter. Primo, sanctitatis merito. Si enim merita aliorum sanctorum pro nobis ad Deum intercedunt, multo fortius Mariæ merita, quæ plenitudinem possidet meritorum. Item si Deus vult misereri alicui homini propter merita alicuius sancti, quod tunc faciet, propter merita sanctissimæ suæ matris. Secundo, aduocat pro nob. ardenti desiderio Desideria enim sanctorum sunt intercessores pro nobis apud Deũ. vnde ipsa dicit: *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suauitatis.* *Nardus*, est quædam herba calida, & significat eius desideria inflammata, quæ ad Deum ascendunt, & gratum odorem sibi faciunt. Tertio, aduocat pietatis signo. Legitur enim in historia scholastica, quod Antipater Idumæus apud imperatorem falsè accusatus est. At ille eiectis vestibus, cicatrices vulnerum ostendit, quæ pro imperatore pertulerat, dicens: Ego me imperator nolo excusare apud te, sed ista vulnera quæ sust nui pro te, testimonium perhibent de me, vtrum ego diligo te. Quod videns imperator, eum ad gratiam suam recepit. Istum modum aduocandi habet ipse Christus, & mater eius apud Deum patrem. Vnde etiam *Bern.* O homo, securum accessum habes ad Deum, vbi mater ante filium, & filius ante patrem, &c. Pro quo sciendum, quod beata virgo Maria tantam confidentiam habet de omni re, quam petit, quod etiam se exaudiri non dubitat. vnde dicit *Aug.* quando in nuptiis dixit. *Vinum non habent.* Et Christus respondit. *Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.* Non propter hoc dubitauit se exaudiri, sed confidenter ait ministris, *quodcunque dixerit vobis facite.* Ac si diceret, vt ait *Aug.* Licet negare videatur, quod peto, tamen finaliter filius non patietur coram tot hominibus assistentibus me confundi, vt in mea petitione erubescentiam habeam. Firmiter namque credendum est, quod quicquid petierit mater à filio suo, hoc sibi respondeat, quod Salomon respondit matri suæ dicens: *Pete à me mater, quod vis, neque enim fas est, vt auertam faciem meam à te.* Vnde sciendum, quod post Christum ad nullum sanctorum tantam confidentiam habere ❧ V debemus

Can. 1.

Aug. sup. Ioann.

debemus ſicut ad Beatam virginem Mariam, quæ eſt mater omniũ noſtrum. vnde *Fulber.* Cõſtat, quod Maria iuſtis, & peccatoribus fideliter inuocantib. præſto eſt, nũquam eis opitulari perſiſtit. *Chryſ.* O dulcis virgo, non eſt fas te poſſe illũ deſerere, qui ſuam ſpẽ fiducialiter in te poſuit. vnde etiam *Bern.* Ille ſolus à laude Virginis Mariæ taceat, qui ſemel inuocatũ in ſuis neceſſitatibus eius auxilium ſibi ſenſerit defuiſſe. Quantum ad X℣ quartum, nota exemplum, in quo cognoſcere poteris fidelitatem, & bonitatem virginis Mariæ. Vnde ſcribit *Vincentius* quod duo nobiles, ſcilicet vir, & vxor erant Romæ carentes prole. Qui tandem ieiuniis, orationibus, & eleemoſynis à Deo prolem obtinuerunt, caſtam vitam deinceps ducentes, vir poſt pauca peregrinatur, & moritur in peregrinatione. Mulier delicatè nutrit infantem, noctibus ſingulis à pueritia locans eum ſecum in lectum. Qui virili ætate ſuccedente, matrem propriam impregnauit. Quæ tamen ieiuniis, orationibus, & bonis operibus non deſiſtebat, & occultabat ſe ne quis eam impregnatam cognoſceret. Adeſt dies partus: Quæ cum dolore occulte peperit, & præ confuſione humana infantem ſtrangulauit, & eum in cloacam proiecit. Quam cum diabolus in anima ſic captiuam teneret, nitebatur eam confundere.

Vincentius in ſpeculo hiſtoriali.

vnde ſpeciem clerici aſſumens, Romam intrat, dicens ſe notarium in ſcripturis valde illuminatum fore, ſcire ſe etiam furta inuenire, & alia occulta cognoſcere. Et hæc omnia factis probauit. Nã diabolus præterita bene cognoſcit. Captaque oportunitate coram Imperatore, & ſenatu, mirabile, inquit, eſt, quod Roma tota non eſt diu conſumpta propter deteſtabile facinus in ea perpetratũ ſtupent omnes: Diabolus factum narrat, & mulierem ex nomine deſignat. Aiunt illi: Falſum dicis. Hæc eſt enim mulier boni teſtimonii, & laudabilis vitæ, & ſpeculum virtutum. At ille: Sciebam, quod non crederetis mihi, vocetur illa & examinetur, ſi confeſſa, & conuicta fuerit, comburatur, ſi non ego comburar. Vocatur fœmina ad ad palatiũ, omnes aſſurgunt. Ponitur in throno iuxta imperatorem, qui indicat ei de factis, & dictis noui Prophetæ, & quod eam accuſaret in quibusdã, quæ incredibilia viderentur. Iubetur, vt ſe expurget vel fateatur. Et illa ait: Sal. docet oĩa debere fieri cũ cõſilio, ideo inducias peto, vt pro me reſpondeat aliquis, quia mulier ſum Cui dantur induciæ. Papam Linum tunc præſidem adiit, lachrymis veniam petiit confeſſionem cum amaritudine fecit, petens ſibi pœnitentiam quantumcunque vellet iniungi, vt tantum in anima non periret. Papa conſolatur flentem, propo-

proponens ei negationem Petri peccatum Magdalenæ, & lachrymis vtriusque dimissum, monet ne desperet, sed beatam virginem adiutricem inuocet, dans spem, quod per eam modis omnibus liberaretur. Sed quia breue tempus habes, dic vnum Pater noster, pro omnibus peccatis tuis. Confortatur mulier, inuocat virginem Mariam. Die statuta intrat consistorium. Adsunt principes cum Imperatore, mulier in medio locatur: Notarius vocatur, vt accuset ream intuitusque eam, non cognoscit, dicens non esse illam incestuosam. Et Imperator: Vtiq; illa est, quam ante accusasti. Respondit notarius: Ego nullum malum cognosco in ea. Quomodo auderem malum loqui de ea, cum video matrem Dei circa eam stantem, & illam protegentem. Ad hanc vocem omnes stupent, & se signo crucis signant, & statim diabolus disparuit. Fœmina honoratur ab Imperatore, & ab omnibus principibus. Et Deo, & gloriosæ matri suæ omnes gratias, & laudes referunt, qui sic saluat sperantes in se.

Quod dies sabbati dedicata est Mariæ Virgini. *Ser.* CLXIV.

NOtandum, quod sicut dies Dominica dedicata est resurrectioni, & sexta feria
Luc. 2. passioni, sic dies sabbati dedicata est gloriosæ virgini mariæ, hoc multiplici ratione. Prima est quia passio sanctorum consueuit in aliquo die celebrari. Beata autem virgo, etsi non est passa martyrio carnis, passa tamen fuit martyrio mentis. Iuxta illud: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*, sup. *doloris*. Et istud martyrium fuit in ea continuatum in tota feria sexta, & in sabbato sequenti. Sexta autem feria dedicata est martyrio filii, & ideo sequens sabbatum dedicari debuit martyrio matris. Secunda ratio, quia sicut in die sabbati Deus requieuit ab omni opere suo sic Christus intrans Mariæ vterum requieuit, & venit in eius ventrem, & mentem. In nullo enim sancto spiritus Sanctus plene requiem habuit, nisi in Christo, & virgine Maria, quia in aliis sanctis habuit aliquid repugnans, saltem peccatum veniale. in Christo autem, & virgine, nihil repugnans inuenit, & ideo perfecte ibi requieuit. Tertia ratio est, quia Deus diem sabbati benedixit. Sic beata virgo ab omnibus fuit benedicta. Nam pater elegit eam in filiam, & filius in matrem, & spiritus Sanctus in sponsam. Et ab Angelo est benedicta, qui eam salutauit, & à toto mundo, qui eam veneratur & laudat. Quarta ratio est, quia sabbatum est medium inter diem gaudiosum, scilicet diem dominicum, & pœnosum, scilicet sextam feriam. Sic ipsa est mediatrix inter Deum, & hominem. Quinta ratio

ratio est, quia in die sabbati tota fides periit, & in sola virgine remansit. Et ideo sibi hæc dies merito dedicata fuit.

Exempla de Beata Virgine

SEquuntur exempla de Beata Virgine. Nota exemplum quomodo virgo Maria iuuat hominem in vita. Legitur in dialogo Cæsarii, quod fuit iuuenis quidam. cui pater moriens multas diuitias dimiserat, qui intantum studebat torneamentis, & vanitatib. huius mundi in vestib. & equis, quod omnia bona sua effudisset, & cuidam militi iuxta se moranti multa vendidisset, & loco pignorum exposuisset. Ille tandem voluit recedere de terra sua. Sed quidam villicus suus videns eum tristem ait: Domine, quare estis tristis? vultis diues fieri? Respondit, libenter vellem, si cum Deo possem, scilicet habere diuitias. Respondit villicus: Sequimini me & bene erit vobis. Et statim dominus secutus est suum villicum. Qui duxit eum per quoddam nemus in locum palustrem, vbi cæpit loqui cum diabolo villicus. Tunc dominus, quæsiuit eũ cum quo loqueretur. Respondit cum diabolo: Et iuuenis plus timuit, Et ait villicus diabolo: Adduxi vobis hominem nobilem, supplicans vt eum antiquis diuitiis restituatis. Cui diabolus: Si voluerit mihi esse deuotus, dabo ei diuitias, & honores super omnes suos cognatos & vicinos. Respondit villicus: Libenter erit vobis obsequiosus & fidelis, si habuerit ista: cui diabolus. Oportet eum abrenunciare altissimo. Quod cũ iuuenis renueret: dixit villicus. Quid timetis proferre vnum verbum dicite, abrenuncio. Tandem iuuenis indutus suasu villici, abnegauit altissimum, cui diabolus: adhuc opus imperfectum est, etiam abrenunciare debet matri altissimi. Illa est enim quæ maxima damna nobis infert. Quos enim filius per iustitiam perdit, mater per misericordiam & indulgentiam adducit. Ad quod iuuenis multum expauit, & turbatus supra modum, respondit. Hoc nunquam faciam. Quare inquit villicus fecistis, quod maius fuit: Facite nunc quod minus est. Abnegastis creatorem, abnegate nunc & creaturam. Et ille: Nunquã eam negabo, & si deberẽ perpetuo mendicare. Et sic imperfecto opere redierunt. In itinere autem venerunt ad quandam ecclesiam semiclausam, in quam iuuenis exiliens de equo, intrauit, equum comittens villico, & ante ortum auroræ prostrauit se ante altare beatæ virginis Mariæ tenentis filium in vlnis, & cœpit eam inuocare ex intimo corde. Erat autem super altare ibidem imago ipsius virginis Mariæ puerum Iesum in sinu habens. Et ecce

merito ipsius præclarissimæ stellæ maris verus Lucifer cæpit oriri in corde supradicti adolescẽtis. Tantam enim ei dominus propter honorem matris, quam non negauerat, donare dignatus est contritionem, vt præ fletu rugiret, & præ planctu ecclesiam clamoribus impleret. Eadem hora superuenit miles supradictus qui bona sua in vadio habebat. Et videns ostium ecclesiæ apertum, putans ibi diuina celebrari, solus intrauit inueniensque coram altari iuuenem bene sibi notum lachrymantem, & putans quod defleret suam paupertatem, retro quandam columnam successit latenter, rei exitum expectans. Cumque instanter inuocaret B. virginem Mariam iuuenis, & non auderet inuocare Deũ altissimum, quem negauerat, vtroque audiente, beatæ virginis imago locuta est filio suo, quem tenebat in vlnis in hæc verba: Dulcissime fili mi, miserere huic homini. puer vero matri nihil respondit, & faciem ab eo auertit. Cumque iterum rogaret filiũ pro homine, puer vertit matri dorsum dicens: Homo iste me negauit, quid ei faciã? Post hæc verba imago B. Mariæ virginis surrexit puerum Iesum super altare posuit, eiusq; pedibus prona se prostrauit & ait. Rogo te fili mi, vt propter me dimittas peccatum. Mox infans matrem eleuans, respondit illi: Mater nunquam tibi aliquid negare potui, ecce propter te totum dimitto. Surgensque iuuenis exiuit de ecclesia, tristis quidem de culpa, sed hilaris de indulgentia. Exiuit quoque post eum supradictus miles, latenter, quasi rem ignoraret, & quæsiuit, quare tam humidos oculos haberet. Respondit, de vento est. Et ille: domine, non me latet causa tristitiæ vestræ. Habeo vnicam filiam, si vultis eam ducere in vxorem, omnia vestra vobis cum illa reddam, & restituam. Insuper & diuitiarum mearum vos hæredem constituam. Ad hæc iuuenis lætus effectus, respondit. Si hoc facere dignaremini, plurimũ mihi placeret. Reuersus itaque miles ad vxorem suam, rem ei per ordiné retulit, consentit illa, celebrantur nuptiæ, iuueni sub nomine dotis omnia bona sua restituuntur. Et iuuenis iste postmodum omnib. dieb. vitæ suę regratiabatur B. Mariæ virgini, & ei fideliter vsque ad mortem seruiuit, quia per eam meruit remissioné peccatorum. Insuper etiã consolationem temporalium bonorum. Item nota exemplum in ¶ C quo cognoscere poteris, quomodo B. virgo Maria subuenit hõini in morte. Quarto, merito sabbatis gloriosa virgo à quolibet homine deuote est honoranda. Legitur in dial. Cæsa. quod in vicina ciuitatis Tridentinæ silua est, in qua latro nominatissimus versabatur, à quo multi deprædabantur. Et qui se defendere voluerunt nec potuerunt.

runt, occidebantur. Hic cum die quadam monachum quendam ordinis prædicatorum obuiam haberet, sperans quod pecuniam haberet, & portaret, ait. Nisi voluntarie me sequaris occidam te. Quem cũ monachus sequeretur, & quæreret in via quis esset, vel quid operis haberet, respondit: Ego sum ille famosus latro nomen suũ exprimens Cui cum monachus diceret, iã incipitis canescere, & nõ timetis periculum animæ vestræ. respondit, non plus quã pecus, & tacuit monachus: veniens autem in speluncam illius, ait intra se, si possẽ hunc hominem conuertere, magnũ præstarem Deo obsequium. Dixit ad latronem: Si licet mihi aliquid interrogare vos. Respondit illi: licet, monachus subiunxit, qualis exstitit vita vestra in principio? Respõdit ille: pessima. Quando puer erã cum omnibus sociis meis contendebam. factus adolescens, furtis operam dedi, deinde, in virum proficiscẽs, latrocinia exercui, in quibus adeo profeci, vt hodie caput & magister sim omnium latronum huius prouinciæ. Ad quem monachus: Nunquid non timetis pœnas æternas huiusmodi operib. præparatas? Dicente illo: De anima mihi nulla quæstio est, quia perdita est. Monachus respondit: Quid si possem vobis ostendere viam salutis, velletis mihi acquiescere an non? Ait latro, etiam consentirẽ. Et ille: Ieiunate vnum diem in hebdomadam in honorem sanctæ Dei genitricis, & nullũ eodem die lædatis, & sciatis pro certo, quod gratiam apud filium eius obtinebitis. Respondit latro: Hoc reuera faciam, & etiam voueo, quod nihil eadem die comedam, nullũ deprædabor, nullum lædam. Elegitque diẽ sabbati, nihil in eo mali operans, imo plurimos de sociorum manib. deprædandos, siue occidẽdos, ad honorem B. Mariæ virginis eripuit. Eodem tempore Tridentum per circuitum ab hostib. infestabatur, & exeuntes satellites ciuitatis, cũ hostes die sabbati insequerentur, iam dictum latronem inermẽ propter diem sabbatum cum cæteris cœperunt, & cum esset fortissimus non se deffenoebat, cũ caperetur, non se excusabat, nec loqui voluit interrogatus, cum duceretur. Veniensq; in ciuitatẽ, mox vt cognitus est, patibulo adiudicatus est. Nutu tamen, vt creditur, B. virginis Mariæ super pulchritudinem corporis eius iudices moti in hoc conuenerunt, vt prouincia abiurata viueret. Quod cum ille abnueret, & diceret, non faciam: melius est enim vt hic pecata mea luam, quam in futuro: Responderũt. Sine tamen vt decolleris. Non curo inquit, qualis sit pœna, dummodo occidar. Et illi, vis inquiunt, vt tibi vocetur sacerdos? Respondit non est necesse: Omnes christiani estis, omnibus vobis peccata mea, quæ vnquã in hac præsenti vita cõmisi

confiteor. Quod, cum fecisset cum magna contritione, nihil vnquam boni se fecisse testabatur, præter illud, scilic. ieiunium, quod à monacho didicerat. Sicque ille extra ciuitatem ductus decollatus est, & in eodem loco sepultus. Nocte vero eadem vigiles portarum circa eius tumulum luminaria cælitus emissa viderunt quinq; enim matronæ corpus eius effodientes, & caput corpori adaptantes, posuerunt in feretro miræ texturæ, purpura superposita. Ex quibus quatuor singulas candelas ardentes in manibus habentes, per quatuor partes feretrum tollentes. Quinta, quæ clarissima erat omnium, cum candela sequente, ad portam ciuitatis vsq; venerunt, corpus ibi deponentes. Custodes itaque ista videntes, timuerunt putantes esse phantasma, quibus vna illarum dicebat. Dicite episcopo vestro, quia capellanum meum à vobis decollatum in tali loco ecclesiæ honorifice, & reuerenter sepeliat. Minas addens, si negligeret, & nominauit se esse Mariam. Mane autem cum hæc episcopo nunciata essent episcop. cũ clero & populo exiens, purpuram deposuit, caput pretiosum corpori vnitum vidés, expauit, texturamque purpuream humanum artificium excedentem admirans, relatis credidit, hominemque cum timore, & honore maximo, non vt latronem, sed vt Christi martyrem in loco designato sepeliuit. Ab illo ergo tempore vsq; hodie vix aliquis adultus inuenitur in illa prouincia qui eius exemplo diem sabbati in honorem nostræ dominæ non ieiunet. Nota aliud exemplum de beata virgine Maria in quo cognoscere poteris, quomodo subuenit homini quandoque etiam post mortem. Fuit in Britannia iuuenis quidam nobilis, qui quamuis seculo totus deditus, tamen beatæ virgini fuit deuotus in hoc, quod ei singulis diebus quinquagenas salutationes persoluit. Qui infirmatus, ad extrema perductus est. Cumque diu iacuisset, mortuus, reuixit. Et mulieri assistenti sibi clamans, dixit. Cito voca sacerdotem. Sacerdote adueniente, coram omnibus cõfitebatur, dicens. Ego fui raptus ad tribunal Christi, & cum in trib. maxime accusarer à dæmonib. & fieri deberet sentẽtia contra me piissima mater Christi rogauit filium suum, vt ad corpus redirem locum pænitentiæ suscepturus, quod & factum est. Vnum de peccatis erat, quod decimas ex agris meis, & bonis sacerdotis subtraxi. Secundum, quod pisces cum sociis meis religiosis personis furatus fui. Tertium quod segetes pauperum cum canibus venaticis conculcaueram. Adhoc rustici adeo damnum passi, dixerunt. Cur debuistis domine pro his damnari, cum vobis hæc puro corde dimisimus, at ille. Vestra remisio

non

non sufficit, mihi ad salutem, quia ditior eram ad soluendum, quam vos ad relaxandum? Hæc dicens: iussit damna restitui, & sic decessit. Aliud exemplum de beata Maria Virgine, in quo cognoscere poteris quomodo peccatores, & mali homines conuertuntur, & boni erunt per merita gloriosæ virginis Mariæ. Fuit quidam vir nobilis, sed tyrannus totus erga suos, & alienos, ita vt omnes de eo vindictam peterent à Deo. Et hunc contigit infirmari ad mortem. Qui aduocans episcopum loci illius, pure confessus est. A quo petiuit, vt sibi sanitatem impetraret à Deo, præstito tamen iuramento, quod de cætero neminem læderet. Quo conualescente amplius indifferenter omnes læsit, ita vt non solum ei, sed etiam sanctissimo, & venerabili omnes homines maledixerunt: Post hæc iterum infirmatus, & oppressus, igne facto sicut prius, vt omnia eius membra arderent, ita vt de vita desperaret. Vocauit iterum episcopum promittens satisfactionem de iuramento non seruato, vt iterum pro eo oraret vt sanus fieret, qui renuit recedens cum indignatione. Appropinquante autem morte, clamauit, & respexit in cœlum, & vidit in aere pendentem filium Dei in cruce, & matrem suam sibi astantem & orantem pro eo. At Iesus ait: Mater non possum facere, ecce enim rursum crucifixit me. Et ostendit ei cicatrices sanguineas. Quod videns peccator, ingemuit, & clamans voce magna: O bone Iesu, si te crucifixi peccatis meis, matrem tuam tamen semper honoraui: ieiunauerat omni sabbato ad honorem beatæ virginis Mariæ. Cumque sic clamaret audiuit vocem Iesu dicentem matri oranti. Ecce mater dedi eum tibi, & sanatus est. Qui postmodum venditis omnib. bonis suis restituit ablata, & ingressus claustrum Deo seruiuit, & beatæ virgini Mariæ vsque ad finem vitæ suæ. Aliud exemplum de quodam rustico, qui damnatus fuisset, nisi beata virgo Maria ei subuenisset. Erat vir quidam secularis rurali opere deditus & aliis mundanis studiis occupatus, qui cum multis prauis actibus esset intentus, etiam dum terram suam exararet, quantum poterat terram vicinis suis surripiebat, & metas suas transgrediens iugerib. suis terram aliorum furtim sociabat. Hic tamen sanctam Dei genitricẽ Mariam in mente habebat, & plerumq; deuote eã salutabat. Iste ergo cum esset defunctus, cõuenerunt dæmones, animam eius rapere confidentes. Affuerunt etiam angeli, qui cum proferrent pauca ab eo facta bona, cœperunt dæmones contra eum proferre innumerabilia mala. Cumque ob hoc exultantes putarent se vicisse vnus intulit ex angelis, quod cum magna deuotione solitus erat

ſalutare Dei genitricem virginem Mariam. Hoc audientes ſpiritus maligni, & immundi, relicta hominis anima, receſſerunt confuſi ab ea. Sicque anima illa erepta ab aduerſariorum poteſtate, perpetuam damnationem euaſit, largiente Deo, per merita glorioſæ ſanctæ genitricis virginis Mariæ. Et poſtmodum omnibus, quibus damna intulit auferendo bona ipſorum, plene ſatisfecit, & omnia iniuſta reſtituit. Et ſic poſtmodum vitam in bono finiuit. Aliud exemplum de glorioſa virgine Maria, In quodam cœnobio erat monachus ſecretarii officio fungens: Hic erat valde lubricus, & dæmoniaco inſtinctu aliquotiens libidinis vtebatur æſtib. & tamen genitricem Dei non modice diligebat. Et quotiens pertranſibat altare eius, dicebat: Aue Maria gratia plena. &c, ſicque eam cum reuerentia ſalutabat. Adiacebat autem ipſi cœnobio fluuius quidam, quem prædictus frater pertranſibat, quando ad explendam concupiſcentiam ſuam pergebat. Quadam igitur nocte volens ire ad ſcelus aſſuetum, coram altari, vt ſolitus erat, ſanctá Mariam ſalutauit. Ac deinceps eccleſiæ ianuam aperiens, ad prædictum fluuium peruenit, quem dũ tranſire vellet, a diabolo impulſus, in eundem cecidit. Et mox ſubmerſus, ibidem interiit. Cuius animam mox rapuit multitudo dœmonum, cupientes eam deferre in barathrum. Sed pietate Dei fuerunt ibi etiam Angeli, ſi poſſent illi aliquid ferre ſolatii. Quibus venientibus, dixerunt dæmones verbis contumacibus, vt quid huc aduenistis? Nihil in hac anima habetis, quoniam propter mala opera quæ geſſit, conceſſa eſt nobis. Ad hæc triſtes valde ſancti angeli, dum non ſufficienter haberent, quod proferrent boni operis. Ecce ſubito aduenit ſancta Dei genitrix Maria, & liberali autoritate dixit dæmonibus illis: Cur nequiſſimi ſpiritus hanc animam rapuiſtis? Reſponderunt: Quia inuenimus eam conſumaſſe vitam in operibus malis. At illa: Falſa ſunt, inquit, quæ profertis. Scio enim quia nunquam aliquo pergens, niſi me primum ſalutando, à me licentiam accipiebat, & rediens, hæc ſimiliter agebat. Quod ſi dixeritis, quia vim facimus vobis, ecce ponamus in iudicio ſummi regis. Cumque ex his altercarentur inter ſe, placuit altiſſimo Domino pro meritis ſuæ ſanctæ matris, vt anima fratris rediret ad corpus, quatenus pœnitentiam ageret de peccatis. Interea aduenerat tempus quo fratres ad cantandos hymnos conuocarentur. Et dum mora fieret, ad pulſandas matutinas, ſurgentes aliqui de fratribus ſecretarium prædictum quæſierunt, & eum immerſum in aqua reperierunt. Cuius corpus ex aqua trahentes mirabantur

bantur, cogitantes, qua occasione hoc ei contigisset. Cumque opinantes plurima inter se sermocinarentur mirum in modum, ecce ille frater surgens à morte, inter eos astitit viuus, & narrauit fratrib. quæ contigerant sibi, & quomodo euaserat, succurente Dei genitrice. Post hæc non solũ illud vitium, per quod delectari solebat, deseruit, sed etiam Deo, & sanctæ eius genitrici feruentius seruiuit, & sanctis actib. vitã consumans animã in pace reddidit. Exemplũ aliud. Quidã clericus in carthaginensium vrbe degebat, qui erat leuis moribus, seculi curis deditus, carnalibus desideriis etiam vltra modum subiectus. Hic tamen sanctam Dei genitricem frequenter in memoria habebat, & etiam sæpissime salutatione angelica salutabat. Qui dum vt fertur ab inimicis, esset peremptus, scientes eum satis irreligiosam vitam duxisse, decreuerunt eum extra cœmiterium sepeliri debere, quod & ita fecerunt extra atrium, vt talem decebat virum tumulantes, & dum illuc per triginta dies iacuisset, sancta Maria virgo virginum illius miserta, apparuit cuidam clerico, dicens ei talia. Cur egistis erga meum cancellarium, vt poneretis eum extra Cœmiterium vestrum? Cui interroganti, quis esset ille eius Cancellarius, sancta virgo dixit. Ille qui ante triginta dies a vobis extra cœmiterium est tumulatus, nam mihi deuotissime seruiebat, & coram meo altari me sæpissime salutabat, citius ergo ite, & corpus eius de indecenti loco auferentes, in atrio ponite. Hæc dum ille narrauit, cuncti vehementer admirati sunt, tumulumque eius aperuerunt, & florem pulcherrimum in eius ore inuenerunt, & linguam eius integram, & sanam, & quasi ad laudem Dei paratam. Intellexerunt itaque cuncti qui aderant, quia Dei genitrici ex suo ore fecerat seruitium, quod sibi fuisset placitum, & delato corpore eius ad cœmiterium, cum Dei laude illud decenter sepelierunt. Quod non solum pro illo, sed etiam pro nobis sanctam Mariam fecisse credimus, quatenus & nos hæc audientes accendamur in Dei, & eius amore. Exemplũ ¶ I aliud. Fuit vnus latro, qui nihil boni fecerat, nisi sabbathinum ieiunium in honorem Mariæ obseruauit, missamque instituit, vt eum conuerteret ante mortem suam, cui B. Virgo: Filium meum pro te rogaui, vt conuertaris à peccatis tuis, qui tibi ante mortẽ tuã dabit loqui quinq; verba à peccato liberantia: Post latro capitur, ad suspẽdium ducitur, cui in via hæc verba incidunt: *Deus esto propitius mihi peccatori*: atque ita saluatus est. Aliud. Clericus quidam in quodam loco commorabatur, qui & ipse Deo, & eius almæ genitrici, satis erat deuotus, qui inter

cætera

cætera actuum bonorum ſtudia, quibus eidem ſanctæ virgini placere curabat: Hanc antiphonam in eius laudem mente deuota cantabat. Gaude virgo Dei genitrix immaculata, gaude quæ genuiſti æterni luminis claritatem, gaude quæ gaudium ab angelo ſuſcepiſti, tu ſola innupta, te laudat omnis creatura genitricem lucis, ſis pro nobis quæſumus pia interuentrix. Hic ergo cum lãguore correptus, ad extrema perueniſſet, cœpit anxiari, & pauore magno perturbari. Cui apparens ſancta Maria, dixit ei: Cur tanto timore trepidas, qui totiens mihi gaudium annunciaſti? Ne paueas, quoniam nihil mali patieris, ſed gaudii, quod mihi præcinebas amodo particeps eris, audiens hæc ille putabat ſe ſanitati reſtitutum, & dum ſecum lætitia erigere vellet, anima eius à corpore egrediens, petiit paradiſi gaudium, vbi ſicut promiſerat ei ſancta Dei genitrix, lætabitur per æterna ſæcula. Ergo penſandum eſt, quantum debeat mente retineri, quæ ſibi ſeruientibus non deſinit auxiliari.

***

Expliciunt ſermones collecti ex diuerſis ſanctorum dictis, & ex pluribus libris, qui intitulantur Sermones Diſcipuli, quia in iſtis ſermonibus non ſubtilia per modum magiſtri, ſed ſimplicia per modum diſcipuli conſcripſi, & collegi, ſicut in principio huius libri, ſcilicet in primo ſermone, in prima dominica aduentus promiſi. Et ſiquid in præſentibus ſermonibus minus bene poſui, in hoc me correctioni ſanctæ matris eccleſiæ, & cuilibet charitatiuo correctori ſubiicio, & offero ad emendam, Amen.